Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

B 8
Kw
517
E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

517
E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

M. VVESSELI GANSFORTII GRONINGENSIS,

517 E 2

raræ & reconditæ doctrinę viri,

Qui olim

LVX MVNDI

vulgò dictus fuit,

OPERA

Quæ inveniri potuerunt omnia : partim ex antiquis editionibus, partim ex manuſcriptis eruta,



GRONINGÆ,

Excudebat IOANNES SASSIVS Typographus.

ANNO M. DC. XIV.

KONINKL. BIBLIOTHEEK TE 'S HAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

NOBILISSIMIS & AMPLISSIMIS VIRIS,

Dominis

CONSVLIBVS & SENATORIBVS

Inclutæ Reipublicæ Groningenſis,

Dominis ſuis omni obſervantia colendis.

SOlemne eſt iis, qui Romanæ eccleſiæ nomine gloriantur, viri Nobiliſſimi & Ampliſſimi, nos, quòd ab ea ſeceſſionē fecimus, novitatis incuſare, dùm ſubinde nobis antiquitatem ſuam occinunt, & ſe in antiqua Romanæ eccleſię doctrina conſtanter permanere profitentur. quos tamen, ſi veteres illos Romanæ eccleſiæ pios & catholicos ſcriptores legere incipiant, iudicium mutaturos quavis ſponſione certare auſim. In iis enim luce meridiana clarius invenient, eandem nobis cum veteribus illis doctrinam communem eſſe: eam nempe, quam divinis Sacrorum Bibliorum elogiis comprehenſam orthodoxi illi ſcriptores confeſſi ſunt, & populum Chriſtianum quotidie tàm viva voce, quàm ſcriptis ſuis, prout cuique Spiritus Sanctus dictavit, docuerunt. Cuius rei innumeri ſcriptores, nuper doctorum virorum opera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

publicati, idonei poſſunt eſſe teſtes. Inter eiuſmodi autem ſcriptores non poſtremū locum obtinere hunc, quem Vobis offero, etiam me tacente res ipſa loquetur. *VVeſſelus Groningenſis* is eſt, civis veſter, vir tantæ eruditionis & exiſtimationis, ut ſuo tempore per totum Chriſtianum orbem ab omnibus *Lux mundi* vocaretur. cuius ego ſcripta iam per annos aliquot, dùm in veſtra Republica vivo, quàm diligentiſſimè conquiſivi; &, niſi me animus fallit, quotquot nobis ſuperſunt, inveni omnia. Ea nunc publici iuris facio, tùm illius, tùm veſtra cauſa. Illius, quòd ea ſciam à plurimis, iiſq; doctiſſimis viris, avidè exſpectari: veſtra, ut lumen illud, quod in tenebris quondam Rempublicam veſtram illuxit, nunc etiam ſplendorem, & maiorem quidem quàm pridem, eidem adferat. Spero autem, operam hanc meam non ſolùm noſtræ religionis hominibus, verùm etiam Romanę eccleſiæ addictis gratam futuram. Noſtris, ut in conſenſu ſanae doctrinæ confirmentur; Romanis, ut vel ex uno hoc ſcriptore videant nihil nos novitatis adferre, ſed antiquam illam doctrinam, quam *VVeſſelus* ſumma cum admiratione &

laude

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

laude in ipſo Romanę Eccleſię ſinu profeſſus eſt, retinere.

Cùm verò de more *VVeſſelo* huic patronus quęrendus eſſet, indignum me facturum putavi, ſi alium ei, quàm ordinarium ipſius magiſtratum, defenſorem pararem. Vos dico, viri Nobiliſſimi & Ampliſſimi, in quorum Republica *VVeſſelus* natus eſt & educatus; in qua etiã magnam partem vixit, & mortuus eſt. Suſcipite ergo eius, quod vobis optimò iure debetur, patrocinium, & eum à malevolorum morſibus defendite; meq́; quod hactenùs benignè feciſtis, vobis commendatum habete. Deus Opt. Max. vos Eccleſiae ſuę & Reipublicæ fovendę gubernandęque diu incolumes conſervet. Scripſi Groningæ, 23. Auguſti, 1614.

V. V. A. A.

Addictiß.

Petrus Pappus à Tratzberg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

LECTORI S.

EN tibi, Lector, diu à te deſiderata VVeſſeli Groningenſis opera, tàm edita priùs, quàm inedita, quotquot diligentia mea corradi potuerunt: plura enim ſunt, quæ vir ille divinus poſt ſe reliquit, quæ tamen malevolorum, ne quid gravius dicam, furor nobis invidit. Farraginis tres diverſas nactus ſum editiones, Epiſtolarum duas, reliquorum unicam. Scalam meditationis, quæ nunc primùm typis vulgatur, ſuppeditavit mihi vir ampliſſimus, Dn. Ioachimus Altingius, Reipublicæ Groningenſis Conſul, qui eam ab interitu, cui jam deſtinata erat, vindicavit. Ego in ijs nihil immutavi, nihil addidi, nihil detraxi; ſed bona fide, ut accepi, tibi exhibeo omnia, collatis diligenter exemplaribus. Monuerunt me quidam viri docti & amici, inter quos principem locum obtinet nobiliſſimus vir, Melchior Goldaſtus ab Haiminſfeld, Conſiliarius Saxonicus, adfinis meus honorandus, ut notabiliora loca collatione aliorum Scriptorum illuſtrarem: ſed aliter mihi viſum, vel ob unam hanc cauſam, quòd Pontificij conqueruntur, nos priſcos & probæ notæ Scriptores hæretici fellis amaritie mundo propinare, ut ideò apud ipſos eorum lection inullus poſsit eſſe locus.

Quare

Quare ut illis hac in parte ſatiſfaciam, & ad lectionem VVeſſeli *noſtri, qui olim ipſis etiam ſummis Pontificibus, ne quid de Epiſcopis, Abbatibus, & innumeris monachis, aliiſq; Theologis dicam, charus fuit, invitem, hoc curavi, ut ſine additamento aliquo prodiret* VVeſſelus: *tantummodò loca Scripturæ, quæ citat, margini adpoſui, & Vitam ejus cum elogiis doctorúm virorum præfixi. Tu, Lector, his mecum fruere, & Vale.*

FINIS.

In novam operum

WESSELI GRONINGENSIS

editionem, curâ, impenſis, ſtudioq;
VV. AA. doctiſſ.q;

IOACHIMI ALTINGII
CONSULIS,
&
PETRI PAPPI Prætoris militaris,
ADORNATAM.

VNica Lux Mundi Chriſtus, lux unica noſtræ
Lethales mentis diſcutiens tenebras.
Luminibus ſed Chriſte tuis (dirum) officit audax
Turba ſacerdotum templa ſuperba ſtruens.
Templa ſuperba ſtruens pietatis inania, falſo
Offuſcans lucem lumine, Chriſte, tuam.

At Deus

At Deus errores ſecli miſeratus, ut Orbem
Terrarum horrendis vindicet à tenebris;
Inſignes pietate viros exſuſcitat, aſtro
Cœleſti & VERI lumine conſpicuos.
Illis prima nigras tenebras expellere mundo
Cura, ſalutiferam præque tuliſſe facem.
Hos inter VVESSELUS adeſt penè ordine primus,
VVESSELUS patrij gloria rara ſoli.
Cui GRONINGA parens ſummo dilecta Tonanti,
Palladis arx, Muſis grata & amica domus.
Monſtrat iter portus pharos ut Schellingia, noctis
Obſcuro dubias ducere docta rates:
Sic iter ingreſſis prælucet lampada noſter,
Addit & incertis ſigna notaſq; vadis.
Nempe pharos Ponti tutam, Lux altera MUNDI
VVESSELUS certam nos jubet ire viam.
Ergo ſi qua tenet mentem pia cura ſalutis,
VVESSELI doctum perlege lector opus.
Perlectoq; libro, mox Servatoribus hujus
Eſto memor grates ſolvere mente pia.
ALTINGI ecce tibi ſervati gloria civis
Debetur. cingat querna corona caput.
Et te PAPPE manet par gloria. munere veſtro
VVESSELUS vitam nunc redivivus habet.

NIC. MULERIUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

VITA
VVESSELI GRONINGENSIS
conſcripta ab
ALBERTO HARDENBERGIO
S. Theologiæ Doctore:
ſed mutila.

DOctiſſimus vir Weßelus Groningenſis Phriſius, cognomento Gœſevort, natus eſt Groningæ circa annum Domini 1400. in platea Regia, è regione viæ Carolinæ. Patrem habuit honeſtum civem, artopæum: mater aliqua cognatione attingebat familiam Clantorum. quo factum eſt, ut mortuis parentibus, eo admodùm puero, cum duabus ſororibus, relicto, mox in tutelam acceptaretur ab honeſtiſſima matrona Oda Clantes, cui unicus erat filius, cui Weſſelum adjunxit, ut unà rudimentis Grammaticis imbuerentur, ac una eademq; opera pietatem imbiberent. Weſſelus, quanquàm oculis eßet nonnihil luſcitioſis, & altero pedis talo nonnihil diſtorto, ingenio tamen acerrimo erat, cui indefatigabile ſtudium, ſupra omnes coætaneos ſuos, adjunxit: ita ut bonis & ſtudioſis pueris honori, improbis oneri eſſet. Itaq; factum eſt, ut Oda, vel Odilia Clantes illum Swollas cum filio ſuo amandaret: nam Schola illic videbatur aliquantò cultior quàm Groningæ; maximè in ædibus Fratrum. Statuerat quidem Weſſelus in proximo cœnobio, quod Montem S. Agnetis vocabant, vitam monaſticam amplecti; ſed quia videbatur ſibi quædam nimiùm ſuperſtitioſa inibi animadvertere, cunctabundus omnia egit, Deo haud dubiè aliò illum dirigente. Et omninò habebat Weßelus à puero ſemper aliquid peculiare, quòd ab omni ſuperſtitione abhorreret. qua de re multa mihi narravit pius & nobilis vir, Dominus Gerhardus à Cloeſter, Cœnobiarches in monte Agnetis, qui fuerat ex intimis diſcipulis & amicis Weßeli, & multa audiverat illum narrantem de ſtudiys & actis adoleſcentiæ & juvẽtutis ſuæ. Erat in eo cœnobio valdè religioſus quidam monachus, & inprimis devotus Virgini matri, ut erant tunc tempora, qui crebrò hortabatur Weßelum ad peculiarem aliquem cultũ Virginis; ſed ille reſpondit; Pater, quare non potiùs me ad Chriſtum adducis, qui omnes oneratos ad ſe tàm benignè vocat? In jejuniys minimùm quoq; ſuperſtitioſus erat. Nam cùm idem ille monachus ad certa jejunia illum & alios hortaretur, dixit; Det Deus, ut perpetuò ebrius vivam, & jejunem à peccatis & ſceleribus. Libenter audivi Dominum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Gerhardum à Cloeſter de his rebus commentantem, & vehementer doleo, me non aliqua adnotaſſe, quæ nunc non ſatis exactè meminiſſe poſſum. Erat autem Weſſelus tectus cucullo ſcholaſtico, ut tunc moris erat omnibus, qui in ædibus Fratrum habitabant: neque quiſquam recipiebatur, qui non tonderet verticem, & cucullum cum toga ferret. Cùm autem diutiùs ibi hæreret, cepit publicè adoleſcentiam inſtituere, & ſeſe exercere eadem opera. Et neſcio, an illum tunc audiverit Hermannus Torrentius Svvollenſis, cui poſteà Groningæ ſumma cum Weſſelo familiaritas fuit; cui etiam ſenex Weſſelus hortator fuit, ut carmina Alexandri emendaret & commentarijs illuſtraret. Fecit id Hermannus, cùm unus eſſet Fratrum in commune viventium & ſcholaſticos inſtituentium, & prælegebat in quinta claſſe Groningæ eo tempore, quo Commentarios ſcripſit. Sed cùm videret matrem ſuam, mortuo patre, inedia & paupertate premi, exuit cucullum, & redijt Swollam, ubi ad extremā ſenectam, jam omninò cæcus, docebat. Nomen trahebat à torrente, qui paternam domum in ſuburbio præterlabebatur. Vidi illum admodùm puer à diſcipulo in plateis publicè duci, propterea quòd nihil videret præ ſenio, & vitio alioquin oculorū, quo eodem & Weſſelus, laborabat. Weſſelus autem, ut ad eum revertar, relicta Swolla recta progreſſus eſt Coloniam, ut ſtudia ſua abſolveret, receptuſq; eſt in Collegium, quod Burſam Laurentii vocant, eò quòd à Magiſtro noſtro, Doctore Theologo, Laurentio Groningenſi fundatum ſit. Erat is Paſtor Groningæ ad S. Martinum; ſed cùm ordinarius eſſet profeſſor Theologiæ in Academia Colonienſi, plurimùm illic reſidebat. Natus erat in eo territorio Groningenſi, quod dat Olde Ampt vocant, quaſi dicas Veterem præfecturam. Solebat is ineptè gloriari, quòd ſua manu Ioannē Huß in ignem detruſiſſet, cùm miſſus eſſet Theologus Colonienſis in Concilium Conſtantienſe. In illo Collegio Laurentiano Weßelus gnaviter ſtuduit, & tacitus omnia conſiderans & perpendens brevi tempore totum hoc genus doctrinæ, quod ibi tradebatur, percepit, & addidit indefeſſa ſua ſtudia, non contentus triviali illa traditione; ſed quæſivit fontes, quantùm omninò potuit pro tempore illo. Tandem cepit liberiùs agere, multa quærere, multa inveſtigare, apponere plurima ex Ariſtotele, Platone, Themiſtio, & alijs, ita ut omnibus admirationi eſſet, multis etiam ſuſpectus. Semper ad Theologiam propendebat. Itaq; poſteaquàm in artibus Magiſterij gradū conſequutus eſſet, mox ad Theologiam Scholaſticam ſe tranſtulit, quam facile adſequutus eſt, ut ibi quidem tradebatur: nam ſolebat conqueri, nihil ſe illic audiviſſe præter Thomam Aquinatem & Albertum Magnum, quos ſi quis mediocriter diſcat; facilè, inquit, fit Magiſter noſter Colonienſis. Ipſe tamen his non contentus omnē vetuſtatem diligentiſſimè ſcrutabatur; omnes quoque artes liberales, & quidquid eſt alioquia artium liberali ingenio dignum, excolebat. Dedit ſe in ſocietatē illorum monachorum, apud quos veteres bibliothecas videbat, & aliquos fratres ſtudioſos: ſaltē ut liber eſſet aditus ad libros bonos, tùm Theologicos, tùm aliarū diſciplinarum. Itaq; factum eſt, ut vehementē in modum omnes profeſſores, maximè Theologos, exerceret & vexaret, ſemper aliquid novi in Scholam adferens, quod barbaris in

artibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

artibus & Theologia inauditum eſſet. Ferebantur ea tunc; ſed multi interim ringebantur & minabantur. Sed Deus, qui voluit aliquam lucem ſuæ Eccleſiæ reſtituere, Eccleſiæ ſuæ conſervabat eum. In blibliothecis Benedictinorum reperit multa, & exſcripſit indefatigabili ſtudio: nam illi antiquiores bibliothecas habebant. Trajiciebat ſæpè Rhenum in cœnobiũ Tuitienſe, ibiq́; legebat Ruperti Abbatis opera, quæ valdè exoſculabatur. Dicebat ſe dolere, quod ille vir, in quo Spiritus Chriſti fuerit, propter infelix ſeculum & ſuperſtitioſam profeſſionem tàm multa neceſſaria ignoraverit. Excerpſerat multa ex libris illius, quibus alia etiam tùm addidit ex aliorum libris; poſteà & ſua non pauca addiderat: poſtremò omnes ſuas cogitationes eruditas & ſacras in illas rhapſodias congeſſerat, quæ commentarij juſti facti ſunt demum, quas ſolebat ipſe vocare Mare magnum. quæ utinam nobis non perijſſent. Dicebat mihi Gerardus à Cloeſter, ſua ætate multa ex eo mari fuiſſe in ſuo cœnobio Agnetano; ſed ea miſſa ad doctos quoſdam in Brabantiam, aut Zelandiam; itaq́; nihil nunc ejus eſſe reliquum in cœnobio. Multa eorum, quæ in libris de cauſis incarnationis, & magnitudine paſſionis Domini habentur, ex illis commentarijs eſſe deſumta; licet ipſi poſt VVeſſeli mortem illa omnia ex abjectis folijs, veluti ex Sibyllæ folijs collegerint. Gerhardus dicebat illum in diarium ſuum retuliſſe aliquot ſententias ex Ruperto Tuitienſe, quas vehementer admirabatur. Inter eas ex libris de divinis officijs adnotaverat has ſententias; Tàm veram divinitatem, veramq́; humanitatẽ Chriſti in cœlo ſedentis & regnantis excipimus, quàm veram ſubſtantiam ignis à ſole, ſuppoſita exigua criſtalli ſphęra ferè quotidie mutuare poſſumus. Et alio loco; In illum, in quo fides non eſt, pręter viſibiles ſpecies panis & vini nihil de ſacrificio pervenit: quemadmodum aſinus ad lyram, cùm irrationales aures arrigit, ſonum quidem audit, ſed modum cantilenæ non percipit. Item alio; Si filius tuus egreſſus pedes fortè ſedens equo ad te revertitur, nõ idcircò perſonam tecum triplicat; ſed tantùm, ut priùs, geminat. Non enim dignũ eſt, ut cum filio tuo filius jumenti perſonam duplicet. Sed Filius Dei, Verbum Patris, in ſola divinitate eructatum in uterum Virginis, dùm cum humanitate redit ad dexteram Patris, perſonarum numerus non inde ſuccreſcit. Quare dignum non eſt, ut cum natura Dei perſonam duplicet natura hominis, quę ab illa ſubſtantia pluribus & majoribus diſtat differentijs, quàm equus ab homine. Nam hominem ab equo rationalis differentia ſejungit, hominem autem à Deo plurimæ ſecernunt, quas enumerare longum eſſet, ſubſtantiales differentiæ. Tales erant plurimæ ſententiæ, quas collegerat Weſſelus, & excerptæ erant à Gerhardo, & alijs quibuſdam ſtudioſis monachis, quarum bonam partem mihi oſtendebat ille. Et hęc quidem fuerunt ejus exercitia Coloniæ, quibus adjungebat omnium ſcibilium rerum indagationẽ. Veniebant n. tunc paulatim ex Byzantio homines Græci periti, maximè monachi Prædicatores, à quibus aliquã cognitionẽ ejus linguæ diſcebat: quod tũc noſtris hominib. inauditũ ferè erat. Dicebat tamẽ, ſe nihil eximij ex illis potuiſſe percipere: ſed tãtũ, inquit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ejus linguæ didici, quòd ſcioli quidam non potuerant me decipere in his quæ ad Græca Biblia attinebant. Increbuerat jam ipſius fama, & varia de ipſo judicia erant, & laborabat invidia apud quoſdam. Intereà diſcebat etiam rudimenta Hebrææ linguæ à monachis qui vixerant in tranſmarinis regionibus; ut ſolet hoc genus mendicantium totum perrepere orbem. quod tamen VVeſſelo profuit. Nam & Chaldæam & Arabicam didicit ab ipſis, quantùm licuit, & quantùm ipſimet harum intelligebant; quæ omnia poſteà & Romæ, & Rhaguſij, & alijs celeberrimis locis expolivit. Accidit intereà, ut Palatinus Philippus quæreret in ſuam Academiam Heidelbergam celebres profeſſores, quales, ſchola illa ut plurimùm habuit; tunc etiam ſollicitatus eſt VVeſſelus, ut illic profiteretur Theologiam. Sed hoc illi à proceribus ſcholæ non eſt permiſſum, eò quòd titulum Theologi non haberet: quem cùm ille peteret, reſponſum illi eſt, non eſſe licitum per Canones, ut aliquis in Theologia promoveatur, niſi priùs initiatus ſit ſacris Pontificijs. Eam initiationem ipſe renuit. Rogatus, quare non ſaltem primam tonſuram adſumeret? dixit, ſe non metuere patibulum, quanto quidem tempore mentis maneret compos. Profectus tamen Heidelbergam in artibus & philoſophia cepit aliquid profiteri: non tamen pactus eſt de certo ſtipendio, ſed voluit facere experimentum & ſcholæ, & ſui ipſius. Sub hoc tempus cepit Pariſijs oriri contentio inter Theologos Reales, Nominales, & Formales. Et videbantur Nominales & Formales plus aliquantùm judicij & eruditionis adferre in publicum, atq; Reales, quos pleroſq; audiverat. Compoſitis itaq; rebus ſuis reverſus eſt Coloniam, ubi acceptis literis teſtimonialibus de tempore & profectu ſtudiorum ſuorum profectus eſt Lovanium, ubi aliquamdiu audivit Theologos; & teſtabatur ſe paulò plus eruditionis offendiſſe quàm Coloniæ, & contulit ſæpè cum profeſſoribus; & de qualibet materia indiſcriminatim pertinaciter diſputabat. Tandem Lutetiam pervenit, & audivit ibi ſingulos profeſſores. Sed admirabatur cùm alios doctiſſimos viros, tùm maximè Doctorem Henricum Zommerum, & Nicolaum Trajectenſem, qui præcipui tunc regnabant in ſecta Formalium. Cum his intrepidè contendebat VVeſſelus, ut eos ad Reales, ſi poſſet, traduceret. Fatebatur enim, ſe tunc pleraq; pro carnali jactantia tentaſſe: tàm acris ſedebat animo vincendi cupiditas, etiamſi ſemper veritatis fuerit inprimis ſtudioſus; tamen ſcintillæ illæ divini Spiritus, veluti multis cineribus obrutæ, nondum ſatis emicabant. Adjunxit ergo ſe Formalibus illis profeſſoribus, donec tandem intelligeret, non minùs in illâ ſecta opinionum & errorum, quàm inter Reales reliquerat. Itaq; utroq; pede conceſſit in ſententiam Nominalium, quos reperit aliquantò puriores, aut ſaltem ſubtiliores. Ut ut erat, cùm viam tutiorem non inveniret, & quæ magis ad ſimplicitatem Scripturæ & veterum Patrum accederet, permanſit in illâ Nominalium ſecta, & conſummatiſſimè alſolvit quidquid Scholæ in Sacris habebant eximij. Erant hæc ſub id tempus, quo Concilium Baſileenſe celebrabatur Ipſe autem jam pervenerat, propter celeberrimam famam & incredibilem eruditionem in omni genere diſciplinarum & artium in familiam Nicolai V. Pontificis Maximi, opera Fran-

ciſci à Ruvere, Generalis miniſtri Fratrum Minorum, qui poſteà Papa creatus Sixtus IV. vocatus eſt. Nam is, cùm eſſet eruditus, & eruditorum fautor, ad ſe adtraxit Weßelum, tùm, ut in diſputationibus, quarum avidiſſimus erat, & quotidiano exercitio ejus opera uteretur; tùm verò ut ſui Ordinis monachum eum poſtea faceret: à quo tamen Weßelus abhorrebat. Sed uſus præſenti fortuna in familiam ſe ipſius dedit, in qua multa digna & indigna, quædam etiam pia, ſed pleraq́; impia vidit & expertus eſt. Obduruit tamen, ut per illum in notitiã omnium doctorum virorum magis magiſq́; perveniret, & liberiùs ſine periculo diſputare poßet; ſimul nãciſci liberam occaſionem admonendi hominis de vitandis idololatricis ſuperſtitionibus & apertis obſcoenitatibus monaſticis: maximè verò, ut via aperiretur, qua pervenire poſſet in Synodum Baſileenſem, in quam ſciebat Franciſcum, ut pote totius Ordinis ſupremum, vocatum iri. quod & contigit. Nam paulò poſt eò profectus eſt, & opera Domini ſui in doctiſſimi cujuſq́; notitiam pervenit, & ad multa conſilia adhibitus eſt, & publicè aliquoties auditus diſputare cum ſumma omnium admiratione. Et ut quiſq́; erat doctiſſimus, ita maximi fecit VVeſſelum Phriſium. Sed cùm elegantiorum hominum auribus Weßeli nomen nimis durum & veluti barbarum videretur, vocaverunt illum pro Weßelo Baſilium: vel quòd alterum quodammodò Baſilium Magnum judicarent; vel quòd Beßarion Cardinalis Græcus, quo ibi amiciſſimo uſus eſt ſuum β per noſtrum B quàm V exprimere maluerit, atq́; pro Weſſelo Bæßelũ, ac mox Baſſilium ceperit vocare. Non memini, quòd Goſvvinus Halenſis, qui pleraq́; hæc mihi retulit, ſuper hac re quid certi mihi dixerit: nam añi ſunt aliquot ſupra triginta, quòd hæc ex ipſo audivi. Alij vocabant illum Lucem mundi, quod multorum ſcripta ad ipſum, aliorum quoq́; de ipſo teſtantur. Cepit tamen à malevolis & invidis Magiſter Contradictionis vocari: quo nomine poſteà omnes Academiæ eum vocabant. Cum Domino ſuo Franciſco, Generali miniſtro (non memini, ecquid tunc etiam Cardinali:) reverſus eſt Lutetiam, ubi multa expertus eſt, multa etiam paſſus; ita quòd quidam ſcribant, illum Schola aut urbe pulſum eſſe propter reprehenſas ſuperſtitiones. quod tamen ego à nemine unquàm me audiviſſe memini eorum qui cum illo domeſticè verſati ſunt. Et certum eſt, illum plus minùs ſedecim annis Pariſijs verſatum eße, & cum Domino ſuo, jam in Papam electo, unà Romam profectum. Vnde non videtur veriſimile, Papam, & eundem monachum, & quidem Minoritanum monachum, paſſurum eum fuiße, ſi à Schola Theologica Pariſienſi proſcriptus fuiſſet anteà. Fieri potuit, quòd poſteà illuc reverſus pulſus ſit: de qua re poſteà dicam. Quòd verò tunc temporis adhuc maximi illum fecerit Franciſcus jam Papa, & Sixtus IV. vocatus, inde liquet, quod ipſemet conſuevit narrare; Papam, ubi jam Romæ inauguratus fuiſſet, amicè adloquutum ipſum, ac dixiße; Fili, jam à nobis pete, quod vis, nihil tibi negabimus, quod & noſtram æſtimationem & tuam conditionem decebit. Ad quòd liberè Weſſelus reſpondit; Sanctiſſime pater, patrone clementiſſime, ac meritiſſime, non eſt quod ego Sanctitatem tuam multùm gravem. Res magnas nunquàm

quæſivi, ut ſcitis; ſed quoniam vos nunc Summi in terris Pontificis & Paſtoris perſonam ſuſtinetis, rogo, ut ſecundum nomen veſtrum ſit etiam laus veſtra; & ita adminiſtretis iſtam tantam veſtram functionem, ut cùm venerit Magnus ille Paſtor ovium, cuius hìc ſummus eſtis miniſter, dicat, Euge, ſerve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Et vos intrepidè poſſitis dicere, Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce, alia quinq; ſuperlucratus ſum. *Reſpondit* Sixtus; Hæc nobis curæ erunt: tu pro te aliquid pete. Rogo ergo, *inquit* VVeſſelus, ut mihi detis ex bibliotheca Vaticana Græca & Hebræa Biblia. Ea, *inquit* Sixtus, tibi dabuntur: ſed tu ſtulte, quare non petis Epiſcopatum aliquem, aut ſimile quidpiam? *Reſpondit* VVeſſelus; quia ijs non indigeo. *Poſteà Weſſelus Roma relicta redijt in Phriſiam.*

Deſunt aliqua.

RODOLPHVS AGRICOLA
in Epiſtola de Studio Hebraicarum literarum ad
IOANNEM REVCHLINVM.

Baſilius *quoq; noſter, quem deterruiſſe te ſcribis, acriter me incitavit, ſequutus tamen fortaſſe impetum meum, & calcaria, ut dicitur currenti ſubdens. Eſt autem* Baſilius, *de quo ſcribis, in patria: fuit mihi cum eo arctiſſima familiaritas.*

GERHARDVS NOVIOMAGVS,
ET
IOANNES OESTENDORPIVS
referunt vaticinium WESSELI in hæc verba.

Magiſter Ioannes Oeſtendorpius, *Canonicus templi D. Lebwini Daventrienſis, vir multo ſtudio multaq; experientia doctiſſimus, adoleſcens admodùm* Weſſelum Phriſium Groningenſem, *qui* Lux mundi *vulgò dicebatur, ſenem adijt, & inter cetera ab eo audivit, quaſi jam quod futurum erat prævidente;* Studioſe adoleſcens, ad eum vives diem, quo doctrina *Thomæ*, & *Bonaventuræ*, & aliorum ejuſdem farinæ recentiorum & contentioſorũ Theologorũ ab omnibus verè Chriſtianis Theologis explodetur. *Id ego à jam caneſcente* Oeſtédorpio *in templo D. Lebwini audivi, añ 1528. X. Cal. Martias. Hæc* Noviomagus.

ERASMVS ROTERODAMVS
in libello *de Pſeudo-Evangelicis*, ad fratres Germaniæ inferioris, & Orientalis Phriſiæ.

Doctor Weſſelus *multa habet cum* Luthero *communia. Sed quantò Chriſtianiùs ac modeſtiùs ille proponit ſua dogmata, quàm iſtorum pleriq; faciunt?*

MAR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

MARTINVS LVTHERVS
in Epiſtola præfixa quibuſdam opuſculis WESSELI.

Helias Theſbites Propheta, olim. &c. Vide infrà integram hanc Epiſtolam Epiſtolis Weſſeli præpoſitam. *pag. 854.*

PHILIPPVS MELANCHTHON
in Oratione de vita
RODOLPHI AGRICOLÆ.

I*N Theologia quid deſideraverint* (Weſſelus & Rodolphus) *memini huc ſcribere* Goſvvinum Groningenſem, *ſenem pietate & gravitate excellentem, ſe adoleſcentem interfuiſſe ſermonibus* Rodolphi & Weßeli, *in quibus deploraruint Eccleſiæ teneb as, & reprehenderint prophanationem in Miſſis, & cœlibatum. Item, diſputaverunt de juſtitia fidei, quid ſit, quod* Paulus *toties inculcat, homines fide juſtos eſſe, non operibus? Scribebat* Goſvvinus *apertè, eos rejeciſſe opinionem monachorum, quæ fingit, homines operibus eſſe juſtos. Item, ſenſiſſe eos de humanis traditionibus, eos errare, qui adfingunt eis opinionem cultus, & non poſſe violari judicant. Nihil fingo: nam hæc ferè ad verbum huc ſcripſit* Ioſquinus. *Ac ſatis credibile eſt, eum diligenter diſputaſſe de doctrina Chriſtiana; præſertim cũ eßet familiaris* Weſſelo, *cujus fuit ſummum ingeniũ, ad quod ampliſſimã eruditionẽ in omnibus diſciplinis adjunxit, & Græcæ & Hebraicæ linguæ cognitionem. Adhæc exercitatus fuit in certaminibus religionis. Lutetia pulſus propter taxatas ſuperſtitiones venit Baſileam, ubi pro* Weſſelo *dixerunt* Baſilium Groningum: *narrabatq́;* Capnion, *eum Theologiam, Græcas & Hebraicas literas eodem tempore tradidiſſe ſtudioſis, ſi qui illum adire cupierant. Inde cùm in Belgium rediſſet, ſæpè adiit ſenem* Rodolphus *natu minor, &c. Hactenus* Philippus, *qui mentionem hic facit* Ioſquini, *ſeu* Goſvvini, *qui Pater fuit monachorum in domo Fratrum Groningæ, natus ad Moſam, in pago Halen, unde &* Halenſis *vocatus eſt, vir pius & doctus, mortuus anno 1530.* Reuchlinus *autem mortuus eſt anno 1528. Scripſit ad me multas epiſtolas* Goſvvinus Halenſis, *olim* Weſſeli *famulus, quarum unam hîc adſcribam, quoniam in ea quoq;* Weßeli *fit mentio luculentiſſima.*

Reuchlinus.
Phriſiã.

Gratiam & pacem. Salve, mi dulciſſime fili, Alberte. *Ego mihi vehementer gratulor, amantiſſime fili, quòd ita vitam inſtitueris, ut coneris quidquid temporis nanciſci quiveris literis impertire, idq́; Sacris. Ita homo ſum, ut non poſſim vehementer amare eos, qui ſeſe cùm bonis tùm etiã Sacris literis dediderunt. Deinde gratulor tibi etiam, & toti monaſterio Adwerdenſi, cui ſpero honori eris, & priſtinam eruditionem per te ac tui ſimiles reſtitui. Novi Adwerdiam ante annos quadraginta, & eo plures: tum doctum virum ſi quæſiviſſes, hunc in Adwert inveniſſes, aut alibi nuſquã in tota Phriſia. Erat ea tempeſtate Adwert non tàm monaſteriũ, quàm Academia. Horũ mihi teſtes eſſent, ſi ſupereſſent,* Rodolph⁹ Agricola; Weſſelus Groningẽſis;

Guilhelmus Fredericus, Paſtor; Ioannes Oeſtendorpius, *qui adhuc ſupereſt, Canonicus Daventrienſis & idem præceptor meus*; Rodolphus Langius Monaſterienſis; Paulus Pelantinus; Alexander Hegius, *itidem præceptor meus*; Ioañes Canter, Groningenſis, *pater* Iacobi Canter, Poëtæ Laureati; Lambertus Frylingus Groningenſis; *&, quem penè præterieram, eques auratus* Onno ab Evvſuma: *item* Arnoldus Hildeſimenſis, *& alij, qui totas hebdomadas, ne dicam menſes, in Adwert diverſari ſoliti ſunt, ut vel audirent vel diſcerent, unde & doctiores & meliores quotidie efficerentur. Quid dicam de nunquàm ſatis laudato Patre* Henrico à Rees? *cujus pectus nihil aliud fuit, quàm armarium Spiritus Sancti, & divinarum literarum: cujus omnis ſermo doctrinam & Spiritus Sancti ſuavitatem ſpirabat, ut ſæpenumerò ex prædeceſſore meo,* Ioanne à Veteri Eccleſia, *audivi. Verùm quorſum hæc? ut laudentur à me, quorum nomina ſunt in libro vitæ. Neq́; etiam à me laudati ſunt illi viri, ſed mirati ſunt à me, & à longè ſequens libenter eorum veſtigia exoſculor. Deus bone, quantus amicus mihi fuit, qui alioqui nihil ſum,* Arnoldus Gryp, Bernhardus de Doeſborch, *poſteà Abbas,* Henricus Edammis, *longè majoris eruditionis quàm credebatur, &* Rodolphus Hilbrandus, aliàs Bolens, *cui infinita negotia ademerunt ut non omnium eſſet doctiſſimus? Is cùm mortem ſuam obiret, arbitrabar fore, ut nullum unquàm talem amicum in Adwert adſequerer. Tu,* Alberte *fili, in literis quotidie immuſſas, nihil mihi tuarum rerum communicans. Eſt hoc filij? Eſt hoc humanitatis ſtudia amantis? Ego libenter tibi concedo, ut multò me doctior ſis; & iſtud libentur cuivis concedo. ſatis enim mihi eſt Alphabeticum manere; verumtamen gratum adhuc eſt eruditum convenire. Quoties ſignificavi, nunc per Priorem, tuum amicum unicum? quoties per alios, ut ad me ſcriberes? & non feciſti. Fuiſti Groningæ, nec me conveniſti. Quid dicam? Dicam te ingratum, aut ſuperbum? Ingrata nomina ſunt. Nolo te talibus appellare. Dicam igitur, te majoribus impeditum & occupatum mei oblitum? Sed oblivioſi nomen invidioſum eſt, & exoſum quoq́;. Efficiam igitur hoc, ſi tibi ita placet: omnia præterita tibi ignoſcam; poſt hac ſcribas ad me. Et ut tibi ſcribendi occaſio ad me ſit, dabo argumentum ſcribendi. Cupio ex te certior fieri, unde in re Chriſtiana ſectæ & hæreſes? Non voco hîc ſectas & hæreſes varia genera monachorum: nā illa ſunt genera quoq́; ſub cruce Chriſti vivendi; modò rectè eis utamur. Sed quæro de ſectis & hæreſibus, quales fuêre Arrij, Manichæi, & ſimilium. Et ut, juxta* Alexandrum *noſtrum* de Villa Dei, Carnotenſem, *tantò levius tibi fiat, ego arbitror, quia abuſi ſunt verbo Dei per carnalem ſuum ſenſum, eò quòd lex ſpiritualis eſt: immò, tota Sacra Scriptura. Poſtremò, hic juvenis qui ad te à me has perfert literas, ad me miſſus eſt à Swollis & , ut audio, ex honeſtis parentibus apud Almeloë. Viſitavit Daventriæ & Swollis, & cupit ſervire Domino. Objeci ei multas difficultates & onera monachorum, & multa id generis: perſeverat æquè conſtans. quantùm eum cognoſcere potui, prudens eſt & quieto animo. Si ullum vitium in eo ſcirem, non mitterem eum ad vos, Ego omnibus modis credo illum vobis utilem fore. Vale, mi dulciſſimi fili* Alberte.

Ex

Ex cubiculo noſtro, die Clementis, Anno ſalutis 1528. Conſulibus Ludekino Hoerneken & Lubberto Clandt.

Tuus ex animo GOSVVINVS.

P*Riorem ſcivi abeſſe, ideò ſcribo ad te. Ad D. Abbatem ſcripſiſſem, ſed viſa eſt mihi res minor, quàm ut occupatiſſimum onerarem etiam literis meis. Age, ut non videar ad te primum fruſtrâ ſcripſiſſe. Voce eſt tubali, ut audio. Iterum vale Cõſulibus, & anno, quibus ſuprà. Obſecro autem te, mi ſuaviſſime fili* Alberte, *ſaluta ex me Abbatem meum; & certè meum, cujus eſt totum quod ſum. Statui cum nepote meo venire ad vos, cùm licuerit nobis ſolis eſſe. Anni ferè quadraginta ſunt, quòd fui cum prædeceſſore meo Adwert, tempore* VVolteri Hilbrandi, *qui tùm poſt prandium totum conventum fecit in Abbatiam convenire, & differre ferè ad horam pulſum ad veſperas. Spero, me ante mortem ſemel adhuc Adwert ita viſurum, ſi Domino placet. Etiam tertiò vale, iiſdem Conſulibus & anno. Saluta noſtros. Statui aliquid ad te ſcribere, ſi mihi Dominus ſanam vitam dederit. Sed primùm ex te quæro, & vehementer ſcire cupio, Quomodo homo cognoſcat ſeipſum? Deinde, cùm ſe homo cognovit, qualem eſſe ſe tunc inveniet? Et, quid ſit, qui ſeipſum novit? En nũc copioſè propoſui quod ſcribas, ut te & me fatiges. Hæc omnia* Goſvvinus *in hac epiſtola: & quæ ſequuntur, paulò poſt per eundem juvenem. Narravit reverſus ſcholaſticus ille, quem ad te miſeram, te deſiderare* Ovidium; *& nullum certum opus ejus mihi disertè nominavit. Mitto ergo ad te libros Metamorphoſeωn: quibus & te dono. Hæc olim fuerunt Patris* Ioannis Antonij Liberi, *Fratris veſtri. Emi ante annos aliquot hæc ab* Antonio, *filio* Antonij Liberi Suſatenſis. *Hunc Adwertenſes ſuis ſumtibus aluerunt in Univerſitatibus, qui factus Syndicus Campenſis, filium* Ioannem Liberum, *omnium doctiſſimum poëtam Deo conſecravit in veſtro cœnobio, cujus adhuc exſtant magna volumina carminum. Sed, meo judicio, ſatis eſt ſemel legiſſe* Ovidium, *& quidquid ejus eſt farinæ.* Virgilio, Horatio, Terentio *majus eſt ſtudium impendendum: ſi ullum eſt ſtudium noſtræ conditionis hominibus Poëtis impendendum. Optarem te & legere, & crebrò legere* Biblia, *ut etiam, ſi benè memini, coràm dixi. Et quoniam hiſtoriæ ignarum eſſe non licet, ſuadeo ut legas* Ioſephũ, Hiſtoriam Eccleſiaſticam, *cum* Tripartita. *In ethnicis hiſtoriis proſuerit non parùm legere* Plutarchum, Salluſtium, Thucydidem, Herodotum, Iuſtinum. *Deinde non nocuerit etiam perluſtraſſe* Ariſtotelis & Platonis *libros. In* Cicerone *aliquid moræ eſt faciendum, ut oratio Latina fiat. Deinde ſecundum noſtra* Biblia *juſti & ſerii labores* Aurelio Auguſtino *impendendi. Hunc ſequatur* Hieronymus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Gregorius, Bernardus, Hugo de S. Victore, *vir plenus multæ eruditionis.* Ioannes Picus, Comes Mirandulæ, *ita partitus fuerat ſuas horas diſcendi, ut matutinum tempus Philoſophis; poſtmeridianas horas amicis, valetudini, interdum Poëtis & oratoribus; noctem, inquit,*

Is erat Ioannes Haleſis, Pater ad Spiritales virgines, ubi *VVeſſelus* ſepultus eſt in choro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

cum ſomno ſibi Sacræ literæ partiuntur. Idem alibi dicit; Addixi me jamdudùm literis in famulatum: illæ pro ſuo imperio ita ſeverè legendi, dictandi exigunt penſum, ut vix valetudinem redimam. Sed de his aliàs. Hoc unum dico; qui legens divinas literas non ſibiipſi quotidie magis ac magis vileſcit, & ſibiipſi diſplicet ac humiliatur, non fruſtrà ſolùm legit divinas ſcripturas, verùm etiam cum periculo: ut noſter, noſter, inquam, ille Weſſelus perpetuò ingeminabat. De Auguſtino Agg. doleo, eum agere technis, tricis, dolis, & gerras gerere. Primùm ipſe Suidam emerat ab uxore Liſtrii, ut fingebat cùm noſter eſſet. Hoc mendacium cùm non procederet, dixit ſe non habere. Poſteà hoc commentum cùm non valeret, faſſus eſt ſe habere, ſed ad manum non eſſe. In Holmis veſtris coràm Priore dixit, ſe rediturum poſt octo dies futuri tunc Paſchæ. Nunc iterum dicit, ſe librum non habere. Hæc & hujuſmodi faciunt ex tanto viro non hominem. Quorſum iſta? Eſt iſtud Doctoris? Iſtud eſt viliſſimi nebulonis. Quis de his non doleret, qui hominem noviſſet? Iterum vale. Rurſum ita paulò poſt. Sed heus tu, mi dulciſſime fili Alberte, non diffiteor me non rectè tecum egiſſe nunc, non reſcribendo ad te, præſertim cùm tu cum mortuis & morituris conflictareris. Epiſtolà ſanè tua juſtas à me exigit expoſtulationes, quam ad me dabas Idibus Decembribus. Sed ante paucos dies correptus torminibus calculi & ventris nihil egi in hunc uſq; diem, quàm tuam epiſtolam acceperim. Quid poſt hàc Dominus mecum voluerit efficere, ejus voluntati permitto, precans ejus miſericordiam. Ora pro me, mi amantiſſime Alberte. Priorem, unicum amicum, Henricum Zuidvvoldis, cum noſtris omnibus ſaluta, ac vale in æternum.

Tuus ex animo GOSVVINVS.

HÆC tàm multis adſcribere volui ex optimo viro, Domino Goſvvino, tùm propter teſtimonia de Domino Weſſelo; tùm verò, ut mei adverſarij videant quod fuerit ſtudium adoleſcentiæ meæ: cùm omnes pſeudo-Evangelici tanta obſtinatione in me & ſtudia juventutis meæ ferantur. Deinde, ut teſtimonium quoque exſtet optimi & ſanctiſſimi viri Domini Goſvvini, cujus quòd non omnium celebratiſſimum ſit nomen, invidia fecit falſorum fratrum. Sed ille additus eſt numero electorum Dei, & ipſius monimenta varia adhuc in lucem tandem venient. Multa enim ſcripta ſua ad poſteros reliquit, & aliquot dialogos, plenos pietatis & doctrinæ, ad me. Sed ego jam cum veniæ deprecatione, quòd tàm diu evagatus ſum, revertor ad teſtimonia ſcripta de Weſſelo, quæ quidem nunc ad manum habeo. Sunt enim alia plurima, quæ præſentia nunc non habeo, ſcriptis comprehenſa, quæ aliàs dabo, ſi volet Deus. Nunc pauca addam, quæ ſcriptis edita ſunt; poſteà, quæ coràm à probatæ fidei teſtibus audivi.

In Paralipomenis ad Vrſpengenſis Chronicon.

HIS temporibus claret Magiſter Ioannes Weſſelus Groningenſis, Lux mũdi olim vulgò dictus, raræ & reconditæ doctrinæ vir, cujus ſancta quædam

monumenta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

monumenta exſtant. Primò, de benigniſſima Dei providentia omnia ſuaviter diſponente. *Secundò*, de cauſis, & myſteriis, & effectibus Dominicæ incarnationis & paſſionis. *Tertiò*, de dignitate & poteſtate Eccleſiaſtica: de vera & recta obedientia. *Quartò*, de ſacramento pœnitentię: & quę ſint claves Eccleſiaſticæ. de poteſtate ligandi & ſolvendi. *Quintò*, quę ſit vera communio ſanctorum. de theſauro Eccleſię. de participatione & diſpenſatione hujus theſauri de Fraternitatibus. *Sextò*, de purgatorio: quis & qualis ſit ignis purgatorius. de ſtatu & profectu animarum poſt hanc vitam. *Deceſſit ex hac vita año Dõi 1489. Ita habuit quælibet ætas ſuos* θεοδιδάκτους, *& in fide electorũ Dei agnitioneq́; veritatis judicio ſano præditos. Hæc* Paralipomena Chronicorũ, *pa. 142.*

Habemus autem præter opera VVeßeli, *quæ hîc recenſentur, etiam plura alia, licet non omnia, quæ ſuis titulis hîc ſubnectam. Exſtat Swollis impreßum volumen* Weſſeli, *duobus libris diſtinctum*, De cauſis incarnationis. De magnitudine & amaritudine Dominicæ paſſionis. *Item, juſtum volumen* ſuper Orationẽ Dominicam. *Jam deluteſcunt apud nobilem & eruditè pium virum*, Dominũ Chriſtophorum ab Ewſſum, *nepotem* Domini Onnonis ab Ewſſum, *cujus meminit* Dominus Goſwinus *in epiſtola ſua ad me, plura* Weſſeli *noſtri, quæ, per Dei voluntatem, brevi in lucem edentur.* De ſtabilitate & modo figendi meditationes. Liber multarum notularũ de Scripturis Sacris, & varijs Scripturarũ locis. *D*e Creaturis. *D*e Angelis. *D*e Dæmonibus. *D*e Anima. *Liber alius magnus* de Dignitate & poteſtate Eccleſiaſtica: de Indulgentiis. Libellus pro Nominalibus. *Item* duo libelli practici in Medicina, *ipſius* Weſſeli *manu ſcripti exploratiq́; in periclitantibus ægrotis. Item*, de triduo Chriſti in ſepulcro pro Paulo Burgenſi contra Middelburgenſem. *Et alia quædam, quæ hactenus fuerunt adſervata primùm ab optimo Patre* Goſwino; *deinde à nepote ipſius* Ioañe Halenſe, *Patre ad Spiritales ſorores: poſteà à* Domino Regnero Prædinio, Gymnaſiarcha Groningenſe, *viro longè doctiſſimo, quod editæ ipſius lucubrationes ſatis docent, & mihi alioqui notiſſimum eſt. Nam Groningæ à pueris unà in eodem cubiculo in ædibus Fratrum habitavimus; & in eodem lecto multo tempore dormivimus. Ab hoc* Domino Regnero *hi libri* Domino Chriſtophoro ab Ewſſum *teſtamento legati ſunt, cum quibuſdam alijs* Weßeli *reliquijs. Sed hæc hactenus. Addam nunc luculentiſſimam teſtificationem typographi* Adami Petri, Baſileenſis, *longè optimi & eruditiſſimi viri de* VVeſſelo.

Theologorum, adeoq́; omnium eruditorum ornamento,

D. CHONRADO FABRO, in Küſnack Baptiſtinianæ domus prępoſito, *ADAMUS PETRI.*

Ecce, eruditiſſime vir, qualis auctor à quibuſdã è medio ſublatus fuerit: qua cauſa, adparet. Sed qui fines, ceu fluctibus maris, impiorũ ponit furori, Deus, nõ paſſus

eſt prorſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

eſt prorſus perire, Quid ipſo unquàm vidiſti, præter Biblicos, quos vocant, libros, literis
commiſſum, quod & evidentioribus argumentis oſtendat totum Chriſti & Scripturæ
negotium, & fortioribus pugnet adverſus illos impoſtores, inimicos Dei? Quid vidiſti
quod magis labefactet & obſcuret traditiones hominũ? Atqui certius nullum eſt ar-
gumentum ex Deo eſſe. Ubi n. inventiones hominum ſunt, hic nemo credat Chriſtum
Verbum Dei eſſe: non aliter atq; ubi ſol oritur, ſidera alia omnia occultantur. Quare
hunc legere optarim primùm illos ſapientia & eruditione turgidos, qui rationibus ſuis
philoſophicis vitam Chriſtianam formare pergunt; illos, inquam, quibus in Theolo-
gia hodiè in toto penè orbe nihil non tribuitur; quos ego ſimiles ſoleo dicere hirundi-
nibus & muribus, qui cùm domeſtici ſint, & videantur cicures, cicurari tamen non
poſſunt. Ita enim vidi, fieri non poſſe, ut verè Chriſtũ cognoſcant, propter eruditionis
vel ſanctitatis divitias, ut ita dicam, quæ tantò difficiliùs relinquuntur quàm exter-
næ opes, quantò arctiùs cohærent: cùm vulgò Theologiciſſimi habeantur. Adeò fal-
ſa doctrina prima fronte nec ſpecie, nec nomine à vera abeſt; ſicut Styx fons neq; odo-
re neq; colore ab alijs aquis differt, tamen pota necat. Spero tamen jam hunc aucto-
rẽ efficacem in omnibus fore, modò legant: neq; enim docet ſicut ipſi, ſed ὡς ἐξουσίαν
ἔχων. Aliàs certè videor mihi videre, quàm hoc genus hominum impediturum ſit
Chriſtum: quanquàm eruditiores adhuc in primo limine nihil reſtiterint. Dein-
de & illos legere velim, qui ſine charitate, inflati ſcientia, puſillos in Chriſto offen-
dunt, & temerè in rebus, quibus minimè oportebat; & per hoc Eccleſiæ Chriſti plu-
rimùm nocent: velut in horto arbores, quæ ramis nimiùm luxuriantibus alias
Mat. 18. *impediunt, quibus inquit Chriſtus;* Præſtat amputata manu mutilum, ampu-
Marc. 9. tato pede claudum, eruto oculo luſcum ad vitam ingredi, quàm integrum
mitti in gehennam ignis: *monens multa diſſimulanda. Quemadmodum igitur*
in te vivum Chriſtianæ ſeveritatis & modeſtiæ, ita in Weſſelo *mortuum, ut ſic di-*
cam, habemus exemplar. Idcircò & tibi, viro omnibus theologicis dotibus cumula-
tiſſimo, virum hunc Theologum nuncupare viſum eſt: in qua re ſi quid pecco, tuo
Hugualdo adſcribas, Vale in Deo, quod oportet fiat per Chriſtum. Baſi-
leæ, anno 1523.

Sunt duæ hic jam adſcriptæ epiſtolæ: altera Lutheri; *altera hujus* Adami Petri. *de*
quibus nunc referã, quod me audiviſſe memini, quoniã aliquid attinet ad controver-
ſiam quæ graſſatur circa Sacramentum Euchariſtiæ hoc etiam num tempore, & quæ
me circulo Saxonico proſcripſit; cùm alioqui jam pridem, relictis patria & rebus o-
mnibus, nudus nudum Chriſtum ſequutus eſſem, liberatus paulò ante ex Lovanienſi
mea captivitate, quam periculoſiſſimã propter Evangelium crucis perpeſſus fueram:
non tamen conferendam quocunq; modo cum calamitatibus, quibus ad totum ſepten-
nium Concionatores quidam Bremenſes, & alij Saxonici excarnificaverunt me tan-
tùm non ad mortem ipſam. Res autem ita habet. Repererat Dominus Cornelius
Hovius, *Senator Cæſaris Caroli in Haga Comitis Hollandici, & alij quidam*
docti ad Regnum Dei, vetus quoddam ſcriptum de Cæna Domini, *quod videbatur*
damnare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

damnare craſſam illam Capernaiticam corporis Chriſti manducationem, & ſtatuere ſpiritalem; veram quidem illam & eſſentialem, ſed fidei tantummodò & perceptibilem & convenientem. Repererant verò illud inter chartas Doctoris Iacobi Hoeckij, Decani Naeldvvicenſis, ad quem exſtant Weſſeli quædam ſcripta de Purgatorio, & alijs propoſitionibus. Erat autem Doctor Iacobus ille avunculus Magiſtri Martini Dorpii, Theologi Lovanienſis. Quoniam autem multa ſcripta Weſſeli inter libros Hoeckii reperiebantur, exiſtimabant illi ſcriptum de Cæna quoq; VVeſſeli eſſe. Quod ego neq; probo, neq; improbo; non nego, neq; adfirmo. Certum eſt, VVeſſelum ad eum ferè modum de Euchariſtia ſenſiſſe & ſcripſiſſe: ſed audivi tamen, illud Hoeckii ſcriptum vetus admodùm fuiſſe, & ante ducentos annos à pijs hominibus illic alijs atque alijs quaſi per manus traditum & circumlatum. Nacti quidam illud, & ut ſummum theſaurum amplexi, utpote quo ſe Papæ artolatriam ſemel totam exſtinguere poſſe intelligebant: nacti quoque opuſcula VVeſſeli, partim inter libros Hoeckii, partim in cœnobio Canonicorum Regularium montis S. Agnetis, in ſurburbio Swollenſi, ubi VVeſſelus aliquam anni partem ſolebat tranſigere: nam jus menſæ ibidem ei redemerat Dominus David à Burgundia, Epiſcopus Trajectenſis, præſul longè fideliſſimus, & unicus VVeſſeli patronus contra rabientes Mendicantes monachos, qui admirandis modis perpetuò VVeſſelum perſequebantur, quos & publicis congreſſibus aliquoties ſtraverat Groningæ & Swollæ in cœnobio Prædicatorum, cui noſtro tempore horribilis ille perſequutor Chriſti Gruvvelius præfuit. Utebatur autem Weſſelus conſtantiſſimo patrono Domino Davide Epiſcopo, ut dixi, quem immerſum & balneatum tepido lacte ab arthetica & alijs morbis ſanaverat. Subornarunt autem docti illi & pij viri, Dominum Henricum Rodium, Patrem domus Fratrum apud Trajectum ſuperius, quod Vtricum vocant: qui profectus Wittenbergam ad Lutherum, adtulit ei Weſſeli libros, qui tunc haberi poterant. Nam quæ in ſcrinijs ipſius reperiebantur ejus manuſcripta omnia, eo mortuo, opera Mendicantium monachorum, & quorundam aliorum furore, exuſta erant. quod mihi bona fide dixerunt, qui ſuis ipſi oculis hoc viderant. Adtulit quoque ſcriptum illud de Euchariſtia ad Lutherum, rogans, etiam aliorum nomine, ut illud reciperet & adprobaret. Sed Lutherus, timens omnimodam prophanationem Cænæ Dominicæ, non acceptavit. Rogabat autem in menſa Lutherum Caroloſtadius, ut reciperet & adprobaret illam ſententiam, & ſcriberet contra carnalem illum eſum, ad modum hujus ſeculi. Id cùm fortiter renueret Lutherus, excandeſcens Caroloſtadius, inquit; Si tu non vis ſcribere, ego ſcribam; ut ut non ita idoneus. Lutherus mox prolato è crumena aureo nummo, projecit in quadram Caroloſtadii; En, inquiens, aureum hunc tibi: tenta hoc, ſi audes. Ille accepto & repoſito aureo ſurrexit de menſa, & cepit ſcribere, ut tunc potuit. Lutherus verè controvertens defendebat τὸ ῥητὸν in verbis Cænæ, neq; per omnia acceptavit formas, quibus plerique Veteres ſunt uſi, cùm dicunt, Panem Cænæ Domini eſſe vel ſpiritualiter, vel

typicè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

typicè,vel figuraliter,vel ſignificativè corpus Chriſti. *Vix quoq;* Panem ſa-
cramentaliter eſſe Chriſti corpus *voluit admittere, niſi ſacramentum craſſe in-*
telligeretur. Itaq; tunc Caroloſtadius *in arctum coactus dixit,* Τοῦτο, Hoc, *refe-*
rendum eſſe ad viſibile Chriſti corpus in menſa ſedens,non ad ſacramentalem panem.
Id cùm abſurdum & periculoſum adpareret, & eſſet, dedit Luthero *occaſionem*
ſcribendi contra Caroloſtadium.

Totum hoc de ortu & progreſſu controverſiæ circa Euchariſtiam mihi præter
Philippũ Melanchthonẽ *etiam Conſtantiæ narravit clariſſimus vir,nobilitate &*
eruditione præſtans, Dn. Thomas Blaurerus, Conſul Conſtantienſis, *frater* Dn.
Ambroſii Blaureri, Paſtoris *id temporis* Conſtantienſis: *qui Dominus Conſul*
Thomas, *decumbens in lecto, & mortaliter ægrotans tunc, adfirmabat ſe prandio illi*
interfuiſſe, & Lutheri *ſe convictorẽ fuiſſe. Hìc oĩm primùm cepit controverſia de Cœ-*
na Domini,Wittenbergæ;non Baſileæ,vel Tiguri. Lutherus *autẽ ſcripſit tũc* Rodio
eã epiſtolã,quæ operibus VVeſſeli *præmiſſa eſt, addiditq; illi literas ad* Oecolãpadiũ
de ſcripto veteri Euchariſtico,petens illius judiciũ, & ut opera Weſſeli *Baſileæ impri-*
merẽtur. Oecolãpadius, *ut erat vir valdè modeſtus & timidus, nõ auſus proferre ſẽ-*
tentiã, cùm intelligeret nõ adprobari Luthero, *miſit illũ Tigurum ad* Zvvingliũ, *cui*
ſentẽtia placuit: nã & anteà viſus fuerat eò propendêre. Itaq; illa arrepta ſentẽtia ce-
pit illã defendere, quæſitis tamen multorũ Doctorũ ſententijs. Mox & Oecolãpadius
cepit audẽtiùs progredi: quòd vehemẽter Luthero *diſplicuit. Hæc dolorũ horũ initia.*

Rodius *autem miſſus Tigurum reliquit apud hoſpitem opuſcula* Weſſeli, *quæ initiò*
dicebantur ab irato hoſpite exuſta,ſed poſteà redemta,neſcio cujus ære,perlata ſunt ad
D. Adamum Petri, *qui addita erudita illa epiſtola,ea impreſſit. Sed cùm* Rodius
non potuiſſet exemplaria redimere, eoq; coâctus eſſet illa apud hoſpitem relinque-
re,non certò ſciens eſſent ne exuſta,nec ne, reverſus in Belgicum curavit cum alijs
amicis, viris doctis, ut intereà Zwollis deſcripta anteà exempla excuderentur, unà
cum libellis de paſſione Domini, *& alijs.*

Hactenus de duabus epiſtolis,unaq; de occaſione litis circa Cœnã Dñi,quæ ea fide ad-
ſcripſi,qua accepi ab ipſo Rodio *à* Goſvvino, *à* Philippo, *&* Thoma Blaurero: *quẽ*
ſpero adhuc in vita eſſe. Itaq; ſi vivit, ad eũ provoco, uti certiſſimũ hujus rei teſtem.
Alij in Dño mortui ſũt: interim velim illis credi, ut viris bonis; mihi ſaltẽ, ut fideli re-
latori. Revera autẽ mihi dolet, Rodiũ, *quem ſcio admirãdo ſtudio quæſiviſſe verita-*
tẽ, ita à quibuſdã, poſt fata etiã, proſciſſũ eſſe, quando ſatis conſtat, illũ in invocatione
filij Dei ſepultum eſſe, plenum Chriſtiana ſpe, & ſubnixum certiſſima fide defunctũ.

Addam nunc tertiam epiſtolam, ut ex illa occaſionem ſumam referendi ea quoq;,
quæ nulla ſcripta habent teſtimonia, ſed quæ à bonis viris accepi, qui dulciſſima Weſ-
ſeli *conſuetudine annis non paucis uſi ſunt, niſi quòd pleraq; omnia in Epicedio quan-*
dam notationem habere videntur, ut adparebit.

Guilhelmus Sagarus, Conſiliarius Cæſaris.

S*Alve plus millies, optime* Alberte. *Accepi literas tuas verè literatas; accepi &*
munera verè pia. Nam etſi non omnia VVeſſeli *ſint, ſiquidẽ præter illud, quod de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Miſſa ſcriptum eſt, non auſim certò illi adſerere; ſunt tamen omnia ſancta juxta &
erudita, maximè verò id opuſculi, quod ad conſolationem infirmorum elaboratum eſt.
Illud verò collectaneum de Canticis Canticorum, quod innuis per mulierculam
miſiſſe, ad nos non pervenit. Cetera fide planè Attica reddidit Egbertus: quorum
quòd bona pars mutila ſit, ſcio non culpa tua, ſed ejuſdem Egberti nimia feſtinatione
factũ. Venturus eſt iterum propediem ad te, literaſq; noſtras ad te feret prolixiores.
Spero interim te aliquid collecturum, cujus nos tùm velis facere participes. Interim
munuſculo noſtro, Brevi arte Lullij, fruere, & nos amanter precibus tuis Deo com-
menda. Ex Levardia, octavo Calendas Januarij, anno 1530.

Toto pectore tuus GUILHELMUS SAGARUS.

HÆC ferè ſunt, quæ ab alijs ſcripta de Weſſelo habui: licet non neſciam diver-
ſiſſimis locis ipſius ab alijs quoq; multis fieri mentionem, quæ ut quiſq; in editis
libris offenderit, poterit adnotare.

Adſcribam autem hîc quædã de Sagaro, cujus epiſtolam ad me præmiſi. Erat is à
conſilijs Carolo V. Cęſari in aula Brabantica, vir undiquaq; doctiſſimus: cujus, præ-
ter alia, exſtat commentarius erudítiſſimus in legẽ Lecta: quem & Budęus & Li-
lius, & plures alij valdè admirati ſunt; maximè priuſq; editio Florentina Iuris Civi-
lis prodijſſet, quæ inextricabilem illum, ut videbatur, nodũ ſolvit, repoſitis juſtis nu-
meris. Is Sagarus ad nos Adwerdiam venit, unà cũ patre ſuo, viro multa graviq; ca-
nitie venerabili, tùm ut celebre cœnobiũ videret, tùm multò maximè, ut certi aliquid
de D. Weſſelo inveſtigaret. Ferebat in ſinu librũ Weſſeli de cauſis incarnationis,
& magnitudine paſſionis, planè detritũ, ſanctè adfirmans, ſe ex illo didiciſſe Chri-
ſtũ; rogans obnixè, ut ſi quam de VVeſſelo certã memoriã & cognitionẽ teneremus,
eã illi indicaremus. Oſtendimus, quæ habuimus impreſſa jã. Ego præterea quædã ſcri-
pta habebã; quædam apud alios inveſtigavi. Habui & Epicediõ & Epitaphium, quod
ſequitur. Profectus ſum cũ eo Groningã in Collegium Spiritaliũ virginũ, ubi Ioannes
Haléſis Cœnobiarches nobis Weſſeli calvariam offerebat, quã ille amplexus oſcu-
labũdus venerabatur, & obtulit decẽ libras Flandricas, ſi permittere vellẽt, ut ſecum
ferret. Sed ſororculæ quædã ſuperſtitioſulæ reluctabantur, adfirmantes ſe vidiſſe, quòd
libri ipſius & chartæ ipſius manuſcriptæ uſtulatæ eſſent, ut de hæreſi ſuſpectæ: fortaſſe
hũc eſſe aliquẽ Lutheranũ, qui ex cranio idolum facturus ſit, & abuſurus ad incãta-
mẽta. Ea tùm ibi erat ſenicularũ cantio, quæ tamẽ alioqui piè de Weſſelo teſtabantur,
& oſtendebant in libellis ſuis precatorijs quaſdã à Weſſelo ſibi relictas, quarũ ego a-
liquã partẽ, quæ certò illius videbantur, exſcripſi Sagaro, & libellos quoq; nõ paucos
collegi, quos illi tranſmiſi, quorũ mentionẽ facit in epiſtola ſua. Redijt ille, ut audio, in
aulã Brabanticã, neq; quidquam mihi remiſit, neq; loquutus poſteà illi ſum: nam ex
Brabãtia in Zelandiã abijt, quæ illi patria erat, & dicebatur õninò poſteà à puriore
religione receſſiße: Neq; ego exẽplaria mihi ſervavi: dederat n. fidem, ſe velle curare
ut deſcriberentur; deinde bona fide ſe velle remittere. Jam audio, cauſidicum aliquem

eſſe

eſſe Mechliniæ, qui habeat collectanea quædam Weſſelica, quæ fortaſſè illa ipſa
ſunt, quæ à me Sagarus accepit. qui utinam dignaretur ea aliquò in Phriſiam
mittere, ut unà cum aliis imprimantur, ſiquidem aliquid eſt lectione dignum. Certè
ſi Weſſeli ſunt, omninò digna erunt quæ legãtur: nam, ut vulgò dicitur, boni vini et-
iã fæces in pretio habẽtur; &, pulchrorũ autumnus quoq; pulcher eſt. Sum
aliquando profectus in montem Agnetis, ubi aliquam anni partem Weſſelus ſole-
bat verſari annis ſingulis recurrentibus, ut dicitur; contuli ibi cum venerabili & do-
cto, eodemq; nobili Patre Gerhardo à Cloeſter, qui fuerat ſtudioſiſſimus auditor
Weſſeli. Is ita mihi & pietatem, & gravitatem, & ſummam eruditionem ejus ex-
ponebat, ut vix à lachrymis temperarem. Oſtendebat non pauca fragmenta, ſed quæ
pleraque erant ex libro de cauſis incarnationis & paſſionis, quem ille nobis ex
ruderibus & abjectis laceriſq; paginis reſtituit, adjutus labore Gerlachi à Caſte-
rem, optimi Patris, quo uno vix alius aliquis fideliùs omnia Weſſelica percepit.
Oſtendebant mihi Pſalterium ipſius Hebraicum, & Græcum Nazianzenum, &
quædam à Rodolpho verſa, quæ non exſtant. Referebant, habuiſſe Weſſelum va-
ſtum volumen ab ipſo collectum & conſcriptum, quod vocabat Mare magnum,
propter omne genus varias notulas in illud congeſtas. Dicebant hoc aliquando in
Belgicum aſportatum eſſe. fortaſſè illud eſt, quod bonus ille Iuriſperitus Mechli-
niæ dicitur habere. Referebant Patres illi, Gerhardus & Gerlachus, ſe aliquid et-
iam Græcè & Hebraicè ab illo didiciſſe, & libros elementarios, & alios oſtendebant.
Adnotaverant quoque non pauca in libellis ſuis ex literis Sacris, quæ illis dicta-
verat. Cùm Gerhardus animadverteret, me non frigidè adfici ad VVeſſelica, pro-
mittebat, ſeſua omnia mihi relicturum, ſi ante me moreretur: nam conterraneus
meus erat, nimirum Trans-Iſulanus, ut & ego. Sed cùm ego poſteà patriam meam
& celeberrimam noſtram Adwerdiam relinquerem poſt promotionem meam The-
ologicam, & jam fortè Wittembergæ, vel Argentinæ, vel Baſileæ, vel in fide Ar-
chiepiſcopi Colonienſis, Domini Hermanni à VVeda eſſem, vel Bremæ fortaſſè
docerem, ille mortuus eſt: neque enim ſcio, quo anno ſit mortuus. Itaque factum eſt,
quòd ego nihil ipſius acceperim. Velim autem obteſtatos optimos Fratres Cœnobij
Agnetani, ut ſi quid fortè adhuc ejus rei habeant, in Phriſiam aliquò mittant, ut
tandem unà edi poſſint. Monſtrabant quoque illi viri ſcripta plurima piiſſimi viri
Domini Thomæ Kempis, cujus, præter plurima alia, etiam exſtat opus aureum
de Imitatione Chriſti: qui quidem Thomas in Agnetano illo collegio Canoni-
cus erat, quod VVeſſelus etiam reverenter colebat, & nullo loco libentiùs quàm illic
erat, quandocunq; apud noſtrates verſabatur, ut ad manum eſſet vocãti ſe Epiſcopo,
qui in Vollenhove ſæpè morabatur integros menſes, ut Weſſelo uti frui poſſet. Ab
Epiſcopo redibat Weſſelus Adwerdiam, ubi plurimos habebat diſcipulos, quorum
ego aliquot novi, qui ipſius conſuetudine uſi fuerant, & qui mihi e i narraverunt quæ
ſubiiciam. Solebam enim à puero ad duos cognatos meos ventitare, Ioannem &
Nicolaum Nortvildios; eoq; factum eſt, ut ſeniores pleroſq; illius temporis &
audiverim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

audiverim & noverim, & multa graviter & piè dicta ab ipſis perceperim. Exſtabant enim tunc non pauca exempla purioris monachiſmi in eo Cœnobio, quanto quidem tempore Weßeli illic memoria ſacroſancta erat, & diſcipuli ejus in vivis; quorum ego minimùm quindecim novi & audivi, ut anteà ſcripſi. Novi & alios non paucos, partim in cœnobijs vicinis, partim in agris Groningenſibus, & occiduis Phriſiæ parœcijs, partim in Sibbeciloa Cœnobio, & alibi. Verùm Adwerdenſes Cœnobitæ longè apertiſſimè de illo commemorabant.

Deſunt quædam.

VVESSELVS profectus eſt in Ægyptum, perſuaſus omnes libros Salomonis, & totam illam glorioſam bibliothecam Judæorum ibi adhuc ſervari: ſed reverſus ſolebat dicere; Fruſtrà profectionem abſolvi. Iudæi enim totam biblithecam ſuam perdere maluerunt, quàm legere quod confiteri noluerunt.

Ioannes Canterus, quem ipſe inſtituerat, & præter alia artem Raimundi Lullij eum docuerat, aliquando curioſiorem quæſtionem ei propoſuit: ad quem VVeſſelus; Exſpecta donec ſecundò ex Ægypto rediero: tunc reſpondebo tibi. deridens curioſitatem Canteri. Venit Advverdiam famatiſſimus quidam Doctor Pariſienſis. nomen non certò teneo. puto tamen Martinum fuiſſe appellatum: Cepit in menſa Abbatis, Henrichi Reeß, multa mox interrogare, dùm omnes cibum ſumerent. VVeßelus nihil reſpondebat: fiebat magna exſpectatio omnium; putabatur, nihil eße illi quod reſponderet. Facto prandio dixit Weſſelus; nunc, ſi quid placet, oppone. Oppoſuit ille multa; ſed talia à Weßelo accepit reſponſa, ut Doctor ille de menſa deſiliret, & abiecto bireto ſuo, inq; illud genibus procumbens, admirabundus dixit; Aut tu alter es Alanus, aut Angelus de cœlo, aut aliud quod dicere nolo. Benedictus Deus, non ſum fraudatus à deſiderio meo: non fruſtrà te quæſivi: non fruſtrà Magiſtrum contradictionis & admirati ſunt & oderunt Sorboniſtæ. Manſit ille ad tempus cum eo ferè ad exemplum Reginæ Auſtri; retulit juſta ad quæſtiones ſuas reſponſa. Hæc narravit mihi, qui vidit & audivit, Andreas Munterus, Philoſophus Stoicus Advverdię.

Habet Ordo Ciſtercienſis librum Dialogorum Cęſarij, valdè ineptum, qui in Cœnobijs ejuſdem Ordinis ſolebat ad menſam legi: nam novitas delectabat monachos parùm peritos. Ad illam ſemper auſcultabat VVeſſelus, & ſubinde ſuave ridebat. Rogatus cauſam, dicebat; Rideo craſſa mendacia. Præſtaret Sacras literas, & Bernhardi devotalia Fratribus proponi: nam hęc pręter ineptiam etiam multa periculoſa continent. Solebat autem VVeßelus menſæ Fratrum libenter intereſſe, quæ nunquàm eſt ſine lectione Sacrarum literarum, aut aliorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſcriptorum. Adwerdiæ autem poſt illam admonitionem cepit contemni Cæſarius, & jam omninò obſoletus eſt; ut & liber de illuſtribus viris Ordinis Ciſtercienſis, quem vocabat monaſtico labore concinnatas nugas. Scriptor enim ſtudioſè in eo rhetoricatur; ſed non longè diſcedit ab impuritate libri conformitatum Franciſci, quem mirandum in modum abominabatur Weſſelus. Semper die Cænæ Dominicæ in cœtu Fratrum veſperi pro collatione, ut illi vocant, legebat ſermonem Domini in cœna habitum, à capite Ioannis 13. uſque ad 18. Sed cùm ſenex eſſet, & alioqui malè videret, aberrabat frequenter à textu, ut à monachis rideretur. Hebraica plerumque legebat, idque edita voce, ut monachi quaſi ſtupentes & admirabundi ad voces ignotas auſcultarent. qua de re Ioannes Gallus, quem de Valeta vocabamus, mihi frequenter narrabat. Exponebat Iunioribus Fratribus Adwerdiæ Pſalterium, conquerebaturque tranſlationem vulgarem nimiùm eſſe obſcuram. Et mox, ut Fratres aliquid interrogabant, juſſit adferri Hebraicum codicem, ex quo & Fratrum quæſtionibus reſpondebat, & multa alia eruditè explanabat. Erat autem Adwerdia quaſi Academia quædam, ad quam nobiles & docti ex tota Phriſia turmatim accurrebant; & multa multorum veſtigia meo tempore exſtabant. fortaſsè adhuc exſtant, quæ nolim perire propter Cœnobij celebritatem & VVeſſeli gloriam in Deo. Conabatur reſtituere veterem illam Scholam Adwerdenſem, in quam ſolebant totius Phriſiæ ſtudioſi recipi. Erant Scholæ duæ: altera erat intra ſepta Cœnobij, quæ nunc eſt domus ſartoria, & adhuc Scholæ nomen retinet. In ea adoleſcentes inſtituebantur primis literarum rudimentis. Altera erat ad pagum Bedum, quæ hodieque Rubra Schola vocatur. In ea docti erant profeſſores, qui juventutem in Philoſophia & Sacris literis erudiebant. Annales Adwerdenſes dicunt, ibi una aliquando æſtate ad nonaginta ſtudioſos cum aliquot Magiſtris eſſe mortuos. Ad illam Scholam pertinebant omnes coloni, quos nunc Veſtiarius Adwerdenſis habet. Eas Weſſelus conabatur reſtituere in integrum; ſed impediebatur à quibuſdam, cùm mortuus eſſet Henricus Abbas, qui VVeſſeli conatum adjuverat. Prælegerat in illa Schola Richardus de Buſto, homo doctiſſimus, cujus in bibliotheca Adwerdenſi multa præclara ſcripta adſervabantur meo tempore: nam ſcripſit in omni genere doctrinæ & Philoſophiæ. Erat & Emanuel Epiſcopus Cremonenſis ibi profeſſor aliquando, homo doctus & nobilis familia: nam Comes natus erat. Sed propter ſeditiones Italicas profugit, & Adwerdiam intravit, ubi ſupra triginta annos vixit. Ingreſſus pulcherrimum templum Adwerdenſe, & pedo Epiſcopali, quod manu gerebat, ſolum feriens, clamabat: Hęc requies mea.

De Rodeſchoele.

Deſunt nonnulla.

PAV-

PAVLVS PELANTINVS PETRO PVTEO *S. D.*

ACcipe, mi Petre, *epicedion, quo* Baſilii *tui, meique, immò noſtri funera, non ſine mœrore, proſequutus ſum. Non ſum neſcius, carmen humilius eße, quàm tanti viri majeſtas exigit: ſed malui extrema ei ſacra rudis impendere, quàm hominem perenni memoria dignum ſinere penitùs oblitum eſſe. Prætereà rogaverunt me nonnulli, ſi quid hujuſmodi ederem, id planiſſimum efficerem. Id autem quidquid eſt, tu ſi labores meos commendatos feceris, abundè factum eſt. Benè vale: apud magnam, eãdemque celebrem D. Bernhardi Adwerdiam, in Phriſia Groningenſi, anno 1490.*

EPICEDION
PAVLI PELANTINI, Medici, quo VVeſſelum deplorat mortuorum.

WESSELUS GOSVOERT, ævi lux ſplendida noſtri,
Exemplarque unum quod turba togata ſtupebat,
Cujus fama ingens totum ſecura per orbem
Non mediocris erat, jam vita functus & aura
Tendit iter ſurſum. Si multa ſcientia rerum,
Ingeniumque amplum, præcoxque induſtria poßet
Excuſſiſſe virum de mortis faucibus atræ,
Neſtoreos longè ſuperaſſet callidus annos.
Sed cuncti properant, & inevitabile fatum
Volvitur, & nullo cunctos diſcrimine verſat.
Friſia tota gemat, vittis quoque barbara nigris
Indoluiſſe ſuo amiſſo teſtetur alumno,
Quo gentes ſeſe ante alias efferre ſuperba
Non abs re potuit, & ſola excellere cunctis.
Nam jacet exanimis, cui non contendere tota
Italia audebat; cui ceſſit laurea victrix
Altercanti, & ſemper palma ſcholaſtica ſummo
Ingenio quæſita fuit; per milleque ludos
Partus honos. Hinc jam tibi, diva Colonia, flendum.
Nutritius jacet ille tuus, cui inſignia quondam
Ingenuas edocto artes, de more, dediſti.
Dumque ſuis meritis primùm adſcendiſſe cathedram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Iuſſus erat, jam tunc rationes ille paratus
Solvere nodoſas, & inextricabile pulcro
Ore reſolvebat, quantum foret argumentum.
Nec mirum. quoniam toto reſonabat in ore
Summus *Ariſtoteles*, & divi verba *Platonis*.
Dùm rudis, & nondùm raſâ gymnaſia barbâ
Occupat, in Svvollis puerorum exercitor unus
Tunc ibat ſimplex nimiùm, tectuſque cucullo,
Et circum corpus pendebat lutea veſtis
Horrens, & totos texit velamine vultus.
Poſt ubi mente fuit magna, majora ſequutus
Liberior paſſim, pauloque licentior acta eſt
Vita illi, nimiumque animo laxabat habenas.
Ignotis errare locis, ignota virorum
Ingenia ardebat ſcire: & jam pectore anhelo
Italiam luſtrans, magnum bibit omne Tymavum.
Et niſi ſors claudum, pedibuſque tuliſset iniquis,
Ægyptum duram ſuperaſſet, & oſtia Nili,
Herculeos poſtes, Nabathæaque regna, etiam Arcton.
Tantus amor ſedit rerum cognoſcere cauſas.
Nulli divinis ſtudiis, ſacroque ſecundus
Eloquio fuit: in cunctis haud doctior alter.
Et iam poſt funus forſan non nomen haberet
Augu- *Aurelio* inferius, ſi non tàm dirus & acer
ſtino. Altercatus erat, & opinio ſæpè fuiſſet
Articulis ſuſpecta novis, defenſaque forti
Pectore per longas ambages, verbaque longa.
Illum non potuit ſentimine tota movere
Docta cohors: adeò uſque fuit non flexile pectus.
In dubio eſt, Rhetor ne fuit, maior ve poëta.
Muſarum plenus: ſed nemo potentior illo
Noſtra ætate fuit verbis orare ſolutis.
Hei, quoties avidas magnis ſermonibus aures
Continuit! nunquàm mihi talia longa putabam
Tempora: tota dies vix horula parva videri.
Impiger alternas audire & reddere voces,
Et miſcere iocos, & ſeria dicere vafer.
Iam gravitas in fronte videri, & riſus in ore.
Arte illum medica magnus donavit Apollo,
Spem vitæ ingentem, dulcemque referre ſalutem.

Tanta

Tanta illum tenuit artis fiducia magnæ.
Hiſce etiam rebus novitas non defuit ulla,
Qua ſemper gaviſus erat. miracula longè
Fecit inaudita, & tentavit millia rerum
Experimenta vigil. Referam de millibus unum.
Vt fama eſt, Patrem ſanguor morbuſque vetuſtus
Corripuit quendam: multi varijque vocantur
Ad curam medici, fruſtrà qui pharmaca præbent.
Weſſelus tandem veniens, ceu Pythius alter,
Per medium ſecto, Patrem, ſi credere dignum eſt,
Includens tauro, ſpirantia merſit in exta
Oretenus, tepido refovens tremebunda cruore
Membra Patris, vires & robur reddidit illi
Priſcum. non alijs eſt virtus reddita cauſis.
Mox flevit taurum morientem ruſtica turba,
Oſſaque cum gemitu flava condebat arena.
Ille novas etiam docuit transferre metalla
In ſpecies, vultuſque novos, formaſque viciſſim
Alternas, rerum cauſas tentare latentes,
De venis duri ſilicis, de marmore ſicco
Sacrum oleum elicere, cui nomen balſamus exſtat,
Sanandi morbos inſit quoſcunque poteſtas.
Iam tumulatur humo naturæ diva potentis
Maieſtas: magni cecidit *lux* unica *mundi*.
Vos monachi & Fratres mœſtos prætendite vultus,
Morteque non digna præreptum flete patronum.
Supplicibus votis vigiles ſuperate Tonantem,
Vt numero faciat magnorum adſtare Deorum
Baſilium noſtrum, placidaque quieſcere pace.

EPITAPHIVM
ejuſdem,
EODEM AVCTORE.

P*Allida* VVeſſeli *ſaxum hoc tegit oſſa Magiſtri,*
Philoſophos inter qui leo fortis erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Illum lingua triplex, Hebræa, Pelaſga, Latina,
Inclyta Doctorum ſcandere pulpta dedit.
Agrippina, & Parriſium, duo regna Minervæ,
Sensère ingenij vimq́; decuſq́; ſui.
At laus una viro, quia totum ſcibile ſcivit,
Et vitio infectis malleus ipſe fuit.
Groninga. *Arx Phriſiæ cineres, Germania tollit honores.*
Dic, ferat Omnipotens, lector amande, animam.

Mortuus eſt Groningæ, in die S. Franciſci, qui eſt quartus Octobris, anno 1489. Sepultus ibidem apud Virgines Spirituales, vulgò ten Geeſtlichen Maeghden/in medio chori.

Hæc mihi, *Alberto Hardenbergio*, dedit *Dominus Rodolphus Hillebrandus*, cognomine *Bolens*, *Weſſeli* diſcipulis, qui ex autographo deſcripſerat, & ſocius fuerat *Pelantini*.

VVESSELI GANSFORTII Friſij vita, ex primo libro Illuſtrium virorum inferioris Germaniæ, GERHARDI GELDENHAVRII *NOVIOMAGI.*

VV*ESSELVS cognomento* Ganſfortius, *à Græcis autem dictus* Baſilius, *Friſius, Groningæ, quæ Ooſtfriſiorum tùm civitas erat, honeſtis parentibus natus, ab ineunte ætate literis, pro ſeculi illius barbarie, operam dedit: magno, & adſiduo, & vix credibili labore hoc adſequutus eſt, ut non ſolùm Theologicæ majeſtatis lauream mereretur; ſed etiam Iureconſultis, & Medicis doctoribus adnumeraretur. Profectus in Græciam,* Ariſtotelem Græcum, *& quidquid eo ſeculo in Græcia docebatur, ſumma diligentia didicit. Inde reverſus Italiæ, Galliarum, Germaniæq́; academias inviſens, diſputando, docendo, tantam nominis claritatem adeptus eſt, ut* Lux mundi *jam vulgò diceretur. Et cùm* Platonicæ *doſtrinæ, ut divinioris & Chriſtianiſmo proximioris, ſummus admirator eſſet, acerbiùs interdum in* Ariſtotelem *invectus eſt, quàm teneræ Scholaſticorum Doctorum aures ferre poſſent.*

ſent. Hinc factum eſt, ut à nonnullis Magiſter contradictiõnis adpellaretur. In diſputationibus Theologicis magnos titulos Doctorum contemnebat, ſolis divinis literis firmiter adhærens. Quare ſi quisfortè inter diſputandum, ut fieri ſolet, ei obyceret, hoc dicit Doctor ſanctus; hoc Seraphicus. &c. ipſe reſpondere ſolebat; Thomas fuit Doctor. quid tùm poſteà? Et ego Doctor ſum. Thomas vix Latinè intellexit, & unilinguis fuit. Ego trium principalium linguarum mediocrẽ peritiam adſequutus ſum. Thomas vix umbram Ariſtotelicam vidit: Ego Ariſtotelem Græcum in ipſa Gręcia didici. Hac loquendi libertate incitavit adverſus ſe Prædicatorij Ordinis fratres, hæreticæ pravitatis Inquiſitores, qui eo tempore adverſus Ioannem Veſalienſem, Theologum & inſignem concionatorem, tyrannidem ſuam exercebant. Sed quò minùs palàm Weſſelum perſequuti ſint, in cauſa fuit Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps, David à Burgundia, Ultrajectinus Epiſcopus, cujus medicus tùm Weſſelus erat. Verſabatur crebrò apud Canonicos, quos Regulares vocant, montis S. Agnetis, non procul ab opido Svvolla. Ibi, cùm neq; horario, neq; roſario uti eum obſervaſſent, interrogatus, utrùm nihil oraret? reſpondit; ſe quidem gratia Dei ad hoc conari, ut perpetuò orare poſſit: nihilominùs tamen ſingulis diebus orationem Dominicam ſemel recitare, ſperareq; eam orationis puritatem ſufficere, ſi vel in anno tantùm ſemel Dominicam orationem legeret. Ingraveſcentibus annis in patriam ſuam redijt, ibiq; ſcribendo ſuo more, & docendo, & ſibi & ſuis vixit. Huc ad eũ ſalutandum cùm veniſſet Ioannes Oeſtendorpius, præceptor meus, tùm adoleſcens, deq; ſtudiorum ordine conſuleret; inter cetera ſtudioſum eruditumq; adoleſcentem hortatus eſt, ut veteres ſcriptores tàm ſacros, quàm prophanos, neotericis Scholaſticis, Theologis præſertim, præferret: futurum enim brevi, ut Doctores illi irrefragabiles, cucullati, atrati, & albati, in ordinem ſeſe dignum redigerentur. Cùm jam nonageſimum annum ſupergreſſus eſſet, integro viſu & auditu, ita ut nunquàm ſpecillis uſus ſit, minutiſſimaſq; literas & commodè legeret, & pulcrè ipſe pingeret, in morbum incidit. Cumq; eum quidam doctus amicus inviſeret, utq; valeret interrogaret: reſpondit, ſe pro ſua ętate & morbi moleſtia utcumq; valere; ſed unum admodum moleſtum ſibi eſſe, quòd variis cogitationibus & argumentationibus circumactus de veritate Chriſtianæ religionis ſubdubitare inciperet. Obſtupeſcebat ille, ac hortari cepit, ut omnes cogitationes ſuas in Chriſtum ſervatorem unicum reijceret. Sed cùm hujuſmodi admonitionem ei moleſtiorem ſenſiſſet, tùm abijt. Atq; poſt unam vel alteram horam redeuntem ad ſe cùm Weſſelus vidiſſet, alacri animo, & quantùm valetudo ſinebat exſultans dixit; Gratias ago Deo, omnes illæ vanæ diſputationes abierunt: & nihil ſcio, niſi Ieſum, & hunc crucifixum. Et in hac confeſſione animam Deo reddidit. Deceſſit ex hac luce anno 1489. in die S. Franciſci. Sepultus Groningæ, in monaſterio quod Spiritualium virginum dicitur.

REGNE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

REGNERVS PRAEDINIVS IN CAPVT 7. LVCÆ.

VIR *omni virtute & doctrina præſtantiſſimus* Weſſelus Groningenſis, *quem ego talem, atq; dixi, cognovi non ſolùm ex ejus monumentis, quæ apud me diverſa ſunt, nec dum typis edita; ſed etiam ex ſermonibus Seniorum, qui illum familiariter norant. Nam mihi per ætatem non contigit, ut vivum vivus viderem. Mortuus ſiquidem eſt uno & viginti annis ante quàm ego naſcerer, nimirum octuageſimo nono ſupra milleſimum quadringenteſimum, ſuæ ætatis undeſeptuageſimo. Præſtiterant illi quidem continentia & frugalitas ſenectutem viridem & planè firmam; ſed confecerunt immoderata literarum ſtudia. Et profectò hunc unum de omnibus, quos adhuc uſq; mea patria tulit. Aliud namq; genus mortis* Rodolphum Agricolam *peremit, neq; ita natu grandem. Hic Heidelbergæ perijt, in Germania ſuperiore; ille Groningæ, in patria nobis communi, in qua uterq; alterum familiariter ante diu coluerat: quemadmodum ijdem illi Senes, de quibus* ſuprà *dixi, mihi commemore ſolebant. nam illa omnia utriuſq; intimè præſentes viderant. Quin unus tùm adoleſcens ſæpè ad menſā inſervierat, ubi uterq; accubuiſſet; ſæpè laterna prælucens domum utrumq; duxerat: quin calceos* Agricolę, *ſed madido, ſæpè detraxerat. nam* Weſſelum *nemo unquàm vidit ebriū. Illa porrò monumenta, quæ apud me eſſe dixi, docent præterea, inter illos uſum conjunctiſſimum fuiſſe. At ego & Weſſeli &* Agricolę *vitam alio loco ſcripſi, & ea quidē fide, ut mihi liceat perſanctè jurare, ne minimū profectò à me dictū eſſe utriuſvis ornandi cauſa, quod pro certo non comperiſſem.*

ALEXANDER HEGIVS
doctiſſimo atq; præſtantiſſimo
M. VVESSELO GRONINGENSI;
qui Lux Mundi.

M*itto tibi, vir præſtantiſſime,* Homilias Ioannis Chryſoſtomi. *Spero earum lectionem tibi jucundam fore: plus enim ſemper tibi placuère aurea verba, quàm aurei nummi. Fui, ut noſti, in Cuſana bibliotheca. Illic reperi multos Hebraicos libros, mihi prorſus ignotos: ex Græcis autem pauciores inveni. Erant ibi, quos memoria teneo,* Epiphanius contra hęreſes, *magnū admodùm opus;* Dyoniſius in hierarchiam; Athanaſius contra Arrium; Climacus: *quos ibi reliqui. Mecum verò adtuli* Baſilium in Hexaëmeron; & Homilias ejus nōnullas in Pſalmos; Epiſtolas Pauli, *cū* Actibus Apoſtolorū; Vitas quaſdam Romanorū & Gręcorū à Plutarcho ſcriptas, *unà cū* Sympoſio *ejus; quædā* Gramatica; *quædā* Mathematica; *quædā* Carmina *profundiſſimi ſenſus* de Chriſtiana religione *à* Gregorio Naziāzeno, *ut credo, compoſita; quaſdā* Orationes, εὐχάς. *Si quos ex his deſideras, me facito certiorem. ad te ibunt. Non enim decet me quidquam habere quod tecum non communicem. Si* Gręcis Evangeliis *non erit tibi grave carere, precor ut ea*

ad me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ad me commodato dare velis. De inſtitutione mea certior à me fieri petis. Sequutus ſum conſilium tuum. pernitioſa enim literatura eſt, quæ cum jactura probitatis diſcitur. Vale, & ſi quid me facere voles, mihi ſignificato, & factum putato. Ex Daventria.

Catologus Teſtium veritatis, lib. 19. inter alia de VVESSELO hæc habet.

Ditus eſt ſeparatim ab alijs libellis quidam VVeſſeli *Germanicus liber, titulo* de Subditis & Superioribus: ſeu quòd ſubditi non uſquequaque ſuis Rectoribus obedire cogantur. *In eo admodùm multa & graviter contra Papæ & Prælatorum tyrannidem diſputat. Adſerit, non niſi rectè ſentienti ſeu credenti Papæ parendum eſſe. Papam errare poſſe: & cùm errat, ei modis omnibus reſiſtendum eſſe. Nimias iſtas opes Eccleſiæ non prodeſſe, ſed obeſſe. Papam peſſimè reditus Eccleſiæ diſpenſare, & Eccleſias indigniſſimis per Simoniam ob pecuniam, aut alias utilitates, & obſequia tradere· unde liquidò colligi queat, eum non curare Deum, nec Eccleſiæ ſalutem. Mandata Papæ & Prælatorum non aliter, nec longiùs obligare, niſi quatenùs cum verbo Dei conveniant, ſeu quatenùs eos res ipſa obliget: alioquin eſſe tantùm velut conſilia, ſicut Medicorum præcepta. Papam nihil ſub pœna peccati mortalis præcipere poſſe, ſi id Deus non priùs præcepit. Dicit, claves Papæ ac Prælatorum non eas eſſe, quibus regnum cœlorum aperiant; ſed claudant potiùs: ſicut & Phariſæi. De votis diſputat, ſtulta & impoſſibilia vota reſcindenda eſſe. Audire poſſe & debere judicare de doctrina ſuorum Prælatorum, & non omnia temerè ſine ullo diſcrimine accipere. ubi ſimul refutat & declarat diligenter omnia objecta*; Super cathedram Moiſis. &c. *Item Petri*; Obedite præpoſitis veſtris, etiam difficilibus. &c. *Demonſtrat quoque, pluris faciendam eſſe ſententiam, quin & excommunicationem hominis pij ac docti, quàm Papæ: ſicut Conſtantienſe Concilium magis* Ioannem Gerſonem, *quàm* Ioannem XXIII. *item olim pij magis* Bernardum, *quàm* Eugenium *audiverunt. Quin etiam oſtendit, Chriſtianos, etiam infimæ conditionis, Papæ ejuſq; Prælatis, tàm malè agentibus & regentibus, modis omnibus reſiſtere debere. Nec etiam obſcurè indicat, Papam cum ſuis Prælatis eſſe ipſiſſimum Antichriſtum. Recitat quoque tetras hiſtorias* Pij II. & Sixti IV. *quarum etiam in Latinis opuſculis meminit. Dicit* Pium II. *ſibi quadam bulla omnia mundi regna uſurpaſſe*; Sixtum *verò non tantùm de factis juramentis in rebus politicis diſpenſaſſe, ſed etiam de fiendis. quod nihil aliud fuit, niſi dare jus ac facultatem pejerandi, & homines decipiendi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

WESSELVS *dictus* Lux mundi, *Groningæ natus fuit circa annum Chriſti 1419. qui in patria perceptis utcunque trivialibus artibus, cùm eſſet præſtantiſſimo ingenio præditus, amplioris cultus gratia non modò Germaniam, Galliam & Italiam, ſed & Græciam videre voluit. Ubi cum eruditis, quos invenit, linguæ & Philoſophiæ potiſſimum gratia verſatus eſt, à quibus &* Baſilij *nomine donatus eſt. Unde reverſus, cùm & Hebræam linguam Græcæ atq; Latinæ addidiſſet, magni admirationi fuit ſeculo barbaro. Cujus proinde tenebras cùm eruditionis lumine diſcuteret, vulgò* Lux mundi *dictus fuit. Docebat enim clariùs, & diſputabat evidentiùs, quàm reliquum profeſſorum vulgus, cùm inſtructus eſſet artibus Logicis, quæ reliquis rectè explicandis comparatæ ſunt. Peperit ea res illi magnam invidiam apud eos, qui hactenus in ſumma auctoritate fuerant, cùm ſe à juventute deſtitui, illum coli animadverterent. Docuit autem Coloniæ, Heidelbergæ, & Pariſijs. Incidit tandem in controverſiam de religione cum Theologis, ex qua in periculo fuit. Ideoq; relictis Academijs in patriam ſe contulit, & in privato ſtudio continuit. Groningæ enim in conventu Spiritualium virginum ſedem fixit: non quidem ut habitum ſumeret, quod quidam putant, qui eum Ordinis Hieronymiani monachum, & iſtius conventus Patrem fuiſſe ſcribunt; ſed ut privatus ibi viveret in otio literato, & Theologiæ ſtudio ſe oblectaret. Commendatus fuit Virginibus à* Davide Burgundo, *Epiſcopo Ultrajectino, cujus ad ipſum* Weßelum *datæ literæ in Conventu eo conſervantur; ſicut & aliorum quoque magnatum, & doctorum virorum. Incertum autem eſt, utrum ne ipſe, an verò ejus nomine Epiſcopus Virginibus expenſas menſæ ſolverit an deniq; gratis ab illis alitus fuerit. Inter familiares & amicos, quos multos Groningæ habuit, maximi fecit* Rodolphum Agricolam, & M. Ioannem Oeſtendorpium, *poſteà Canonicum Daventriæ ad S. Lebwinum. Vixit autem Groningæ diu charus omnibus. Tandem mortuus & ſepultus eſt in templi choro, non longè à ſummo altari. In libro memoriali ejuſdem templi hæc leguntur;* Anno Domini *1489.* obijt venerabilis M. *Weſſelus* Hermanni, egregius Doctor Sacrę Theologię, & in Latina, & Gręca, & Hebręa linguis multùm eruditus, & in tota Philoſophia quaſi univerſalis.

Ex antiquo quodam Codice deſcriptum.

VVeſſelus Groningenſis *cùm multorum* βαττολογίαν *in recitandis precibus conſideraret, dixit*; Hi homines una hora plurimas orationes Dominicas recitare poſſunt: ego verò toto anno vix unam. *Hæc* Regnerus Prædinius.

CATA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

CATALOGVS
ſcriptorum
VVESSELI GRONINGENSIS.

Sequentes hoc volumine continentur.

TRactatus de Oratione, cum luculentiſſima Dominicæ orationis interpretatione. *pag. 1.*

Tractatus de cohibendis cogitationibus,& de modo conſtituendarum meditationum, qui *Scala Meditationis* vocatur. cum ſubjectis exemplaribus, Fratribus in monte D. Agnetis propè Zvvollam dedicatus. *pag. 193.*

De cauſis incarnationis. & De magnitudine Dominicę paſſionis, Libri duo. *pag. 413.*

De Sacramento Euchariſtiæ, & audienda Miſſa. *pag. 655.*

Farrago rerum Theologicarum. *pag. 709.*

Epiſtolæ. in quibus de Purgatorio & Indulgentiis. *pag. 853.*

Sequentes deſiderantur.

Geſnerus in Bibliotheca univerſali meminit *Weſſeli* Tractatus de moribus veterum hæreticorum, qui Lipſiæ impreſſus ſit. quem tamen nuſquàm contigit videre.

Opus ſanè pulcherrimum de Indulgentiis, Sacramentis, Purgatorio, & Auctoritate Eccleſiæ, in quatuor partes diviſum.

Notularum liber de Scripturis, de Angelis, de Dæmonibus, ac de Anima: in quo variorum locorum ac ſententiarum Scripturæ Sanctæ exquiſitę explicationes continentur.

Notularum pro *Nominalibus* adverſus *Realium Formaliumq́;* defenſores, ac ex parte contra *Rodolphum Agricolam* Liber. valdè tamen obſcurus, ut vix intelligi poſſit, quid Auctor velit

Præter hos à quopiam *Weſſeli* ſtudioſo recordantur Libri de Futuro ſeculo.

Pag. 658. lin. 8. pro miniſtri, *lege* Miſſarum. *Reliqua errata, quæ non magni momenti, æquus Lector per ſe emendabit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Tractatus
D. VVESSELI GRONINGENSIS
De Oratione & modo orandi, cum lucu-
lentiſſima Dominicæ orationis explanatione.

Matthæi ſexto.

Orantes, nolite multum loqui ſicut ethnici faciunt. Putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimulari eis.

Sic vos orabitis. Pater noſter. &c.

A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Venerabilis Magiſtri VVESSELI GRONINGENSIS

Doctoris eximij, in librum ſuum de Oratione Dominica, incipit feliciter.

PRo inſtituendis, ſuſcitandis, fixandis orationibus meis, vtile plurimum arbitratus ſum, attentiore quadam conſideratione, quàm ſimplici lectione, grande illud opus Dominicæ orationis, increata ſapientia editum fœtum plenum, mihiq́; quo ſemper præſtò & ad manum ſit, vel illas vel alias orationes inde elicitas mihi magis pro perſona mea congruentes manipulo præſenti colligere. Siquidem pudet me grandium illarum fluctuationum, in meditationibus & orationibus meis hactenus perpeſſarum. Et revera me pudere debet tantis malis inſtar temulenti, ſomnolēti, lethargici hactenus nō occuriſſe, maximè cū in foribus & ad manū ſit non minus familiare quàm præſentiſsimū in oratione Dominica remedium. Quocirca ſæpenumerò multumq́; admiranti mihi, magis præteritam facultatem neglectam, quàm deſtitutam naturam in cauſa fuiſſe occurrit. Habet enim neſcio quid latentis energiæ præ reliquis omnibus hæc oratio, & grandem ſuo deſpondet colono devotionis ubertatum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Non enim ſub verno & æſtivo ſole ſolum fertile tàm frugum ferax eſt, quàm ſub inflammato oratore ſuo ea oratio Chriſti, duntaxat colonum habeat ſollicitum ac diligentem.

Inſtitui prætereà & fortiter animo deſtinavi, quemadmodum diligens venator campo repertas feras, diligens piſcator piſces confluentes ad litus, non ſinit otio dilabi cum tempore, ſed uſus occaſione tendit caſſes & retia, quo ex oblata oportunitate tranſeuntis temporis manentem fructum retineat. Sic in his meditationibus, conſiderationib., orationibus, quas aliquando Dominus in ædificationem dedit non incuriè negotiari, ut ſi quando ſurſum vocẽ audierim, neſcius unde veniret aut quo ierit; ita vadentem & abeuntem, velut vagam, non ſinam abire. Habet enim retentum ſapientiæ verbum, licet latentem, grandem tamen, & longo tempore manentem fructum. Expedit ergo fideliùs retineatur, & cùm voles iterum ad manum præſto ſit quotidie annotare.

Et primò de oratione in generali.

Explicit Prologus.

INCIPIT LIBER EIVSDEM DOCTORIS DE ORATIONE DOMINICA,

ET PRIMO PARS PRIMA, QVAE SPECIALITER TRACTAT DE ORATIONE

in generali, & puritate ejus, qualis eſſe debeat. Et primò de Orationis diffinitione, & ejuſdem diffinitionis declaratione tractat.

Caput Primum.

QVONIAM itaq; Dominus orare juſſit, de oratione diſſerendum eſt. Et primò omnium videndum, quid ſit oratio. Eſt autem oratio explicatio mentis in Deum. Sanè oratio eſt optionis ad Deum inſinuatio. Dicitur autem oratio, explicatio vel inſinuatio mentis in Deum, non quò nos eum doceamus. Scit enim Pater noſter, quia his omnibus indigemus, & quibus indigemus. *Matth. 6. vers. 32.* Sed propter nos, quò crebrius orantes ad illum convertamur, & indigentiam noſtram cognoſcamus & conſideremus, & converſi creſcamus in experientia divinæ benevolentiæ, & per hæc in amore & charitate tandem perficiamur.

Dicitur quoq; oratio eſſe affectæ mentis. Neceſſe enim quò orare ritè dicamur, ut mens ſecundum id, quod oramus, afficiatur. Nam qui verba orationis ad numerum duntaxat dicit, ſonat quidem, ſed non orat. Et licet mandato Eccleſiæ, aut ſtatuto ordinis ſatiſfaciat, non tamen orat, quia mens ejus vacua eſt, in tempore tantùm inofficioſus, quia cùm orandum eſt, ſacra verba loquitur, alioſum affectu detentus, fragilitate fortaſſis tantùm, & non voluntate intemporaneus eſt. Intemporaneus enim ſervus ſi perſiſtat, ut qui cum Domino diſcumbenti aſtare jubetur, ipſe ſuo capite tunc lectos abit

ſternere; hic non ſervus, ſed protervus eſt, ſi vetitus perſiſtat, & nihilominus ſuam pergat facere voluntatem. Quòd ſi ſola ignorantia peccet, ſimplex ſtultitia minore reatu offendit, huic ſcienti prompta correctio teſtimonio eſt. Sic intempeſto officio peccaverunt diſcipuli, quando de effuſo pretio unguenti nardipiſtici murmuraverunt, quos Dominus ad illius temporis conſiderationem revocans monet, tunc & paſſionis inſtantis, & mortis, & ſepulturæ magis, quàm pauperum habendam rationẽ: Eleemoſynarum autem ſtudium in quotidianis oportunitatibus exercendum. Sic enim ſacra verba crebrius ore voluere non inutiliter in Eccleſia inolevit. Sed is qui non poteſt multa ſimul peragere, alio tempore dicat, & rotet numeros orationum & pſalmorum. Vbi autem orare voluerit, omnia ſeponat quæ mentem ejus quoquomodo ab ardentiore affectu impediunt. Debet enim fidelis & prudens ſervus Dei attentus eſſe & ſollicitus, ut quidlibet operorum ſuorum ſeorſum integrum faciat, alioquin velut incurius negligentiæ & diſſolutionis arguetur & abjicietur, aut ſaltem acerbiſſimè caſtigabitur; velut qui cænante Domino diſcum poſtulatus, calicem obtulerit, & calicem poſtulanti, panem porrexerit, & panem poſcenti cultellum dederit. Irriſio eſt hujuſmodi intemporanea ſervitus, niſi prorſus ex ignorantia prodeat, & eam agnoſcẽtis (ut dixi) feſtina correctio excuſet.

Quis enim, ſi ita vel in progreſſu itinerum aliam ſemper ex alia viam egrederemur, aut ſemper in operibus manuum aliud ex alio moliremur, ſicut in cogitationibus, vix dimidia perfecta relinquimus, qualibet occaſione cogitati in alterum velut tempeſtate jacti; quis, inquam, non tanquam amentes, aut fanaticos & ludificatos luget?

Id clarius luceret, ſi, quæ cogitat quis hora una aut duabus, omnia palàm contineret. Paraphreneticum nemo ambigeret, ſi ita collo queretur cũ altero, uti loquitur apud ſemet ipſum. Adeò continentior & prudentior ad alterum ſermo, quàm ad ſeipſũ vel ad Deum. Et quanta eſt levitas in deſide-

rio finis priorum cogitatorum, tanta eſt ſtultitia occurrentiū prioris rei circumſtantiarum, occaſione leviſſima ad alia cogitanda tranſvolare. Et quanta impudentia levitatem hanc inter cum Deo colloquendum & orandum ſuſtinemus fluctuationem, & ubi cum hominibus colloquendum nihil horum perpetimur. Hîc hominum vultus exigũt ne fluctuemus, & ad Deum tanta levitas, ut nec pſalmodiæ verba retinere poſſint attentos.

De cogitationum fluxu & mentis evagatione refrenanda, & de multiфario noxiarum cogitationum genere.

CAPVT II.

SVnt mentis noſtræ cogitationes inter orandum & pſallendum aliquando vagæ, aliquando vanæ, aliquando truncæ, aliquando debiles. Vagæ ſunt, quæ nullum finem deſtinant, ſed abſq; propoſito negligentibus, & otioſis nobis licenter mentem noſtram occupant, ex altero in alterum jactatæ, velut ſi navis temulento gubernatore quovis vento feratur. Eſt in pleriſq; ferè omnibus nobis hæc inconſtantia mentis, ut velut fluctibus undarum jacti cogitatu fluctuemus. Et hos fluctus licet multa multorum neceſſitas, more tempeſtatis, natura nutriat velut nutrix; Altera tamen mater eſt quæ peperit, incuria videlicet & oblivio Dei Domini & Patris. Quem ſi religioſa ſollicitudine Deum, ſi reverenti humilitate Dominũ, ſi filiali charitate Patrem obſervaremus & obſequeremur, nunquam oliviſceremur, nunquam negligeremus, nunquam cogitatu fluctuaremus. Docet hoc animus anxiatus, qui inter ſollicitandum facile abjicit omnem reliquum cogitatum, qui non exitum ſpondet curarum, etſi deſperet exire. Docet idem animus triſtis, qui in luctu ſuo nihil cogitare poteſt, præter cauſas moeroris. Quid en. aliud conantur & ſuadẽt conſolatores, quàm ut cauſas mœroris à mente moerentis abigant: aut, ſi non poſſunt, ejuſcemodi eas depingunt

orationes

oratione, quæ non tantoperè curandæ ſunt. Quemcunq; igitur volentem Deum ſuum orare, inter orandum de Deo ſuo cogitare & intentum eſſe, repentina fluctuatio deijcit ab intento, quærat cauſam, dijudicet interiora ſua, & inveniet frigidam ſui in Deum affectionem. Omnis enim cujus ita fluctibus jactatur & raptatur mens, ut indifferenter huc illucq; vagetur, profectò vagus & affectione neuter eſt, nuſquam ardēs. Nihil igitur pluris Deum facit quam cetera, quando non magis Deo cogitatus hæret quam ceteris. Hanc ergo frigiditatem conſideret, dijudicet, conqueratur, plangat, deteſtetur, perſequatur velut inimicam, perſcrutetur venenum ejus unde radicem trahat, & inveniet aliam concupiſcentiam in corde ſuo, amorem ſui, hic enim Dei parit incuriam & oblivionem. Hanc religioſi noſtri temporis vocant *propriam voluntatem.* Hæc radix eſt, ex qua ſterilitas omnis, egeſtas omnis, calamitas omnis, & omnis vilitas noſtra, & ira Dei ſuper nos. Hæc nos avertit, & à Deo elongat, & inimicos Dei conſtituit. Valdè igitur & in primis orandum fidelibus omnibus, ut ignominioſa illa & calamitoſa paſſio fluctuationum à nobis auferatur, quia grande ſuper nos paternorum viſcerum ejus argumentum, ſtabiliter, dulciter & moroſè poſſe, idq; ſæpius de Deo noſtro cogitare, & Deum attentè orare. Facile non ſolum, ſed & volupe omni amanti, de ſuis amoribus meditari. De digniſſimis igitur amoribus, volupiſſimum cuiq; amāti meditari. Et licet lucta volentis hærere Deo, bonam habeat voluntatem objectalem, convincit nihilominus nullam eſſe formalem: quoniam ſi formalis amor ineſſet, non opus eſſet lucta. Nihil igitur tàm efficax ad intelligentiam depurandam à phantaſmatibus, ut vehemens affectio in Deum. Non ergo phyſica via ad depurationem à phantaſmatibus veniendum ad amorem, ſed potius amando ad purgatæ mentis nitorem, Sed ad amorem via eſt per ſcalam exercitiorum, præſertim querulando, optando, ſuſpirando, gemendo, lugendo, orando, metiendo, obſervando, confidendo, commemorando,

gratias

gratias agendo, promittendo. Et quantùm talis lucta & conatus conſulitur à ſanctis & placet Deo, tantùm actus objectalis gratus & foecundus eſt apud Deum, adeò ut egeſtas actus formalis non imputetur, quando primus, videlicet objectalis, eſt in conatu. Regnum enim cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et quomodo rapiunt, niſi quia conatu & lucta pro amore conſequendo, tandem ita in poteſtatem redigunt amorem (qui eſt regnum Dei) ut & ipſi ament? Neminem ergo deterreat ſi non amet, ſi vacuus, vanus, vagus, huc illucq; fluctuet, & æqua facilitate ac pronitate nunc de Deo, nunc de vitulo cogitans, verè gloriā Dei commutet in ſimilitudinem vituli comedentis foenum. Sed quod hanc fluctuationem ac tempeſtuoſam jactationē incurius perpetitur, hoc plurimum terrere debet, quoniā illam ignaviam excutere in noſtra eſt poteſtate. Vnde ſi negligamus, ignavi coloni reatu judicabimur à Domino: quoniā cùm ſervi ſumus, poſſumus excuſſa ſimul cum ignavia etiam conditione mutata, tranſire in adoptionem filiorum. Et mirum valdè quòd navigationis corporalis & externæ fluctuationis periculū horrendum facilè videatur ex eo, quia ſalutem corporalem temerè jactari deteſtamur, quare non interioris hominis æquè periculum metuimus. Interioris enim hominis vitam ſi verè amaremus, incomparabiliter ardentiore zelo contra fluctuationem cogitationum accingeremur ac deteſtaremur, ſcientes quoniam quod corporalis navigatio exteriori eſt homini, hoc cogitationes interiori ſunt homini. Quales en. ſemper meditationes tuæ, talis erit & portus tuus. Quo fit, ut qui nullum portum deſtinat, æqualiter omni vento navigat, & ubi inter navigandum alius à latere aut fronte ventus exurgat, mutato ampluſtri, illum ſicut fluctus maris inſequitur, ut verè dictum ſit; *Impius velut mare fervens, quod quieſcere non poteſt.* Magis autem ignominioſæ hujus paſſionis indignitas & turpitudo depingitur in muliere meretrice, quæ lupanari proſtituta ſedet, expectat, occurrit, acceptat oēm venientem, illudentem, contēnentem, conſpuentē amplectitur, oſculatur & commiſcetur. Et

Matth. 11. verſ. 12.

Eſa. 57. verſ. 20.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

hoc unde, niſi quia non legitima fide ſuo viro conjugata eſt mens noſtra? Certiſsimum enim eſt, ſi fido amore Deum noſtrum diligeremus, non tàm vago fluctuantium cogitationum æſtu cor noſtrum jactaretur. *Vbi enim theſaurus noſter, illic & cor noſtrum erit.* Amor ergo noſter, cor illud eſt, quod Sapiens præcepit cuſtodiendum & obſervandum. Quales ergo cogitationes noſtræ, talis eſt amor noſter; ut ſi amor nullus, erunt cogitationes vagæ. Et ſi vagæ cogitationes, liquet amorē nullum eſſe. Non dico cogitationes multifarias. Aliud enim vagum, aliud vacuum, aliud multifarium. Habuit multifarias Martha turbata erga plurima, non tamen vacuas habuit, quando omnes eas uno fine frequentis miniſterii negotioſa diſpenſavit. Vis igitur non inſtar fluctuantis navis periculo jactari? vis non dedecore proſtitutæ mulieris libido haberi? ama. Quòd ſi non amaveris, vagus & vilis jactabere. Et ſicut ex nullo amore vagæ, ita ex perverſo amore perverſæ ſunt cogitationes. Vnde enim quòd avarus nocte ac die ſemper in arcam, in marſupium, in gregem, in agrū, in mercantiam, niſi quia rem vanam amat, & eam ſibi Deum conſtituit? Ambitioſorum cogitatus in ſublimitate, in poteſtate, in authoritate. Curioſorum in literis, in artificijs, ingenioſis quibusque rebus vanis: & quia ibi amorem conſtituerunt, ideò tales ipſi meditationes mente verſant. Dicis ergo, qui diligunt, & Deum diligunt, numquid perfectis cogitationibus ſunt? Non hoc dico, niſi ex toto corde diligunt. Si n. diviſum eſt cor, ut multorum bonorum conjugatorum, qui & Deum ſuper omnia diligunt; ſed quia juxta Paulum diviſi ſunt, ut cogitēt quæ uxoris ſunt, non perfectas poſsūt habere in Deū cogitationes. Cogunt enim ſæpè truncas dimittere, & aliorſum intendere. Et quia infirmus eſt amor quibuſdam, ideò plerique noſtrum infirmas debileſq; experimur meditationes. Amor ergo noſter cor noſtrū eſt, & ab illo procedit vita noſtra, hoc eſt, intentionum, meditationum, actionum noſtrarum univerſitas. Huic uni velut cordi invigilandum, hoc unum omni cuſtodia cuſtodiendum, ut verè, ſincerè, ex toto corde, toto ſpiritu, tota anima Deum noſtrum diligamus.

Matth. 6. verſ. 21.

Luc. 10. verſ. 41.

1. Cor. 7. verſ. 33.

Quòd

Quòd fluctuatio cogitationum cum lucta, & invitè perpeſſa, quantò humilitatem fovet, tantò gratiam meretur. CAPUT III.

NOn debet propter præcedentia conſternare puſillanimes fluctuatio ipſa inſtabilis attẽtionis, orationis, meditationis & conſiderationis, etiãſi crebrò ex ſuſcepto propoſito fluctuẽt & dilabantur in alias inutiles, irrationabiles & noxias cogitationes, quoniã ex illo ipſo multus ſapiẽti obſervatori fructus impẽdit. An non magnus fructus humilitas, & ex humilitate gratia corã oculis Domini? Quomodo a. facilius aut verius ſe quis humiliare poterit, quã ubi cinerẽ ſterilẽ, aut putridũ vermẽ mens humana, imago Dei condita, ad ſimilitudinem Dei ordinata, in tàm longinqua diſsimilitudinis regione ſe invenit, ut factus caro fiat vermis & cinis? Ex carne n. & ſpiritu compoſitus, ſibi invicẽ contraria cupientibus, ubi carnis concupiſcentiam ſpiritus ſequitur, in carnẽ, & putridam carnem corrumpitur, ut vermib. ſcateat, & in cinerem evaneſcat. In cinerem dico æternis ignib. conſumptibilem, & vermibus æternùm non morituris. Inſomnis igitur & pervigil, ſi attentioſè fores mentis obſervet, neq; cogitatum aliquem, niſi amicũ ſpiritui ſpiritualem, aut propt. ſpiritum & divinum admittat, velut accepto ſupra meritũ munere, humiliter gratias aget. Si verò vagos, otioſos, carnales, vanos, noxios, diabolicos deprehendat, mox vel modicæ bonæ voluntatis hoſtiarius, velut fidus canis latrabit, clamabit, arguet, deteſtabitur, judicabit, condemnabit ſe reum, tædebit, humiliabit ſe in ſuis oculis coram Domino. Et ſi crebrò id faciat, profectò memor ſui, humilis facilè invenietur, humili Deus gratiam dabit, & exaltabitur. Adeò nihil in operib. Dei, de quo non poſſit ſapientia bonæ voluntatis quæſtum facere ſalutarem. Quantos ergo ex vera humilitate fructus ſperare liceat, tantos ex noſtra vilitate conſiderantib. occaſio eſt etiã in mediis ſordibus, in media vilitate. O neminem à Deo derelictum, quando etiam vilitas ipſum ſeminarium eſt ſublimitatis.

Congruit hîc commemorare, quòd Antonium cogitationibus fluctuãtem, & contra fluctus in ſtabilium cogitationũ oran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

tem,poſtremò etiam conquerenté atq́;clamantem;Domine vo lo ſalvus fieri,ſed non permittũt me cogitationes, quòd, inquã, virum talẽDominus neq́; invocanté neq; conquerenté exaudivit;ſed miſſo de cœlis angelo viſibiliter apparẽte,familiariterq́; per eminùs oſtenſũ angelũ nunc orantẽ, nũc palmas plectentẽ, nunc iterum redeuntem ad orandum,edocuit,ſic facientẽ Antonium ſalvũ fore,manifeſtè facto ipſo declarans, non infirmitatẽ fluctuantium cogitationum ſibi diſplicere in ſanctis, quam non ignavia & incuria noſtra adauget. Lucta igitur ignaviam & incuriam excutiens,crebrò recurrens,ut delapſa fluxa cogitatio cohibeatur, deſideriũ ſuſpirans & percutiens, clamor frequens adjutorium poſtulans,querela ſibi ipſi indignans, hæc Deo grata ſpectacula ſunt, & ſanctis ejus in nobis. Quia in talibus expugnandis non dico,ſed vel quotidiè oppugnandis,regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et à quo rapiunt, niſi à donatore Domino regni, talibus oppugnationibus gaudente, adeoq́; talium oppugnationum ſpectaculis gaudente, quia propt.eas regnũ, velut bravium,in theatro proponat? Nemo igitur de ſua mentis inſtabilitate turbetur; ſed ſi negligens & incurius,eas vagas,effrenes,non domũ,non in ordinem, non ad rationem revocet, id gravet moleſtũ & mortale judicandũ.

Quòd multum valet ad fluctuationum refrenationem exercitium naturale ſuper omnia amor in ſuper ſolitudo.

CAPVT IV.

AD oẽs fluctuationes & paßiones & perturbationes è mẽte perturbandas & ejiciendas,nihil ita homini promptũ& ad manũ eſt,ſicut naturale exercitiũ. Facile n. omni homini, ſive ethnico ſive Chriſtiano, ſaltem adulto, numeros primò locis ſuis ordinare, quale eſt parem quemlibet inter duos proximos impares, & imparem quemlibet inter proximos pares collocare. Facile item ſicut unitatis adjectione numerum augere, ſic etiam binarii, ternarii, ſic quaternarii, ſic quinarii. Et ubi ceperit excitari, facilè majores numeros cuilibet numero addere poterit. Poſſit etiam ſubſtrahere, poſſit item duplicare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

duplicare ac mediare, poßit multiplicare atq; dividere, progredi
& radicem extrahere, poßit & proportionari. In quibus ubi
continuato exercitio potens factus fuerit, non ſolùm intelle-
ctus potens ad intelligibilia potentior excreſcit, ſed & carnis af-
fectiones omnes languidiores intepeſcunt. Faciat & negotietur
naturaliter meditando, quãtumlibet exiliter velit, ſolùm ſequa-
tur & continuet. Magis autem hoc ſentiet, qui tenſiorib. nervis
quadratos ordinare voluerit, & incremẽtorũ ordines ordinare.
Contingit n. ut multa perſtringendo facilè vires ſuas metiatur,
& inveniet, quib. numerorũ paßionib. conſideratis nihil extra
poßit meditari. Quos ubi ſignaverit, poterit, cùm volet, ad illos
reverti. volet aũt quãdo brutales motus volet excludere, quos
excludere ſẽper debebit. Neq; tamẽ adeò Pythagorica pertina-
cia numeros amplectemur; quoniã hoc numerandi exercitiũ ut
malas oẽs affectiones excludit, ita etiã pietatis deſideria cùm tra
ctatur non admittit. Stultũ eſſet inter orãdũ de quadratis cubis
altera parte longiorib. de pariter pare, de pariter impare, de im-
pariter pare velle meditari. Duntaxat hunc fructũ habet; Primò,
ut motus ac perturbationes animi quietet. Secundò, ut intelle-
ctũ intellectualiter negotiari poſſe inſtituat. Per numerationis n.
exercitium, velit nolit, non ſolùm à ſenſibilib. ſed etiã à ſenſib.
abſtrahitur oĩs numeraturus, ut mox in ſe experiatur, quod de
Archimede *Valerius* commemorat. Tertiò, per hanc potens erit *Lib. 8. cap 7.*
exercitatus, ut fluctuationẽ cogitationũ agnoſcat, horreat, fugi-
at, execretur, non patiatur. de qua pleriq; religioſi tàm graviter
conqueruntur. Poſtremò, multa ſacræ ſcripturæ myſteria decla
rat. Quis n. verbum illud *Apocalypſis* de centum quadraginta *Apocal. 7. verſ. 4.*
quatuor millibus ediſſeret, qui non aliqualiter mimerando ex-
ercitatus eſt? Quis hebdoadem, quis octoadem totiens in ſcri-
pturis commemoratam explicet, qui non perfectum nume-
rum unitatis occaſione, qui non primi cubi primatum agno-
verit? Multum ergo facit ad mundandum cor. Facit etiam
aliquantum ad levandum ſe à ſenſibilibus & carnalibus, quo-
rum viſco mundatus, facilius poterit homo Dei ſacrarum lite-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

rarum directione doctus, vera bona concupiſcere. Non igitur contemnendum penitus infirmioribus, majoribus autem non magnoperè curandum. Ceterùm puto ad excludendam & prohibendam fluctuationem cogitationum, & ad ſtabiliendã meditationem ſive orationem, multum expedire, crebrò exerceri in magnis latiſq; periodis. Verùm, ut ultimum dicam, nihil ita fluctuationem prohibet, ut amor mundus. Difficile en. & cum tormento de Deo non cogitat, quiſquis verè, ſincerè & merè
Matth.6. Deum amat. *Vbi n. eſt theſaurus tuus, illic & cor tuum.* Quo
verſ.21. contra, nihil amat qui facilè fluctuat, ut ſuprà *capitulo ſecundo.* Facit item ſolitudo multum ad fluctuationum mitigationem, ſi ſapiẽtiæ ſtudioſum accolam acceperit. Primum omniũ ſolatium ſolitudinis ſapienti cultori, vacatio vanitatis humanæ. Ab omni namq; vacare licet ſervitute ſolitario, qua hominibus ut placeat homo morẽ gerat. Quanta facere, quanta patrare, quãta dimittere, quanta perdere, quanta audire, quanta videre, quanta ſilere, neſcire, ſimulare, diſſimulare, negare, mentiri. A quibus omnibus vacare licet ſolitario, & horum ſimulacris.

Quòd nedum in ſtabilitate cogitationum ſit puritas orationum, ſed & in intentione & attentione. &c. Et primò de intentionis puritate.

CAPVT V.

Eſt nedum puritas orationis in ſtabilitate mentis ſine fluctuatione, verũ in pura intentione etiã orationis puritas perficitur. Denique puritas orationis requirit intentionem orantis; quia non vocalib. verbis. Puritas orationis exigit diſcretionẽ orantis, ut ſciat quomodo orandum; quia non in multiloquio. Puritas orationis ſapientiam poſtulat, ut ſciat quid orandum. Puritas orationis munditiam offendiculorũ charitatis prærequirit; quia *niſi dimiſeritis hominibus peccata eorũ, non dimittemini.*
Matth.6, verſ.15. Intentio orantis adeò debet eſſe pura, ut omnis exterioris hominis aditus clauſi ſint, & clauſa exteriora. Interioris hominis thalamus Dei, internus totus, quietus & mundus in patrem videntem in abſcondito, non more Phariſæorum laudem hominum captantes. De quibus hypocritis amantibus in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſynagogis & angulis platearum ſtantes orare ut videantur ab hominibus, veritas dicit; *Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.* Et ibidem de intentionis oculo; *ſi ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit.* *Matth. 6. verſ. 16.* *Ibid. verſ 23.*

De puritate attentionis in oratione ſine verbis vocalibus.

CAPUT VI.

CUm loquimur, volumus docere, indicare noſtrum vel cogitatum, judicium, vel deſiderium. Cùm oramus, loquimur Deo noſtrum deſiderium. Vivus eſt ſermo Dei, ad quem nobis ſermo. Loquimur orantes Deum, quem neq; movere neque docere poſſumus. Qui foris loquitur, ſigna ſuæ voluntatis articulata voce depromit. Qui verò mente loquitur, interius Deo ſpectatori cogitationum, velut in templo, non tàm loquitur, quàm ſacrificat ſacrificium juſtitiæ, laudis & confeſſionis. Coràm Deo loqui convivere eſt & convivare. Illic nemo mentiri audet vel defraudare. Coràm Deo loqui, adorare eſt. Cùm oramus, non opus ſonantib. verbis, niſi fortè vel pro figenda & alliganda meditatione; vel propter aſtantes ad ſimilia concitandos. Quòd ergo ſummus magiſter oraturis verba quædam certa tradidit, meditationum potiùs & affectionum normam, quàm verborum, commendavit. Qui ſine verbis vocalibus orat, non patitur diſtractiones. Qui ſine verbis vocalibus orat, non mentitur Deo vel ſibi. Qui ſine verbis vocalibus orat, ſeipſum dijudicat. Qui ſine verbis vocalibus orat, facilè novit quanta ferveat affectione. facilè videt, quanta fiducia ſperare poſſit aut exſpectare. Qui ſine verbis orat, paratior eſt ſpiritalia dijudicare. paratior perinde Deum cognoſcere. Qui ſine verbis, hoc eſt, ſine verborum vocalium ſimulacris in cogitatu, ut neque verba, neque verborum ſimulacra cum cogitata re, qui non per verba ante orationem aut aliunde compoſita orat, neceſſariò ad ſententiam orandam intentus eſt. Et qui inter orandum, quantumlibet abſq; ſtrepitu verborũ boothesi vel noothesi offenditur, etiam licet parùm, argumentum tamen eſt, quantumlibet intentus ſibi videatur, non ſine vocalium verborum ſimulacris orare. *Matth. 6. verſ. 9.*

Quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quòd præcipientes numeroſam pſalmodiam & longas preces vocales, videntur urgere, ut nomen Domini in vanum aſſumatur, contra ſecundum primæ tabulæ præceptum.

CAPVT VII.

GRande verbum illud *Exodi 20. Non aſſumas nomen Dei tu*
vers. 7. *in vanum, quia non habebit inſontem Deus, qui nomen ejus aſſumſerit fruſtrà.* Quanquam ſecundum Hebraicam veritat potiùs fruſtrà; ſicut in poſteriore clauſula rectè tranſtulit fruſtr. Sanè fruſtrà, non vanè interpretatur. Vana, quæ nullũ ordinem ſortiuntur in finẽ debitũ: unde, vanũ confidere in principib. vanũ, dico, ad verã ſalutem. Fruſtrà aũt, quod rectũ ordinẽ habet ad finem, quia tamen fini non immediatum, ideò deficiens in mediis fruſtratur à fine, Fruſtrà ergo nomẽ Dei aſſumit, qui non debitis finibus nomini Dei intentis ex nomine Dei ſapientiam parturit, & ex partu ſapientiæ charitatem efferbet. Principium n. ſalutis hominum per nomen Dei, quod fruſtratur, ſi non in ſapientiam germinet & floreat, ut charitatem fructificet. Vnde fruſtrà quaſi fructu ſuo. Quando igitur tàm numeroſa pſalmodia indicitur, ut non poßit orans oportunè commemorare, conſiderare, conferre, conſervare, dijudicare, ruminare, vacare, videre, guſtare quam ſuavis eſt Dominus, & ex guſtato concupiſcere, eſurire, ſitire, æſtuare, amare, videtur qui præcipit hæc præcipere neceſſariorũ bonorũ horũ actuum impedimẽta. Videntur igitur ſuo præcepto, licet incauti, licet propt. pejorũ evitationẽ faciãt, præcipere tamen videntur, ut nomẽ Domini fruſtrà aſſumatur. Non n. in tàm multa verborum multitudine, in tanto curſu, in tanto raptu verborũ poßibile fragilitati humanæ communi, ut ad ſingula Dei nomina totiens inter pſalmodiam occurentia, digna, debita, ſancta reverentia ſacro ſemper nomini habeatur. Videntur ergo urgere, quo ſecundum primæ tabulæ præceptum non obſervetur.

Quod oratio attenta tres partes imaginis complectitur, memoriam, intelligentiam & voluntatem: & quòd multitudo verborum diſcretionem impedit & fructum.

CAP

CAPVT VIII.

ORatio ſi expedita erit, oportet quòd homo ſit toto externo homine otioſus, ſenſu recollectus, ex omnibus partibus imaginis ad eam applicatus; ut ſcilicet meditetur, judicet, afficiatur ſecundum id quod illud eſt quod orat, alioquin non ritè orat. Interioris aũt hominis tres ſunt partes, memoria, intelligẽtia, voluntas. Memoriæ; conſideratio, collatio. Intelligentiæ; aſſenſus, argumentatio, demonſtratio, dijudicatio. Voluntatis; conſenſus, proſequutio, deſideriũ, amor. Sicut impoßibile conſenſum eſſe ſine aßenſu: ſic duo hæc ſine præcedenti meditatione. Et niſi meditatio conſiderata ſit & attenta, ſterilis erit & caſſa meditatio. quare etiam intelligentiæ judicium cæcum, aſſenſus debilis, momentaneus voluntatis conſenſus. His tribus ſi homo in bonum verſetur, bonus eſt: ſi in malis, malus & mortuus. Quibuſcumq; ergo rebus his tribus in bonum vertendis impedimentum & obex fit, quanto fit obex, pro tanto reformationem interioris hominis impediunt. Deniq; quæcunq; primũ interioris hominis fundamentũ, videlicet meditationem, ſubruũt, omnia pietati & interioris hominis reformationi obſtacula ſunt, quoniã à meditatione exordiri oport. in imaginis reformatione. Meditationi autem licet non evidenter multitudo & varietas dictorum obſtet, attentioni tamen & conſiderationi palã obſtat. Quiſquis ergo in electione & conſilio non errare voluerit, quiſquis in meditatione conſiderando fructum facere, multitudinem, varietatem vitet, velut intentionis, attentionis, conſiderationis, & ſalutaris proceſſus inimicas. Huic conſilio contraveniunt, qui multas orationes, longas precationes, nunc roſa roſaria, pſalteriaq;, velut ſumma ſanctitatis armamẽta, præcipiunt. Quæ omnia licet propter animales incapabiles ineradicabilia ſunt, & propterea toleranda, omnem tamẽ hominis profectum impediunt, qui compellunt multitudine verborũ tempus terere, putantes in multiloquio exaudiri, cùm Paulus malit 1. Cor. 14
in eccleſia Dei tribus aut quinq; verbis loqui ſpiritu ſuo, quàm verſ. 19.
decem milia verborum in lingua. Quid enim in tota latitudine

ſua multiplicitas hæc verborum promittit, quod non ſuis finib. oratio ſapientis repromittit? Oratio, dico, ſapientis in ea re, quã hæc orationum multiplicitas pertractat. Sapiens autem in oratione primò monet, ſecundò docet, tertiò movet. Monet memoriam, docet intelligentiam, movet voluntatẽ. Quare ſicut monitio debet eſſe moroſa & ordinata, ut facilè doceat conſiderantem, & ſententia diſcentis non erit præcipitata vel accelerata, ſed circumſpecta, collata, & dijudicata, priuſquàm determinetur & judicetur, ut poſt judicatum non pigra ſit affectio rectæ voluntatis. In lege animal quadrupes, quod non ruminat, & ungulas non dividit, immmundum decernitur. In tanta temporum anguſtia, tanta divinorum eloquiorum multitudine, ruminare ac diſtrictè dijudicare non puto facilè eſſe poſſibile; ſaltem ſcio me non poſſe: ſed non ſunt oẽs ignavi, ut ego. De horis verò canonicis voluerũt fortè patres, imò Spiritus ſanctus per patres, per officium de præſenti pſallẽtes in futurum præparare. Experimur n. eos, qui quotidie canunt aut legunt horas, multis ſanis verbis abundare ad commonendum, docendum, quàm hi qui hoc non conſueverunt. Et quod pñt in alios, magis in ſeipſos. Et verũ quidem eſt: ſed magis hæc poſſent, ſi diligenti ruminatione, dijudicatione, affectione, paucioribus & efficacioribus meditatione, deguſtatione, deſiderio iſta pertractarent Nec libri, nec literæ ſacræ, quantumlibet judiciorum & deſideriorum lucem & raptum contineant, monimenta tamẽ duntaxat ſunt. Poſſumus n. ſterili mente rectorum judiciorum & ſanctorũ deſideriorũ meminiſſe, ſicut intelligentia recta de melioribus monimentis & ſanctioribus judicare, ac voluntate pia rectiora deſideria, potiora monimenta, caſtiores amores deſiderare. Quantò igitur præſtantius judicium & efficax deſiderium ſupra ſterile monimentum, tantò judiciorum & affectionũ exercitiũ, extra libros etiam ſacros, nobilius lectione. Sed ad hæc lectio tamen introducit occaſionaliter. Efficaciter a. ſolus igniculus & radius interior, ad quẽ quando convertitur intelligẽtia & voluntas, ad Deum ſuum convertitur mens noſtra. Non hîc vocalem orationem

Levit, 11 verſ. 26.

1. Cor. 14 verſ. 19.

onem

onem rejicio, ſed multitudinẽ & accelerationẽ, quantò attentionem et deſiderium præpediunt, reprobo; et quantò attentiorem & expedito deſiderio ferventiorem orationem vocalem approbo. Veruntamen mentalem, tanquam fini proximã, præfero & recommendo. Vnde quantũ ab expedito deſiderio impeditur quis longa multorum verborum multiplicatione, tantũ etiam offendiculum patitur in via, quæ proximè ducit in amorẽ Dei. Verũ hoc illi, qui adhuc liber eſt. Qui verò per profeſſionem & votũ ligatus, niſi quod vovet impleat, is alterius & majoris ſcandali metu ſuperiora offendicula minùs metuet, ne vz. cùm ſuum interius profectũ ſequitur, alios exteriùs ſcãdalizet.

Magnum hîc argumentum, non organicas eſſe has imaginis virtutes, quæ ſociarum virium inorganicarũ operationes complectuntur, ſingulæ ſuas ipſarum ſimiliter. Meminit n. & deſideriorum ſuorum, & judiciorum, & monimentorũ, & monitionis, & memorationis, & memorandi limitũ, quanto fuerit in memorando continens judiciorum ac deſideriorũ. Indicat en. intelligẽtia meminiſſe, judicaſſe, & amaſſe. Gaudet volũtas meminiſſe, judicaſſe, amaſſe, & gaudio complacuiſſe, ut de gaudio gaudeat. Verbum igitur Dei maximo fructu datum hominibus ſive legendum, ſive audiendum, ſive orandũ, quo maximè fructificet homini, ſic cenſetur, ut qui legit ex libro, vel audit prædicationẽ, vel orat vocaliter, non ſolũ meditetur ut attentus meditetur, ſed meditatione & conſideratione tractet ut dijudicet, et ſic dijudicet, ut fructum et finẽ adferat, nec ſterile maneat. Sterilitas n. ignem et ſecurim exſpectat impendentẽ. Et magna ſunt ad hæc inſtrumenta Raimundi Lulli monimenta quæſtionibus eruendis, & quo non faſtidioſæ quæſtiones dignitate verborũ, quæ ratiocinatio dicitur, pertractentur argumento, confirmatione, & confutatione per locos Dialecticos terminorũ propoſiti utrorumq;, & poſteà totius rei, judicio opinionũ quæ fuerunt quæq; eſſe potuiſſent, pertractatione oratoria ſex partiũ orationis. Item, perpolitione Ciceronis. Item, Rotatione mea tredeca. Vt; excuſſione, conſideratione, confeſſione, querela, oratione,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

exemplatione, obſecratione, commendatione, confidẽtia, gratiarũ actione, permiſsione, attributis perſonæ & negotii, de quibus in *Scala meditationum* tractatum eſt. His enim rebus, non multitudo rerũ ſterili tranſcurſu gravabit memoriam, aut faſtidio rejiciet audientem, delectu melioris propoſiti firmabit, fœcundabit, fructificabit omni genere pietatis, unum atq; idẽ fortiter, foecundè & fructuoſe ſe imprimet ſibi aut alteri, quo non ſterile ſit verbũ, ſed verè bonũ. Verbum n. quaſi veritas bonis.

Quanta includit diſcreta oratio etiam neſcientis, aut non conſiderantis ea.

Caput IX.

Est ordo quidã & naturalis progreſſus in interioribus hominis actib. quemamodũ in ſenſibilib. & naturalib. non contingit matureſcere quod non ante creverit & auctũ fuerit; nec augetur fructus, qui non ante formatus; nec formatur, qui non ante floruit; nec floret, qui non ante pullulavit. Sic eſt, licet non tẽporali mora, naturali tamen prærequiſito ordine integritatis. Omnis qui orat, deſiderat; qui orat, confidit; qui orat, credit; qui orat timet; qui orat, veneratur; qui orat, adorat. Nil mirum igitur, ſi tantis bonis referta oratio, grata, potens & efficax inveniatur oratio apud Deum. Sed hos omnes actus non facilè quilibet, niſi ſedulus ruminator, diverſo ſapore ſecernit. Sunt nihilominus in oratione. Quid oraret, qui non deſideraret? Quomodo oraret, niſi crederet audire Deum? Aut quid peteret, qui non defectionem & egeſtatem timeret? Quomodo item ad petendum accederet, qui non de benignitate confideret, de quo tanta æſtimat? Quomodo non in corde ſuo veneretur, quomodo Deum non ſuper omnia in corde ſuo exaltet, ſe humiliet, ſollicitus ſuſpiret? Qui ex corde ac deſiderio crebriùs orat, univerſæ virtutes iſtæ, licet neſcienti, in corde ejus ſeminantur, pullulant, florent, formantur, creſcunt, matureſcũt, & ſuaviter deguſtantur. Non ergo terreat avarum agricolam, diligentem colonũ exhibere in agro, quia benigno coeli & ſolis opificio creſcet ſperanti, imò & neſcienti: tantùm ſit bonæ voluntatis.

Verè

Verè quærenti & oranti quatuor neceſſaria; deſiderium, exſpectationem, moræ impatientis inquiſitionem, obviandorum dijudicationem, & eorum rejectionem: & qui ſic quærit, invenit.

Caput X.

Qvi quærit invenit, & qui petit accipit, & pulſanti aperietur. Matth 7. verſ. 8.
Qui quærit, deſiderat, exſpectat. Tertiò, moræ impatiens inquirit. Quartò, obvia dijudicat, diverſa quæq; à dextris & ſiniſtris rejicit. Et iterum deſiderat, exſpectat, inquirit, dijudicat, recipit, donec quod quærit inveniat, acceptet, teneat & gaudeat. Quærenti ergo regnum, nihil mirum ſi grandia promiſſa ſint, cui promiſsum eſt regnum invenire quæſitum. Sed hoc tantùm videat, ut verè quærat. Niſi enim ardenter deſideret, niſi longanimiter exſpectet, niſi ſollicitus inquirat, niſi prudenter dijudicet, niſi conſtanter diverſa reſpuat, & fruſtratus conatu anxius anhelet, iterumq; exſpectet, diſcernat, expetat, reverſet, diverberet, rejiciat, & aliunde conſolari renuat, non verè dicendus eſt quærere; unde non ab re, ſi non inveniat. Quia magnæ militiæ ſpecies verè quærere, & ſic quærere. Non enim ignavam deſidiam, accidiam, otium, torporem, teporem admittet qui quærit. Qui enim corrupto affectu cuilibet citra Deum rei fixus hæret, non quærit regnum Dei. Et qui non fixus hæret, ſed affectu fluctuat, non quærit. At qui cujuslibet occurrẽtis blando uſu retinetur & ſubſiſtit, non quærit: quoniã alius pigrè, alius inſipienter, alius infideliter, truncatè, imperfectè quærit, unde nihil mirum, ſi à ſponſione decidant pollicentis, *qui quærit invenit*. Sed ne infirmitas hìc tua penitus dejiciatur, ſcito, ſecuruſq; ſcito, & illum quærere qui pulſat & qui petit, tantùm aſsiduus petat & pulſet. Multum enim valet deprecatio juſti aſſidua, adeò ut pulſanti aperiatur, & petens accipiat. Et tùnc nimirũ quærens invenit, quoniã oratio aſſidua; & ſi non aliter, ſaltem importunitate obtinet. Aſsiduus ergo pulſus cum deſiderio æquivalenter in ſe continet arduam illam ſuperiùs explicatam militiam quærentis. Iacob. 5. verſ. 16.

Scalaris proceſſus deſiderii, & ad quantum gradum beatitudinis verorum bonorum deſiderium aſſurgit.

CAPVT XI.

I. DEſiderium parit inquiſitionem, quia movet ad inquirendum.
II. Inquiſitio invenit conſilium.
III. Conſilium, ſive conſultatio excitat ſtudium.
IV. Studium ſedulum conjungit, ſive ſedulitatem.
V. Conjunctio & proximitas familiaritatem parit.
VI. Familiaritas amorem.
VII. Amor licentiam.
IIX. Licentia ſecuritatem.
IX. Securitas libertatem.
X. Libertas authoritatem.
XI. Authoritas honeſtatem.
XII. Honeſtas fiduciam.
XIII. Fiducia alacritatem.
XIV. Alacritas voluptatem.
XV. Voluptas divinitatem.

Hæc ſcala Iacob quindecim graduum. Hujus ſcalæ contemplatio parit deſiderium, quod eſt primus gradus ſcalæ: expedit ergo rebus eam in tueri.

Quàm fœcundum ergo deſiderium recto conſilio inſtitutũ, ut ſi quis Deum deſideret, & recto gradu gubernet, quantumlibet exiguo grano, ſeminarium habet in pignus inæſtimabilis felicitatis. Ex eo enim ſi in agro interioris hominis rectè colatur, non poſt longum amor Dei pullulabit in ſexto gradu ſcalæ, & poſt illum in ſeptimo, & deinceps felix ſabbatum conſcendenti, quia deſiderium gignitur naturaliter ſcalam ipſam contemplanti. Quis enim videns brevem & facilem viam ad tanta bona, quanta ſicut Dominus innixus in ſummitate ſcalæ promittit, non tãtùm deſideret, et ſi ſum̃è deſideret, non requirat? Quis quæſivit, & non invenit? Quis coluit, & repulſus eſt? Et quis admiſſus non amavit? quis amavit & querulus fuit?

Præ-

Præterea, quiſquis orat, deſiderat, unde qui crebrò orat, crebrò deſiderat. Deſiderium autem tùm ex natura ſua facilè tranſit in amorem; tùm etiam, ſi magna cùm indigentia conſtat, ex liberalitate Dei naturaliter humanitatē excitat, miſericordiam conciliat, benevolentiam parit, beneficentiam exſerit. Et cùm omnia hæc deſiderium patrarit, humanum, miſericordem, benevolum, benefactorem tandem amare facit: benevola enim beneficentia facilè amorem incitat. Tùm tertiò, qui vera bona quærit, nihil tàm orabit, quam ut perfectū amorem Dei conſequatur, quoniam *ut ſuprà* ex regula cancellariæ & cameræ computoris eſt, ut omnis qui petit accipiat, quin etiam nullo tanto deſiderio complacet & congaudet pulſanti, quā ut ipſe pulſetur. Igitur qui orat, inſtanter oret, certus eſto quoniam pertinget in amorem. Triplici ergo velut ſtimulo, vel funiculo, vel dono qui crebrò orat, in amorem vel pellitur, vel pellicitur. Accipiendum autem id de illo, qui mente orat & ſpiritu.

Hæc vera ſitis filiorum Dei. O ſi illa me ſiti affligat Deus, & multum affligat, & languere me faciat! ſcio & certus ſum, quomodo omnis hic æſtus & languor dulciſsimo refrigerio & feliciſsimo amplexu aliquando reficiet multum.

I. *Ceterum ſunt, quibus in mediis periculis ſua ſalus non deſiderio eſt, hi velebrii vel prorſus lethargici ſunt.*

II. *Qui verò periculo expaveſcunt, alioquin ſalutis immemores, hi, licet dormiant, tamen excitari poſſunt.*

III. *Qui autem ante periculum formidant, hi vigilant.*

IV. *Et ſi ſalutis authorem ſuo nomine invocent, iſti & vigilant, & pericula avertunt.*

V. *At qui declinatis & averſis periculis, ductori & tutori gratias agunt, his in reliquam etiam navigationem ſalus promittitur.*

VI. *Qui autem diligunt ſalutis authorem, portum plenis velis intrant.*

VII. Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

VII. Sed qui amare potuerunt, hi in portu navigant.

A Deo duo primi alienati, tertius & quartus incipientes, quintus & ſextus proficientes, ſeptimus perfectus.

Quòd magna ſapienti oranda ſunt, & vera bona; & quomodo à quodam ſola mortificatio dicebatur oranda, & reprobatio ejus.

CAPUT XII.

MVltum expedit, ſæpè pro veris bonis orare, ut qui petit, non parva & vilia, ſed maxima quæq; bona ab eo, qui talia donare poteſt, petat: quoniam is qui condidit, non ignavum eſſe voluit, ſed alta ſublimia quæq; aſpirare. Grande enim magnorum bonorum ſeminarium eſt, ſummorum bonorum deſiderium: unde valdè conſiderãda propriæ dignitatis ſublimitas. Ferè enim hæc nobis à natura inſunt. Eſt enim memoriæ noſtræ naturaliter inſitum nomen Dei. Eſt item ſuper intelligentiam noſtram ſignatum lumen vultus Dei, & hæc lux in tenebris lucens eſt vita hominum, qua jure naturaliter conſentiant veritati, omnia omnium hominum bona eſſe à Deo. Eſt item tertiò naturaliter omnibus hominibus inſitum deſiderium beatitudinis; hæc ſi in oratione erumpat & pulſet, accipiet. Petat primò amorem & accipiet: cùm autem amare ceperit, petat illum, nec dubitet, quia amplexabitur.

Ioan. 16. verſ. 14. Monebat extremo ferè momento ſuos Dominus Ieſus dilectos, *petere, ut gaudium eorum plenum eſſet.* Docet in Oratione dominica petere regnum, & panem confortantem cor hominis, ad currendam viam Domini. Dicit Ioannes in Apocalypſi, *ſanctos clamare die ac nocte ad Deum, ut vindicet Deus ſanguinem ſervorum ſuorum.* *Apocal 6 verſ. 10. & 11.* Item Pſalmiſta; *Exſpectate juſtos, donec numerus fratrum compleatur, & illis una cum iſtis retribuatur.* Dixit quidam & docuit, nihil niſi mortificationem orandum, & annihilationem ſui ipſius, quem egò puto voluiſſe, aut ſaltem debuiſſe quod Pſalmiſta docuit, prout in originali habetur; *Pſal. 65.* *Tibi ſilet laus in Sion, & tibi reddetur votum in Hieruſalem.* Vtrumque enim verum illic, cum votò accedere ad Deum, & ſilentio vereri & trepidare acceſſum. Qui licet facie ad faciem

faciem videant, adeò tamen ſupra ſe incomprehenſibilem & incomprehẽſibiliter exaltatũ videt, ut licet præcordiorũ nervis totis clament, *Sanctus, ſanctus, ſanctus*; quatenus tamẽ comprehendunt, eatenus reverenti ſilentio ſanctas alas ſubmittunt. Et hoc eorũ ſilentiũ, ſacerdotiũ eſt DEO: quòd coronas ſuas ponunt ante thronum, militia eſt regi DOMINO. Sed quòd laudant, glorificant, confitentur, & gratias agunt, officium eſt filiorum Patrem colentium, ut deferant officium Patri, militiam Domino, ſacerdotium Deo. Et hoc ſilentium, hanc taciturnitatem habet pro altera parte ſui admiratio illa incomprehenſibilitatis, non ſolùm Dei viſi & agniti in unitate eſſentiæ, et perſonarum trinitate, verum etiam in emanatione cauſali, qua Verbo creat, et amore dignificat; et hoc ex eodem fundamento: quia ſi ſcire eſt per cauſam cognoſcere, per prima, per cauſas primas uſq; elementa per horum cognitionem. Patiuntur autem ſancti viri humanum aliquid in hac mentis anguſtia, ut veritatẽ unam ſequentes aliam obliviſcantur, quemadmodum iſte, qui nihil præter mortificationem orandum docebat, videns quæ Deo reverentia debebatur, oblitus quæ Patri gratiarum actio, quæ filiorum beatitudo. Oportet n. hæc facere, et illa non omittere. Eſai. 6. verſ. 3.

Puritas ſapientiæ orationis acceptiſsima in oratione, nihil ſcire, ſed ſui obliviſci, voluntatem in Deum referre.

CAPUT XIII.

NOn prætereundum verbum Hugonis de S. Victore, allegantis ad hoc ſententiam Antonii Magni, quia *oratio noſtra tunc Deo acceptiſsima, quando omnium, etiam ſui, obliviſcitur homo, ſancto quodam raptu charitatis in Deum.* quemadmodum Dominus Ieſus; *Non mea, Pater, ſed tua fiat voluntas.* Verus Dei amor nihil ſui retinet, ſed prorſus pendet ex amato et amati voluntate. Summa enim voluntatum eſt, hoc modo nihil velle; et qui ſic prorſus pendet, feliciter ſui obliviſcitur: hoc modo qui perdit animam ſuam, plenè invenit et ſalvat eam. Qui ſic odit animam ſuam, ſaluberrimè amat eam. Et hoc eſt obliviſci ſui ipſius, de quo loquitur Antonius. Quod et Apoſtolus appellat nihil ſcire, cùm dicit, *neſcire quid oremus quomodo* Luc 22. verſ. 42. Rom 8. verſ. 26.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

2. Cor. 3. verſ. 3. *oportet.* Et in alio loco; *Non quòd ſufficientes ſumus aliquid cogitare ex nobis tanquam ex nobis, ſed inſufficientiam noſtrā ſupplet Spiritus, qui ſcrutatur alta Dei, & interpellat pro nobis gemitibus inenarabilibus.* Sed quando id, niſi quando incendit ſpiritum noſtrum offerre illud incenſum & holocauſtum ſancti illius ſuſpendii, quo voluntas noſtra prorſus pendet ex Dei voluntate? Offert, inquam, Patri beneficentiſſimo pietatem & gratiam, Domino altiſſimo gloriam & honorem, Deo ſanctiſſimo proſtrationem & adorationem, per oïa nihil æſtimans, etiā ſe totū victimans. Quòd ergo ſui obliviſcitur, parvipendendo ſe & non æſtimādo obliviſcitur, & id per actū voluntatis, non aut. obliviſcitur ſui non memorādo. Memor enim fuit ſui Dominus Ieſus, quando dixit; *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis, Pater:* Voluntatis oblivione, non mentis oblitus fuit ſui. Sed hæc oblivio, niſi ab amante Deo, non donatur; neq; donatur, niſi vero amatori. Solebat crebrò B. Antonius (pro ut Athanaſius de illo refert) monere fratres ſuos, *non in multiloquio verborum in orationibus fidendum, ſed magis in fervore deſideriorum*, ut magis illam orationem exaudiendam conſiderent, quæ ſecundum Deum ferventiore deſiderio funderetur. Placentiſſimam ſæpè Deo eſſe orationem, qua aliquando tàm dulciter mens orantis fluit in Deum, ut neſciat ipſe quid petat. Puto autem id eſſe, quando verè nomine Dei tàm fœcundè Deum cognoſcit, ut magnitudo æſtimationis omnem intelligentiam occupet, & ex his duobus voluntas votiva, ſatietate repleta, nihil ultra deſiderare poſſit. Verè ſublimis hic orantiū gradus inter mortales.

Quantam fiduciam oraturis præſtat Dominus Jeſus, qui hortatur nos petere, quærere, pulſare.

Caput XIV.

Magnam fiduciam omnibus oraturis affert verbum Domini in monte, *Matth. 7.* Vbi poſtquam hortatus ad quærendum, pulſandum, petendum, & poſt promiſſionem de inveniendo, aperiendo, impetrando, parabolā ſubdit humanæ
[v]erſ. 9. [&] 10. paternitatis, *petenti filio non lapidem dantis panem petenti, non ſerpentem dantis piſcem petenti.* His non contentus incitamen-

tis

is ad petendum datis,tribus non contentus,quartum & graviſ-
ſimum adjicit argumentũ, ſubdens; *Si ergo vos, cùm ſitis mali,* verſ. 11.
noſtis bona data dare filiis veſtris, quantò magis Pater veſter cœle
ſtis dabit bona petentib. ſe. Et qualia bona, niſi ſicut in alio Evan-
gelista, *Spiritum bonum?* Spiritum ergo ſapiẽtiæ ſalutaris, ſpiritũ Luc. 11. verſ. 13.
intelligentiæ, ſpiritum conſilii & fortitudinis, ſpiritũ ſcientiæ &
pietatis, ſpiritũ timoris Domini. Hæc n. ſunt vera bona petenda
nobis, ad quæ habenda propoſito paterno geniti & facti ſumus,
paterno præcepto inſtituti ſumus, paterna pollicitatione anima
mur, & augmentatione paterna erudimur. Quem ſi audiamus
& non crediderimus, nos noſtra ſtultitia degeneres & nothi
convincimur; ſi credimus & negligimus, ignaviæ rei. Vnde quiſ-
quis non ſpiritualib. bonis affluit, quantò egenus, tantò ſtultus &
ignavus. Non n. poſsibile coeleſtẽ patrẽ convinci de mendacio,
ſi tamen hæc petitio non ex concupiſcẽtia procedit, vel cum hæ
ſitatione. Ex concupiſcentia dico, puta, ſi petat quæ ſuppetunt
concupiſcentiæ voluptatis aut vanitatis. Cum hæſitatione dico;
ſi petat quæ ad ſalutem, ſed non totus & integer petat, ſed cum
illo deſiderio deſideriũ aliud alterius concupiſcẽtiæ ſimul adhæ
ret, vel majus, quod virũ animo duplicẽ facit, & ingredientem
duab. vijs terrã, inconſtantẽ in omnibus operibus ſuis, cui præ-
cipitur emundare cor à tali duplicitate, ut *infrà* patebit.

Pro eadẽ ſententia facit verbũ Domini; *Si fœnum, quod hodie* Matth. 6. verſ. 30.
eſt, et cras in clibanũ mittitur, Deus ſic veſtit, quãtò magis vos, mo
dicæ fidei, veſtiet in exteriore homine? Multò a. maxmè in interi
ore homine. Qui n. exteriora propter interiora condidit, ſi di-
gnatur tã ſedulò per ſeipſũ tãta ſedulitate externa velut accurata
perficere, etiã uſq; ad minima & ultima, ut lapſus foliorũ, quã exi
lis fides, quã parva fiducia, non eũ petentib. velle donare nobis
interioris hoĩs ornatũ, ut in albis ambulemus corã ipſo, ſi peta-
mus eum qui gaudet peti & invocari à nobis Pater. Veſtiet igitur
interiorẽ hoĩem noſtrũ meditationib. electis, judiciis rectis, deſi
deriis perfectis. Et quæ meditationes electiores, quã quæ de Do-
mino Ieſu? quæ judicia rectiora, quã quæ ſecundũ ejus doctrinã?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quæ perfectiora deſideria, quàm ejus amori vicē reddere? Hæc velut candida veſtimenta interioris hominis noſtri ſi petamus à Patre noſtro coeleſti, planè quia gaudens dabit nobis, qui etiam non petentibus nobis, immò abhorrentibus, & phrenetico more repellentibus *miſit verbum ſuum, & ſanavit nos.*

Quòd huic fiduciæ non obſtat, quòd Dominus Jeſus, qui non duplici corde petiit, nec tamen auditus eſt: Et ratio ejuſdem. CAPUT XV.

NOn moveat quenquam; quòd Dominus Ieſus, qui non ex concupiſcentia petiit, neque corde duplici, quando exauditus non eſt Primò in horto, quando oravit, *ut, ſi fieri poſſet,*
Matt. 26 vers. 39. *tranſiret ab eo calix paſſionis.* Et in cruce; *Deus, Deus meus, quare*
Matt 27 vers. 46. *me dereliquiſti?* Quòd enim non exauditæ orationes ejus mox, quemadmodum reliquorum ſanctorū, non fuit, quoniā inefficaces erant. Omnes enim orationes ejus, quas perpetuo curſu vitæ fudit, ordinatæ per ipſum orantem, & deſtinatæ in ſummū actum holocauſti & incenſi, quod pro mundo oblaturus erat Deo. In quibus verò non hunc ordinem inſtituit, in his orationibus mox effectus ſubſequutus; ut in ſuſcitatione Lazari. Sic etiam patres exauditi in orationibus ſuis finaliter non ſuſpenſis, exauditi inquam, quoad acceptionem. Oravit Abraam, Moſes, David plenam beatitudinem, ſed ſecundum voluntatem Dei, & accepta fuit oratio, ſed non ſtatim efficax. Sic orationes Chriſti, quas fudit pro ſalute, ſuſpenſæ per Chriſtū intentione conſummantis incenſi, intentione divinæ voluntatis diſponentis, intentione deſtinatæ congruentiæ pro tempore & loco. Et ſic omnes acceptæ & ſemper exauditæ; ſed non exauditæ per ſubitò ſequentē efficaciam: quia nec ſic ſancta illa anima divinitus
Pſal. 22. vers. 4 & ſeqq recta orabat. Qui ergo in Pſalmo jā præallegato; *Deus, Deus meus. &c.* ſubjungēs; *In te confiſi ſunt patres noſtri, cōfiſi, & liberaſti eos, Ad te clamaverunt etiam &c.* qui, inquā, patres confidentes & clamantes ad ſe exaudivit, ſalvavit, hunc Dominum Ieſum orantem, rugientem, non ſilentem die ac nocte dereliquit, velut non hominem, ſed tanquàm vermem, donec fieret opprobium hominum & abjectio plebis, & omnes videntes ſubſannarent

rent, & dimitterent labia, & moverent caput, & improperarēt à Deo derelictum, cùm tamen in Deum projectus ex utero, & in Deo ſperavit ab uberibus matris, & eſſet Deus ejus ex utero matris ſuæ. Nihilominus derelictus vitulis, tauris, leonibus rugientib. & rugiētib. canib. unicornib. Perſonæ uni, quæ hinc juſtitiæ & meritorū attributa, illinc, quæ miſeriarum & laborum attributa coacervemus, & inveniemus juſtiſsimum indigna pati, apud juſtiſſimum judicem; ſimul juſtitiam ejus ſummam, & calamitates prætereà ſummas; nihilominùs acceptantem, volentem ergo Deum.

Nec moveat, quòd obſecrantem pro filia ſua Cananæā, tanquam ſurda aure non audiens Dominus præteriit, & intercedētes pro ea ſuos Apoſtolos repulit, noviſſimè accedentem ipſā & adorantem abominatus eſt. Non enim hæc animo illo duro intus geſta ſunt, quo foris geri alieno videbantur. Nequaquam n. crediderim, ut propter quam conſolandā à Galilæa fatigari dignatus fuit uſq; in fines Tyri & Sidonis, mox ut venit, alienatus ei fuerit. Sed alto conſilio diſſimulavit ſuum de iſta judicium, oportunum exſpectans tunc illi benefacere, quando magna fides ejus multum exercitata, etiam nobis magno munere digna videretur, ut & nos in nobiſipſis diſceremus augendæ fidei operam dare, & per patientiam in fide creſcere, quando non mox pro voto in orantibus exaudimur, hoc certiſſimum hujus Cananææ exemplum habentes, tantò in maximis rebus vota noſtra uberiùs exaudienda, quantò diutiùs obaudita differuntur; etiamſi taceat, ſi pro te intercedentes Apoſtolos repellat, ſi accedentem abominetur & velut canem rejiciat. Solùm ſi magni deſiderii conſcius tibi permaneas, confide, ſignatum velut annulo Dei certum ſignaculū in te habes, quia majore munere differt cumulandū. Putas, qui deſideriū ſanctū inſpirat, ille reſpuat? Sed amantis more gaudet affligere, ut creſcat in perfectum diem.

Matt. 15 verſ 22. & ſeqq.

Quòd in nomine Ieſu petendum, & quanta ex nomine Jeſu fiducia præſtatur: & differentia inter invocandum in nomine Domini, & invocandum nomen Domini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

CAPVT XVI.

Ioan. 16. verſ. 23. *QVodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.* Nomen Ieſu nihil aliud eſt, quam cum pietate creata notitia Ieſu. Tantam liberalitatem, imò tantam largitatem Deus de ſe ipſo facit, imò tantùm amat in nobis incarnati Verbi agnitionē & fidem; ut ubicunq; in rationali mente fuerit, mox illi menti etiam ſpiritum ſuum infundat: neq; id ſolùm, ſed & *Filius in medio eſt, ubi in nomine Ieſu duo congregati fuerint:* neq; ſolùm hoc; *quoniā quò Filius ingreditur, una & Pater venit, & manſionē illic facit.* Compendioſum ergo iter in Deum eſt, in dulci nomine Ieſu petere & invocare Patrē. Dicit quandoq; Scriptura; *Qui invocaverit in nomine Domini.* quandoq; *Qui invocant nomen Domini.* Prius eſt primum quam ſecundum, poteſt n. invocare, qui tamen in nomine Domini non invocat; ut, qui ignorantiæ ſuæ conſcius orat, quò detur ei notitia Domini Dei ſui. Et hic ubi orat & invocat, quia nomen Dei notitia Dei eſt, nomē Dei invocat, quando Dei ſui notitiam orat. Sed qui Deum trinum & unum fide tenet, noſcit, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti obſecrat, ut imperfectum ſuum perficiatur, is in nomine Dei invocat, obſecrans per illud ſanctū in fide proficere & perfici. Licet etiam ille ſic in nomine Dei invocans, debeat etiā invocare nomen Dei, ut quando monetur petere nomen Dei peramplius in ſe ſanctificari. Ergo ſi omnis invocans nomen Domini ſalvus erit, licet nemo poſſet invocare niſi in quem credit; *Quomodo n. invocabunt, in quē non crediderūt?* ſed ea credētis & invocātis notitia, quarū primā Dei verā notitiā petit, quia poteſt eſſe mētis foecundæ, & habitualis & occultæ notitiæ, quā non poſſit intelligēs intuitivè videre, licet poßet abſtractivè. Ideò in actu aperto ſēper poteſt quis actu primo invocare nomē Domini

Matt. 18 verſ. 20. — Ioan. 14. verſ. 22. — Rom. 10. verſ. 14.

Quòd ſapientia à Domino petenda, & benè petenda, id eſt, in fide, ſine hæſitatione, & ſimpliciter. Et declaratio verborum Iacobi Apoſtoli; Petitis, & non accipitis, eò quòd male petatis.

CAPVT VXII.

Iacob. 1. verſ. 5. Iacob. 4. verſ. 3. VErbum illud B. Iacobi in Canonica ſua; *Qui indiget ſapientia, petat à Domino, & dabitur ei ſimpliciter. Petitis enim, & non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

& non accipitis, eò quòd malè petatis: non tàm graviter accipiẽ-
dum, ut prima facie ſonat: ſicut nec præcedens tàm leniter acci-
piendum, ut plerique accipiunt. Omnes enim indigemus ſapiẽ-
tia in hac vita, & quotidie petimus ſapientiam à Domino dari
nobis, quando petimus nomen ſuum ſanctificari in nobis, quan-
do petimus panem vitæ & intellectus dari nobis. Graviter ergo
ſuſcipiendum verbum; *Et dabitur ei ſimpliciter.* Læta conſolati-
one ſuſcipiendum verbum; *Eò quòd malè petatis.* Si enim regu-
lare verbum eſt, *Petitis & non accipitis, eò quòd malè petatis,* li-
quet malũ hoc non eſſe culpæ, ſed afflictionis. Paulus n. petivit, *2 Cor. 12*
& non accepit. Sed quomodo malè petivit, quando non acce- *verſ. 8.*
pit, niſi quia petere oportet, & orare ſemper, & non deficere?
Semper ergo longanimiter, ſemper igitur deſiderare, nec deſi-
derando deficere, etiamſi moram fecerit exaudiendo. Quid n.
eſt, quod ſemper orare jubemur, *Libera nos à malo?* Numquid
Paulus hujus præcepti oblitus ab hac oratione deſtitit, ut non
meminerit, ut non oraverit à malo liberari, quando tàm gran-
diter planxit; *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mor-* *Rom. 7.*
tis hujus? An non malum erat mors illa, de qua planxit non ſe *verſ. 24.*
liberatũ, ſed infelicem, ut ſciamus non conſternandũ languen-
ti animo, ſi non mox exaudiamur? Sed magis conſolatio ma-
gnanimiter capiẽda, ſi non mox in urgentib. exaudiamur, quã-
do quotidie præcipimur orare pro his, quæ non niſi finaliter ac-
cipiemus, ut ſciamus perſeverante inſuper oratione, magnam
ſalutis & juſtitiæ portionem nos abſolvere. Num igitur, ſi ſecũ-
dum præceptum Domini quotidie petentes oremus à malo li-
berari, non propterea liberemur à corpore mortis, propterea de
ſiſtendum ab orando? præſertim cùm dixerit Dominus, *oporte-* *Luc. 18.*
re ſemper orare, & non deficere? Numquid qualitercunq; orã- *verſ. 1.*
tibus promiſit omnia recipere? Sanè qui promiſit in ſuo nomine
petituris Patrem, omnia petita accepturos, non dixit quando,
& quanto ſuo nomine petituris. Interim igitur non accipien-
tibus nobis quod petimus, magna conſolatio ſit, quia peti-
mus, & non à petendo deficiamus. Non enim parvum
donum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

donum Dei petere ipſum, ac deſiderare bona Domini in terra viventium. Et quantò ardentius deſideramus, magis Dei donũ eſt. Dixi autem, regulariter afflictionis verbum eſſe, non culpæ, propter Dominum Ieſum in horto petentem, & non accipientẽ, qui, ſi propterea non accepit, quia malè petivit, quomodo malè petivit, niſi quia in afflictione & neceſſitate bibendi calicis in agonia prolixius orans, non accipiebat quod petebat? Verùm in nobis petentibus & non accipientibus, licet deſideria dilata ſint afflictionis, culpa tamen in cauſa eſt afflictionis. Et quæ culpa, niſi quã Iacobus ibi explicat; infidelitas animæ, duplicitas, incõ-
[Iacob 1. verſ. 6. & 8.] ſtantia, terrã duabus viis ingrediens, amor noſtri cum dilectione Dei? Dicit.n. *Poſtulet autẽ in fide, nihil hæſitans. Qui en. hæſitat, vir duplex animo, inconſtans in omnibus viis ſuis.* Non ergo æſtimet homo ille, quòd accipiet aliquid à Domino. Hæc animarũ duplicitas quamdiu manet in nobis, tàm diu malè petimus; quia non ex tota anima petimus, quia inconſtanter petimus, duabus vijs terram viventium ingredimur. Vnde non ſimpliciter datur nobis quod petimus, quia non ſimpliciter ut columba petimus, pendentes in diverſum inter duos amores, Dei & noſtri. duplices animo, illi vanitati ſubjecti, licet non volentes: & quòd non volentes ſubjecti ſumus, veritatis eſt. Et quantò illud magis, tantò benè oramus & accipimus. Non n. in originali dicit Iacobus,
[Iacob. 1. verſ. 5.] *affluenter*; ſed ἁπλῶς, h.e. *ſimpliciter*. Sed quomodo dabitur ſimpliciter ei, qui duplanimis petit, qui non adhuc ſimplex ut columba, qui non adhuc uno oculo, uno crine colli, uno ornatu caſtæ virginis unicum ſponſum unicè amat? Non æſtimet homo ille, quòd hoc unum aliquid à Domino ſimpliciter accipiet. Hæc duplicitas animæ noſtræ repugnantis legi mentis noſtræ, malitia eſt, quam notat Apoſtolus Iacobus, quando dixit;
[Iacob 4. verſ. 3.] *Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis.* Hæc malitia diei humana eſt. Per hanc inquinantur omnes juſtitiæ noſtræ, ut ſint velut panni menſtruatæ. Sed nunquam panni menſtruatæ virgini caſtæ neque maculam, neq; rugam habenti, nuptialis veſtis erunt. Quid ergo indigere ſapientia? Quid ergo petere ſapientiam?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſiam? Quid accipere ſimpliciter? niſi aliqualiter agnita ſapientia, ſuam inſipientis & egeſtatem & penuriam ſentire, & perdolere, dignè agnitam ſapientiam tanquam theſaurum quærere, ſemper orando indeſinenter petere, ſemper tamē cum annexa confeſsione ſuæ ignorantiæ, neſcire ſcilicet quomodo oporteat petere ſapientiam? Quomodo enim dignè petere poteſt ſapientiam, quam nondum ſicut oportet cognovit? Quomodo aūt cognovit, niſi magno & unico ſapientiæ magiſtro magnificè docente? Quomodo enim hoc duplicitatis mendacium ab ore noſtro poterit aboleri, niſi veritas, & veritas clara merè poſſideat? Alioquin hoc duplicitatis mendacium occupans, fidam illam interioris hominis deſponſationem non admittit, cùm Propheta postulat; *Ab occultis meis munda me, Domine.* Pſal 19. verſ. 13.

Quomodo oportet ſemper orare, & non deficere. Et quòd neſciamus quid orandum, quomodo oportet. Et quòd hæc perfectio orationis non habeatur in hac vita.

CAPVT XVIII.

O*portet ſemper orare, & non deficere.* Nulla igitur circumſtantia orandi licet deficere. Non circumſtantia perſonæ; non circumſtantia negotii. Non igitur cauſa, loco, tempore, modo, ordine, facultate. Non conſilio, ſtudio, affectione, conditione, habitu, conſuetudine. Oportet itaque eſse qualificatos ſicut ſemper orantes, & cognoſcētes quid orent, & quomodo oportet, cognoſcentes omnia deficientia ſibi bona; verè æſtimare ea, dignè, fideliter, amanter, ardenter, & ſemper, quamdiu ſunt, deſiderare. Oportet ſemper oblitos eorum, quæ retrò ſunt, cum Propheta dicere; *Ecce nunc cepi.* & ſemper dimittentes inchoationis ſermonem extendi in anteriora, & ferri ad perfectioné. Sed quia neſcimus, qualis illa perfectio ſit ut oportet, ideò quid oremus ut oportet neſcimus. Anguſtia igitur illa inter illas duas neceſſitates, orandi & neſciendi, convincit non eſſe nos quales oportet. Nec Paulus oravit ut oportet quādo confitebatur; *Quid oremus quomodo oportet neſcimus.* Defecit igitur ab illa neceſſaria; *Oportet ſemper orare, & nō deficere.* Eſt n. copulativa,

Luc. 18. verſ. 1.

Rom. 8. verſ. 26.

Luc. 18. verſ. 1.

cujus utraq; pars modificatur per oportet, ut ſit ſenſus; *Oportet ſemper orare & oportet non deficere.* Statim enim poſito primo mandato in veritate viatoris naturaliter, ſequitur deſiderare & orare complexum nuptialem. Et cognita neceſſitate primi mandati, cognita item noſtra diſparitate ad ipſum, naturaliter ſequitur timor Domini, principium ſapientiæ. Naturaliter igitur orat ſibi debita dimitti, auxilium præſtari implendæ legis, æquandi mandati. Et quia liberum dominatori Deo, licet etiam ſemper orantem, ut oportet orantem & non deficientem, exaudire quando volet: ideò ſi non mox exaudiatur, inſtare ſemper & humiliari, & humiliter orare oportet, & non deficere. Etiamſi amore æſtuantes deficiant, non tamen licet ab orando deficere, neque ſi charitate ardeant. Facilè jam videre (*ut ſuprà præcedenti capitulo*) quomodo panni menſtruatæ ſunt juſtitiæ noſtræ, quamdiu ſic orando deficimus. Nam quamdiu oportet ſemper orare, & non deficere, & non poſſumus orare quomodo oportet, quia neſcimus, neceſſariè juſtitiæ noſtræ ſicut pannus menſtruatæ. Concluditur ergo, ſemper illud in hac vita non accipere. unde & malè orare, & duplices eſſe ſemper in hac vita, propter vanitatem impoſitam creaturæ. Imò nullus noſtrum, qui ſciat quomodo ſit orare ſicut oportet, quando Paulus neſcivit. Nullus igitur hîc poteſt orare, ſicut oportet, & nihilominùs oportet orare, ſimpliciter orare, orare in nomine Ieſu vivo, exaltato, ſolius, magnificato ſuper omne nomen, confirmato ſicut turris fortitudinis, glorificato, ſanctificato dignè Deo. Et quia in via ſemper ad hæc tàm imperfecta ignita deſideria contendere oportet, ideò oportet ſemper orare, & non deficere. Vnde & conſolationis verbum eſt, oportet ſemper orare, oportet ſemper non exaudiri, quia oportet vanitati illius duplicitatis (*de quo præcedenti capitulo*) eſſe ſubjectos. Oportet ergo malè petentes eſſe, quia vanitati ſubjectos. Et quia oportet ſubjici non volentes, ideò ſemper orantes à malo vanitatis illius liberari. Oportet igitur ſemper orare, ſicut ſemper non velle ſubjici vanitati. Et ab illo malo malæ petitionis non liberabimur in hac vita,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

etiamſi primitias Spiritus orando accipiamus, cui quamdiu ſub-
jecti ſumus, non ſine macula vel ruga ſumus, non virgines caſtæ,
non ſponſæ aptæ thalamo. Sed quanta ſit hæc vanitas in pleriſ-
que, convincit paucitas eorum, qui verè cupiant diſſolvi à vin-
culo vanitatis hujus & neceſſitatis. Et quomodo poteſt petere
& orare, quod non cupit? Et ſi dicat ſe orare, ſi non cupit,
mendax eſt. Et ſi non orat, prævaricator præcepti; *Vigilate &* Matt. 26
orate. verſ. 41.

Ad idem facit verbum Prophetæ poſtulantis *vivificari ſecun-* Pſ. 118.
dum judicia Dei; cùm tamen apertè confiteatur *non juſtificari* verſ. 40.
in conſpectu Dei omnem viventem. Petit igitur, quod nullus Pſ. 143.
vivens accipiet. Et quomodo petit, quod non accipiet, cùm di- verſ. 2.
ctum ſit; *Petite, & accipietis?* Accipiet ergo quod petit; ſed non Ioan 16.
vivens in carne accipiet. Alibi igitur & poſt hanc vitam accipi- verſ. 24.
et, & juſtificabitur in conſpectu Dei, ſecundum judicia Dei. O-
portet tamen interim hîc ſemper orare, & non deficere; & ſicut
oportet ſemper orare & non deficere, ſic oportet ſemper pulſa-
re & non deficere, ſic ſemper quærere & non deficere. Sed quid
quęramus, & quomodo oportet, neſcimus. Quia ſicut regnum
quærere oportet, & quid, & quale, & quantum regnum ſit, ne-
ſcimus, oportet nihilominùs quærere, quærēdo eſurire, ſitire, la-
borare, anhelare, æſtuare, ſudare, languere, deficere, omnia ce-
tera æſtimare velut ſtercora, languendo, deficiendo multipli-
citer & incomprehenſibiliter nobis fortiores fieri, & quæſito
regno violentiam inferre, violenter regnum irrumpere, & ſic
per multos ſudores, labores, agones, per multas tribulationes o-
portet nos intrare in regnum cælorum. Oportet orare, & cùm
ſteteritis ad orandum, dicere, *Pater noſter*. Sed eam orationem Matt. 6.
quomodo oremus ut oportet neſcimus. Si neſcientem orare verſ. 9.
ut oportet, & in quanto nomine Ieſu oportet, impoſſibile eſt o-
rare ut oportet, & oportet nihilominùs orare, & non deficere. O-
portet igitur hanc neſcientiā, hoc imperfectū nomē tolli à no-
bis. Et per quem, niſi per agnum tollentem peccata mundi? Et
quando? niſi cùm venerit & pulſaverit magno ſuo tonitruo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

cùm coruſcaverit incomprehenſibili ſuo fulgure, cùm exarſerit & incenderit nos amore ſui, cùm ceßabit paulatim ac ſenſim inſcitia ac ignavia omnis, pigritia & infirmitas, cùm jam non in proverbiis loquetur nobis, ſed palàm de Patre annuntiabit no-
verſ. 26. bis. *In illo die* inquit, *in nomine meo petetis. Ioannis 16.* Interim in hac vita deficimus orando, quando neſcimus quid oremus ut oportet, ſicut capitulo Ioannis prææallegato ante pauca verba præmiſerat; *Vſq; modò non petiſtis quidquã in nomine meo.*
verſ. 24. In nomine ſcilicet, quanto oportet. Peccamus igitur orando ſimul & meremur; quia exaudimur, & non exaudimur penitùs, quia monemur & cogimur petere ut liberet nos à malo, ut dimittat nobis debita. Sumus igitur debitores & in malis, à quibus malis petimus liberari. A carne peccati, à corpore mortis, à laqueis inſidiatoris, à periculis perditionis. Et hæc omnia tanta inſtantia petere & orare, quanta hæc horrenda ſunt. Sed quotus quiſque noſtrum ſic orat liberari à malo? Quis hic? & laudebimus eum. Quis illum ſic orantem dicet non exaudiri?

Quòd orationem efficacem facit vera & viva cognitio propriæ infirmitatisq; quæ etiam à Domino petenda, ut viva cognitio timorem incutiat, & timor ferventer orare faciat.

CAPVT XIX.

ROgavi aliquotiens Dominum, quò vivaciùs meam ſalutem & ſalvatorem agnoſcerem, verè vivaciter, efficaciter mea pericula, naufragia, perditionem, mortem, & poſt mortem miſeriam apud inferos, etiam & cum conſortio dæmonum cognoſcerem. Cognoſco quidem hæc, ut verbis his, & hoc ordine commemorem; ſed non vivaci cognitione, ſed arido & inefficaci cogitatu. Liquet ex judicio ſequenti. Non enim horreo hæc mala mea commemorata, quę ſi horrerẽ uti oportet, vehementer timerem, & fugerem ſicut à facie ignis conflagrantis & perſequentis. Et hæc cæcitas magna eſt vanitas, effuſa ſuper faciem univerſæ terræ, quam, niſi orando, fugere non poßum. Et quomodo potero non metuẽs, non horrens eam, orare, ut ab ea liberer? An non mendax eſt oratio in conſpectu Dei corda ſcru-

antis & renes, quæ ſimulato magis quam vero & vivo deſiderio
Dei auribus intonat? Debet enim oratio velut incenſum igne
onflagratum aſcendere ante Dominum. Et quis hic ignis, niſi
qui magno deſiderio fervet? Certus autē & confidens teneo, ſi
mala mea horrerem ac timerem, uti horrenda ac timenda ſunt,
acilè promptus in efficacem orationem prorumperem. Nunc
peto, & non accipio; quia malè peto. Et quare malè peto, niſi
quia frigidus peto, niſi quia cæcus & vanus mea ipſe mala non
cognoſco? Cognoſco, inquam, vera, viva, foecunda & efficaci
cognitione. Vtinam ego ſic meam ſpiritualem paupertatem,
ſicut mendici pannoſi nudi ſua ſentiunt incommoda! utinā ſic
internam corruptelam, dolorem; ſicut leproſi ulceroſi, vulne-
rati corporales dolores plangunt! O ſi interna hebetudo, ſtu-
por, paralyſis mea ſic moveret, ac diſpliceret mihi, quemad-
modum qui membrorum impotes, debiles, mancos eſſe ſeſe la-
chrymantur & plangunt, qui domo & foco extorres abjecti, ne-
glecti, derelicti jacent, hæc ſua incommoda velut grandia mala
deplorant. quæ tamen, ſi vera mala eſſent, nunquam in his &
per hæc omnia probatus felix ille Lazarus in ſinum Abrahæ per
angelos delatus tàm feliciter conſolaretur. Stulti & inſenſati fi-
lii Adam non apertos, ut mendaciter aſtutus inſidiator inimic⁹
ille ſerpens promiſit, oculos habentes, ſed obcæcatos magis, ut
fucata veris malis dinoſſe ac dijudicare non poſſunt. Quæ ma-
la putamus, mēdicitas, pannoſitas, nuditas, lepra, ulcera, fames,
paralyſis, lāguor, debilitas, inedia, cruciatus, deſpectio, derelic-
tio, periculoſam navigationē noſtram ſi cognoſceremus, deſide-
rata nobis remigia eſſent, & velut auxilia neceſſaria tendentib.
in portum, complecteremur. per hæc proſpero curſu Lazarus in
ſinum Abrahæ, velut in portum pervenit. Et quibus armamen-
tis, aut quo remigio? niſi quia per hæc, tanquam efficaci colly-
rio, inunctus oculos aperuit, & videre meruit, quàm fucata, quā
falſa bona divitiæ illæ purpurati epulonis: quàm caducus ille flos
nitidæ cutis & medullati ventris ejus, non poſt longum apud in-
feros aſinina ſepultura ſepeliēdi, & inextinguibili igne & vermi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

non morituro cruciandi. Iſta commemoro, verbiſq; in orationē & ordinem exſtructis pertracto, & teq;, ô Lazare, felicem inter hæc mala carnis, propter apertos mentis tuæ oculos judico. Sed heu, judicium hoc meum paralyticum eſt, languidum eſt, & inefficax! Magis ego tuam foris egeſtatem horreo, quàm ſalutares tuas intus copias amplector. Confiteor feliciorem te, non ſolùm epulone illo divite quotidie ſplendidè epulante, ſed etiam teipſo, etiamſi ſpiritualibus tuis dotatus externa hæc non pertuliſſes. Verùm quia carnis infirmitas deſideratam ſpiritus promtitudinem in me prorſus premit, tu, qui ex his quæ paſſus didiciciſti, quàm dulcis & exſpectata calamitoſis & miſeris miſericordia, per illas beatas tuas apertorum tibi oculorum opes recordare, quia in media illa calamitate mēdicitatis & egeſtatis tuæ talia tantaq; bona recepiſti. Conſolare me verè mendicum, pannoſum, nudum, leproſum, ulceribus plenum, famoſum, paralyticum, languidum, debilem, egentem, famelicū, ſed proh dolor non eſurientem, quia mala mea hæc non ſentientē, atque ideò magis deſpectum, abjectum, ac derelictum. Conſolare, inquā, non moerentem aut lugentem. Quomodo enim lugerem, qui non, ut oportet, horreo? Conſolare magis lugere debentem. Et hæc ſit conſolatio mea, quo juſta mea lugendi cauſa mihi tuo interventu innoteſcat Recordare, quotiens ego tuas has carnis calamitates in corde meo beatificavi, neq; beatum me judicabo, niſi te conſolatore verè, vivaciter & efficaciter mea ſalutis pericula, meas internæ mortis miſerias lugeam. Conſolationis via certa per luctum. Et quomodo lugebo, qui nondum perditionem & mortem meam cognoſco? Omnis enim luctus chari funeris eſt; in carne peccati, in corpore mortis habito. Infelix ego homo, per te peccatum, & peccati mortem, ô Lazare, obſecro cognoſcam. Quamdiu enim plus mortem carnis, & carnales morbos tuos, tuamque egeſtatem horreo ac fugio, quàm tenebras meas, quā varios tempeſtatum internarum ventos, quā procelloſum hoc mare, quàm lubricam ô fragilem cimbam, quàm ebrium ac temerarium totius hujus meæ navigationis

guber-

gubernatorem, quàm naufragium, quàm interitum & miſeriã æternam, tàm diù modicum, atque utinam verè modicum, ut ſaltem aliquid verum in me lumen ſit. Vnde cuiq; domi ſtatera & menſura luminis intra ſe eſt. Facilè quiſque, ſi attendat, neque ſe latere poteſt, quid horum amplius metuat. In omni igitur hominis perturbatione, in omni trepidatione, velut momentum & ſtateram domi reperio, qua quanta mihi vera lux luceat intelligam, ut ſciam quid orandum, quamq; formidoloſa vel ſecura navigatione portum & ſalutem deſtinem. Quantam igitur lucem eſſe oporteat in corde meo ut orẽ quomodo oporteret, ut perfecta charitas hunc timorem foras mittat, facilè creſcentis timoris menſura docebit. *Principium enim ſapientiæ timor Domini*; quia cum pollicitatione ſalutis venit principium ſapientiæ, & cum creſcente ſapientia creſcit ipſe timor, donec ſapientiam duxerit in pacis poſſeſſionem, & illic non eſt timor in finibus Hieruſalem. *Proverb. 1. verſ. 7*

Quomodo orandum eſt cum humilitate & pavore propriæ indignitatis, nihilominùs etiam cum magna fiducia divinæ bonitatis ex amore in Deum.

CAPVT XX.

SÆpè ego, cùm legerem paſſum illum; *Et addiderunt adhuc peccare illi, ut exacerbarent excelſum in ſicco; Et tentaverunt Deum in cordibus ſuis, ut peterent eſcam animabus ſuis. Et loquuti ſunt de Deo, Numquid poteſt Deus ſternere menſam in deſerto*? ſecurus tranſibam, parùm periculi veritus fidei meæ, velut qui integrè credebam omnia poſſe Deũ, omnia etiam ſcire ipſũ. Sed ubi adverto, quòd ſæpè in orationib. meis trepidat fiducia mea, an ſic velit me habere in numero filiorũ ſuorum, ſicut poteſt & novit, illic neſcio ſi immunis ſim. Ex unà ſanè parte juſtus & rationabilis eſt metus meus. Vereor enim ſemper ſuſpectum habens occultam malitiam cordis mei, & latentem radicem amaritudinis, & exaſperantis, & recedentis, non credentis Deo. Sed quòd ex altera parte hæſito, utrum prævidit, præſcivit & prædeſtinavit me cœleſti generatione, illuc fortaſſis non minus peccatum, quàm ſi hæſitarem, utrum poſſit aut noſcat *Pſ. 78. verſ. 20. & ſeqq.*

Deus

Deus ea quæ meæ ſalutis ſunt. Quomodo enim poteſt amor meus integrè in illum fluere, velut in patrem, quamdiu non integrè in illum, velut piiſsimum patrem, feror & rapior? manente in me verente, ac per hoc amorem retinente ſuſpicione illa, qua ſuſpicor, quòd fortaſsis nō ab æterno prædeſtinavit, non ab æterno cogitavit Deus ſecundum paterna viſcera bonitatis ſuæ ſuper me. Et fortaſſis duo prima peccata remittuntur, tertium autem remanenti in eo, & finaliter obduranti, neq; hîc, neq; in futuro: ut juſtè illi negetur prædeſtinationis regeneratio, qui non hæc Deo Patri finalis fiduciæ ſacrificium voluerit immolare. Scio ſanè, quòd licet nemo, niſi divino munere & mera Dei gratia ſalvetur, & hoc ſecundum propoſitum eligentis; nemo tamen injuſtè damnabitur: ſed quiſq; ſuo peccato ſuum reatum incidit, ut verè tanta ſit juſtitia judicantis & condemnantis, quā ta eſt gratia eligentis & prædeſtinātis. juxta illud *Oſea 13. Perdito tua, Iſrael, ex te; tantummodò in me auxilium tuum.*
vers. 9.

Conſolatio pro his, qui non valdè profundant intentionem, vel non valdè flagrant affectione, in orationibus noſtris, ex Patris pietate complacentis etiam in parvulis parvulorum affectibus,

CAPUT XXI.

Pſ. 147. verſ. 10. QVi frigidus orat, modicum accipit; ſed modicum Deo, multum tamen nobis. Quis dubitet, ſi Deus det jumentis in montibus fœnum, & pullos exaudit corvorum invocantes eū, is frigidas ſervorum ſuorum orationes exaudit, & juſtorum aſſiduas non deſpicit in finem? Verbum enim Dei Deus caro factum, dedit hominibus ut verbum carnis ligaret in cœlis. Hoc itaq; Verbū ſuū noſtro verbo donavit, ut quemamodum verbo ſacramētali, ſive in baptiſmo, ſive in conſecratione Euchariſtiæ, ſive in abſolutione poenitētiali, realiter & verè ſequatur effectus, ſimplici modica feriali intētione, qualis hodie cōmuni omnium fragilitate communiter in miniſtris eccleſiæ reperitur, Igitur & in verbis orantium, laudantium, gratias agentium, adorantium, confitentium, confidentium, ſimiliter realis, verus, ſperatus verborum fructus & finis conſequatur tàm grandis &

ſuper menſuram infirmi verbi noſtri, quanto Dei verbũ pro nobis exinanitum propter homines. Valdè igitur confidenter & orandum & pſallendum hominibus, etiam in ſimplicibus, tametſi non valdè profundent intentionem, aut non valde flagrent affectione. Videmus enim reges patres parvuli filii parvo munuſculo, puta pomo, aut balbo verbo ſciuſculè prolato, delectari magis quam tributis provinciarum, aut gravi oratione con ſulentis. Quòd ſi orantibus non ſtatim omnis gratiæ plenitudo, & univerſa votorum ſumma petentibus tribuatur, non iniquo animo ſuſcipiendum, ſed ſpe exſpectandum. Placuit enim Deo conditori noſtro de die in diem renovare ſpiritum noſtrum in interiore homine, ut quemadmodum in operibus naturæ non ſato grano, aut cujuſlibet arboris ſeminario, mox & arbor & fructus prodeũt; ſed labore, cultu, & ſpe, & exſpectatione: haud ſecus etiam in opere gratiæ ordinem quendam & congruentiam opifex ille ſummus non ſolùm in ſingulis eccleſiæ membris, ſed in ipſo quoq; totalis eccleſiæ corpore decuit obſervare; quam exilibus primò & vix perceptibilibus à principio naſcentis mundi ſeminariis Deus de miſerendo, redimendo, conciliando, acceptando, adoptando & glorificando homine propoſitum explicavit; & poſt in patriarchas germinavit, & fronduit in prophetis. ad ultimum poſt tot mille annos ſublimi fructu exuberavit in deſiderato cunctis gentibus deſiderio collium æternorum, in quo velut angulari lapide univerſam ſpiritualis ædificii fabricã fundare volẽs, quadratos illi, licet impolitos, ſed pretioſiſſimos, ſed ſolidiſſimos illos, Apoſtolos loquor, proximos applicavit. Deinde martyrum columnas erexit in ſublime, & ſanctorum Doctorum doctrinis, velut clariſſimis feneſtris, illuſtravit. Sanctorum item patrum in eremo & monaſtica vita, tanquam ferventiſſimi amoris cæmento glutinavit. Ex iis ad fiduciã, ad eruditionem, ad imitationem, ad conſolationem & confortationem apothecæ plenæ omnibus eccleſiæ membris, pro quacunque varietate aut neceſsitate recurrentibus, ut ſic per patientiã exſpectantes deſiderent, deſiderantes poſtulent, poſtulantes

quærant vias Domini, & currentes in viis Domini perveniant ad portam juſtitiæ, pervenientes pulſent, & importunè pulſantes inſtent: quoniam inſtanter pulſantibus aperietur. Et ſi non aliter, vim parent, & violentiam inferant. Ianitor hujuſmodi videre violentiam delectatur, & vim pati gaudet, adeò, ut violentus rapiat illum in ſua vota. Mox enim ut admiſſus fuerit intra portam, quodcunq; petierat accipiet, & tunc, velut in fine longi ſtadii & laborioſi curſus lætum bravium accipiet: quia longanimiter ferens adipiſcitur repromiſſionem.

Sequitur Pars Secunda, quorundam declarationem continens, quæ ad orationis Dominicæ recommendationem & introductionem pertinent.

QVANTAM FOECVNDITATEM ORATIO Dominica continet, & quantam connexionem plurimorum, quæ in cardine rei unum ſunt: & deductio exemplaris chiaſmi in eadem oratione.

CAPVT I.

GRANDE quidpiam Græci crepitant, & inflatis buccis chiaſmum illum Demoſthenis, quo in Philippum Macedonem utitur, efferunt: ſed minùs mirarentur, ſi connexionem ſanctæ hujus Dominicæ orationis perſpicaciter perpenderent. Non enim hîc viginti quatuor membrorum fœcunditas eſt; ſed amplius quadraginta novē connexa complexio, & complexa connexio. Tàm enim quodlibet hujus orationis membrum fœcundum eſt ad conſequentiam cujuslibet. Neque id mirum: quoniam in cardine rerum omnia unum ſunt; quemadmodum in centro omnes lineæ circuli uniuntur.

Si enim credimus, quia Deus pater noſter eſt, qui voluntariè nos genuerit ad imaginem & ſimilitudinem ſui, mox animabimur ad celſitudinem filiorum ejus, quam, quia ſine ſancta ejus notitia conſequi non poſſumus, tanquàm igneo quodam impetu rapti ferimur petere, ut *ſanctificetur nomen ejus.* Si credimus quia pater noſter eſt, reges nos fore credimus. Et ſi reges abſq; divino regno eſſe non poſſumus, neceſſariò ab eo patre *regni ſui adventum* petimus. Et ſi patrem eum credimus, paterna illi viſcera tribuimus, quæ niſi ſterilia & infœcunda fateamur, inevitabiliter filiorum in patrem pietatem & affectionem filiis indidit. Pietas autem ſedulus & officioſus cultus eſt filiorum in patrem. ſua igitur ſponte pius filius patris voluntatem & ſcire & perficere deſiderat. Orat igitur, quòd *patris voluntas de ſe de ſua adoptione fiat, ſicut*

in perfectis filiis, quorum eſt jam plena beatitudine conſummata in cœlis adoptio. Quòd ſi patrem eum credimus, & nos hereditate ſua dignatur, menſæ utiq; convivas non dedignabitur. Menſæ igitur illius panem, qui tranſſubſtantialis eſt, & pinguis, & ſuavis panis, & beatificus, ardenter eſuriemus & neceſſariò petemus.

Quòd ſi pater noſter eſt, quemadmodum pater in filiis complacebit, neq; debitum exiget quod exſolvere impoſſibile eſt: & confidentes de paterna indulgentia fiducialiter petemus, ut decem milium talentorum auri debita dives ipſe in omnes nobis dimittat; ſi tamen nos tanta in patrem pietate ſumus, ut coheredibus fratribus centum denarios argenteos debentibus non exigamus.

Si pater noſter eſt, paternam ſuper nos curam & ſollicitudinem & confidemus & orabimus, quo non patiatur maligni hoſtis inſidioſam tentationem ſuper nos accidere, ſed ex omni tentatione eripiat nos.

Quòd ſi patrem eum credimus, non ſolùm quo tentatorem abigat confidemus; ſed inſuper confidenter orabimus, quo à malo & ab omni malo liberet.

Hîc ex prima particula omnes ſeptem præcedẽtes, & ex qualibet qua libet à ſtudioſius ruminante deduci poteſt. Et hanc circulationem & rotationem Græci *chiaſmum* vocant, quia longior ad convertentiam, ſeu ad converſivam conſequẽtiam; quã fortaſſis Cicero voluit *continuationem & denſam verborum frequentationem* dicre; Theologi *circuminſidentiam*; Metaphyſici *mutuam implicationem* ſeu *neceſſariam connexionem:* quia locũ habet in his quæ convertũtur invicem ſecundum conſequentiam, ut ſunt ea, quæ in oratione Dominica petuntur ſuprà memorata. Qualia & quæ in divinis nomina; Æternum, neceſſarium, liberũ, ſeipſo vivens, perfectum, ſummum, ſanctũ: &c. Similiter etiam de gratia, bono opere, ſalute, electione, vocatione, prædeſtinatione, & cetera hujuſmodi. Fit autem hæc rotatio ſive circulatio

Copulativè; ut, *Nequit homo Deo ſervire, & mammona.* Matth. 6. verſ. 24.
Disjunctivè; *Qui enim ſervit, aut Deo, aut mammona.*
Conditionaliter; *Qui Deo ſervit, mammona non ſervit.*
Everſa conditione; *Si mammona ſervit, Deo non ſervit: cùm non poßit idem unus diverſis ſervire dominis.* de quo chiaſmo, quia ad præſens opus non ſpectat, prolixum eßet inſerere.

Quòd ea, quæ petuntur in oratione Dominica, non dantur, niſi cum ſimul dato Spiritu; imò cum Patre & Filio: & quod omnium petendorum copiam comprehendit.

CAPUT II.

QVicunq; ſalutaribus præceptis moniti divina inſtitutione informantur, & formantur, ut auſint dicere, *Pater noſter qui es in cœlis*; hi, ſi ſuam ipſi orationem perſpicaciter attendant & perpendant, non ſolùm data optima ac dona perfecta ſibi dari orant; ſed & Spiritum Sanctũ ipſum, qui Apoſtolis datus fuit in Pentecoſte, dari, & perfectè dari, orant. Talia dona petuntur in ea oratione dari, quæ non donantur, niſi cùm ſimul donato Spiritu donentur. Imò, quia talia donanda petuntur, Spiritus ipſe Sanctus petitur neq; ſolus Spiritus Sanctus; ſed & Filius dandus petitur, & Pater ipſe. quia non viliorem ſeipſis Pater & Filius ducunt vel donant Spiritum Sanctum, ut illum alicui donent, cui ſeipſos negent. Cuicunq; igitur Sanctus ille Spiritus Patris & Filii donatur, ad illum Pater & Filius veniunt, & manſionẽ apud illum faciunt. Nimirum felicem hoſpitem, qui tales hoſpitio dignus habetur hoſpites recipere! Neque repercutiat magnitudo verbi, quo totam trinitatem dandam dicimus. Primum enim verbum, quo Patrem illũ noſtrum dicimus, jam ipſo principio magnitudinem iſtam continet. Quo enim effuſius donare ſe nobis poteſt, quàm ut Patrem ſe nobis donet? & jam à principio donavit oraturis, quando præcepit ſic dicere & orare; neq; vanè vel falſò dicere aut orare præcepit. Qui, ſi oraturos jam in filios adoptavit, jam unigenito Filio ſuo fratres & coheredes adoptavit. Et quia Deum Patrem, patrem vocant ſicut Filius, ergo ſpiritum Filii habent, in quo clamant Abba, pater. Non igitur tàm donandum Spiritum Sanctum petunt in

oratione Dominica dixerim, quàm datam jam primo verbo totam Trinitatem ſignant. Non tamen propterea caſſa vel vana ſequitur oratio, qua petimus nomen Patris ſanctificari, hoc eſt, ſapientiam ſuæ cognitionis dignam Deo fieri in nobis: Regnum Dei advenire, quo à ſervitute corruptionis liberi libertate gloriæ filiorum Dei glorioſè regnemus: Voluntatem ejus fieri in nobis, quemadmodum in cœlis, ubi clarè viſo, dignè æſtimato, beatificè perfruuntur. Numquid his, niſi donato nobis Spiritu Sancto, imò niſi donata nobis tota trinitate donabimur? Quòd ſi tanta petuntur, igitur omnia ea petuntur; ſine quibus iſta non contingit obtinere. Perfecta igitur ſapientia, ſincera judicii rectitudo, & ſancta charitas. Verùm hæc in hac vita non conceduntur, ſalutari tamen præcepto propoſito ſalubriter petuntur. Et exaudire de petitionis menſura in arbitrio eſt præceptoris, monentis, multos primos fore noviſſimos, & multos noviſſimos primos. Sed id quando? niſi quoniã qui ſe humiliat exaltabitur; ut quantò ſe humiliaverit, hoc eſt, cogniti, æſtimati, & amati Dei collatione ſeſe magis abjecerit, & obtulerit ſe totum Deo, tantò exaltabitur. Qui n. ſic ſuo judicio noviſſimus fuerit, verè primus, & in primis erit.

Matt. 20 verſ. 16.

Quòd igitur Apoſtolis in die Pentecoſtes donatum eſt, omnes in oratione Dominica, imò in omni oratione ſalutari poſtulamus. Neque ſolùm hoc, ſed & majora poſtulamus, quàm illi acceperunt pro tempore. quia talis fuit in ea menſura donationis Chriſti, quòd adhuc opus habuerunt confiteri; *In multis offendimus omnes*. Et *ſi dixiſſent, peccatum ſeſe non habere, ſeipſos ſeduxiſſent, & veritas in eis non fuiſſet*. Ingemiſcere igitur & parturire cogebantur uſq; in diem Domini, in diem conſummationis, & in diem illam & horam, quam neſciebant, ingemiſcentes & parturientes vigilare, & parturiri, parari: ſed quales parturiendi, quanti parturiendi & parandi, neſcientes ipſi. Et hoc puto ego exſpectare Dominum, & ſimilari exſpectantibus Dominum reverſurum à nuptiis beatarum ſponſarum, ut ipſi ſimiliter intrent ad nuptias æternas. Verè nuptiarũ illarum thalamos,

Act. 2.
Iacob. 1. verſ. 2.
1. Ioa. 1. verſ. 8.

[th]alamos, & paratas manſiones, & cœlorum concentũ, & con-
[c]entus rationem nemo qui nouit, nemo qui ponit in terris, ni-
[ſi] ſolus ille qui abiit, & parat manſionem nuptialem. Neq; nos
[i]n diem illum & horam parati erimus, niſi abiens ille per fidẽ
[v]ivam & integram, miſſo Spiritu ſuo, nobis manſionem illam
nuptialem paret, & cum patre ſuo veniẽs manſionem faciat in
[n]obis, quam interim ingemiſcendo & parturiendo parat. Om-
[n]ib. igitur fidelibus hæc tanta petenda ſunt & exſpectanda, neq;
[d]abuntur niſi nuptialiter exſpectantibus Neq; poſſunt nuptia-
[l]iter exſpectare, niſi qui nuptialiter deſiderant. Neq; nuptialiter
[d]eſiderant, niſi qui perfecto amore flagrant, quo non indignè
& indecorè nuptialis illa beatitudo faſtidiẽti ſponſæ pręſtetur.
Si quid his minùs oramus, ideò fit, quia minus interim noſtrã
dignitatem agnoſcimus, aliquando tamen agnituri, ac per hoc
ſecundum eam oraturi. Facilè jam ex hoc loco conſiderare eſt,
quam ſint multorum inconſiderata verba, aſſerentium ſeſe pro
[f]iteri perfectionẽ, cùm oportet eos quotidiè confiteri tàm lon-
ginquam à perfectione diſtantiam, ut verè plus diſtemus nos à
[p]erfectione, quam diſtant cœli à terra; imò plus quàm elon-
gatur oriens ab occidente. Valdè etiam inconſideratè dictum,
[p]rælatos conſtitutos in ſtatu exercendæ perfectionis. Quomo-
do n. poſſunt exercere ſtatum, in quo non poſſunt eſſe? Facilè
[h]inc etiam videre, quomodo plenariam Papa remiſſionẽ con-
cedere poteſt, quando Deus non concedit? Plenaria n. remiſſio
[p]erfecta remiſſio eſt. Perfecta remiſſio, niſi perfectis, non fit à
[p]erfecto remiſſore. Sicut n. ſanctus cum ſancto, ſic perfectus
[c]um perfecto. Vtilis iſta conſideratio, tùm ad eruditionem diſ-
cretionis, tùm ad conſolationem longanimitatis, tùm etiam
[a]d acuendam deſtinationem.

Quòd omnis noſtra oratio, quam petimus in oratione Dominica, eſt de actu objectali, quia formalis eorum completio eſt homini in hac miſeria impoſſibilis.

CAPVT III.

NOtandum itaq;, quod omnis oratio Dominica eſt de actu objectali. Quando en. petimus *ſanctificari nomen patris,*

quid

quid petimus, niſi ea cogitationum puritate & mundicia eſſe, eaq; affectionum ſanctitate, quæ deceat miniſtros Dei in templo ejus? Similiter cùm dicimus, *Adveniat regnum tuum*, quid aliud petimus, niſi ut ea fide, ea integritate militemus, quam deceat milites regni illius? At cùm dicimus; *Fiat voluntas tua*, quid aliud volumus, niſi ea mentis intelligentia & amoris integritate ſemper in carne repere, qua caſta, fida ſponſa in thalamo deſiderati & amati ſponſi ſui, ſicut ſancti & angeli in cœlis toto corde, toto ſpiritu, tota anima, tota mente, tota intelligentia, tota voluntate, tota veritate, tota charitate, toto tremore, toto amare Deum patrem, Deum fratrem, Deum amatorem diligamus, veneremur, adoremus. Ita cùm dicimus, *Panem noſtrum*; illum panem petimus ad quem Sapientia invitat, inquiẽs; *Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis*. Hic panis, hoc vinum, verbum eſt procedens de ore Dei, in quo manducato vivit homo, & in quo omne, quod factum eſt, vita erat, atq; utinam eſſet. Et quid dicentes, *Dimitte nobis debita noſtra*, aliud volumus, niſi debitæ integritatis defectum nobis poſtulamus ignoſci ac dimitti, ſi dimittimus aliis in convictu? Ita, *Et ne nos inducas in tentationem* legentes, nihil agimus, niſi quòd infirmitatem, ſtultitiam, ignaviam noſtram poſtulamus non tentari, quoniá noſtræ imbecillitati veremur. Sic & per *Libera nos à malo*, à malis tentationum debitarum petimus liberari: quæ omnia actus ſunt objectales, & eos poſtulando eſt homo bonæ voluntatis. Conſtat enim quòd hæc poſtulata nemo complet hominum: quia nemo mundus à ſorde, cùm ſint omnes juſtitiæ noſtræ velut pannus menſtruatæ. Et ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt. Pax ergo, quæ nato Domino per angelos annuntiata eſt, non hominibus formali actu juſtis annuntiata eſt, ſed objectali actu juſtis; quoniá in ea neceſſitate, in ea vanitate, in ea infirmitate conſtituti ſumus, ut niſi objectalium juſtitiarum poßit eſſe bona voluntas noſtra. Convincitur hoc ex inſtitutione Domini noſtri, præcipientis ita orare, ſemper orare

Proverb. 9. verſ. 5.

1. Ioan. 1 verſ. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſet orare & non deficere, & fiduciam dantis, quòd importunitate impetremus, & carnalium patrum collatione animantis, bonum patrem cœleſtem ſpiritum daturum bonum petentib⁹, quando carnales patres, cùm ſint mali, norunt bona data dare filijs ſuis. Qui enim ſpiritum bonum petit, quid petit, niſi virtutem ex alto, qua ſingula orationum deſideria verè expleat? Omnis ergo noſtra juſtitia objectalis eſt in terris, quæ, quoniam formalis non eſt, verè ſicut pannus eſt menſtruatæ. Et quoniam non abſcidit miſericordiam ſuam in finem, ſuſcitavit juſtum germen, dedit ſummum ſacerdotem, cujus plenitudine juſtitiæ formalis non ſoluta, ſed impleta, & ſuperimpleta lex fœcundæ & ramoſæ charitas à ſum̃o uſq; deorſum, de cujus plenitudine accepimus omnes: quoniam plenus gratia & veritate habitavit, habitat, & habitabit in nobis, & videbimus gloriam ejus in nobis, quoniam pater ejus, & ipſe, non ſine bono ſpiritu ad nos venient, & manſionem facient in nobis. In illa die petemus in nomine ſummi ſacerdotis noſtri Domini Ieſu, impleta pro nobis universa lege ſacerdotali, in hoſtijs, in victimis, in decimis, in primitijs, in pacificis, in votis, in ſacrificijs, in holocauſtis, & in incenſis. Et dabit pater noſter cœleſtis ſpiritum bonum; quia ſpiritum filij ſui, in quo clamemus & fiducialiter dicamus, *Abba pater*. Et in illa die erit, ut ſpiritu filij dignè patrem, ſpiritu ſacerdotis dignè Deum colamus, & univerſam legem officioſiſſimæ & fœcundiſſimæ charitatis impleamus. Multiplex enim erit in nobis tunc ſpiritus Domini, quantum libet unus ſit: quoniam in eo uno nobis omniũ votorum ſum̃a erit. Erit tunc nobis donum illud eorum, & incomprehenſibiliter ſupra quæ nunc, & quàm nunc deſiderare poſſumus. Et quantò plus deſideramus, multiplicior erit in nobis ſpiritus Filij, quoniam oĩs interim juſtitia in deſiderando eſt. Is ergo perfectius orat, qui intimiori affectu ſe Deo conjunxerit, non qui plura legerit, aut ſublimiora meditatus fuerit. Quemadmodum & inter phyſicos, non qui meliùs textum allegat, non qui canones benè obſervat, ſed qui meliùs curat, optimus medicus eſt. Offerret ſe hîc declaratio de actu objectali & formali, & expoſitio regulæ

illius ſolennis, ſcilicet; quòd *unus actus objectalis valet formalem*: ſed brevitatis cauſa ſuperſedendũ puto. Itẽ, Expediret in hac oratione Dominica primò meditãdo, ſecũdò confitẽdo, tertiò cõſiderando, quartò obſecrando, quintò determinãdo exerceri.

Quòd oratio Dominica omnibus orando præcipitur & docetur à Domino Jeſu, & quòd non vocalia, ſed res verborum, verba mentalia neceſſaria in oratione.

CAPUT IIII.

HAnc orationem Dominicam unigenitus Dei filius Dominus Ieſus, arietes gregis ſui, Apoſtolos loquor, docens eos orare, orandam & perorandam mandavit & docuit, & in ævum mundi continuandam inſtituit diſcipulis petentibus, & dicentibus; *Domine doce nos orare*. Hanc, inquam, orandam mandavit eis, & in fide eorum ſuccedentibus paſtoribus & gregibus cunctis: juxta illud; *Quod vobis dico, omnibus dico*. Non pſalmorum, non Prophetarum, non ſanctorum aliquorũ, vel humana voce factas orationes pſallere: ſed iſtam omnibus digniorem, utiliorem, fœcundiorem, & magis neceſſariã propoſuit. Non tamen, quò eum doceamus in hac oratione, quid petamus. *Scit n. pater noſter, antequam petamus, quid, & quib. indigemus.* Dicit n. Auguſtinus in libro *de Magiſtro*; Non ob aliud nobis præceptum, ut in clauſis cubiculis oremus, quo nomine ſignificantur mentis penetralia; niſi quòd Deus, ut nobis quod cupimus præſtet, cõmemorari aut doceri noſtra loquutione non quærit. Qui enim loquitur, ſuæ voluntatis ſignum foras dat per articulatum ſonum. Deus a. in ipſis rationabilis animæ ſecretis, qui homo interior vocatur, & quærendus & deprecandus eſt. hæc n. ſua templa eſſe voluit. An apud Apoſtolum non legiſti; *Neſcitis, quia templum Dei eſtis; & ſpiritus Dei habitat in vobis?* Et in interiore homine habitare Chriſtum. Nec in Propheta adverriſti; *Dicite in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini; ſacrificate ſacrificium juſtitiæ & ſperate in Domino*? Vbi putas ſacrificium juſtitiæ ſacrificari, niſi in templo mentis & in cubilib. cordis? Vbi a. ſacrificandum eſt, ibi & orandum. Quare non opus eſt loquutione cùm oramus, id eſt, ſonantib. verbis, niſi forte, ſicut ſacerdotes faciũt, ſignificandæ mentis ſuæ

Luc. 11. verſ. 1.
Marc. 13 verſ. 37.
Matth. 6 verſ. 23.
1. Cor. 3. verſ. 16.
Pſal 4. verſ. 5. & 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[c]auſa, non ut Deus, ſed ut hoēs audiant, & conſenſione quadá [p]er commemorationem ſuſpendatur in Deum. Nec moveat, [q]uòd ſummus Magiſter, cùm orare doceret, diſcipulos verba [q]uędá docuit, in quo nihil aliud videtur feciſſe, quàm docuiſſe [qu]omodo in orando loqui oporteret. Non en. verba, ſed res [ip]ſas eos verbis docuit, quibus etiam ſeipſi commonefacerent, [a] quo, & quid eſſet orandum, cùm in penetrabilibus mentis [o]rarent, ut dictum eſt. Hæc Auguſtinus.

Quomodo orantes interiori hominis otio vacantes, neceſſe interioribus negoti[a]ri.

CAPVT V.

TV ergo, *cùm oraveris, intra in cubiculum tuum*, ut exterioris hominis aditibus clauſis, & excluſis exterioribus, interio-[r]is hominis thalamus totus quietus & mundus in Patrem vidē-[t]em in abſcondito. Et hanc quietem arbitror ſabbatum, de quo [d]icitur; *Totus homo ſalvatur in ſabbato.* Quòd ſi in ſabbato, non [e]rgo in operando. Dicit enim lex; *Memento, ut ſerves diē ſab-[b]ati.* qui à quieſcendo ſabbatum dicitur, & à commemorando [p]ræcipitur. Operatio, tametſi Deo placet, comparatione tamen [q]uietis & ſabbati ad parum utilis eſt. Sabbati verò pietas ad om-[n]ia valet, ut univerſum hominem ſalvum faciat, non mox in [m]omēto, ſed lege divini beneplaciti, ut in tēpore accepto, & in [d]ie beneplaciti ſui ſalvos faciat qui meminerunt obſervare diē [ſ]abbati, ut minuantur ab operando, & ſic apprehendant ſapien-[t]iam. Nocumento eſt ad veram ſapientiam, quidquid illam im-[p]edit Sex a. dies, licet ad operandum dati ſunt propter neceſ-[ſ]itatem; quia propter impoſitum jugū ſervitutis & peccati: non [t]amen idonei ſunt, qui cum ſabbato conferantur; quia neq; ſer-[v]ile, neq; animale quidquā licet in ſabbato. Liberalia ſola ſab-[b]atum decent, & in ſabbato. Sed quæ ſunt illa, niſi quę quie-[ſ]cētis exterioris hominis opera? Sola igitur interioris hominis Deo vacantis operatio, eſt ſabbati celebratio. Interior homo [e]ſt, quò factus eſt homo ad ſimilitudinem Dei: mens videlicet, [i]ntelligentia, & voluntas. Ex quibus, velut ex fonte oīs actionū humanarum varietas profluit, ut quidquid vel decoris, vel honoris foris appareat, ex illo fonte prodeat. Qui ſi quandoque intentus intra ſe ſibi vacet, inveniet ſeſe non feciſſe ſe

Math. 6. verſ. 6.
Ioan. 7. verſ. 23.
Exod. 20. verſ. 8.

ut eſſet, neque ad negotiandum temporaliter & operandum, quandoquidé longè uberior, longè dignior interioris hominis vocatio invenitur. Inveniet etiam non propter ſe conditum; niſi enim velut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus, animaliter affluat, facilè inveniet meliorem ſupra ſe Deum, & in hunc, tanquam in finem, contendere, ſicut ab hoc, tanquam à fonte, manavit, & ſecundum legem ſapientiæ illius manans & fluens, dirigatur & refluat in illum, unde profluxit. Videat ergo interior homo ſeſe memorem, ſeſe intelligentem, ſeſe volenté. Videat prætereà conditorem ſuum Patrem, videat eundem Dominũ, videat etiam Deum. Patrem benevolentia; Dominum jure; Deum natura. Sunt enim hæ tres præſtantiæ divinæ omni rationali creaturæ, velut ſanctæ religionis principia. Sunt etiam rationali creaturæ tres quædam dignitates, quibus ad has conditionis præſtantias accedere non ſolùm licet ac decet; ſed & debet, & expedit, juvat, & delectat, & oportet. Quid enĩ dulcius eſt magis, quàm ut Patrem noſtrum ſemper meminerim? Quid æquius, quàm non oblivisci Dominum? Quid dignius aut ſublimius, quàm Dei meminiſſe? Iam verò Patris benevolentiam conſiderare, Domini magnitudinem, Dei ſublimitatem inveſtigare quis queat ad plenum? Si non ad plenum, num propter ea uſquam alibi majore fructu intenditur conſideratio? Voluntas verò noſtra ſi paternam illam benevolẽtiam non panſis animorum brachiis exſpectat, ſi tanti Domini majeſtati non obſequatur, ſi inacceſſibilis Dei ſublimitatem non veneretur, impia eſt. Et quoniam tres præſtantiæ divinæ ſingulis tribus perſonis integræ competunt, & ſingulis præſtantiis etiam ſingulæ rationales dignitates religioſa pietate vacare & ſabbatum celebrare poſſunt. Erit magnum interim ſabbatum cubo ternarii completum, quo trinæ potentiæ noſtræ trinis præſtantiis Dei ſabbatum celebrent· & quia ſinguli, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus Deus eſt, ideò copioſo & inconfuſo ſabbato celebretur vacatio.

Sequitur Tertia pars, de verbis orationis Dominicæ, uſque Sanctificetur.

Quæ obſequia debemus ſingulis præſtantiis; & quare paternitatis præſtantia orantibus commendatur.

CAPUT I.

SIC orabitis; *Pater noſter.* Placuit Domino Ieſu in oratione, quam in ſabbato noſtro orandam mandavit, de trib. prædictis conditoris noſtri præſtantiis non eam, quæ Deitatis, aut timoris; non quæ dominationis, aut honoris; ſed, quò nos ad confidentiam animaret, potiùs quæ paternitatis & benevolentiæ præſtantiam invocandam docere, dicens; *Pater noſter.* Deo enim debemus timorem; honorem Domino; Patri amorẽ. Debemus prætereà Deo ſanctum ſacerdotium, ſanctam religionem, ſanctam adorationem. Debemus Domino dignam & integram ſervitutem ſuæ majeſtatis. Debemus Patri fidelem cultum pietatis. Exigit & poſtulat nos Deus agnos ad hoſtiam, victimam, primitias, decimas, pacifica, ſacrificium, holocauſtũ & incenſum immaculatum per omnia, natura ſacerdotii, ſicut agnus oblatus relinquens nobis exemplum. Dominus exigit humile ſervitium, quò penitus abnegantes noſmetipſos humiliemur ſub manu ejus potenti, ſicut ipſe præcipit à ſe diſcere, quia mitis & humilis corde. Pater exigit fidelem filium, verè, ſincerè, merè amantem. In patria quoq;, ut ſuprà *Parte 1. cap. 11.* omnes beati, licet facie ad faciem Deum videant, adeò tamen ſupra ſe incomprehenſibilem & incomprehenſibiliter exaltatũ vident, ut licet præcordiorum nervis totis clament, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; quatenus tamen non comprehendunt, eatenus reverenti ſilentio ſanctas alas ſubmittunt, & hoc eorum ſilentiũ ſacerdotium eſt Deo. Quòd coronas ſuas ponunt ante thronũ, militia eſt regi Deo. Sed quòd laudant, glorificant, confitentur & gratias agunt, officium eſt filiorum Patrem colentium: ut deferant officium Patri, militiam Domino, ſacerdotium Deo. Et quantumlibet paternè Deus indulgeat rationali creaturæ, tàm in hominibus quàm in angelis, ut dignos amicitia ſua faciat, quantumlibet amore & ſui fruitione beatificet; quia tamẽ quãtumlibet opere Pater ſit, jure tamen Dominus manet, ut liberè

Matt. 6. verſ. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

licenter, decenter, juſtè, & ſanctè, de creatura omni poſsit quidquid velit: ideò cum beata illa fruitione ſemper manet promta & omnifariam ſpontanea humilitas, eoque major humilitas quantò fuerit clarior hujus dominationis agnitio. Et quia præ cunctis magnum Dominum ſenſit in corde ſuo virgo Maria, ut præ omnibus mortalibus magnificaverit anima ejus Dominũ, ideò in ea præ ceteris reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ. Sed in Chriſto, quoniam omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, nullam reliquam creationem adeò crediderim agnoviſſe jus hoc latiſsimę dominationis. Nullam ergo reliquam creaturam huic juri pleniori humilitate occurriſſe, ut verè non ſolis hominibus in terra, ſed beatis omnibus in cœlo angelis & hominibus, imò etiam virgini matri ceterorum reginæ, & maximè illi, & veræ verum humilitatis exemplar propoſitus ſit, & magis illis illic de corde ſuo haurientibus dicat; *Diſcite à me, quia humilis ſum corde.* Verùm quia nullus amor ita conjungit, nulla humilitas ita gratiam invenit, ut aliquam creaturam Deo dignam exaltet, ut poſsit abjecta humilitate dignam ſe Deo dicere; quin magis etiam in illa vera humilitate indignam ſe cunctis Dei miſerationibus cognoſcit. ideò, quò perfectè beati ſint, trepidè conjecto & ſuſpicor, ut quia natura Deus eſt, quod eſſe non poſſunt. Hanc eorum indignitatis cõfeſſionem Pater ſancto illorum ſacerdotio purgat, Filius humilitatis agnitione illuminat. Spiritus Sanctus fruitionis amore inflammat. Ex his aliquatenus videre eſt univerſalem ſanctę illius Hieruſalem pacem in acceſſu ſancto ad Deũ, univerſalem quietem humiliter proſtratorum Domino, & univerſalem fructum complectentium Patrem. Neque minùs beatos puto humiliter proſtratos, aut ſancto ſacerdotio fungẽtes, quàm votivè complectentes: licet noſtram interim cęcitatem gratius ac ſuavius amor afficiat, cui condeſcendens Dei unigenitus, non Deus, inquit, noſter, non Domine noſter; ſed Pater noſter. &c.

Matt. 11 verſ. 29.

Quę

Quæ attributa ſingulis præſtantiis divinis appropriantur. Quæ Deo, quæ Patri, Quæ Domino.

CAPUT II.

Eſt ergo natura Deus ab æterno

Unus, verus, bonus.
Trinus.
Pater, Filius, Spiritus Sanctus.
Primus, ſolus, ſummus.
Simplex, liber, totus.
Perfectus, ſanctus, beatus.
Sapiens, rectus, juſtus.
Sapientia, verbum, amor.
Viſio, æſtimatio, fruitio.
Æternus, neceſſarius, independens.
Immortalis, immobilis, immutabilis.
Omnipotens, dives, ſibi ſufficiens.
Per ſe, in ſe, ad ſe.
Vivens, intelligens, volens.
Vita, intelligentia, voluntas.
Virtus, potentia, fortitudo.
Infinitus, immenſus, inæſtimabilis.

Eſt & jure Dominus à ſempiterno

Terribilis, inacceſsibilis, infugabilis.
Præſens, videns, judicans.
Retribuens, caſtigans, damnans.
Magnus, excelſus, clarus.
Principium, medium, finis.
Incomprehenſibilis, mirabilis, laudabilis.
Dominator, locator, creditor.
Fœnerator, exactor, diſtrictor.
Miſerator, donator, exſpectator.
Manſuetus, modeſtus, pacificus.
Clemens, facilis, pronus.
Hilaris, liberalis, largus.
Deſiderabilis, amabilis, delectabilis.
Mitis, humilis, fidelis.
Beneficus, munificus, magnificus.
Miſericors, ſuſtinens, longanimis.

Eſt item Pater beneficia & adoptione {
Bonus, benignus, benevolus.
Dulcis, ſuavis, affabilis.
Spontaneus, præſtò, pius.
Theſaurus, teſtator, teſtamentum.
Exſpectans, quærens, patiens.
Præveniens, concomitans, perducens.
Regenerans, educans, conſummans.
Eligens, vocans, colligens.
Suſcitans, ſuſtinens, ſalvans.
Merces, pars, hereditas.
Adjutor, amator, inductor.
Deſiderium, exſpectatio, portus.
Perficiens, ſanctificans, beatificans.

BEatus, qui ſemper coràm Deo ambulans his affectionum gradibus jugiter in Deum trahitur: confidat, quia rapietur interdum ab illo in illum, quem deſiderat & amat. Idem enim eſt quem amat, & qui ſe præcepit amari. Neq; congruentius in amorem aſcenditur & accenditur mens noſtra, quàm ut in primis gradibus à conſideratione Deitatis & magnitudinis ejus incipientes, per terrorem, timorem, venerationem dominantis, paulatim dignationis admiratione & laude, tandem in cultu paternæ dilectionis refecti, creſcamus ad amorem. Magiſtra virtutum, beata virgo Maria incepit canticum ſuum à principio, *Magnificat*, inquiens, *anima mea Dominum, & exſultavit ſpiritus meus in Deo. &c.* Dominus Ieſus orandi doctrinam à ſummo gradu exorditur, quatenus orantes ad fiduciam animaret, dicens, *Pater noſter.* Non Dominum, non judicem, non omnipotentem, non magiſtrum, ſed Patrem voluit nominare. Qui ab ęterno pater Verbi & ſapientię increatę ab ęterno genitę, pater Ieſu Chriſti ex tempore, pater virginis Marię, pater luminũ, pater miſericordiæ & totius conſolationis, pater à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur: qui condidit, educavit, procuravit, lege amoris obligavit, teſtimonium firmavit, aberranti pepercit, toleravit, exſpectavit, monuit, corripuit, revocavit, recepit, reconciliavit, adoptavit & ſalvavit. Et ex hinc quod ſequitur exſpecta, quia conſecrabit in ſacerdotem, ſublimabit

Luc. 1. verſ. 46. & 47.

Matth 6. verſ. 9.

ſublimabit in regnum, amplexabitur in oſculum amoris æterni. O qui poſſet ſpiritu filii dotatus dicere, *Pater noſter!* Vocaliter dicere non eſt dicere; ſed cordis noſtri medullis ex omnibus interioribus noſſe & ſentire pietatem filiorum in cordibus noſtris, toto pectore Patrem ſpirantes & anhelantes, hoc eſt vivaciter, efficaciter dicere *Abba pater.* Et hoc niſi in ſpiritu filii non clamatur, quemodmodum alio loco Apoſtolus inquit; *Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto.* dicere inquam, veraciter, efficaciter. Si auribus haurias, ſi lingua revolvas, ſi mente pertractas breve hoc verbum, *Pater noſter:* protinùs aſſurgat animus ad benevolentiam, reverentiam, & confidentiam. Induat generoſum animum regiæ nobilitatis. Pudeat deinceps indignam ferre ſervitutem, tedeat exilium, diſpliceat miſeria. Pudeat fœdæ turpitudinis, in mentem redeat promiſſa hereditas, repoſita adoptio, beata & felix exſpectatio. Hujuſcemodi affectiones fœcundus amor parit quotidie; nec eſt momentum ſterile amanti, quia momentum amanti eſt omnis res & omnis occurſus.

1. Cor. 12 verſ 3.

Quomodo ſe mutuò includunt iſtæ præſtantiæ Patris, Domini, & ad invicem concomitantur.

CAPUT III.

Mirabilis perplexitas & intricata conceptuũ noſtrorum circum inceſſio & illapſus mutuus, ut penitùs non ſolùm difficile ſit, ſed etiam inexplicabile homini, quis quo prior ſit, oritur ex unitate fontis omnium conceptuũ, & propter indiviſibilem illam ſacri fontis unitatem omne verum adeò vero cõſonat, ut alterum ex altero ſtabiliat. Quis enim conceptus tàm alienus conceptui, quàm eſt conceptus Domini conceptui Patris? cùm ſit juris Domini omnia ſervorum propter ſe Dominũ velle & ſervos debere: Patris autem benevolentiæ, ſemper filiorum bonis indulgere & intentum eſſe. Sed hos duos conceptus integrat fidus amor. Fidelis en. ſervus omnia propter Dominum facit. Et quomodo propter Dominum, niſi finaliter omnia in Dominum? Et quis finaliter magis omnia, quàm amans,

refert? Amans enim etiam ſua ſtudet impendere dilecto. Talis autem licet ſervus conditione, dignitate tamen amicus dilectus & dulcis, dignus qui ſuper omnia bona conſtituatur. Talis autē conſtitutio ſuper omnia bona, hereditaria inſtitutio eſt, quæ niſi adoptato non contingit. Fidelis ergo ſervitus filiorum adoptione implicita eſt. Imò ſervitutis conceptus filiorum conceptui prægnat. Nam ſi ſervus eſt conditione, debet eſſe fidelis domino. Quòd ſi fidelis domino, omnia in dominum. Quòd ſi omnia in dominum, ſemetipſum judicio & affectu refert in dominum. Quòd ſi mero judicio & integra voluntate refert oīa in dominum, jam amat dominum: quia nemo magis omnia dilecto, quam amans. Huic omnia ſervire creduntur & committuntur. Dignè ſuper omnia conſtituitur, conſtitutus ſtabilitur, ſtabilitus in æternum permanet. Ergo ęternus heres. Quòd ſi hęres, ergo filius. Et ſi filius, ergo & heres. Filius adoptione, ſervus conditione, ſacerdos unctione. Mera igitur ſervitus, verum regnum eſt. Nulla autem ſervitus mera, niſi Deo ex tota mente, tota intelligentia, tota voluntate debetur ac defertur. Lucifer ergo cum ſuis angelis non merus eſt ſervus. Sed filius hominis penes formam ſervi, verus, ſincerus, merus ſervus, dignus, ſanctus, dilectus filius Dei fuit, & eſt. Verè ingenua ſervitus, & nobilis ſervitus, ut cujus jure ſervus addictus ſis, eum origine patrem, natura Deum habeas. Quemadmodum regum filii patres dominos vocant Verùm id eò ſpectat, ignavi ſi fuerint & reprobi, dominum ſentiant. Alioquin ſi virtute & officio genus excolant, ſicut pater in filiis complacebit. Non enim negare poteſt ſemetipſum, neq; odire genus ſuum. Abſit blaſphemia illa de cordibus fidelium, ut inconſtantiā tribuant Deo, & quod benignus condidit opus manuū ſuarū, crudelis abjiciat. Niſi n. noſtro dedecore degeneraverimus, ipſa ordinis dignitas etiā ſola ſublimabit, & in ſolio regio conſtituet, & ſtola purpurea & aureo diademate, univerſa quæ reges & cœleſtes reges decet affluentia, locupletabit. Et ad hoc regnū conſequendū non merita noſtra, quia non mercenarium eſt, interpellabunt; ſed

origo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[o]rigo cœleſtis, & generatio ex Deo, qua interim gratuita & benigna volútate velut in filios complacet. Non igitur terreat ſervi nomen, tanquam vel duriore te jugo premendum, aut aridiore proventu poſt exacta ſervitia deſerendum. Ejuſcemodi en. ſervituti deſtinatus es, quam ſi noris, etiam quantumlibet acciſioſus ultrò ambias. Ipſa ſibi ſervitus non merces aut ſtipa eſt, ſed hereditas & regnum eſt. Non n. ad fodiendum, arandum, ſarculandum, onera ferendum humero, aut dorſo ſerviendum deſtinatus es. Vna eſt, & regia ſervitus tua, amare Patrem, glorificare Deum, paterno amicæ ſocietatis contubernio cum Deo ſuo colloqui, in qua re quantò verior, tantò felicior ſervus eris. Quãdo amare & laudare & glorificare ejuſcemodi ſũt, ut ea niſi avẽte & ſitiẽte animo prodeat nemo. Et quantũlibet ignavus, tamen hoc certum habet omnis homo, ut ſeſe amantẽ, laudantem, ſemperque canentem beatum judicet. Quantò igitur magis eum, qui amat ubi amare juvat? Gaudeat ergo, quia felici vẽto navigat ille ſuo. Si quibus a. duriuſculum videatur vigilare, jejunare, eſurire, ſitire, egere, algere, æſtuare, ægrotare, calumniari, contumeliis, opprobriis, verberib. cruciatibus, mœroribus affici, is nondum quid ſit amare guſtavit. Verus n. amor per omnia hæc, velut ignis per denſa ſpineta, viam ſternit. Hoc igne flagrabat Paulus, quando ſeſe Chriſti Ieſu ſervum gloria- *Rom. 1. verſ. 1.*
batur, quando non niſi in cruce Domini noſtri Ieſu glorian- *Gal. 6.*
tem teſtificabatur. *verſ. 14.*

Quòd Domino obedientes de ſuo, non de proprio fœnerantur; nec tamen Domino ſervientes, ſed ſibipſis de Domini bonis foenoris fructus accumulant.

CAPVT IV.

MAgnus Dominus Deus, cujus dominio omnia ſubdita, quę ab eo faciente dependent. Omnium igitur Dominus, velut ſol radiorũ ſuorũ. Totus n. radius à ſole, totus univerſitatis orbis à Deo; & quidquid in eo fit, ſui dominii eſt. Qui cùm ſit Dominus magnus, magnorum major eſt domin⁹. Quibus, quò major eſt Dominus, magis obebiendũ præcipiẽti. Igitur de ſuo negotia & fœnora fœnerandũ. Fœnerator n. eſt fœnus de ſuo exigẽs. Dona n. Dei, pręſertim interioris hoĩs ejuſcemodi ſũt, ut

quemadmodum ſemina cultu,& ignis agitatu creſcunt & multiplicantur. Liquet hoc de ſapientia, gloria, & charitate. In his negotiandum præcepto dominatoris: & ſi negotiemur, fœnerabimus. Et licet magis fœneratori dominium creſcat & gloria, fœnoris fructus tamen totus provenit ſuperlucrantib. & quantumcunq; ſuperlucrentur, ſemper Domino inutiles bonorum illorũ non egenti. Vtiles igitur ſibi ipſis; ſed non Domino. Qui n.quinque talenta ſuperlucratus fuerat, jam decem talentis negotiator conſtitutus, ad alia decem ſuperlucranda poteſt accingi, in gloriam quidem Domini; tùm quia de ſuo, tùm quia tales habenti ſervos & facienti lucra, cùm omnia in poſſeſſionẽ dantur fideli ſervo, ſicut feudum datur vaſallo à Domino. Dominium igitur domini; fructus vaſalli. Verè liberalis Dominus, qui cum petat penſum à vaſallo ſuo, nihil vel indiget, vel ut accipiat egere poteſt. Omnia ſervo donat ſuperlucrata, qui nihil ſuperlucrari poteſt, niſi annuente, volente, juvante Domino. Imò magis amante Domino, quoniam crementum augmentũ uſq; in perfectum, ſicut ignis & luminis eſt in ſapientia, gloria & charitate, quæ niſi amante ac donante ſe Domino contingunt cuiquam. Illum aſſumit bonus Dominus in fidelem ſervum, per quem probatam operatur ſervitutem. Probata ſervitus primũ humili corde projicitur. Cor humile mox mite eſt. Mitis patienter fert. Patiens humerum ſupponit ad ferendum. Ferens fortitudinem ſuſtinet. Fortis fidelem præſtat. Fidelis ſollicitus eſt. Sollicitudo ſapientem; Sapientia ſedulum; Sedulitas integrum; Integritas probatum ſuum; Probatio acceptum; Acceptatio adoptionem. Illum probatum ſervum Pater aſſumit, acceptat & adoptat in filium, in quo operatur audientiam & obedientiam, ſapientiam, obſequium, cultum, honorem, amorem. Et illum ſapientem, obſequentem, colentem, amantem filium Deus aſſumit in ſacerdotem, per quem operatur gloriam, reverentiam, ſanctitatem. Et illam ſanctam demùm Deus mentem deſponſat ſponſam ſibi, quam prorſùs amantem ſibi unit & conjungit. Verè illum elegit & aſſumſit, inhabitare facit in thalamo ſancto ſuo in ſeculum ſeculi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quanta pietate præſtantia divinæ paternitatis in nos redundet, ut etiam matris nomen & maternitatis viſcera in nobis geſtet: & quòd propriè, niſi rationalium creaturarum paternitas eſt ejus.

CAPVT V.

GRandi & alto conſiderationis oculo S. Franciſcus penetravit in abdita naturæ, quando univerſam creaturam frater-
no amplectebatur affectu, ignem fratrem appellans, & alaudã
ororẽ, & ignem & ſolem fratres, tanquam ab eodem patre or-
os. Vnde non in illos dominium vendicare audebat, ſed auxi-
ium tantùm poſtulare præſumebat. Et hoc acceptionis genere
Deus univerſorum pater poterit appellari, ut venerabilis ille
Gerſon Cancellarius ait ſuper *Magnificat*. Verùm non propriè
pater dicendus, niſi quorum efficaciter pater eſt; puta, rationa-
bilium & intellectualium. Propriè enim tantùm horum pater
eſt, erga quos affectum ingenitæ paternitatis habet. Pater
enim ſignat affectum pietatis paternæ ad ſimilitudinem ſui
generantis. Vnde & taurus & elephas generans quidem non
propriè pater dici poteſt. Is enim ſolùm propriè pater eſt, qui
deſiderio generandi facit genitum par ſibi, & erga illud paterna
viſcera gerit. Non igitur propriè inſenſibilium pater, quæ non
condidit ad imaginem ſui. Dicit enim Apoſtolus; *Numquid de* 1. Cor. 9. verſ. 9.
bobus cura eſt Deo? Pater ergo noſter eſt, quia erga nos paterna
viſcera geſtat: imò & quia materne afficitur nobis. Vnde & in
Hebræo Deus non miſericors à ſenſu miſeriæ, aut miſereri dici-
tur; ſed vel gratificare, vel materno affectu tractare, vel paterna
in filium paternitate profluere potiùs quàm miſereri: & ita He-
bræa nomina grandius aliquid ſonare videntur, quàm vel Græ-
ca vel Latina tranſlatio habet, ut magis illa conſiderantem affi-
ciat. Vnde in Hebræo, ubi in noſtra tranſlatione *miſericors*
dicitur, ibi *Rahem* à matrice, quaſi *matricius* dicitur. Et hoc non
ſine cauſa grandi, grandiq; myſterio voluit Spiritus Sanctus, ut
(ſicut ſuprà) miſericordiã non ſolùm miſericorditer, ſed & ma-
ternè nobis affectum Deum & ſollicitum noſtri confidamus. Eſa. 49. verſ. 15.
Dicit enim; *Si poteſt mater oblliviſci filium ſuum.* Et quò in pun-

cto tangat argumentum, ſubdit; *infantem uteri ſui*. Vbi in Hebræo *Rahem*, hoc eſt, matricis vocabulum ponit.

Et ut ſciamus, maternos affectus comicos & perſonales eſſe, ſubjungit; *Et illa obliviſcetur, & tamen tui non obliviſcar*. quia non picta, non derivata maternitas eſt, ſed nativa fontalis, unde omnis paternitas in cœlo & in terra. Et unde matrib. materna verba, maternæ cogitationes, materna ſtudia, niſi ex maternis deſideriis & amore materno? Et maternus amor unde matribus, niſi ex matrice? Quò igitur in intimis naturæ radicatum ſignificet amorem, non ſatis erat Spiritui ſancto maternum dicere, niſi & matricium nominaret. Maternum hunc amorē
Pſal 25. cum paterno Pſalmiſta in verſu uno conjungit, dicens; *Remini-*
verſ. 6. *ſcere miſerationum tuarum Domine, & miſericordiarum tuarũ.*
Vbi loco miſerationum habet Hebræus *Rahem*, quod maternũ affectum à matrice ſignificare diximus; & loco miſericordiarũ *Haſed*. quod paternum affectum in filios ſignat. Quando ergo Propheta *Rahem* & *Haſed* conjungit, & *Rahem* naturalem, quia æternum affectum matris; ſicut *Haſed* ſimiliter æternum patris affectum ad filios, verè oſtendit, quia ſicut Deus nobis pater, ſic mater eſt. Sed hoc levius interpretes tranſierunt, ſemper miſericordiam interpretati. Præterea propter hæc *Salomon in Proverbiis* æquè matris ut patris meminit ad filium. Et ſponſa *in Canticis* domum patris, & matris genitricis cubiculum æquè meminit. Vniverſos n. illius civitatis futuros aliquando cives matrice ſua concepit, confovit, coagulavit, coaluit, plaſmavit, figuravit, formavit, vivificavit, auxit, prægnavit, gravidavit, portavit, parturivit, laboravit, peperit, involvit, reclinavit, geſtavit, lactavit, balneavit, nutrivit, educavit, duxit, erudivit, inſtituit, docuit, traxit, incitavit, deſiderio ignivit, ſuperincendit, amore inflammavit. Quos & paternè, quia pater miſericordiarum, amavit condendo, educando, ſufferendo, parcendo, exſpectando, revocando, ignoſcendo, reconciliando, recipiendo, conſolando, confortando, promittendo, exaudiendo, defendendo, protegendo, ſuggerendo, dirigendo, medendo, ducendo. Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

hæc paterna pietas & materna viſcera ſunt de principalibus operativis noſtræ ſalutis ex parte Dei. Sunt n. quædam operativa noſtræ ſalutis ex parte noſtri: ſcilicet; fides, ſpes, & charitas, quo ad nos exercendos. Alia ſunt ex parte Dei, ipſum ſcilicet inducentia quo ad nos ſalvandos, quorum is eſt ordo ſcalaris:

Miſericordia, & eſt qua noſtra miſeria Deum movet ad miſerendum noſtra mala ad obaudiendum.

Gratia, qua nos benevolè vult gratificare ſibi.

Viſcera, ſeu pietas materna, qua ſicut mater ſuper puero uteri ſui, ita ſuper nobis afficitur.

Pietas paterna, qua non ſolùm adoptione contentus, ſed ingenuos & nobiles filios eſſe volet.

Cor ſponſi, quo prorſus ſe dignos eſſe volet.

Proceſſus ſcalaris paternitatis divinæ, unicuique ſecundum gradum dignitatis, ſive intellectuali, ſive rationali creaturæ.

CAPUT VI.

Dictum eſt, quòd Deus intellectualium & rationabiliũ duntaxat pater eſt, & quomodo paternè & maternè eis afficitur: nunc ſpecialiùs convenit commemorare, quibus & qualis pater eſt. hoc primum prænotantes, quòd multi hîc ſcalares proceſſus ponuntur & poſiti ſunt ex ſcripturis & rationalibus collecti, quos in ſcripturis ſacris Spiritus Sanctus ſparſit; quemadmodum in cœlo ſidera, in arenis ſapphiros & carbunculos, in agris flores. non ordinatim poſuit eos, noſtro exercitio ordinē relinquens. Eſt enim ſcala res ſua ſponte fluens. Et ſcalaris proceſſus clariùs docet, efficacius movet, faciliùs memoriter tenetur. Scala deniq; intellecta ſibi ipſi memorandi cauſa eſt, & intellectualis memoria. Eſt ergo videndum, qualis & quorum ſit pater. & in his verbis via vitæ, & ſcala omnis perfectionis per ternarios diſtincta, ſecundum tres partes imaginis ordinata præſertim in via. Et quoniam pater eſt Deus præſentis ſeculi & futuri, primò ponuntur gradus futuri ſeculi; ſecundò præſentis.

Æternus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Eſt ergo pater futuri ſeculi,

Æternus, Verbi increati.
Supernus, Filii incarnati, id eſt, aſſumptæ naturæ Chriſti.
Internus, Filiæ regis, virginis matris, cujus omnis gloria ab intus.
Sempiternus, Subſequentium ſpirituum beatorum; & ponitur tanquam genus ad ſequentia.
Ingens, ſcilicet, ſuper grandium ſummorum principum regni illius, ut Seraphin.
Grandis, Pluſquam magnorum regni illius, ut Cherubin.
Magnus, Magnorum magnatum civitatis illius, puto Thronorum.
Excelſus, Sublimium Dominationum.
Eximius, Superexcelſorũ, Principatuum, & Poteſtatũ.
Egregius, Supra gregem poſitarum virtutum Archangelorum, Angelorum.
Beatus, Omnium fruentium Deo.
Sanctus, Omnium dignorum fruitione.
Perfectus, Omnium conſummatorum.

Eſt & pater præſentis ſeculi,

Sapiens, Deum cognoſcentium.
Rectus, integrè de Deo æſtimantium.
Juſtus, Totam legem facientium.
Mitis, Dei voluntatem ſine murmure perferentium.
Humilis, In humilitate de Deo ſentientium.
Fidelis, Omnium confitentium.
Benignus, Omnium Deum nulla adverſitate exacerbantium.
Benevolus, In bonitate de Deo ſentientium.
Pius, vel Beneficus, Paternè Deum colentium.
Miſericors, Revocatorum.
Patiens, Errantium.
Longanimis, In delicto perſeverantium.

Brevis declaratio graduum paternitatis filiorum gloriæ.

CAPUT VII.

Circa

CIrca hos gradus ſcalæ expediret frequenter meditando negotiari, ſingulorumq; ordinem & proprietates ſecundum uniꝰcuiuſque gradum & dignitatē, diligenti ac perſpicaci conſiderationis oculo perluſtrando contemplari, quomodo videlicet primo gradu futuri ſeculi Pater æternus Verbi increati, ſapientalem vitam in ſemetipſo habens, cùm non ſit poſſibile æternam ſapientiam ab æterno ſterilem fuiſſe aut otioſam. Habet n. vitam, & vivacem vitam, & ſapientalem, & ſapientaliter fœcundam, in ſemetipſa manentem; quomodo, inquam, naturaliter quod ſuum erat ſapientiæ, ab æterno naturale, neceſſarium, in ſeipſo divinè ſubſiſtens Verbum genuit. Et quomodo? quia gignentem prorſus expreſſit, rectè gignentis Patris perfecta imago eſt, & Filius dicitur conſubſtantialis, coæternus, coæqualis gloriæ & majeſtatis, ejusdem divinitatis, & quæ reliqua ſunt æternæ generationis illius. Prætereà quomodo Pater ſupernus Verbi incarnati, primogeniti ſuper omnem creaturam, cui non dedit ſpiritum ad menſuram, pleni gratia & veritate, quem unxit præ participibus ſuis oleo lætitiæ, in quo omnis plenitudo ſapientiæ habitat corporaliter, de cujus plenitudine accepimus omnes, ut univerſæ civitati ſanctæ ſuffiiciat hujus fluminis impetus ad lætificandum civitatem Dei, & ſingulis civibus ejus; quia omnes conſortes ejus filii patris ſecundum gradus ſcalæ de ipſo flumine lætificante civitatem Dei bibunt, ipſo oleo lætitiæ unguntur; quoniam cives ejus ſanctæ civitatis ſunt, qui regnum ejus confitentur, qui ſacerdotio ejus ſanctificantur, qui ſapientiam, gloriam, juſtitiam ab eo participant, homines & angeli & ſancti omnes. Cui, inquam, dedit Pater nomen ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu flectatur omne genu cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. cui dedit poteſtatem & judicium facere, quia filius hominis eſt, ſedenti ad dexteram Patris, cui dedit omnem poteſtatem in cœlo & in terra.

Phil. 2. verſ. 9. & 10. Ioan. 5. verſ. 25. Mat. 28. verſ. 18.

Quomodo item Pater internus Virginis matris, cujus gloria ab intus: quàm paternè ab eo electa, ab angelo ſalutata, omnium gratiarum plena, Domino conjuncta, ſpecioſa inter filias Hie-

ruſalem, laudata à filiabus Sion, & de reginis beatiſſima prædicata, in mulierib. benedicta, Spiritu Sancto ſuperventa, virtute altiſſimi obumbrata, filio Dei gravidata. Benedicta mater benedicti fructus ventris ſui, cujus candor virginitatis ſuperbo divinæ fœcunditatis flore inardeſcit, cujus ſpeciem Pater concupivit, in cujus compoſitione delectatur, cui tàm grandia fecit, ut beatam dicant, & in perpetuum dicant omnes generationes, beatam benedicti fructus matrem, quæ virgo ante partum, virgo in partu, virgo poſt partum ſuper omnes cœlos cœlorum exaltata & glorificata. Et, quemadmodum dicit *Dionyſius*, eum in rebus univerſis ordinem eſſe, ut infirma quæq; per media reducantur in ſumma. Planè igitur Virgini matri proximè poſt ſuum natum data omnis poteſtas in cœlo & in terra, ut ex ea per eam accipiant omnes poſt illam, ſicut ex plenitudine filij accipiunt omnes. Adſtat n. ipſa regina à dextris ejus, qui gratia & veritate plenus eſt, plena etiam poteſtatis & authoritatis in omnes Quò fit, ut omnia omnium bona & beneficia, ſicut primò ex Filio, ita ſecundò ex ea, quę omnium gratiarum plena ęſt, nec minùs ab ea, quàm diurnum lumen à Sole, dependeant. Ipſa ſiquidem eſt ſecundus inexhauſtæ illius omnium bonorum arcæ & armarii cardo, ſecundus inexhauſti fontis alveus, ſecunda indeficientis theſauri diſpenſatrix, adeò ut in univerſo nemini abſque oris ejus imperio liceat movere pedem, poſſidere obolum, mutire verbum. Verè magnus Pater, cui tanta contulit, ut verè beatam dicant omnes generationes.

Pariformiter negotiandum, quomodo Pater ſempiternus omnium ſpirituum beatorum Deo fruentiū, hominum & angelorum, diſcurrendo, tractando, & æſtimando omnia beatitudinis & felicitatis primi regni, beatæ viſionis, beatæ gloriæ & æſtimationis, beatæ fruitionis, & omnium beatitudinum ſingulatim. Item ſingulariſſimi ac ferventiſſimi fruitivi amoris ſcintellantium, & ingentium igniferorum ſummorum principum angelorum & hominum Seraphin. Rutili & micantis luminis grandium & plus quàm magnorum hominum & angelorū oculoſorum

ſorum illuminantium Cherubin. Pacatiſſimę quietis & judi-
ale dignitatis pręcellentiſſimę magnorum magnatum civita-
s illius, hominum & angelorum, thronorũ, in quibus tanquã
a throno paternè reſidet & judicia per eos exercet. Excelſę
quoq; dominationis, & ſingularis dominii ſublimiũ archiſtra-
egorum hominum & angelorum dominantium, ut ad eos tan
quã dominos referantur regimina principatuũ, tutamina pote-
latum, operationes virtutum, revelationes archangelorũ, curę
& providentię angelorum. Item regitivę poteſtatis & mirabilis
moderationis regnorũ terrę, per officia principũ eximięq; pote
ſtatis coercitivę, & tutationis hominum & angelorum poteſta-
tum. mirabiliũ itaq; prodigiorum & miraculorum virtutum.
myſteriorum divinorũ conſciorũ archangelorũ. miniſterio &
angelorum omnium egregiorum hoĩm & angelorũ, virtutum
archangelorũ & angelorũ feliciſſimę beatitudinis omnium fru
entium beatorũ. altiſſimę dignitatis ſecundum gradum manſi-
onis oĩm ſanctorũ. ultimatę perfectionis omnia legis perficien-
tium omnium perfectorũ & conſummatorũ; de quib. omnib.
per ſingula tractare longum eſſet. Eſt igitur ſingulorum civiũ
futuri ſeculi Pater, ſecundum gradualẽ cujuſq; dignitatẽ, in quo
quiſq; poſitus & aſſumtus eſt. In civitatis n. illius ſtructura lapi-
des differentes ſunt, quemadmodum in cœlo ſidera differunt
qualitate. Et quia opifex illius ędificii arbitrarius eſt, ſingulos
lapides ſingulis locis & manſionibus deputãs & diſponens: ideò
quantum pro quolibet, & quando voluerit, & quanto tempore
voluerit, ſinguli lapides pro arbitrio opificis aptantur; juxta il-
lud; *An non licet mihi facere quod volo?* uti etiam fiant noviſſi- *Matt. 20 verſ. 15.*
mi primi, & primi noviſſimi. In quo a. gradu quiſq; ſanctorũ po
ſitus ſit, nos latet. Hoc quoq; notandũ, quòd Pater perſonaliter
ponitur; alia autem attributivè, & non propriè eſſentialiter: quia
ſic oporteret, quod ab æterno omnium eſſet pater.

Declaratio ſuccincta paternitatis graduum viæ, & præſentis exilii.

CAPUT VIII.

IN præſenti autẽ ſeculo & gradibus viæ, ſecundum cujuſque
diſpoſitionem cuique pater eſt Deus. Sive enim in bono

meo, ſive in malo meo. qualis ego Deo meo, talis Deus meus mihi. Si quæ ſiero eum, quærit me. ſi faveo, favet. ſi dilexero, diligit. ſi amavero, amat. ſi benedixero, benedicit. ſi odero, odit. ſi abjicio, abjicit. ſi contemno, contemnit. ut ex meipſo de meipſo mihi ad manum ſit judicium meũ. Differentia tamẽ eſt bonorum & malorum in his, velut inter dextrum & ſiniſtrum, ut in dextris præveniamur à Deo in bonum, ſed in ſiniſtris præveniamus Deum. Non enim deſerit, niſi pridem deſerentes. nec amamus, niſi pridem amati. Quiſquis ergo benedicit, ante à Deo benedictus eſt. & qui dulciter afficitur Deo, dulciter illi afficitur Deus. Et in dextris id quidem ſemper certum eſt. In ſiniſtris quidem non ſemper: quia miſericors & miſerator Dominus, multus ad ignoſcendum, longanimis, retinens iram in miſericordia ſua, & retractans. Hanc ſententiam videtur voluiſſe Pſalmiſta, cùm dixit; *Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum perverſo perverteris.* Quiſque ergo, qualis Deo ſuo fuerit, talem Deum ſuum ſibi inveniet: Iudicẽ, ſi volet intrare in judicium, negligens negligentem, colens colentem, indulgens indulgentem, complacens complacentem, laudans laudantem, obediens obedientem, quia amans amantem. Excipiuntur ab hac regula denominationes cauſalem imperfectionem includentes: uti ſunt; reformatus, revelatus, reſtitutus, vivificatus, ſalvatus, ſanatus. unde tenet in omnibus, quę Deo poſſunt ut intellectuali naturæ competere. Omnis enim creatura intellectualis natura eſt divina.

Pſal. 18. *verſ.* 28. & 29.

Eſt ergo ſecundum gradus ſcalæ præſentis ſeculi, Pater ſapiẽs ſapientibus, ut ab ipſo Patre, id eſt, ab ipſa ſapientia ſapientes ſint, quæ ſe omnibus communicat, ut Deum cognoſcant. Ab ipſo Patre rectitudinis recti, rectè de Deo æſtimantes, ſine errore: à Patre juſtitiæ juſti, ſive juſti amantes. Et Pater mitis mitium, Dei voluntatem perferẽtium, ſine quo nullus verè mitis, nullus verè humilis, nullus verè fidelis: quia ab ipſo omne datũ optimum. Item benignus, benevolus, pius. Et miſericors, miſericorditer revocans averſos, patienter perferens errantes. Longanimiter

gnanimiter exſpectans ad converſionem in delicto perſeverātes. Sed quantò nunc ſuſtinet, ſi in finem perſeverent, gravius damnabit. Mandat ſiquidē Deus pater; prævaricatur homo, & peccat. Contemnit Deum, videt Deus, diſsimulat, tacet, dat locum pœnitentiæ, monet, revocat, abutitur homo ſecundum impœnitens cor ſuum. Exſpectat Deus, ſuſtinet, patienter ſuſtinet, parturit, ęſtuat, medius inter zelatorem & miſeratorem. Nūquid ſemper ſilebit? ſemper patiens erit? patientia Dei abutentibus in ſuperbia, erumpet, clamabit, judicabit, armabit contra inſenſatos orbem terrę. Vtentibus verò avertit faciem ſuam à peccatis, & avertit iram ſuam ab homine. Non imputat peccatum, dimittit iniquitatem, cadunt homini ſortes in bonum, & miſeretur Deus, apponit ut complacitior fiat, convertitur, Deus eligit, convertit ad ſe, adoptat, erigit, dirigit, ducit, adjuvat, adducit, ſublimat in montem ſanctum Dei, ſtatuit, ſtabilit, introducit in domum Dei, habitare facit in ſeculū ſeculi, repletur in bonis domus Dei, & delectatur in lętitia ſempiterna ſuper caput ſuum.

Quantùm amabilis Deus Pater omni rationali creaturæ, & quantùm amandus, dignus amari.

CAPVT IX.

QVem non te amabimus Patrem & Deum univerſorum? Si te Deum conſideremus infinitum, immenſum, incomprehenſibilem, ſuper omnia quovis modo perfectiſſimum, tametſi nihil condidiſſes eorum quę ſunt, ſed univerſa ſeries entium ſeipſa ab ęterno in æternum ſubſiſteret: Rationalis tamen natura univerſa conſiderans, ſingula dijudicans, quemadmodum gradibus differentia deprehenderet, differenter neceſſe eſſet judicaret, & majoribus quibuſque bonis ac melioribus majorem laudem tribueret. Magis n. ſolem quàm lunā, lunā quàm luciferum collaudaret, magis auroram quàm noctem, magiſq; diē quàm auroram, magis lilium quàm roſas, roſas quàm violas. Quanquam enim beneficii nihil prętet doctus aut ſapiens, etiā

apud alienigenas, indocto tamen & inſipiente plus honoratur, laudatur, veneratur, & defertur ei: quò fit, ut ſi præſtantibus rebus, tametſi nihil conferentibus, præſtantiora deferamus, ideò qui ſuper omnia eſt, etiamſi non ab eo eſſemus, quiqui rerum arbitri præcipua præconia laudis & carmina adorationis deberemus, eoq́; id obnoxius, quo ille ſuper omnia dignus. Nunc autem non ſolùm dignus ex ſe, ſed etiam ex nobis eſt, quò non modo dignum, ſed & juſtum ſit, ut illum amemus. Creator ſiquidem eſt, plaſmator, formator, paſtor. Cùm non eſſemus, & prorſus nihil eſſemus, oraculo oris ſui & decreto cordis ſui præcepit ut ſubſiſteremus, informes formavit, corpori organicam varietatem, decorem & dignitatem tribuit, animam ſui imagine inſignavit, pavit, educavit, erudivit, ſublimavit, & inferioris mundi dominos conſtituit, ſimul ſpem adjiciens & etiam mundi ſuperioris. Hoc ſi conſideremus & ſapiamus, quid erit deinceps, quod ingratam avaritiam noſtram retinere poſſet, quò minus in gratiarũ actione nos impendamus. Sed eſt tertium majus omniũ, quo ſic exilitatem noſtrã obrui Deus, ut jam nihil hoĩm, & præſertĩ hoĩm relinquatur, quo non ſe prorſus effundat in amorẽ. Non ſolũ, quia Deus, neq; ob i tantũ, quia creator; ſed quoniã amator, & talis ac tantus amator. Quis tàm ferreus? quis tàm gelidus, ut non refundat amorem. Viderunt angeli ſublimitatem ejus, & dignum judicarunt ut v nerarentur. Senſerunt n. Dei omnipotentiam in creatione, ſapientiam in gubernatione, beneficentiam in liberatione, & juſtum æſtimarunt ceremoniis ac cultu ſeſe gratos exhibere. Sed poſtquam Deus majeſtatẽ exinanivit, neq; omnipotentiæ ſuæ aut ſapientiæ rationem habere curavit, ut verè amatorem perfectum, integrumq́; amatorem ageret, univerſam ſubſtantiã domus ſuæ nihil æſtimans præ amore. Non jam dignum aut juſtum amare putat Chriſtianus, ſed neceſſariũ, ſed naturale, ſed delicias, epulas & coronam. Non illi legis præceptum aut mandatum, ſed ſitienti animæ ſuæ fons vitæ eſt, ut ex toto corde, tota anima, tota fortitudine non colat, non diligat, ſed amet Deum

ſuum

ſuum, patrem ſuum,& talem patrem. Solus n. Chriſtianus hoc
ſuper omnem ſervum Dei habet,ut in cruce Dei ſui glorietur,
quem Pater tradidit, ut ſervum redimeret,& in adoptionē Fili-
orum reciperet. O quantò ſe amabilem præſtat Deus Pater, qui
miſit Verbum ſuum ſanare nos. Miſit, inquam, cum mandato,
dedit, tradidit, dereliquit nobis & pro nobis,cùm ſit Filius altiſ-
ſimi, & coaltiſſimus ipſe, factus nobis ſapientia, amans & ani-
mans nos,ut ipſam Verbi Dei ſapientiam vocemus ſororem,a-
micam,ſponſam,matrem, patrem. Sic per omnia amanti mo-
rem gerit, ut neque majeſtatis, neque ſapientiæ, neque omni-
potentię ſuę meminiſſe videatur,tantùm amanti &amori ſatis-
faciat,ut verè dictum ſit; *Deliciæ ejus, eſſe cum filijs hominum.* *Prov. 8. verſ. 31.*
Propter quid enim Deus Pater ſic definivit agere nobiſcum, ut
Filium ſuum mitteret, mandaret,daret,traderet, ac tandem de-
relinqueret? Et Deus Filius coaltiſſimus Patri,ſicut mandatum
dedit ei Pater, ſic fecit. & ſubiens opus magni ſacerdotii ſui bi-
biturus calicem magni holocauſti in odorem ſuavitatis Deo,ſed
in ſaporem amaritudinis ſuæ conſcius magni operis & acerbi
calicis, cepit pavere, tedere, contriſtari anima ejus uſque ad
mortem, & agoniſare ad ſudorem ſanguineum. Et Spiritus i-
pſe Sanctus,adeps divinę ſuper nos bonitatis, qui ad talia unxit
ſummum Sacerdotem noſtrum perficienda, quid voluit, quid
intendit in hominibus, pro quibus hæc facta ſunt? Profectò;
ut univerſorum facultatem, univerſorum ſcientiam, ut angelis
pares ſubtilitate & ſublimitate fiant, aut tranſcendant; ſi non
eum, qui ſic amavit, redament, lapidei, plumbei,ferrei ſunt.
Quòd ſi perfecto, ut æquum, amore diligant, profectò beati, &
aliqua angelorum ac deorum facilè accepturi. *Nam qui ſemet-
ipſum donavit, quid ſuorum non donabit?* Amabilem Deum
faciunt patientia infirmis, ſapientia curioſis, liberalitas indigen-
tib. miſericordia miſeris, ſanitas ægris, ſalus pereuntibus, beni-
gnitas confugientib. ſublimitas egregijs, ſuperbis &alia ſpectan-
tib. divitiæ avaris, voluptas delicatis, ſatietas eſurientib. & ſiti-
entib. quies laßis, opulentia indigis, quiſq; quidquid deſiderare

poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

poteſt in fonte & radice boni inveniet. Ille fons univerſorum deſideria reficit, replet, & ſatiat in bonis domus Dei. Nulla tibi, ô anima mea, non conſequendæ ſalutis ex hinc excuſatio, præſertim ſcienti, quanta ſit dignè atq; votivè amantium beatitudo vel felicitas: ſcienti item, & certiſſimè ſcienti, quòd ſi deſideres, & crebrò, inſtanterque poſtules, donum amoris accipies; quoniam dabit omnibus petentibus in nomine ejus. Hoc donum perfectum ubi acceperis, jam non de miſericordia, nõ de favore, non de benevolentia, non de gratia, non de difficultate, nõ de dilectione negotiũ aut ſolicitudo erit. Pignus n. amoris non commodatum, non datum, ſed donatum eſt. Eſt & alia brevior via, & ad quã faciliùs crebrò exciteris, ut ſæpè ſupplices amari ab eo, qui tàm copioſè in homines amorem effudit; cùm & tu homo ſis, &, ſi amat, dabit amorem: quia donum amantis Patris, ut & tu illum ames, & ſic felici amoris contubernio æternùm vivas cum Deo tuo. Tunc erit juſtitia tua, amanti Deo vicem reddere, & dulciſſima juſtitia.

De ſecundo verbo orationis Dominicæ, quomodo omnes participamus nomini paternitatis: & quia frater noſter Dei Filius, & omnes cives cœlorum nobiſcum nomine fraternitatis participant.

CAPUT X.

NOSTER, id eſt, meus & Verbi; Meus & aſſumptæ carnis, oſſis mei & carnis meæ. Meus & Virginis matris. Meus & Cherubin & Seraphin. Meus & omnium filiorum Dei, replicando ordinatim omnes gradus ſuperioris ſcalæ, futuri & præſentis ſeculi. Ipſe enim Pater filios ſuos agnoſcit, & paternè amplectitur, quos ad imaginem ſuam creavit, ſicut dicit Filius ad diſcipulos; *Pater*, inquit, *amat vos*. Tametſi grande dictu
Ioan 16. verſ. 27. & durum creditu, ut æternus Deus ſaltem plaſma ſuum vel deſideret, aut multùm diligat. Sed ut amet, niſi unigenitus Patris, qui in ſinu eſt Patris, enaraſſet, quis crederet? Sed veritas ipſa teſtificatur, quis niſi contemptor, contumax, contumelioſus & blaſphemus in eum diſcredere audebit? ſi tamen quę de Deo rationabiliſſimè tenemus, mente revolvamus, quòd per omnia videt, qui oculos hominum, & angelorum, & eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

omnium cognitionum intuitivam plantet, quodq́; omnia judicet, qui omnium judicia Cherubin & Seraphin dijudicat, videmus, non ab re fore, Deum velle quod plantat, & non fruſtrà velle, ſed propter ſe velle. Sibi ergo mentem, intelligentiam, voluntatem conjunctam, velut finem ei quod ad illum, ſicut imago per aſſimilationem ad id cujus eſt imago. Dei autem qui eſt ſapientia, verbum, amor, nulla poteſt excogitari imago corporea ſenſibilis; quia non ſculptibilis. Igitur divina quadam arte naturam rudem primò fecit ad imaginem ex ea ſculpendam, cui poſteà perfectæ ſimilitudini, ſeu depictæ ſeipſum Deus infunderet, & merces ejus magna nimis ipſe fieret. Hoc ſi non eſt amare, paternè amare, neſcio quid ſit amare. Deus, qui ſeipſum dat, & omnia cum ſe, quid amplius dare poteſt? Sed & angelorum, ſicut & hominum Pater, & angeli ſancti omnes filii Dei & noſtri confratres, qui per lumen lucens tenebris poteſtatem acceperunt, ut filii Dei fierent. Igitur & ipſos voluntariè genuit Deus verbo virtutis ſuæ, Deus Pater, dans ſpiritum filii ſui in corda illorum, ut in illo etiam ipſi clament Abba Pater, & ſint coheredes filii ejus Dei. Et quia ex ſemine Adam apprehendendus in filium Dei, maximè ille ad imaginem & ſimilitudinem Dei, cui primogenito in multis fratribus, domino dominantium, principi regum, cui danda omnis poteſtas in cœlo & in terra, cui dandum nomen ſuper omne nomen creatum, ut in ejus nomine omne genu flectatur; ſuperbia nolétium adorare & genu flectere, per iram Domini pereuntiũ de via juſta. Et hanc veritatem indirectè Thalmud & Alcoranus. Omnes igitur filii Dei Chriſtiani ſunt angeli & homines. Et unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, frater omnium angelorum & hominum, primogenitus in multis fratribus, ut verè fiducialiter dicere liceat, *Pater noſter*. & nos miſellos in hac noſtra valle miſeriæ, in hoc exilio à beata vita. Pater, inquã, noſter, pater meus & Verbi, pater meus & aſſumptæ naturæ &c. O ſi dares, Deus meus, vehementem in mente mea tui amoris concupiſcentiam, rectamq́; ad amorem tuum conſequendum memoriæ meæ ſapientiam, dignã

intelligentiæ meæ æſtimationem, dignam item voluntati me in amore tuo juſtitiam, quàm excelſa ſorte ſublimis ego! O Deus meus, Dominus meus, Pater meus, qui nulla gratæ neceſſitudinis vocabula dedignaris, niſi apud illos, quos tuæ benevolentiæ dignatio non permovet ad amorem. Adeò noſtrum in dulcedine amoris torporem prævenis, ut in trinitate tua ſanctâ qui ab æterno illic Pater es, nobis pater fias in tempore, Verbum frater, Spiritus amator. Et hæc ſicut tribus germanæ ſimilitudines, ita in Hebræo germana etiam ſunt nomina, *Abim*, *Ahinu*, *Abahim*. In hac noſtra origine quanta ſit (niſi ſpuriè ſordideq; cõtaminemus,) dignitas generis, quantaq; ſuperbia debeat eſſe, & contemtus vilitatis, quantaq; exſpectatio hereditatis idoneum conſideráti pignus generoſitas ipſa; tantùm non eam obliviſcamur, non negligamus, non deſpiciamus. Deus n. noſter & Dominus noſter non deſpicit, ſed amat & gaudet vocari Pater noſter; Verbum frater noſter; Deus Spiritus ſanctus amator noſter. Quid hac hereditate opulentius? quid iſto conſilio clarius? quid hoc amore felicius? quàm ut divino jure Deum hereditans rectiſſimis legibus accedat ad beatum æterni amoris cõtubernium. Beatus planè, qui vehementer concupiſcit, ſapienter inquirit, rectè æſtimat, dignè complectitur. Beati qui hanc digni amoris juſtitiam eſuriunt & ſitiunt; confidant & animæquiùs ferant, quoniam per vias rectas, vias pulcras, vias unicæ & & veræ ſapientiæ ducet eos Deus, ubi menſura bona & conferta coagitata & ſuperfluente data in ſinu eorum ſaturabuntur, conjuncti omnibus beatis fratribus, cum eis in æternum epulaturi, qui interim ſolliciti, vigiles, fideles obſervatores, fortes miniſtri ſtrenui milites, ardui pugnatores, opulenti meſſores, locupletes victores, glorioſi triumphatores in hoc mundo ſunt pro fratribus (nedum fratres, ſed & patres) obtemperantibus in ſalutem- tantò, quantò cognoſcunt filios altiſsimi Patris, & tantò) complacuiſſe Patrem in eis, quantò Filium miſit ut homo fieret conſors naturæ. Patres, inquam, gaudentes in ſalute hominum & in hominibus, quemadmodum pater in filio ſapiente. Præ-

rèà gaudium eſt angelis in cœlo, imò omnibus beatis, & ipſi
io Dei, ſuper uno peccatore pœnitentiam agēte. Dicit enim;
ngratulamini mihi, quia inveni ovem quam perdi deram. Tàm   *Luc. 15. verſ. 6.*
idi ſunt omnes beati noſtræ ſalutis, ut *gaudeant ſuper uno pec-*
tore pœnitentiam agente plus, quàm nonaginta novem juſtis. Nō
òd obliviſcantur gaudiorum partæ ſalutis, ac tantæ ſalutis tā-
rum, aut minus gaudeant. Magis en. ſuper magis bono gau-
nt, ac per hoc magis gaudent ſuper uno peccatore pœnitenti-
n agente, id eſt, dignos fructus pœnitentiæ agente. Is n. viru-
is non de nonaginta novem, ſed vir unus de mille, qui ſem-
r ſibi converſione, & pœnitentię digno fructu opus putat, qui
hil incaſtigatum, incorrectum, inexuſtū in ſe patitur. Gaudēt
go ſuper nonaginta novem quòd juſti ſunt; ſed quòd judicio
o ſibi ipſis videntur non indigere pœnitentia, non in eis aut
per eis angeli & beati gaudent. Dignè itaq; ſuper illo uno, ve-
t ſuper digno, ſtrenuo tribuno ſalvo, plus gaudent in trium-
o, quàm de centum calonibus aut lixis, vel etiam de gregariis
ilitibus. Semper ergo nobis adſunt, noſtraq; in ſeſe gaudent
fectione. Neq; putandos inefficaces fore. Sunt n. potentes vir
te facere verbum Dei in nobis, longè & incomparabiliter ef-
cacius monendo, docendo, movendo, quàm poſſet ullus co-
ex vel ſermo. Poſſunt n. aſſiſtente illis cooperatione divina,
uæ ſemper beatis illis aſſiſtit, per vivas notas mentem noſtram
tellectualiter irradiare; quod nullus mortalium poteſt. Lu-   *Gen. 32. verſ. 24. & ſeqq.*
are ergo expedit cum beatis omnib. quemadmodū Iacob cum
ngelo luctatus, & fortior factus invaluit, ut non dimitteret illū
onec benedictione nomē Iſrael conſequeretur. Quę noſtra cū
ngelis conjūctio luctā iſtā familiarius exprimit, quā ſedula illis
orrecta oratio? Vos ergo beati oēs fratres noſtri, per bonā Dei
eſtri manū ſuper vos, obſecramus nō deſpicitatis obſecrationē
oſtrā. Sēper nos ſalubriter monete, ſalutarē ſapiētiā à Deo vero
petrate; in rectā ęſtimationē, in verā charitatē excitate, quò ſupe
atis, calcatis, & ſupplātatis operib. mortuis, veri Iſraelitę Deo no
tro ac vero vivam⁹. Nō vos dimittemus, nec ab hac obſecratione

deſiſtemus, niſi benedixeritis nobis. Vos veſtra poteſtate in veſtris manibus, in veſtro arbitrio tempeſtates cordis noſtri ſervatas agite in tranquillum, quò magis magiſq; ad videndum ſolem accedamus. Amen.

De verbis orationis Dominicæ, Qui es. *quomodo Deus ſolus verè eſt per ſe; & quòd ejus eſſentiæ formalis cognitio nobis in via impoſſibilis, interim objectali cognitione contentis.*

Capvt XI.

QVi es. Quæro à te, Deus meus & conditor meus, quid es? Et reſpondes mihi, te eſſe bonum meum: quia non mihi benè poteſt eſſe, niſi ex te. Et ex hoc ducis me in latiſsimum quendam proſpectum, ut videam te eſſe bonum omnium verè beatorum te videntium, te dignè æſtimantium, te feliciter juxta omne votum ſuum fruentium. Verùm non hoc eſt, quod quæro: quoniam & ſi illa, vel me non condidiſſes, eſſes nihilominus quod es, & non eſſes meum bonum vel illorum. Quid igitur es, ô Deus meus, in te ipſo? & quo conceptu concipiam te ut cognoſcam? Fortè conceptu entis nudi. Sed non conceptu entis nudi, ut meipſum concipio, aut quodcunq; aliud, præter te, concipio. Illorum enim plurima, licet beata ſint, non à ſeſe beata ſunt; ſed ſapientiæ luce & fervore amicta veſtiuntur, ut beata ſint. Tu ergo, qui verè es, qui primò es, qui perfectè es, qui neceſſariò es, qui tibi ſufficis, quid es? Dignum entis conceptum da mihi de te, tali ente, qui ſit verum, dignum, ſanctum nomen tuum. Hic en. vita æterna erit mihi, cognoſcere te ens primum ab omni mutabilitate & corruptela depuratum. Hoc mihi videtur etiam Moſes voluiſſe, qui te nominibus entis *Iah* & *Iohavah* nominavit: quin magis tu ipſe hæc illi nomina revelaſti. Sed magis ad hunc conceptum remittere videtur tertium illud nomẽ *Ahejeh aſer ehejeh*. Sed iſtum conceptum hîc in via per multam inquiſitionem, & meditationem, & ſtudium objectaliter quidem habere poſſumus: formalem, niſi dante Deo, nemo hîc habet; adeò, ut neq; Abraham, neq; Iſaac, neq; Iacob, quamvis magni amici Dei fuerint, habuerunt. Moſes autem

habuit

habuit. Conceptus entis puri non eſt obſcurus; quia non entis obſcuri aut ignobilis. Non eſt confuſus; quia non entis indeterminati. non compoſitus, quia entis ſimplicis. non denominativus aut attributivus; quia vitam habentis in ſeipſo. non communis, quia unici & illius duntaxat entis. Quiſquis igitur ſcholaſtica traditioue doceri poteſt, ut clarius Deum cognoſcat. Non illum conceptum purum entis puri habet, quiſquis ignaviter de Deo ſuo æſtimat. Non illum primi entis conceptum habet, quiſquis hęſitat, dubiuſve fluctuat. Non illum conceptum habet entis puri, qui quoquo modo ante omnem complexionem omnibonum in ſeipſo, omnibeatum in ſeipſo, omniſapientem, omniperfectum in ſeipſo per ſeipſum cognoverit. Deus eſt ens primum, neceßarium, ens vivens, videns, neceſſariò cognoſcens ſeipſum, æſtimans, fruens, ſapiens, volens. Igitur Deum non eſſe implicat ut non ſit, quod neceſſe eſt eſſe. Item, non ſolus Deus eſt quo melius cogitari non poteſt; ſed etiam cui ſimile aut penè ſimile cogitari non poteſt. quia quantumlibet bonum & benè cogitaveris, longè ſemper infrà remanebis, etiã ſi Cherubico volatu, Seraphico contuitu contenderis. Vnde ridiculum eſt altiſſimum quærere in his quæ infrà cogitatum hominis, quatacũq; ſublimiter cogitãtis. Deus ergo, quo melius cogitari non poteſt,

Deus eſt ens {
Ens per ſe.
Primum.
Neceſſarium.
Æternum.
Stabile.
Fixum.
Immutabile.
Impaſſibile.
Immortale.
Perfectum.
Sanctum.
Beatum.

Ens {
Independens.
Sibi ſufficiens.
Liberum.
Omnipotens.

Ens {
Verum.
Bonum.
Inacceſſibile.
Inadæquabile.

Ens	*Simul totum.* *Vniens.* *Simplex.* *Incompoſitum.* *Vivens.* *Vitam in ſe habens.* *Unum.*	Ens	*Sapiens.* *Judicans.* *Seipſo perfruens.* *Tria perſonalia ſunt, & breviter omnia quæ ei competunt ab æterno.*

Quòd Deus amor eſt ſubſiſtens verè formaliter, & reliqua omnia tantò minùs entia ſunt, quantò minus accedunt ad gradum entis, quod verè eſt.

CAPVT XII.

NIhil ita deſideratur & amatur, ut eſſe. Nihil adeò amabile, ut amor. nihil adeò amandum, ut Deus. Neceſſe igitur Deum amorem eſſe ſubſiſtentem. Irrationabile, aliquid amandiſſimum quod non ſit amabiliſſimum ipſum: & impoſsibile, idē amandiſſimum & amabiliſſimum eſſe, quod non ſit etiam amātiſſimum. Vnde ſi amor, ſaltem ſui amantiſſimus eſt. Neque vereri oportet hæc de Deo ad intra confiteri, ut verè formaliter Deus amor, & amor mei me amans Deus ſit, quàm quòd ſapientia eſt me cognoſcens, videns me, ſapientialiter dijudicās me. Vtrumq; amor ſcilicet & ſapientia, æqualiter & ſimpliciter perfectio dicuntur. Hæc de Deo nomina colligimus verè ſancta, & facilè ex hinc propinqua via ad videndum quomodo non ſolùm ſanctum, ſed etiam terribile nomen ejus. Quia ſicut ſanctè dicitur ſapiens, judicans, amans, & amor intra ſe & per ſe: ita etiam eſt viſio, reprobatio, ira & odium intra ſe, abſque ulla ſui mutatione. Qui eſt amor amantibus, odium eſt odientibus; ut ſic cum ſancto ſanctus, & cum perverſo perverſus. Solus enim Deus eſt, & reliqua omnia quod ſunt, ex eo ſunt. Et Deus verè eſt, & reliqua licet ſint, non tamen verè ſunt: quia tantò minùs entia ſunt, quantò minùs accedunt ad ipſum gradū entis, quòd verè eſt. Et hoc voluit Propheta; *Tu idem ipſe es; ipſi mutabuntur.* (*Pſ 102. verſ. 28.*) Sicut enim motus & ſubjectum motui, quoad naturam ipſius motus, nihil eſt, ſed pars præterita & futura. Subjectum autem totum. vel ſicut motus & medium via tota eſt; motus nihil ſimul eſt: ſic omnis creatura Dei comparatione nihil eſt,

aut

ergo etiam in patria viſio, æſtimatio, fruitio, qui ſunt actus in beatis ſpiritibus producti, licet à lumine gloriæ habituali, & à charitate perfecta habituali concurrente, tanquam à cauſis non neceſſariis producuntur. Poteſt enim Deus illos actus vel perfectiores ab imperfectioribus, uti ſibi placuerit, producere, & ęquos ex iniquis habitibus: aut magis illos actus verè & merè ſeipſo beatificos, etiam ſe ſolo producere: & ſic ipſe erit viſioni lumē gloriæ & intelligentiæ, regula æſtimationis, & voluntati igniculus fruitionis. Verùm quia Apoſtolus dicit, *charitatem nunquam excidere*, manifeſtè confiteri oportebit, vel habitum charitatis perpetuò manſurum, vel actum fruitionis verè charitatem perfectiſſimam eſſe. de quo alibi ſcripſi. 1. Cor. 13. verſ. 8.

Pars Quarta præambula petitionum orationis Dominicæ in generali.

QVAE PETVNTVR in ſingulis petitionibus Dominicæ orationis breviter; & quam congruè ſibi cohærent ſingulæ.

Caput I.

Circa petitiones in genere notandum, quòd in tribus petitionibus tria ſecundum ordinem poſtulantur. Scilicet,

Primò, Templum & ſacerdotium.	Ibi:	*Sanctificetur nomen tuum.*
Secundò, Regnum & ſolium.		*Adveniat regnum tuum.*
Tertiò, Thalamus & cōjugium.		*Fiat voluntas tua &c.*

Sed quia his tribus tria quædam obſtaculo ſunt; & impedimento: Scilicet,

Inedia,	*Ideò contra*	Inediam	*oramus*	*Panē noſtrum quotidianū,*
Immunditia,		culpam immunditię		*Debitorum dimiſſionem.*
Formatio tentationis.		Formationem & alienationem		*Non induci in tentationem.*

Et finali clauſula petitur libertas ab hujuſmodi tribus malis. Vel; quia ad illa tria nemo idoneus, niſi ſit pridem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Pane roboratus. Sacrificio mundatus. A tentatione culpæ tutatus.	*Ideò petitur à*	Patre pio, Sacerdote magno, Spiritu Sancto,	*Scilicet*	*Panẽ noſtrũ quot.* *Dimitte nobis debit. &c.* *Et ne nos inducas.*

Quòd congruè petitiones tres primæ reparationi interioris hominis ad imaginem Dei conditi, aptantur.

CAPVT II.

DOcturus Dominus Ieſus orare diſcipulos ſuos, *Matth. 6.*
verſ. 6. præmiſit, *oraturos Patrem intrare in cubiculum ſuum*. quod ſuprà *tractatu ſecundo, Cap. ult.* oſtendimus, eſſe intrare in interiorem hominem, qui eſt imago Dei; ſcilicet memoria, intelligentia, voluntas, quo ab exteriore homine clauſo ſupra ſe oſtio mens noſtra in quiete orat Patrem in abſcondito. Suprà quoq; *primo tractatu, Cap. 7.* prænotavimus, in oratione expedita oportere toto homine exteriore otioſum & recollectum hominem interiorem ex omnibus partibus imaginis ad eam applicari. Pulcrè alludit huic conſiderationi mox ſubjuncta oratio Dominica, à Domino Ieſu attentè conſiderata, ſi petitionum particulas hoc ordine diſtinxerimus, ut imaginis reparationi & perfectioni congruant; quod facilè poterimus, ſi ſingulis partibus imaginis ſingulas petitionũ partes coaptaverimus: ut ſcilicet

Ad Patrem Ad Filium Ad Spiritũ Sanctũ,	*dirigatur*	*Sanctificetur,* *Adveniat,* *Fiat volũtas,*	*quia*	Patri Filio Spiritui Sancto	*tribuitur*	*Sapientia, ſive nomen.* *Hereditas, ſive regnum.* *Charita, ſive amor.*

Rurſuſque

Ad	Patrem Filium Spiritũ ſanctũ	*dirigatur*	*Panem noſtrũ,* *Et dimitte,* *Et ne nos,*	quia	*Pater dedit Filium in cibum & panem angelorum.* *Filius ſe in ſacrificium tradidit pro peccatis.* *Spiritus Sanctus duxit Filium in deſertum, ut tentaretur.*

Quomodo

...et ſaltem non eſt; quia non verè. ſic nihil, quomodo prius quàm conderetur.

Declaratio verborum orationis Dominicæ, In cœlis. *quomodo Pater in Filio, quomodo Pater in omnibus creaturis, & quomodo illis illabatur per eſſentiam.*

CAPVT XIII.

IN COELIS; vel æternis, ut Pater in Filio & Spiritu Sancto, quemadmodum dicit Dominus Ieſus; *Ego in Patre, & Pater in me eſt.&c.* Aut in cœlis ſupernis, ut in humanitate aſſumptę naturæ; & ſic per ſingulos gradus repetendo, ut in quolibet cœlorum iſtorum intelligatur ſecundum gradus paternitatis ſuprà memoratos eſſe Deus. Adeò etiam Deus ſpiritualis, ut magis omnibus creatis per eſſentiam illabatur, quàm quæque forma ſubſtantialis materiæ ſuæ, aut quàm accidentia compoſito, ut vel anima corpori, vel calor igni, aut ferro ignito: vel etiam, quàm accidens accidenti, ut candor igni, calor igni ipſi. Adeò etiam, ut ſpiritualiſſimis accidentiis noſtris, qualia ſunt contẽplatio, meditatio, meditationis æſtimatio, deſiderium, his omnibus intimè inſideat & illabatur. Et hoc oſtendit verbum *Pſalmi 104. Qui ambulat ſuper pennas ventorum.* ubi in originali lõgè aliter dicitur quàm habet noſtra tranſlatio. Multùm n. erudit & attollit mentem noſtram ad meditandum de ſimplicitate Dei, quando dicit, adeò ſimplicem Deum, ut ſanctus ipſe in laudibus Iſraëlis inhabitet. Non enim dicit; *Qui ambulat ſuper pennas ventorum*: ſed; *Qui habitat in laudibus Iſraelis.* Lucidius n. aliquantò capitur verbum iſtud, quàm illud; *Qui ambulat ſuper pennas ſpirituum.* Licet enim pennæ ſpirituum idem ſint quod ſublimes eorum theoriæ, confeſſiones & laudes; clariùs tamen laudis, quàm pennarum nomine exprimuntur. Et licet utrobiq; multum ad increatam ſimplicitatem cognoſcendam accedatur: maximè tamen quando tantæ ſimplicitatis intelligitur, quòd non ſolùm noſtræ menti illabatur, ſed etiam noſtras mentales laudes illabens habitet. Et, non obſtante hac ſpiritualitate, adeò eſt ſolidæ, & fixæ, im̃utabilis ſubſiſtentiæ, ut ſolidiſſima corpora, terra, cœlum, & immortales ſpiritus, ejus com-

Ioan. 14. verſ. 10.

verſ. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

paratione non ſolùm accidentia,ſed etiam non entia judicētur. Vnde per Spititum Sanctum edoctus Moſes Deum per eſſentiā ita *Iah* & *Iohavah* nominavit; quaſi cetera omnia entia non ſint: adeò ut ultimum Dei nomen,etiam in patria,magis *Ehejeh azer*,quàm *Iah* & *Iohavah*;quia quantum cunq; vel per ſe exiſtētem,vel unientem,vel videntem,vel cognoſcentem,vel ſapientem cognoſcunt, & beatè cognoſcunt ſemper. quo cognoſcibilis non cognoſcatur omnibus beatis,etiam beatorum primis,ut ſuprà *prima parte, cap. 11.* Et hoc eſt *Ehejeh azer ehejeh*, nomen quo ipſe ſe nominat ſapientibus, & quo ſapientes Deum cognoſcentes *Ahejeh azer ahejeh.* Hinc *Iah* & *Iohavah.* hinc *Iahi.* hinc *Iadaih.* hinc *Chakma. Sophet. Ahaba.* Sed ipſum *Ehejeh azer ehejeh* ſanctum & terribile nomen,beatorum humilitatem fovens, quod ſemper beatè ſuper capite eorum intonat, *Ero qui ero.* Et ipſæ in ęternum humiliter confitebuntur, *Eris qui eris.* De quo ſcripſi in libro *de paſsione Domini*, in principio.

Quòd nulla virtus in cauſis ſecundis, niſi accedat cauſa prima dirigens, agens, conſervans.

CAPUT XIV.

QVòd ſi perſpicaciter conſideremus res operantes & agentes & facientes,& id in lumine fidei, facile inveniemus propoſitionem Procli,dicentis; *primam cauſam non ſolùm plus influere in effectum,quàm quamque ſecundam;ſed etiam ceteras cauſas cōtingentes tantùm eſſe, & ad conſtituendum effectum ſolam primā*
Pſal. 89. *eſſe neceſſariam:* ut verè dictum per Prophetam; *Quoniam gloria*
verſ. 17. *virtutis eorum tu es.* quaſi dicat; Virtus eorum creata non haberet gloriam,niſi tua immobilis volūtas accederet,& præciperes.
Daniel. 3. Patet hoc ex fornace Babylonis. ubi multus ignis vehementer etiam napta accenſus; calor non urebat. Et eadem Dei voluntate, ſi placuiſſet,præcipere potuiſſet, ut ſubſolanus tepor vehementius incenderet, quàm napta in fornace ardente. Ex hoc jam facile liquet verbum Platonis, volentis *naturam nihil aliud eſſe, quàm voluntatem.* Et *miraculum, opus divinæ voluntatis, non regulariter ita volentis.* Ita ut omnis cauſa operans nihil aliud ſit, quàm vel Deus operans;vel operanti Dei cooperans. Eſt

ergo

Quomodo ea quæ in tribus petitionibus petuntur congruè trinitati reſpondenda Salomon in Proverbiis *deſcripſerat: id eſt, Patri ſapientia, Filio judicio, Spiritui Sancto amore.*

CAPUT III.

Ecce, deſcripſi tibi eam tripliciter in cogitatione, ut oſtenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis reſpondere ex his, illis qui te miſerunt. Proverb. 22. Dicit *Ecce*, propter grandis myſte- vers. 20. & 21.
rii ſignificationem, ad quod perſpiciendum ſignanter admonet ìm dicit *Ecce.* Et fructum ſubdit hujus monitionis, dicens *reſpondere.* Et quibus? *Qui te miſerunt.* Valdè, ut primo aſpectu apparet, complexa diſtantium rerum connexio. Verum ſi conſideramus, quem doceat non Salomon, ſed Spiritus Sanctus per Salomonem, facile inveniemus, oēm lectorē libri ſui eſſe, quē alloquitur. Hic igitur eſt miſſus ille, quem admonet ſuæ miſſionis. Omnes quotquot ſumus, miſſi ſumus in ſcholam ſapientiæ, diſcere veram ſapientiam. Vera a. ſapientia eſt ſummorum beatorum fœcunda cognitio. Ad hanc diſcendam omnes nos miſerunt, qui ad ſuam imaginem & ſimilitudinem fecerunt. Miſſi igitur ſumus ad imaginem ſimilandam eis, quorum eſt imago. Eſt a. imago trinitatis mittentis. cui non reſpondet eloquiis veritatis, niſi tripliciter reformetur; ut aſſimiletur Patri per ſapientiam deſcriptam in *Proverbiis*; Verbo æterno per judicium, deteſtans vanitatem vanitatum deſcriptam in *Eccleſiaſte*; Spiritui ſancto per amorem depictum in *Canticis canticorum.* Ex his tribus qui didicerit eloquia veritatis, ſtabili firmitate ſecurus reſpondebit his qui miſerūt. Et quo potens ſit, quod per ſe non poteſt, reſpondere Patri, per ſapientiam petere admonetur, *Sanctificetur nomen tuum.* Quo valeat Verbo reſpondere, per judicium inſtruitur orare, *Adveniat regnum tuum.* Rurſus, quò ſufficiat reſpondere Spiritui Sancto, per amorem incitatur poſtulare, *Fiat voluntas tua.*

Tria hæc operatur trinitas in nobis, & eiſdē manet in nobis, & nos in Deo trinitate.

CAPUT IV.

CHariſsimi, Deus charitas eſt. Et imago ejus creata etiam 1. Joan. 4. vers. 16.
charitas eſt. *Et qui manet in charitate creata, manet in*

Deo,

Deo, et Deus in eo. Et quemadmodũ hoc de charitate, ſic etiam de vera ſapiẽtia, & de vero veræ ſapientiæ Verbo. ut verè Deus Pater ſapientia ſit, & imago ejus creata etiam ſapientia ſit. Et qui manet in vera ſapientia creata, in Deo manet, & Deus in eo. Similiter & Deus Verbum eſt creatum, ſed non ingenitum ab æterna ſapientia, & imago Verbi illius etiam Verbum, ſed verbum creatum à Deo; genitum a. ex ea, quæ vera ſapientia eſt filiorum Dei, ex fœcunda cognitione Dei, ex vero & vivo & fœcundo nomine Dei: ſicut judicium & æſtimatio gignitur ex cognitione. Nemo n. æſtimare & judicare poteſt quod non cognoſcit. Qui igitur manet in vero veræ ſapientiæ verbo judicio & æſtimatione, in Deo manet, & Deus in eo: quia nuſquàm congruẽtiùs Deus manet & inhabitat, quàm in imagine. Sed æternæ ſapientiæ ſapientia creata imago eſt. Et qui ad imaginem creati ſumus, quãtò ad imaginem & ſimilitudinem accedimus, tantò etiã ad prototypum accedimus, increatam ſcilicet ſapientiam: & quantò in iſta manemus, tantùm in illa, & illa in nobis. Et quantùm ad ſimilitudinem increati Verbi judicium & æſtimatio & rectitudo noſtra accedit, tantùm ad increatũ Verbum accedimus & manemus in Verbo, & Verbum manet in nobis. Ita charitas creata ſimilitudo charitatis increatæ. Et quantùm credimus ad charitatem accedentes, tantùm etiam ad ſimilitudinem Dei accedimus, & manemus in Deo, & Deus in nobis. Et quemadmodũ in increata trinitate non eſt Spiritus Sanctus abſq; Patre & Filio, neq; Pater abſq; Filio & Spiritu Sancto, neq; Filius abſq; Patre & Spiritu Sancto: ſic neq; in creata trinitatis imagine creata charitas abſq; creata ſapientia, & creata rectitudine. Non n. diligere Deum poſſumus, quem non cognoſcimus. Et ſi ſapienter Deum cognoſcimus, granditer Deũ æſtimamus, & ardenter amamus.

Quòd etſi indiviſa opera trinitatis, tamen Patri aſſignatur in anima operatio ſapientiæ, Filio judicii, Spiritui Sancto amoris, & ſingularum particularum adventus indicia.

CAPUT V.

Ioan. 14. verſ. 23. Ioan. 3. verſ. 8.

Dicit apud Ioannem Dominus; *Vado & venio.* Dicit item de Spiritu Sancto; *Spiritus ubi vult ſpirat.* Dicit idem de

Patre

Patre; *Pater & ego ad eum veniemus, et manſionem apud eum fa-* Ioan. 14.
ciemus. De Patre quidem veniente nullum expreſſit ſignum ad- verſ. 23.
ventus. De ſe verò venturo aut adituro, tametſi ſignum quidē
nullum adjunxerit, non propterea incertitudinem dereliquit,
quando dixit; *Iterum videbitis me, & gaudebit cor veſtrum.* De Ioan. 16.
ſpiritu autem Sancto multa in multis locis Scripturæ ſacræ ſigna verſ. 22.
ſunt. Primum eſt, *Vocem ejus audis.* Quæro, quam vocem? Nū Ioan. 3.
ſonum illum repentè de cœlo factum tanquàm advenientis ſpi- verſ. 8.
ritus? Certè, quanquam ille ſonus verum & indubitatum adve- Act. 2.
nientis fuerit ſpiritus argumentum, non tamen talem puto Do- verſ. 2.
minum Ieſum Nicodemo vocem ſignificaſſe, ſed vocem ad in-
terioris auris auditum, ubi mens audit quid Spiritus loquitur ec-
cleſię, ubi nullo ſtrepitu verborum aut linguæ, nullo Græcorum
aut Latinorum verborū juvamine, ſed meditationibus electis,
judiciis rectis, deſideriis piis interior homo afficitur. Et quando
ſic affici ſe ſentit, verè Spiritum veniſſe ſciat, & vocem videre,
ſpeciem & decorem ejus olfacere, flagrantiam ſpirantium aro-
matum & unguentorum ejus guſtare, quoniam ſuavis eſt Do-
minus. Non enim oportet in interiore homine diſtantium re-
rum compoſitionem quærere. Idem illic oculus, qui auris: idem
auris, quæ nares: eædem nares, quæ lingua, vel palatum. Interi-
or homo, ſicut ad imaginem Dei ſui factus, ita ſimplici Deo ſim
plex imago eſt. quò fit, ut mira quadā varietate & varia veritate
non ſolus Spiritus vadat & veniat viſitare imaginē ſuā; ſed & Ver
bum ſuum mittit Deus Pater, & Filius cum Patre non nūquam
venit. & manſionem facit. Neque putandum eſt individuam il-
lam ab æterno trinitatem diviſim ſeparatimque vel venire, vel
manere. quia ſicut non otioſa venit, ſed ſemper operatur ſan-
ctificans domum ſuam altiſſimus, & indiviſè trinitas operatur;
ita oportet, ut quò Spiritus Sanctus ingreditur & operatur, illò
& Filius & Pater veniant & manſionem faciant, & operentur.
Quando enim operari ceſſant, abeunt; neq; abeunt fidelibus
fideliter ad ſe converſis. Fixa perpetuò ſententia ſtat; *Converti-* Zachar. 1.
mini ad me, & convertar ad vos. Quando igitur meditationes verſ. 3.
noſtræ

noſtræ electæ, fixæ, firmæ fuerint, veniſſe Patrem ſciamus. Quãdo judicia clara, recta, lucida, certa, ſapientiæ plena fuerint, ex optimis meditationibus orta, veniſſe Filium non ambigamus. Vbi verò per omnes voluntatis noſtræ officinas flagrant ſtudia flagrantis pietatis, veniſſe Spiritum Sanctum auſtro ſpirante noverimus, qui fluere facit aromata hortorum. Tria in tribus interioris hominis partibus operatur trinus Deus. Non tamen ita, ut mentis plenitudinem ſolus Pater, intelligentiæ ſapientię rectitudinem ſolus Filius, ſuavem voluntatis pietatem duntaxat Spiritus Sanctus operetur: ſed quo fontali principio magis mentalis origo germana ſit, & intelligentiæ verbum ſimilius, & ardenti voluntati ſpiritus amor & amoris impetus pronior videatur. Operantur tamen tria hæc omnes tres notionibus trib. Interim velut in tabernaculo & peregrinatione euntes & venientes: quia non hîc manet homo in eodem ſtatu. Neque hîc licet propter mentis anguſtias. In Hieruſalem autem, ubi manſio æterna erit, in domo fundata lapidibus quadris magnis, manſionem æternam facient.

Quare ſapientia Patri tituletur, & differentia inter trinitatem creatam & increatam. in quibus creata increatam imitetur & quomodo ea beata eſt.

CAPVT VI.

Quòd primæ perſonæ in trinitate ſapientiam, ſive nomen vel notionem tribuimus, convincitur verbo *Ioannis* qui ſecundam perſonam *Verbum* dicit. Si enim ſecunda perſona Verbum, neceſſe primam ſapientiam liberam, independentem, indeterminabilem, inevitabilem, perfectam, ſanctam, beatam ſapientiam. Sui ergo ipſius cognitionem. Et hinc velut à cardine manat createę ſapientię portio non parva, ut ſeſe cognoſcat: non quò, ſi ſe cognoſcat, à ſeſe beata ſit; ſed ſi ſeſe cognoſcit, quid accepit, & quòd non à ſe habet, & quantùm accepit, & unde accepit, ut magna jam incentiva & illa cognitio ad interiora incitet, & profectum diſcat ſperare perfectum. Tanta ſapienti bona ex cognitione ſui ipſius, longa quadam & imperfecta primę ſapientię imitatione. Prima verò ſapientia, quemadmodũ ſeipſa

Ioan 1. verſ. 1.

beata

ata eſt, ita ſui cognitione ſapiens, ita ſui ęterni verbi cognitio-
e beata eſt, ita ſui ęterni amoris ac doni ęterni in Filiũ cogni-
one beata eſt: quia hęc una cognitione eſt. Et hęc cognitio, quia
ũ ſũmorũ & ſolorũ beatorũ eſt, vera ſapiẽtia eſt. Vnde neq; cre
a ſapiẽtia ſapiẽtia erit, ſi ſeipſã cognoſcit; ſapiẽtia a. dũtaxat erit
primã ſapientiã cognoſcit, & illam ſicut Deum glorificet, & ſic
: Deum amet. Creatura itaq; rationalis beatiſſima quo fieri
oſſet, cenſebitur, ſi videat omnia ſuo univerſi ordinis gradu, &
ngula ſuis gradibus ęſtimet, & viſis ac ęſtimatis omnibus poti-
ur. quia talis magnis magnè, majoribus magis, maximis ma-
imè; Deo igitur ſuper omnia, potietur. Sed quoniam ad imagi-
em Dei ſui factus eſt, ad quam ubi pervenerit, perfectiſſimus
: beatiſſimus erit, ac tunc Deo ſuo ſimillimus: neceſſe igitur
eum Patrem viſionem eſſe omnium, hoc eſt, ſui & ęſtimatio-
is ſuę, & complacentię ſuę, & omnium creaturarum beatarũ
nctarum. Neceſſarium Deum Filium ęſtimationem eſſe eo-
undem. Et Spiritum Sanctum eorundem eſſe complacentiam
: benevolentiam, ut ſint nomina Dei noſtri *Chazon, Cheſbon,*
atzon: quoniam ex viſione gignitur ęſtimatio, ſicut ex cogniti-
ne judicium. Ex viſione & ęſtimatione procedit benevolen-
a tanta, quanta eſt viſio & ęſtimatio. Quantũ n. videt unum-
uodq; tantũ ęſtimat ipſũ, tantũ cõplacet. Et quantũ æſtimat,
antũ eatenus cõplacet ac videt. Quatenus cõplacet, eatenus vi-
et & æſtimat. Fit igitur ut hęc tria nomina, ubi ſuapte ſunt, pa-
a ſũt. & neceſſariò benevolẽtia ex æſtimatione & viſione pro-
edit; ęſtimatio a. ex viſione ſola; viſio per ſe prima ſit, licet per-
ectum horum nihil ſit, ubi non quodlibet horum in altero ſit
t circum inſideat. Benedictus Deus *Chazon*, id eſt, Deus viſio.
enedictus Deus *Cheſbon*, id eſt, ęſtimatio. Benedictus Deus
atzon, id eſt, beneplacitum.

Quòd verum & unum nomen ſemper comitatur judiciũ et amor. Et hinc eſt, quòd rima petitio, quæ ad Patrẽ dirigitur, eſt prima in ordine. Et de nomine ſanctificãdo.

Caput VII.

DOminus Ieſus magnum aliquid veritati tribuit, quando dicit; *Veritas liberabit vos.* Neceſſe igitur, non *Ioan. 8. verſ. 32.*

manere

manere in ſervitute corruptionis, quos veritas liberabit. Fœdiſſima & indigniſſima ſervitus eſt ſervitus corruptionis, à qua veritas liberat. Et quid igitur veritas nominum, quæ nominũ vanitatem expellit, quemadmodum lux tenebras pellit. Quo igitur propius intento poſsimus accedere, dijudicare oportet de nominibus. Duplicia igitur ſunt nomina rerum: quia quędam ſunt vera nomina rerum, alia ſunt vana rerum nomina. quemadmodum quędam ſunt nuces caſſę & vanæ, in quibus nihil veri & vivi nuclei reperitur. Sic nomina quędam vana ſunt, quę nullam dignam æſtimationem parere poſſunt in mente cognoſcentis. qualia ſunt nomina magnarum rerum in mente ſtultorum: quia ſtultus homo cogitans Deum Dominum, Patrem, cogitans item ſapientiam veram, rectitudinẽ, charitatem, juſtitiam, cœlum, infernum, choros angelorum, carcerem impiorum, ſi parùm animo concitatur, conſtat parvam & vanam in mente ſua fuiſſe notitiam de Deo, quę tàm ſterilis erat. Non ergo verum vivum nomen fuerat; ſed vanũ: unde etiam liberare non poterat. Vnde quia vani & ſtulti ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt timor Dei, ſequitur omnem ſtultorum notitiam de rebus magnis vanam, & vanitatem eſſe. Nimirum ergo, ſi non à ſervitute corruptionis liberentur. Neq; unquàm liberabuntur, quamdiu non vera nomina mente conceperint: quia ſola vera nomina ſunt verè regenerantia in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vera autem nomina per ſolã lucẽ lucentẽ in tenebris, dantem recipientibus poteſtatem filios Dei fieri. Hęc veritas verè liberat, quia vera ſapientia eſt, fœcunda mox ad grandem æſtimationem. Ecce per ſolum verum nomen mox factum magnimini, ut parva quæq; deſpiciat & calcet. non ne jam liberatus videretur & regnare? Duo hæc, veritas & libertas, ubi ſimul conſpiraverint, & omnem ſervitutem & ſervitutis catenas diſruperint, quam non claritatem hereditabunt? Verè ergo tria hæc, veritas, libertas, hereditas filiorum Dei, perfectum conſtituent in libertatem gloriæ filiorum Dei. Hæc tria Dominus Ieſus tanquàm filius in

ratione ad patrem petenda docuit, quando dixit; *Sic orabitis, Pater noſter.* Ergo nos filii. Sed per quæ? Primò, *Sanctificetur nomen tuum.* ut non ſit vanum nomen. Ecce veritas. *Adveniat regnum tuum*, liberatis à ſervili corruptione. Ecce libertas. *Fiat voluntas tua*, bene placens & perfecta, ut ipſe tu per teipſum ſias merces noſtra magna nimis. Ecce hereditas. Hinc jam planè liquet, quàm facilè dabit Pater quæcunq; petierimus in nomine Ieſu. Petierimus, dico, in nomine non vano, ſed in vero & ſanctificato nomine Ieſu. Quòd ſi in vero nomine petierimus, verum & non vanum nomen habemus. Quòd ſi verum nomẽ, ergo jam filii Dei; quos non ſolùm petentes Pater facilè exaudit, ſed & gaudens audit: adeò, ut non ſolùm hortetur ad petendũ, ſed etiam præcipiat & mandet, ut petamus. Prima igitur omnium neceſſaria ponitur petitio, qua ſanctum fieri nomen ejus petamus in nobis: quoniam illo dato ſponte omnia ſequentur. Falſà verò omnia nomina ſunt & vana, quibus ita Deum cognoſcimus, ut aliquid in cordib. noſtris altius aut ſublimius æſtimemus, aut charius diligamus. Iudicium enim æſtimationis naturaliter notitiam ſequitur; & ex his duobus liberaliter ſua ſponte fidelis amor comitatur. Conſtat igitur fontem, notitiã ſcilicet, ſterilem fuiſſe à principio, quando ignavia comitatur. Math. 6. verſ. 9.

Quomodo hæc ſententia non adverſatur articulo Pariſienſi: & quomodo ſalvetur poſitio Doctoris Sancti per eadem.

CAPVT VIII.

PAriſienſis articulus damnat ſententiam Doctoris Sancti, quia dicit; *Si ratio recta, & voluntas recta.* Cùm tamen expreſſè Scriptura dicat, *nomen Domini turrim fortitudinis.* Et nomen Domini primam partem imaginis tantùm ſigillet, videlicet mẽtem. Neceſſe enim eſt voluntatem rectam eſſe, quando mens tali nomine inſignita. Oportet igitur ſententiam S. Thomæ intelligere de ſapientali rectitudine, vel articulum Pariſienſem de naturali rectitudine tantùm. Dicit enim Apoſtolus expreſſè; *Si cognoviſſent, nunquam Regem gloriæ crucifixiſſent.* Et Ioannes; *Qui dicit ſe noſſe Deum, & non diligit Deum, nondum cognovit* Prov. 18 verſ. 11. 1. Cor. 2. verſ. 8. 1. Ioan. 4 verſ. 8.

Deum. Sunt quidam homines, qui denuntianti veritatem iraſcuntur, & agnita veritate nedum non amant, ſed pejores fiunt, ut, niſi deſiſtat denuntiando, inſaniant. His manifeſtè ratio recta ſcientibus veritatem, ut Annæ & Caiphæ; ſed odioſa veritas propter voluntatem corruptam. Duplex ergo ſecundum ſententiam præcedentis capitis, veritatis notitia etiam clara; quædã ſterilis, gelida, hiberna: quædam vivifica, fœcunda, efficax.

Pars Quinta, de prima petitione, de nominis ſanctificatione. Et primò, quid ſit nomen Dei: & quòd ſingulis tanta eſt notitia, ut ſint inexcuſabiles. Et quid ſit, ſanctificari nomen Dei in nobis. CAPVT I.

SANCTIFICETVR *nomen tuum*. Hæc prima petitio, qua petitur ſanctificari nomen Patris in nobis. Dicitur autem nomen à noſcendo, quemadmodum nota & notitia. Eſt igitur nomẽ ſimplicis rei notitia, qua queq; res cognoſcitur. Nomen ergo Dei notitia eſt, qua Deus cognoſcitur. Et nomen Dei Patris, qua Deus Pater cognoſcitur. Sed hæc Dei notitia diverſa valdè ac diſſimilis eſt in mentibus multorum; quemadmodum Solis lumen diverſum recipitur in diverſis perſpicuis, tùm poſitione, tùm diſpoſitione variatis. Magis enim ſol propinqua, quàm diſtantia illuminat; magis perſpicua, quàm opaca; ſerena magis & limpida, quã turbida vel nubila. Sic mentes quorundam vel corrupta concupiſcentia averſas, & à Deo elongatas, vel craſſiore acumine, vel hebetiore ingenio offuſcatas, minor Dei notitia perſtringit. Sic tamen, quòd quemadmodum nihil tàm opacum denſitate, nihil tàm obſcurum diverticulo, quò non aliquis ſolis radius pertingat: ita nulla eſt mens rationalis, cui non inſit aliqualis Dei notitia. Vt, ſicut verè dictum
Pſ. 19. *verſ.* 7. eſt; *non eſt qui ſe abſcondit à calore ejus*; ſic etiam verè dici poſſit, non eſt qui ſe abſcondat à lumine ejus; licet diverſis, ſecundum quod magis aut minùs contenebrati ſint, lux tamẽ in tenebris lucet, quantumlibet tenebræ non cõprehẽdunt. Nec obſtat, quòd
Ioan. 8. *verſ.* 55. Dominus Ieſus ait Iudæis, loquens de Patre; *Non cognoviſtis eũ*. Quẽ eum? niſi quẽ vos dicitis, quia Pater noſter eſt, & hoc dicẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

es non cognoviſtis eũ. Noverunt eũ, quẽ inhonoraverunt non honorantes Filiũ, quẽ inhonorãtes niſi cognoviſſẽt, non fuiſſẽt mẽdaces. Nunc a. mẽdaces: quia ſi Dominus Ieſus diceret, quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mẽdax. Ipſi ergò mendaciſſimè dicũt noſſe Deũ, ſive non noſſe dicãt. Tanta enim cuiq; impio ſcientia Dei, ut ſine duplicitate, nequitia & mẽdacio prævaricari non poſſit. Noſcit, quod ſatis eſt ad impietatẽ. Neſcit, quod ſufficiat ad pietatẽ. Omnis igitur homo impius mẽdax, & omnis malus ignorãs eſt. Eſt ergo notitia hæc quibuſdã tenebroſa, quibuſdã clara. Et tenebroſa notitia apud Apoſtolũ *ignorantia Dei* dicitur, quæ in quibuſdã ſterilis eſt ad pariendũ ſeu gignẽdũ judiciũ & gloriã Dei, prout Apoſtolus de quibùſdã dicit; *Qui cùm cognoviſſent Deũ, non ſicut Deũ glorificaverunt*. Hi certè ſterile nomẽ de Deo habuerunt, quod non dignũ Deo nomẽ eſt: de quibus latiùs infrà. Docet ergo Dominꝰ Ieſus orare, ut ſanctificetur nomẽ ejus, hoc eſt, ut tale nomẽ Dei, talẽ de Deo notitiã, à Deo inſpirãte accipiamꝰ, qualis Deo digna ſit. Sanctũ n. definitur, quod Deo dignũ. Nec hoc ſimpliciter orandũ à Patre: ſed quẽadmodũ in tertia petitione, quæ ad Spiritum S. dirigitur, adjecta eſt modificatio, ut ſcilicet fiat volũtas ejus in terris, ſicut & in cœlis: ita ſimiliter in his duab. petitionibus inſtruimur orare, ut quemadmodũ ſanctificatur Deo digna notitia & nomẽ Dei in cœlis; ita in terris ſanctificetur nomẽ ejus in nobis. Et ſicut in cœlis jam advenit regnum ejus, ſic & in terra adveniat regnum ejus. *Rom. 1. verſ. 21.*

De duplici nõie Dei, ſalutari, et nõ ſalutari. Et quòd ſẽper fidelis habet piũ nomẽ Dei.

CAPVT II.

QVòd diximus & diſtinximus nomẽ in nomẽ verũ & vanũ, etiã itẽ in nomẽ clarũ & obſcurũ, eodẽ ſẽſu diſtinguẽdũ in nomẽ ſalutare vel ſalvificũ, quo ſine nemo placere poteſt Deo, quod per fidẽ & in fide inſpiratur: & hoc ſalutarẽ ſapientiã præſtat. Et nomẽ non ſalutare neq; ſalvificũ ex ſe, quod non ad ſalutarem ſapientiã efficit. Sapiẽtiã a. dicimus Dei notitiã. Et quiſquis ſapientem ſe eſtimat, earum rerum cognitione quas potiſſimas æſtimat, ſapientem ſe judicat. Has enim ſibi pro Deo conſtituit. Nulla igitur alia Dei notitia ſalutaris ſapientia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

niſi quæ ſancto Dei nomine finaliter fructuoſa eſt. Hoc enim ſalutare dicimus, quod ſalutem adfert aut ſalvat. Salvum autem nihil eſt, quod non ad debitum finem pertingit. Salus n. tutela eſt à perditione: perditum a. quod non venit ad finem. Hæc aūt ſapientia ſalutaris parvo quidem initio, quia ſicut granum ſinapis in infantili fide ſeminatur, creſcit a. & proficit in meſſem ingentem & incomprehenſibilem; ſi in bona & optima terra diligenti cura perſeveranter in finem colitur. Et hoc Dominus Ieſus inſinuat, cùm docet orare ut *ſanctificetur nomen Dei*. Quo modo enim orabit Deum, qui non parvum nomen de Deo habet? Et quare orabit ſanctificare nomen Dei, ſi jam perfectum eſt? Semper ergo fidelis habet pium nomen Dei, confeſſum nomen Dei, benedictum nomen Dei, laudabile nomen Dei, exaltatum nomen Dei, magnum nomen Dei, glorioſum nomen Dei. Sed quia non eſt in terris, quale eſt ſanctum nomen ejus in cœlis, ſemper monemur orare ut ſanctificetur nomen ejus in nobis, quemadmodum in cœlis. Nomina verò non ſalutaria, quæ de Deo per humanam exercitationem, vel naturalem induſtriam concipiuntur, non ſalutem efficaciter conferunt; licet nonnunquàm diſponant & conferant ad ſalutarem ſapientiam recipiendam.

De nomine Dei prophano, quid ſit, & ad quantam ignominiam adducit. Et quod ex Dei nomine pii & impii ſunt, quales ſunt. Et quòd nomen Dei creſcit & decreſcit in nobis.

CAPUT III.

Rom. 1. verſ. 23. DE ſapientia & nomine Dei non ſalvifico & vano, ſive prophano quorundam, ſcriptum eſt; *Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis.* Non enim Deum ipſum mutare potuerunt, ſed quod in ipſis vivo charactere ſcriptum nomen Domini commutaverunt, polluerunt, corruperunt, & propterea juſtè traditi in deſideria cordis ſui, in immundiciam, computuerunt ut jumenta in ſtercoribus ſuis.. Gloria ergo Dei, & blaſphemia Dei, & univerſalis omnium hominum, dæmonum, & angelorum in Deum voluntas, quia ex eorundem in Deum judiciis & æſtimatione

ſunt,

unt. Iudicia a. & opinio de Deo omnis ex prima notitia, quam habemus de Deo: quæ, ſi ſimplex fuerit, nomen eſt Dei; ſi explicita, definitio eſt nominis Dei. Ideò quæcunq; ſive in ſtudiis operationum noſtrarum, ſive in judiciis ſententiarum noſtrarũ, vel tractando vel decernendo gerimus in Deum, omnia ex nomine Dei in nobis geruntur. Quale en. nomen habem⁹ de Deo, quales & fiunt judiciorum noſtrorum de Deo noſtro ſententiæ; qualis & ſtudiorũ noſtrorũ diligentia. Quò fit, ut qui magnũ nomen de Deo ſuo habet, magnè & judicet, magnè & velit: & qui ſanctum nomen, ſanctè velit & ſentiat de Deo ſuo. Et qui exile, contemtibile, & vile de Deo ſentit, exiliter, viliter, contemtibiliter, aliquádo etiá deteſtabiliter, exſecrabiliter judicet, & velit: ideò ut omni in actione noſtra, nomen quod primũ & potiſſimũ de re habemus, judiciorum omnium noſtrorum & ſtudiorũ origo eſt. Quò fit, ut qui malignus in Deum eſt, malignum nomen habet in Deum: & qui pius, pium nomẽ. Nam ſi nomẽ ori-go eſt actionum, erunt actiones argumenta nominis. Oẽs igitur hoẽs, pii & impii, ex noĩe Dei ſunt, quales ſunt. Et nomẽ Dei diſcernit inter filios perditionis & ſalutis. Nec ſoli illi hoẽs impiè de Deo ſenſerunt, qui gloriá incorruptibilis Dei in ſimilitudinẽ corruptibilis hominis commutaverunt, ut reges ſuos aut impotentes principes deificarẽt. Habebant ſaltẽ aliquod divinæ præſtantię veſtigium, celſitudinẽ, poteſtatem ſcilicet, & majeſtatẽ. Sed qui vel in bovem, vel in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. Hi vilius aliquod & exilius nomen Dei habuerunt, ut utilitatem & proventum deificarent. Qui verò cõcupiſcentias ſuas, Venerem, Cupidinẽ; hi beſtiales facti ſunt, velut equus & mulus, quib. non erat intellectus aut veritas. Magis a. abierunt in regionem diſſimilitudinis, qui repellentes à ſe Deum dixerũt, non eſt Deus. Omnium a. maximè alienati & elongati à Deo, qui ſuum Deum oderunt: hi etiá malum nomen Dei. Ex omnibus his colligere erat, & creſcere & decreſcere nomẽ Dei, & cõmutari, & creſcere, & profici, mundari, ſanctificari, & exaltari, & glorificari: decreſcre, deficere, pollui, profanari, derogari, de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

primi,& blaſphemari. ut in omnibus quale ſit nomen Dei, tales etiam ſint homines: & è converſo, quales ſint homines, tale ſit in eis nomen Dei.

Qualiter nomen creverit ab initio uſq; poſt Chriſtum, ad omnimodam idolatriæ abolitionem: qualiterq; baptiſmus iſte in nomine Dei iterari, creſcere, in quolibet homine quotidie poteſt, agente Spiritu Sancto.

Caput IV.

QValiter a. creverit nomen Dei ab Abraham uſq; Petrum,& Paulum, & Apoſtolos, videre eſt illi, qui opera Dei ex temporum decurſu intuetur. Reſpexit Noe,& promiſit Abraham, ſervavit in Iſaac, dilatavit in Iacob, clarificavit in Ioſeph, magnificavit in Moſe, ſalvavit in Ioſue, ſuſtinuit ſub Iudicibus, ſãctificavit in David, glorificavit in Salomone, erudivit in Prophetis, publicavit in & poſt captivitatem Babylonicam, erudivit, correxit, mundavit Euangelio, conſummavit in Apoſtolorum doctrina, ita ut re ablata non ſint de ſub cœlo nomina idolorũ; neq; ſit memoria eorum amplius publica & famata profeſſione. Sic exaltatũ nomẽ ejus ſolius, licet perſonali corruptione, proh dolor, multi factis Deum negent, quantumvis verbo confiteantur ſe noſſe Deum. Qualia enim quiſq; facit, talia vult: & qualia vult, talia judicat & novit. notitia autem nomen eſt. Quòd licet unicum & ſimplex habeatur, non tamen incommutabile ad pejus aut ad melius, ut ex bono poſſit homo non quolibet die, ſed etiam quolibet momento, baptizari in meliori nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et ex meliore in aliud melius, donec ad optimum illud nomen regeneretur, in quo non ſolũ ſalvetur, ſed plenè etiam beatificetur, & Deo ſuo ſimilis conjũgatur. Nomen enim Dei (ut ſuprà patuit) in nobis Dei ſimilitudo eſt, fœcunda ad pariendam gloriam: nomen autem & gloria ad germinandum deſiderium, dilectionem & amorem. Exterior ſacramentalis baptiſmus initerabilis: ſpiritualis a. ille & vivificus baptiſmus totiens iterabilis, quotiens ut proficiamus admonemur; quia in ſingulis profectuum gradib. novo ſemper Dei nomine baptizamur. Verùm hæc iteratio & interioris hominis innovatio Spiritu Dei agente, & innovante, & mundante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſt. Exterior verò ille,quem iterare non licet, primus eſt gradus ivinæ agnitionis,quo corde creditur ad juſtitiã,& ore & opere tata confeſſio,ut ſancto baptiſmo ſubiẽs confiteatur ad ſalutẽ. ab hoc gradu divinę agnitionis omni fideli nõ ſolũ omni die, d omni etiam momẽto,facultas interiore baptiſmo baptizari, creſcere in Chriſto;& ſi non aliter,ſaltem deſiderio,optione, ratione, obſecratione pulſare,orare,obſecrare licet,ut innove- ur in interiore homine,ut creſcat,reformetur,& magis Chriſto onformetur. Quæ ſi oret,& Patrem in nomine Ieſu roget,ni- il hæſitet,quia dabit. Neque minus Dominum Ieſum ſi oret in omine Patris,minùs daturum puto; aut Spiritum Sanctum in triuſq; nomine,Patris ſcilicet & Filii,ſi oremus,non ſurda au- puto,quas ipſe ſuo inſtructu excitavit,preces repulſurũ. Ec- e,in quanta meſſe ſpiritualium bonorũ,& ſub quàm benigno œlo, in quàm ubere ſolo,ſed ignavum colonum, conſtituit te ominus Deus tuus. Erubeſce ignaviam,excute torporem,in- deſce oblato,concupiſce concupiſcentia,exerce ſolum,potire œlo. Nunc potes in terris,quod poſteà non poteris in cœlo,ſed eq; indigebis: non n. habebis poteſtatem jugiter villicandi.

Quòd hanc innovationem profectum petimus, quando oramus ut ſanctificetur nomen Dei in nobis. Et triplici manſione Dei, ſecundum tres gradus ſanctificationis; & triplici actu ſacerdotali, & ſabbatiſatione.

CAPUT V.

HAnc innovationem,renovationem,profectum, acceſſum ad Deum quotidianum,puto ſignificari, comprehendi, & npetrari in hac oratione Dominica,qua petimus,ut nomẽ ejus n nobis,velut in Dei templo,ſanctificetur. Sanctificatur n. quã- o à prophanis expurgatur:& quantò magis à prophanis expur- atur,tantò ſanctificatur magis: quantoq; magis ſanctificatur,ad eum acceditur. Acceditur aũt conformitate , non paſſibus. Queadmodũ qui terrena terreni, carnalia carnales,& qui beſti- lia beſtiales,& qui diabolica diabolici,& qui ſecularia ſeculares ũt; ita qui tota mẽte Deũ quęrũt,divini fiũt ac Dei ſimiles; ut al iſſimè graviſſimeq; dictũ ſit, *in prĩcipio cõditionis humanæ factũ* Gen. 1. verſ. 27.

hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Hæc Dei ſimilitudo minor majorq́; eſt in hominibus, quantò fuerit amor gloriaq́; Dei ex caſtiore & ſanctiore nomine Dei. Per ergo ſanctum Dei nomen imago efficimur Dei, ſimulacrum Dei, ſtatua Dei ſancta, in nomine ejus ſanctificata. Et quia Deus oīm conditor & conſervator ubiq; præſens eſt, nequaquā ſtatuā ſuo nomine cōſecratā, ſuum ſimulacrum, ſuā ſibi ſimillimā imaginem deteſtabitur: ſed ad eam veniet, & manſionem apud eam faciet, & habitabit, deambulabitq́; in ea, ut jam non ſolùm ſimulacrum Deo, ſed templum latiſſimum, omnib⁹ Libani lignis & lapidibus, argento & auro, vaſis & miniſterio ornatiſsimum, ad invocādum & ſanctificandum nomen Domini. Verùm hæc templi prærogativa perfectis viris, qui ſeculo cum actib. ſuis elongatis, manentes in ſolitudine vacant, vident, quoniam ſuavis eſt Dominus. Reliquis non templum, ſed tabernaculum, quale Moſes erexit in deſerto. Incipientibus autem neq; templum, neq; tabernaculum, ſed parvum ſacellum, quale fuit Ægyptum egredientibus, quando Iethro ſacerdos Madianites venit ad Moſen generū ſuū. Et aptiſſimè cum creſcente Dei notitia crevit etiam Dei domicilium. Incipiunt n. qui egrediuntur ex Ægypto; proficiunt, qui ſequuntur ſacræ columnæ ducatum. Perfecti ſunt, quos emiſſa lux & veritas deduxerunt, & adduxerunt, ut pacifici regnarent in monte ſancto Dei, & illuc aſcendentes illic habitant ſine macula, operantes juſtitiam, ædificantes æternā Dei domum, toto orbe celeberrimū templum. Patet ergo ex prędictis, quomodo invocatum ſuper nos & naturaliter inſitum nomen Domini, ut ſanctificetur, oportet per nullam idolatriam prophanetur, ne videlicet tribuatur falſo judicio illi, quod natura Deus non eſt, ſi vero judicio illi tribuatur, cui cōpetit. Secundò ad hoc planè ut ſanctificetur, oportet ut digno cultu obſervetur. Sunt hîc ergo tria. Primum eſt, memoriæ inſitum nomen Dei. Secundum eſt, intelligentię rectum judicium. Tertium eſt, voluntatis dignum ſtudium. Igitur in ſanctificatione nominis Dei reformatur ſpiritu Dei totus interior homo, qui ſecundum Deum creatus eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

n eo verum ſabbatum dies ſeptimus. Sic n. ab omni opere ſervili quieſcitur; non autem à ſacerdotali. Licet n. in templo negotiari & facere opera Dei. Sed quoniá inter ſacerdotalia quoddam eſt altaris æneì, quò omnis ſacerdos quotidie, & non ſolus accedebat. Aliud opus altaris aurei & thymiamatis: & ad ipſum quotidie ſacerdos unus tantùm, qui vice fungebatur, intrabat. Tertium verò negotium ſacerdotale erat ſancti ſanctorum; & ad id ſemel in anno ſolus ſummus ſacerdos intravit. Sic oĩa hæc ſacerdotalia & ſanctificationis negotia ſunt; multum nihilominùs inter ſe gradu, ordine, & dignitate diſtátia. Liquet profectò non ſolùm eſſe ſabbatum & ſabbatum, ſed etiam & quòd præſtantius ſabbatum ex ſabbato. Et credo ego etiam in hac ſervitute corruptionis multas eſſe taliũ ſabbatorum ex ſabbatis ſucceſſiones, & beatum tranſitum non ſolùm ad ſecundum, ſed & ad tertium ex ſecundo. Beatus profectò, cuicunq; datum ſedere in tabernaculo fiduciæ. Beatior, cui in plenitudine pacis. Beatiſſimus, cui in requie opulenta. Planè ſecretum adeptus ſecretorum, quod nemo ſcit niſi qui accipit. Quod apud Scholaſticos eſt ſubjectum in eſſentia, hoc filiis lucis in vera ſapientia nomẽ Dei.

Quòd omnis beatitudo noſtra eſt ex nomine Dei, quodq́; neceſſarium, ut cultu ſolitudinis exerceatur, tribulis exſtirpatis. Et quanta miſericordia proviſum nobis per idem nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sãcti, qui puri nominis ſumus incapabiles.

Caput VI.

Fit ergo ex prędictis, quia ſanctorum Dei ſententia, ſapientia eſt; & vera ſapientia eſt, quia ſalvifica in vitam beatam, quantò beatitudinem attollamus, laudemus, magnificemus, glorificemus, tantò ſanctorum ſapientiam attollamus, laudemus, magnificemus, glorificemus. Et quia beatitudo & ſapientia hæc nomine Dei originaliter, ideò juſtè laus hæc univerſa & confeſſio, magnificentia & gloria, primo & humili grano frumenti, unde omnis hæc meſſis orta eſt, nomini Dei tribuatur, & dicatur; *Magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum*. Quemadmodum n. fœcunda beatitudinis meſſis ex ſapientia, & ſapientia ipſa ex timore Domini ſancto, ut ſit ipſe timor Domini ſanctus ſapien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

tiæ principium, ac per hoc & beatitudinis: ita timor Domini ſanctus ex nomine Dei ſancto, ut univerſa illa ſeges ex Dei nomine pullulet. Vis igitur horrea tua beatis ſapientiæ opibus cumulari? ora, operam da, quò ſanctum, fœcundum, vivificum granum in agro tui cordis inſeratur: zizaniis, ſpinis, tribulis exurendis, eradicandis inſuda. Quoniam niſi in ſudore vultus tui non comedes panem tuum. Facilè hîc fidelis agricola videt, quã ſit huic grano ſerendo & colendo neceſſaria fuga, elongatio, manſio in ſolitudine, ſeſſio, vacatio, ut videat & guſtet quoniã ſuavis eſt Dominus. Niſi n. fugiendo, elongando, manendo in ſolitudine, ſedendo, & guſtando non guſtatur quàm ſuavis eſt Dominus. Viſio autem hæc & guſtus per clarum & ſuave nomẽ, quod eò clarius, eoq; ſuavius, & excelſius eſt, quò in ejus corde cetera omnia vilia & exilia & ſterilia judicantur. In illo igitur homine primùm Deus, deinde Dei nomen, deinde timor Domini ſanctus, deinde fœcunda ſancti timoris per pietatem, ſciẽtiam, fortitudinem & conſilium negotiatio ſancta, donec experimento & proventu per intelligentiam ad ſolium ſapientię cõſcendat, ubi non ſolùm claro regno præſideat, ſed beata quiete in omnibus Deo ſuo perfruatur. Has opes, hanc claritatem, has delicias Dominus Ieſus, ſed his qui habent aures audiendi, promiſit, quando dixit; *Ite in orbem univerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Et non mediocriter attendenda dignatio condeſcendentis Dei, ut de etiam angelis incomprehenſibili trinitate conceptum aliquem pietatis haberemus, Patrem dixit, & Filium, & Spiritum Sanctum: cùm tamen hæc nomina, ubi ſine tropo ponuntur, in hominibus carnaliter generantibus & genitis reperiantur. Dignatur n. noſtræ infantiæ occurrere, dignanterq; pietatis affectionem acceptare, qua ſaltem de Deo ad Deũ, ſicut de patre ad filium ſentiamus. Quoties n. quiſq; noſtrũ eſt, qui Deum cogitare poſſit mentem primogenam, hoc eſt, primo fœcundam ad omnia mentis munera obeunda? Deinde Verbũ illud mentis menti illi per omnia ęquum & ſimillimũ, & ex illa

Marc. 16 verſ. 15. Matt. 28 verſ. 19.

mente ex tali Verbo amorem utroq; digniſſimũ. Propior quidem hæc de Deo noſtro cogitatio eſt, quã & filius tonitrui Ioãnes in principio Euangelii ſui inſinuavit, & per latiſſimam ſacræ paginæ ſuperficiẽ ſparſa reperitur: ſed infirmę multitudini ex prȩlatis nubibꝰ hoc tonitruũ ſenſibilius aliquid cogitare de Deo indultum animali homini, ut ſic de Deo ſuo cogitet, quomodo quiſq; de ſe & de ſuo patre experitur. Sed ut per ſumma mentis faſtigia de DEO cogitet, vix exercitatiſſimis Academicis, quorũ ad id omnis vacatio fuit, conceſſum eſt. Neq; noſtrum aliquis hoc putet inventum aut cogitatum, olim per Prophetã promiſit Deus, *ſuperſcripturũ legẽ ſuã ſuper latitudinẽ cordis populi ſui.* Et ne quis altiùs hoc trahat, vas electionis, Apoſtolus Paulus, non contentus dixiſſe *tabulis cordis*, addidit inſuper *carnalibus*: ut etiam organicam ſenſibilẽ apprehẽſionẽ vulgo poſſibilẽ, doceret acceptabilem Deo. Quia verè propter tabulas cordis carnales oportet dicere Patrem, Filiũ, & Spiritũ Sanctum. Multùm igitur amplectenda dignatio Dei noſtri ſuper nos, quando arduũ illũ divinorũ nominũ callẽ, vix propheticis, non dico pedibus, ſed pennis & alis perviũ, tàm benigna expoſitione explanavit, ut jam ſanctè, fœcundè, ſalubriter de DEO ruſticus per nomen Patris & Filii & Spiritus Sancti cogitat magis, quã ante Euangeliũ Philoſophus, Patriarcha & Propheta cogitarent. Quis unquàm potuit truncatã ſilvã illam ſacrorum in ſcripturis nominum explicare, ut nunc *El*, nunc *Eloha*, nunc *Elohim*, nunc *Adonai*, nunc *Iah*, nunc *Iohavah*, quod non Abrahæ revelaverat, *Eheje AZer Eheje* diceretur; & hęc ad rudẽ populũ dicẽda noĩa mãdaret, quæ nec Patriarchę ipſi & Prophetæ ad plenũ diſſerere potuerũt. Et quędã ita apud illos noĩa ſunt, ut neq; difficilẽ conceptũ habeãt, ſed ſupra oẽm cõceptũ cõnotativũ, abſolutũ quid ſuſpicãdũ ingerãt, ut ſecũdę magis, quod ipſũ tamẽ nefas eſt, intẽtionis ſit, quã primę ſit nomẽ. quid n. aliud dicere licet de *Iah* & *Iohavah* & præſertĩ *Iohavah*, quãdo nullus cõceptus affixus vocabulo, niſi illũ cogitãdũ qui ſuper oẽm cogitatũ? Per ergo cogitatũ noſtrũ de cogitatu Dei & ſecunda

Ierem. 31 verſ 33.

2. Cor. 3. verſ. 3.

intentione

intentione de prima intendimus. Neq; in hac noſtri carceris anguſtia poſſum⁹ aliter de Deo noſtro cogitare, niſi velimus ad cõnotativa recurrere, ut jure ſuo Dominum dicamus, opere ſuo cõditorem, ex integritate operis creatorem, ex proventu benefactorem, ex neceſſitate noſtra paſtorem, ex periculo ſalvatorẽ, ex miſeria liberatorem, ex debito redemptorem, ex reatu propitiatorem, ex gratia donatorem, ex indulgentia patrem, fratrem, amatorem, ut verè *Abinu Achinu Achabinu* dicatur, intelligatur. Et ſic placuit Spiritui Sancto per Apoſtolos & Evangeliſtas omnem illam ſcrupuloſam aſperitatem uno nomine complanare, ut haberet ſancto timore ſemper manente ſemper præſentem majeſtatem, quam ſanctam venerando, ſemper indulgentẽ experiendo, Dominum & Patrem amaret, & revereretur. Hæc ſunt nomina Dei, quibus templa Dei ſanctificantur, ſingulis ſingula in ſuis cordibus, & propterea tantaq; varietate ſpectabilia atq; cõſpicua, ut ubi in Eccleſia illa magna ſingula corda contueri licebit, nullius cum altero de Deo ſuo nomen merè univocum ſit, quo verè illic quiſq; in altero Deum ſuum glorificet. Quemadmodum enim non eſt diverſo colore affectis oculis eadem viſio, neq; diverſis palatis idem ſapor per omnia, propter complexionis diverſitatem: ita propter diſcreram mẽtis conſperſionem in ſingulis non per omnia idem nomen, neque idem judicium. Faciat ad hoc ſimilitudo variorum beryllorum, citrino, rubro, viridi affectorum, ac per hoc judicia videntium in diverſis diverſificantium.

Quòd nomen Dei nobis ſecundæ intentionis nomen eſt: & quòd pietate ſanctificatur interim in nobis, quàm diu neſcimus nomen ejus, & diverſa nomina diverſis ſunt ſecundum diverſitatem affectionis unicuiq;.

CAPUT VII.

IN divinis intẽtio ſecunda perſona ſecũda. Nec oportet ibi ponere mentẽ, velut ſubſtantiã, penes id, quo actuatur aut perficitur in creaturis, ut ſit ſubſtantia ante potentiam, potẽtia ante habitum, habitus ante actũ, ſed actũ perfectiſſimũ; quia vitã in ſeipſo manẽtẽ, & nihilominùs per ſe exiſtentẽ intentionẽ, & ſummã intellectualẽ notionẽ, cujus intẽtio ſimillima Verbũ

filius eſt. Filius enim ſecundæ intentionis nomen eſt, ſicut
atris. Vtrumq; en. rationalis naturæ gignens aut genitum eſt.
ujus nomen ſanctificari poſcimus in nobis, qui neſcimus no-
en ejus, & nomen Filii ejus. Verùm interim pietate ſanctifica-
ır, & magis in nobis nomen ejus per affectionem charitatis,
uàm ſanctitate veritatis. De quo dicit filiis miſericordiæ; *A-* Matt. 25.
en dico vobis, quotienſcunque feceritis uni ex his minimis in no verſ. 40.
ine meo. Nomen, dico, non agnitionis depuratæ, ſed piæ affe-
ionis, ut qui propter Deum dederit calicem aquæ frigidæ, vel
ui in nomine ejus, hoc eſt, propter eum refecerit eſurientem.
: penes hoc nomen pię affectionis diverſa ſunt nomina Dei, ut
ii admirabilis, alii conſiliarius, alii Deus, alii princeps pacis, a-
pater futuri ſeculi, alii Emmanuel , alii benedictum nomen
omini ex hoc nunc & uſq; in ſeculum. Aliis à ſolis ortu uſque
l occaſum laudabile nomen Domini. Aliis nomen Domini
rris eſt fortitudinis, & juſtus currit in illud. Aliis ſuper exalta-
m eſt nomen ejus ſolius. Ecce, quàm varia filiis lucis nomina
Dei unius in cordibus diverſorum. Puto quemadmodum lu-
inis, puta ſolaris, efficaciam nullus unius coloris ambitus ex-
aurit, unde nec unum genus florū, imò nec omnes flores quan
libet varietate; ita nos divinæ ſimpliciſſimæ naturæ fœcundi-
tem, neq; una quęlibet pietatis affectio adæquaret, neque oēs.
t quemadmodum in floribus & gemmis, una ſi deeſſet ſpecies
olorum, defectus argueretur incompleti & hiantis ordinis; ſic
peciebꝰ affectionum pietatis una quęlibet ſi deficeret, aut juſto
o fructu privaretur, argueretur ordo interruptus.

De nomine Dei ſancto & terribili, & quomodo initium ſit ſapientiæ timor Domini imperfectis in charitate: Et quòd ſanctum nomen ſine timore manet his, qui à dextris ſunt in æternum, ſicut nomen terribile his, qui à ſiniſtris ſunt, etiam æterū manebit.

CAPVT VIII.

DIcit Propheta; *Sanctum & terribile nomen ejus: Initium ſa-* Pſal 111.
pientiæ timor Domini. Sicut enim ſanctitas religionem & verſ. 9.
acerdotium poſtulat; ita timor timorem exigit. Sollicitum Prov. 1. verſ. 7.
ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ergo ſacerdotium parit in nobis verum ac dignum nomẽ ejus. Diſcamus digna Deo religione Deum colere. Et quæ dignior, quàm perfectis muneribus? Et quæ perfectiora munera, quàm ſanctæ jugis meditationis, claræ laudis, integræ volũtatis? Hanc ſtatim religionem, hoc ſacerdotium, timor Domini docet. Benè igitur initium ſapientiæ dicitur; ſed his, quibus adhuc neceſſe eſt creſcere. Qui enim charitate perfecti ſunt, his in charitate timor non eſt neceſſarius. Didicerunt enim & certi ſunt, quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum; ſed ad vitæ fontes aquarum, ſuper omnem creaturam ſublimes & fœcũdè ſcaturientes ad ſeipſum, deducet eos Pater, frater, amator æternus, & fugiet omnis dolor & gemitus. Erit nihilominùs nomen ejus his, qui à ſiniſtris erunt, terribile in æternum; ſicut in æternum ſanctum his, qui à dextris erunt. Sanctum, dico, Deo dignum, quo in æternum per veram ſapientiã dignè Deum cognoſcent, quando videbunt eum ſicuti eſt. Et illud hoc ſanctum experimentaliter cognitum nomen Dei, adjuvante Deo fœcundum erit ad parturiendam æſtimationem grãdem de Deo, ut verè magnificet anima noſtra Deum; quia laus, honor, & gloria non aliud ſunt, quàm agniti boni magnum judiciũ. Et hęc duo naturalitet impetuoſa, prorumpere in amorẽ & beatã fruitionẽ, & ea jã conſũmata felicitas eſt, qua homo, ad imaginem & ſimilitudinem Dei à Deo conditus, vera perfecta imago eſt ſimilis Deo, & adeò ſimilis, quẽadmodũ aurũ in igne igni ſimillimũ, ut ardeat & luceat quẽadmodũ ignis, prorſ9 igni imbibitum, & penetratũ, & unitũ, ut verè unius cum Deo ſpiritus factus ſit, ſicut aurũ igne ſolutũ. Ad hanc unitatem quouſq; non pervenerit, petere, pulſare, quærere jubemur, ut ſãctificetur nomen ejus in nobis. Nomen non æquivocum ſcilicet, non cõmune, non prophanũ, ſed propriũ & dignum Deo, & quod eſt ſuper omne nomen, rapiens ad ſe omnem voluntatẽ nominantis & cognoſcentis, verè ſanctũ nomen & benedictũ, in quo ſanctificatur domus ſupra quam invocatur. Eſt n. oleũ effuſũ, meli9 omni reliquo unguẽto pretioſo, quia in illo ſanctificatur dom9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Dei, & oĩa vaſa ejus. Et eſt *nomen Domini turris fortitudinis, ad quã currit juſtus*. hoc nomẽ Domini, quod venit de longinquo. *Prov 18 verſ. 11.*

Qualiter orat Propheta pro his, quibus tàm vile nomen Dei, ut turpitudinem, vanitatem, malitiam non deſerant, quò confundantur, erubeſcant, & quærant per timorem nomen Domini ſanctum. CAPVT IX.

Vm dicit Propheta; *Imple facies eorum ignominia, confundantur, conturbentur uſquequaq;, erubeſcant & pereant*, vi- *Pſal. 83. verſ. 15. & 16.*
entur graves maledictiones eſſe, ſicut & pleraq; in hoc Pſalmo præcedentia, & in aliis Scripturę locis. Verùm ſi advertatur quod ſubditur; *Et quærent nomen tuum*. Et iterum; *Scient, quoniam tu es, & Dominus nomen tuum, & tu ſolus excelſus*. Non tã comminatio & maledictio, quàm votiva imprecatio intelligẽda videtur. Quid n. deſideratius eſſe poteſt peccatori, quã ut cũ publicano à longè ſtãs, neq; oculos ſuos levare audẽs ad cœlũ, cõturbetur, cõfundatur & erubeſcat, faciẽ impletus ignominia quærat nomen Dei, & cũ Magdalena retrò ſecus pedes Domini erubeſcat, pereat à priſca ſua cõſuetudine, exuat veterẽ hoĩem, & à veteri homine in novitatem vitę tranſiens cũ omnib. ſanctis, quoniã Deus excelſus ſolus, & nomẽ *Iohavah*, nomẽ incõmunicabile ulli extra ſe. Hæc ſcientia ſalutaris propriè eſt filiorũ ſtantiũ & videntiũ quoniã excelſus eſt Dominus, & quoniã exaltatũ eſt nomen ejus ſolius: quam ſcientiã, quẽ guſtũ nemo ſcit, niſi qui accipit; quod nomẽ qui ſcit, non facilè nomẽ Dei ſui in vanũ aſſumit. Ad hujus nominis ſcientiã, ad hunc de Deo ſenſũ, ad hoc de Deo judiciũ pertingere, eſt ad cor altũ adſcendere, eſt ad Deũ exaltari. Velut n. in imo Deum conſtituunt, qui nihil tàm grande, ſublime, magnificũ de Deo ſuſcipiũt, ut pro ejus ęſtimatione neq; ſordes ſuæ vanitatis exhorreſcant; tã de Deo humiliter, viliter & exiliter ſẽtiunt, ut malint ſordiũ ſuarũ volutabro cõtaminari, quã ſãctiſſimo illi⁹ amoris amplexu perfrui. Humile profectò, exile, & vile apud illos nomẽ Dei, eorũ quib. potior & charior turpitudo, vanitas, ſtultitia, nequitia, malitia; quã benignitas, benevolẽtia, ſapiẽtia, veritas, ſanctimonia. Verè cõtaminaverũt, cõmutaverũt gloriã Dei ſui oẽs peccatores terrę in ſimilitudinẽ vituli cõedẽtis fœnũ, & op⁹ manuũ

ſuarum adorant, quando magis ſuam vanitatem, vilitatẽ, & corruptionem ſectantur, quàm ſanctæ illius cognitionis ſublimitatem, ſancti nominis majeſtatem. Salubriter ergo facies illorum implentur ignominia, feliciter confunduntur & conturbãtur, benè beateq; erubeſcunt & pereunt. Qui verè ſciunt nomen Domini, qui verum, purum, ſanctum divini nominis conceptũ habent, ſic de Deo ſuo ſentiunt, ut ejus æſtimatione cetera omnia velut ab alto deſpiciant, & ſenſu quodam interioris guſtus dicant; *Domine, quis ſicut tu?* Hoc eſt nomen Domini magnũ, quod laudabile eſt ab ortu ſolis uſque ad occaſum. Hujus nominis altitudo licet incomprehenſibilis ſit ſtultis, omnibus tamen ſanctis & filiis gratiæ eſt comprehenſa. Et hoc nomine invocato & ſuſcepto ſalvabitur omnis homo, de quacunq; neceſſitate aut tribulatione quis clamaverit ad Deum ſuum. Hoc ſanctum Dei nomen, quocunq; ingreditur, omnia prophana exterminat, domum mundat à ſordibus vanitatis, & ſanctificat ſanctum templum Dei, quovis modo ingrediatur, ſive per timorem, ſive per tribulationes ignominiæ, confuſionis, conturbationis: ſaltẽ vivificum & ſanctum, id eſt, Deo dignum nomen ingreditur.

De diverſis nominibus recapitulatio: Et quòd licet Latinus & Græcus unicum nomen Dei duntaxat habeant, unicuiq; tamen ſingulare nomen ſecundum ſuum conceptum. De hoc nomine, & de pluralitate nominum ſubſtantivorum apud Hebræos.

CAPUT X.

EST autem nomen æternum increatum, quod habet ſapientalis viſio de neceſſario ente viſo. Et eſt nomen creatũ, quod habet ſupremus intellectus creatus de Deo viſo, id eſt, mens Domini Ieſu. Eſt & nomen internum, quod habet ſecunda mens virgo mater, ſecundũ gradus paternitatis ſcalæ *ſuperiùs* poſitæ. Omnis enim qui eſt in gratia, habet unum nomen de Deo ſecũdum gradum ſuæ viſionis. Quiſq; enim in ſuo calculo lapide ignito inſcriptum nomen habet viſionis, æſtimationis, fruitionis quod nemo novit niſi qui accipit. etſi unicum tantùm nomen Dei videatur apud Latinos & Græcos; apud Latinos *Deus*, θεὸς apud Græcos, Hebræi n. plura nomina ſubſtantiva ponunt Dei.

Manifeſtè

Ianifeſtè *Salomon, Proverb.8.* quando dicit, *Iehaliel ohabe Ies,* pnit *Ies* nomen Dei ſubſtantivum, ſicut *Ehola, Iah,* & *Iohavah.* unt ergo præter pluralia de *El* & *Eloha,* ſex nomina ſubſtantiva pud Hebræos; *El, Eloha, Elohim, Iah, Ies, Iohavah, Eheje, Aſer,* *heje h.* Et valdè rationabiliter poteſt ſalvare hæc pluralitas divi-orum nominum ſubſtantivorum & abſolutorum, cùm certæ nguæ, ſive Grammaticæ, ſive barbaræ, duntaxat unum nomẽ)ei ſubſtantivum habeant & abſolutum. Rationaliter dico tã-um, quia probabiliter ſaltem ad hominem. Latini, tametſi vo-le nomen unum tantùm habent *Deus*, non tamen eundem onceptũ ejus nominis habent idiota hebes, idiota acutus, acu-us indoctus, & acutus doctus, doctus inexercitatus, doct⁹ in hoc : ad hoc exercitatus, exercitatus pietate acutus, acutior exerci-tior, & acutiſſimus exercitatiſſimus, habent conceptuum gra-us penè diverſos penes gradus acuminis naturalis, exercitio tan ùm ſcholaſtico adjuti. Quid ergo conjectandum de nomine nctificato per orationem impetrato, cùm petitur ut ſanctifice-ır nomen ejus, quo dignum Deo nomen ſit? Hoc nomen ego on jam ſeptenario aut octonario variari puto, ſed neq; mille-ario: ſed unicuiq; ſanctorum proprium penes menſurã diſtri-utionis Spiritus Sancti. Omnium a. nominum quædam in-uitiva, quædam abſtractiva: ſive quædam per ſpeciem, quædam er fidem. Et naturaliter abſtractivam notitiam intuitiva præce-it, velut ex qua gignitur ſeu cauſatur; ſed non in his quæ per dem aut gratiam. Et harum notitiarum utraq; duplex, confuſa : determinata. Vtrum a. in hac vita habeatur notitia Dei intui-va? & utrum damnati momentaneè, ſecundum Gerſonẽ, vel mper habeant notitiam Dei intuitivam, in augmentum da-nationis oditivè, nõ amativè, Deum videntes? Item, utrũ an-eli proficiunt, & beati inviſione Dei intuitiva? & cetera, quę de otitia & viſione Dei quadrarent ad propoſitum, quia alibi ſcri-ſi, hîc cauſa brevitatis omitto.

Quòd, quoniã in Scripturis ſacris hortamur benedicere, timere, laudare nomẽ Domi i, &c. quæ latriæ ſunt, intelliguntur de nomine increato; quodq́; de nomine creato Domini Ieſu, virginis matris, beatorum quoq; omnium, nedum ſed & viatorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

CAPVT XI.

Pſal 103 verſ. 1. QVando dicit Propheta; *Benedic anima mea Domino, & omnia interiora mea nomini ſancto ejus*: cùm de interioribꝰ noſtris nomen Dei ſit, & omnia interiora benedicant nomini in ſancto ejus, num nomen ejus ſanctum ſibi benedicet? Licet enim ſanctum Dei nomen in nobis magnum Dei donum ſit, & inter ſancta Dei opera benedicendum; ubi tamen hæc benedictio Deo per eſſentiam tribuitur, puto etiam nomen Dei non hoc loco creaturam intelligendam. Similiter quomodo dicit Propheta; *Timebunt qui ab ortu ſolis nomen Domini.* Et alius; *Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.* Et item; *Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et uſq; in ſeculum.* Et in alio loco; *Exaltatum eſt nomen ejus ſolius.* Et; *Exaltemus nomen ejus in id ipſum.* Nam quæ meræ latriæ ſunt, ut timor, laus, benedictio, exaltatio, ſoli Deo debita, creaturę tribuit, nomini videlicet Domini. Etenim, quemadmodum ſuprà, notitia Dei nomen Dei, quę ſi in hominib. & angelis creata eſt, ut eſt, creatura eſt. Quomodo igitur illi timor, laus, benedictio & exaltatio, niſi fortè nomen Domini, ſicut dixi, increata notitia ſit, illa videlicet, qua paterna ſapiẽtia ſimillımo ſuo Verbo ſemetipſam integerrimè dicit, judicat, exprimit, docet. Sic enim nulla difficultas erit, ſive timere nomen Domini, ſive laudare, ſive benedicere, ſive exaltare. Sed quoniam in ſcripturis perſæpè etiam nomen Domini variè, ſæpè etiã indignè Deo ponitur, ut eſt illud; *Blaſphematur nomen meum in gentibus.* Et, quod jam in manibus eſt; *Sanctificetur nomen tuum.* quæ licet extortis verbis etiam de illo increato nomine intelligi poſſunt: quia tamen facilè, & prona intelligentia de creata hominum & angelorũ de Deo notitia congruunt, ſicut & illud; *Non accipies nomen Dei tui in vanum per os tuum.* Mox enim quadrat, ſi exponatur; *Non memineris Dei tui cum irreverentia.* Ideò poterunt etiã ſuperiora verba gravi ratione intelligi de creata notitia, quę eſt in anima Ieſu: quoniã revera cùm ſit illi datũ nomen ſuper omne nomen, & omnis poteſtas in cœlo & in terra, revera ſancto timore Dei nomen in illo

Marginal references: Eſa. 59. verſ. 19. — Pſal. 113. verſ. 1. & 2. — Pſ. 148. verſ. 12. — Pſal 34. verſ 3. — Eſai. 52. verſ. 5. — Exod. 20. verſ. 7.

poſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſt Deum venerandum & timendū eſt, & laudandū, & bene-
cendū, & ſuperexaltandum. Nihil etiam vetat poſt Chriſtū in
cœlí regina exaltatum nomē benedicere, laudare, magnificare,
nerari, & ſancto timore timere. Quin etiam, ſed multo inter-
allo poſt Chriſtum regē & virginē matrē regis, reginam cœli,
omnibus beatis regni civibus tàm grãde & ſanctū Dei nomē
enedicere, ut verè dictū ſit; *Sanctum & terribile nomē ejus.* Sed Pſal. 111.
in ſanctis adhuc peregrinantib⁹ in terra, etiã in ſanctis præla- verſ. 9.
s, nomen ſanctum Dei venerandū. Ceterùm verbū Prophetæ;
allam nomini tuo, altiſsime: ſi de nomine creatæ cognitionis Pſal. 9.
ſanctis vel beatis accipitur, non ab re cantilenis gratulandū & verſ. 2.
ongratulandum eis, tanto Dei nomine dignis habitis. Sed quia
gnoſcens Deus, & judicans, & volens, ideò de increata notitia
blimius accipitur, ut ſit Pater nomen ſive ſapientia, Filius Ver-
um ſive judicium, Spiritus Sanctus amor volens. de quo ſuprà
æmiſim⁹, ubi in genere de petitionib. ſcriptū eſt. Et ita nomē
ei, Deus Pater. Pſallit ergo nomini Dei, qui cantilenis Deo Pa-
i delicata canit, Pſalmus n. artificioſo numero & numeroſa ar-
laus edita eſt. Eſt ergo nomen Dei, quod ſancti de Deo cogni-
habent & hoc nomen ſanctum eſt. Eſt & nomen, quod beati
patria comprehenſores habent: & hoc nomē exaltatū & ſub-
me; ſed utrumq; tamen creata notitia non cum Deo glorifi-
anda. Tertium eſt nomen Dei increatum, quod habet Deus
e ſeipſo: & hoc nomē Deus eſt, cum Deo glorificandum & ad-
randum. In primis Dei nominibus Deo benedicimus. Ter-
um verò nomen cum Deo laudamus & benedicimus.

*Quomodo præter eum intellectum de ſanctificatione nominis Dei, quo petimus ſan-
ificari in nobis, aliter etiã intelligi poteſt oratio de ſanctificatione nominis Dei; vi-
licet, ut in aliis ſanctificari optemus, ſecundum gradus ſcalæ.* CAPUT XII.

QVod ergo in oratione Dominica petimus ſanctificari, ut ſuf-
ficienter declaratū eſt, petimus ea cogitationum puritate &
nūdicia eſſe, eaq; affectionū ſanctitate, quæ decet miniſtros in
ēplo ejus. Verū poteſt & alio modo legi, ſecundū ordinē gra-
uum paternitatis in ſuperiori ſcala, tali modo: *Nomen, quod tu,
ater, de teipſo habes, ſãctū ſit deſiderio noſtro. Sis Deus benedict⁹*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

& glorioſus in ſecula. Nomen quod habet aſſumpta natura de te Domino & Patre, ſanctum ſit. Et ſic per ceteros gradus congratulanter in his quæ non poſſumus imitari; in ceteris orãdo, ut quia ſperamus nos pares fieri angelorum, ita petimus nominis illius ſanctificationem.. Et poſtremò petimus, ut & in nobis notitia, quam habemus de te agnito per fidem, aliquando ſancta & digna te fiat: quia verè hîc non poteſt fieri ſancta, ſed ſemper, ſicut pannus menſtruatæ, ſordibus permixta. Eſt autẽ multiplex ſpiritus intelligentiæ. Igitur & ſpiritus ſapiẽtiæ ſimiliter multiplex, licet unicus quidem in ſe, ſed multiplex in filiis verę ac conſummatæ ſapientiæ, per analogiam, abſq; ſapientia troporum. Eſt n. ſapientia prima, ſive nomen primũ, noße Deum: ſicut intelligentia prima, glorificare Deum; & charitas prima, amare Deum. Secunda verò ſapientia, noſſe Deum in omnibus. Et hæc ordinata multiplex valdè: quia noße Deum in Chriſto *Ieſu*, in virgine matre, in omnibus comprehenſoribus, unumquemq; in ſuo ordine, ſuper arenã multiplicatis amicis. Et quia omnia in ſapientia facta Deus propter ſe fecit, ideò etiam ſapientia multiplex valdè Deum noße in illa ſua juſtitia apud inferos: quia ſecundũ Bernardum, *Sapiens eſt, cui ſingula ſapiunt, ut ſunt.* Et in hac ſecunda ſapientia nomen Ieſu ſuper omne nomen. Igitur omne nomen in latitudine mentis bonorum omnium mater. Infinit⁹ en. theſaurus eſt hominibus, quia dedit horum quæ ſunt ſcientiam veram, ut ſcientia diſpoſitionem orbis terrarum, & cetera omnia quæcunque ſunt abſconſa. Omnium enim artifex docuit me ſapientiam. Petimus ergo etiam & in omnibus omnium amicorum Dei nominibus, & per eorũ nomina ſanctificari nomen Dei noſtri in nobis. Vel ſic; *Sanctificetur*, id eſt, da nobis talem notitiam de te, qua verè ſimus filii Dei, digni te, ut cognoſcamus te ſicut Deum.

Sequitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Sequitur Pars Sexta, tractans de ſecunda petitione orationis Dominicæ. Et primò, quare Filio tituletur petitio regni. & de triplici regno Domini Ieſu.

CAPVT I.

ADVENIAT regnũ tuum. In ſecunda hac petitione petim⁹, ut adveniat regnũ Dei, vel potiùs Domini. Et hæc ſecũda petitio ad ſecũdam in trinitate perſonã, Filiũ vz. non ab re dirigitur. Sicut n. Pater æterna ſapientia eſt & neceſſaria: quia neceſſariò ſapientalem vitam in ſemetipſo habẽs: ideò ſicut ab æterno hęc æterna ſapientia fœcũda ęterno Verbo fuit, non eſt poſſibile, æternam ſapientiam ab æterno ſterilem fuiſſe, aut otioſam, aut ſomnolẽtia preſſam. Habebat n. vitã, & vivacẽ ...tã, & ſapientaliter ſapientalẽ & fœcundam vitã in ſemetipſa ...anentẽ. Naturaliter ergo quod ſuũ erat ſapiẽtiæ ab ęterno na...rale neceſſarium in ſeipſo divinè ſubſiſtens Verbum genuit. Et ...ia gignentẽ prorſus expreſſit, rectè gignentis Patris perfecta i...mago eſt, & Filius dicitur. Verbũ a. omne indiciũ eſt, & indiciũ ...icentis: quod licet nunc reb. creatis, hominib. videlicet aut an...gelis adjectum ſit accidens; adeò etiã, quòd nullum verbũ crea...um ſubſtantia eſſe poſſit. Verbum tamẽ illud, quia naturale & ...eceſſarium eſt, & ideò dicẽti coæternum, ſuper omnẽ ſubſtãtię ...xiſtentiã in ſemetipſo exiſtit, & in ſemetipſo vitã habet. Vita a. ...uæ viventi in ſemetipſo eſt, & neceſſaria eſt, & neceſſariò æ...terna eſt. Deum ergo eſſe ſuper omnem creatũ eſſendi modum ...Deo proximum eſſe neceſſe eſt. Patri ergo Verbum hoc conſub...ſtantiale eſt. Imò, ut propriè magis, licet inſolito verbo, exprima...mus, Deo *condeus* vel *unideus* eſt. Hoc Verbũ caro factũ, eſt caro ...ncta; caro humiliata, caro ſublimata, ad ſublimitatem ſupra ...mnem reliquã creaturã, ad ſublimitatem Deo proximam, per ...lenitudinem ſanctitatis venit in hunc mundũ, natus in regno, ...er ſanctitatem & humiliationem inter homines converſatus, ...eſtimonium perhibuit veritati, quo per veritatem à miſeria ſer...vitutis liberaret, & ad ſpẽ regni ſui erigeret, ad quod ſublimat⁹ Luc. 24. ...conſcendit. *Oportebat en. eum pati & ita intrare in gloriam ſuã.* verſ. 26.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Eſt igitur regnum Dei unum, æternum, quo Verbũ cum Patr
ſibi ſeipſo ſufficiens regnat. Alterum a. regnũ ſupremũ, quo ſub
limatũ Verbũ jam regnat. Alterũ ejuſdẽ incarnati regnũ, quo re
gnavit etiam in præſepio, quando à Magis quærebatur & adora
batur; quo regnavit in prætorio flagellatꝰ & flagris laceratꝰ, quã
Ioan. 18. verſ. 36. do Pilato dixit, *ſe regẽ eſſe, ſed regnũ ſuũ nõ eſſe de hoc mũdo.* Erat
ergo regnũ dignitate, fortitudine, veritate, proventꝰ & fructus
multitudine, regnũ ſapiẽtię & juſtitię. Grãde regnũ rectè judicã
ti, licet externo apparatu nõ ſplẽderet animali & vano ęſtimatori

Triplicis regni Chriſti Ieſu declaratio, ex verbis Pſalmi, & verbis Archangeli Gabrielis ad Mariam virginem: Et harum ſcripturarum concordantia.

CAPUT II.

Pſal 110. verſ. 1. DAvid Chriſtum in lege & Prophetis promiſſum *Dominũ* vo
cat, quẽ tamẽ jurejurando de fructu ventris ejus naſciturũ
accepit. Mirabilis planè, & intellectu difficilis connexio, ut verè
filius ſit, & nihilominùs verè Dominus. Verùm hanc mirabilẽ
Luc. 1. & amabilem difficultatem legatione ſua Gabriel angelus à Deo
verſ. 32. & 33. miſſus ad virginẽ filiam David, cœleſti ſolvit oraculo, dicens; *Et*
dabit illi Dominꝰ ſedẽ David patris ſui, & regnabit in domo Iacob
in æternum. Hunc ergo, cujus regnum in ęternum, quod non à
David accepturus, ſed poſtulaturus à Patre omnium tùm Iudęo-
rum, tùm omnium gentium hereditatem accepturus, non tàm
hereditario jure matris, quàm naturali ſucceſſione patris. Iure
hunc David, etſi maternus ei avus eſſet, jure DOMINUM vocat. I-
pſum n. David, & regnũ ejus, univerſáq; regni ſucceſſionẽ Chri-
ſtus in hereditatem accepit. Verè igitur Chriſtus filius David ex
matre; verè Dominus ex Patre. Iudæi a. nolentes confiteri Chri-
ſtum duntaxat maternum genus ducturum à David, uſq; hodie
hanc, ſicut & tunc Phariſęi, patiuntur difficultatem, ut cogantur
converti ad fabulas: cùm tamen in eodem Pſalmo hoc idẽ Pro-
Pſal. 110. verſ. 4. pheta explicat, ſubdens; *De vulva ortus tibi roris naſcentia tua.*
Quaſi dicat, juſtè te Dominum voco, quem à Deo divinitùs
exaltandum ſuper omnes, duntaxat ex filia, nepotem habeo,
qui me, & meum regnũ, & regni mei heredes ex me naſcituros

reges

eges oẽs, paterno jure acceptur⁹ in hereditatẽ, regnaturus non
olùm ſuper eos, qui tecũ aut poſt te futuri ſunt; ſed oĩm domi-
aberis, & qui erunt, & qui ſunt, & qui fuerunt. propter quẽ oĩa
unt, illius regno atq; dominio omnia Sed oĩm, quæ quomodo
unq; & quandocunq; fecit Dominus in cœlo & in terra, homi-
i Chriſto dedit Deus poteſtatem. Et fortaſſis hanc oĩm ſeculi
ujus regnorum ſervitutem. Et hanc regni Chriſti præſtantiam
Spiritus Sanctus per Eſaiam explicavit, quando dixit; *ſeſſurũ eũ* Eſa. 9.
non ſolũ ſupra ſoliũ David, ſed & ſupra regnũ ejus: quoniã ſupra verſ. 7.
egnum David ſedebat, quando regnum David ejus regno ſer-
um fuit. Ipſe n. Dominus fratrum ſuorum, & eum adorant oẽs
ilii Patris ejus. hoc regnum, cujus veritati teſtimonium perhi-
uit Pilato, quando dixit; *Regnũ meũ non eſt de hoc mundo:* licet Ioan. 18.
ejus regno oĩa mundi hujus regna militent & tributaria ſint. De verſ. 36.
regno igitur Chriſti etiã nunc dæmonia, Tartari, Sarraceni, Iu-
dæi, mali Chriſtiani ſunt. De dominio a. nemo dubitat Chriſti-
anus, quẽadmodũ ſępè ſub bonis regib. magnis ex cauſis reprobi
n regno tolerãtur. Toleravit Semei majeſtatis reũ David. Tole-
ravit & Ioab homicidã; nec tamẽ David intereà minùs Rex erat,
quanquã gravib. cauſis illos toleraret ſuo tẽpore poſteà plecten-
dos oportunè. Neq; Deus ipſe de regno ſuo, quod ante Chriſtum
hoẽm regnabat, mox oĩa ſcãdala ſimul cũ germinante præva-
ricatione recidit. Dicit n. ad Abrahã, *Nondũ cõpletæ ſũt iniquitates* Gen. 15.
Amorrhæorũ; cũ tamẽ propterea nõ min⁹ etiã tunc De⁹ regnaret verſ. 16.
ſuper Amorrhæos. Regnũ n. ej⁹, quẽadmodũ & leges, ſuper ju-
ſtos & peccatores: juſtis in coronã, & reprobis in confuſionem.

Quòd in Dominica oratione regni Dei advẽtus petitur, quo regnat in juſtis, ſeipsũ tradens eis: Et quæ diſtantia dominij Domini Jeſu, & Regũ terræ. CAP. III.

Regnũ a. quod in Dominica oratione petim⁹, regnũ ej⁹ eſt, quo regnat in juſtis. Dignũ planè, ut petatur illi⁹ regni advẽt⁹: regni dico cœlorũ. Nõ n. regnũ tuũ, ſicut regna terræ. Reges n. gentiũ præſidẽt, & dominãtur eorũ quibus præſident, ac dominantes poteſtatẽ exercent in eos, edictis premunt, & prævaricationis reos terribilib. ſuppliciis afficiunt; ſubjectis utuntur pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

arbitrio:quin etiam interdum pro placito. Et ſi qui modeſtiores ſint,ut in communione cōjectent, id in ſua commoda deſtināt, ſinentes & volentes reliquos benè eſſe,quò ipſi benè ſint. Non ſic,Deus Pater,tuum regnum,neq; qui à te conſtitutus Rex ſuper Sion montē ſanctum tuum:humiliavit n.pręſidentiā ſuam, exinanivit dominationē ſuā, nec poteſtatē exercuit in nos, qui propter nos factus eſt vir dolorum, & ſciēs infirmitatē. Et appropinquante regno ejus non ab edictis, ſed à pollicitationibus initium fecit,non prævaricationib. irā & pœnas inferens,ſed regnum pœnitentib. afferens,qui ſubditum ſibi populum paſcere quā premere maluit,non contētus miniſtrare magis quā miniſtrari; ſed & pro debitis ſibi tributis etiā ſemetipſum impendere in ſalutē:ut quę legibus juſtitiæ ſupplicia debebátur,non ſolùm non à nobis exigeret, ſed, quò juſtitiæ ſatisfaceret, ipſe pro ſuis perferret. Æquiſſimè jam per ora omnium regni illius,& beati regis civū ora confitentur Domino miſericordiæ ejus , ut verè ſit Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, rex eorum, quos ſuo labore, ſuo ſanguine, ſua morte ſalvos facit: nec ſalvaſſe contentus, niſi & regno æterno ſublimaret in cœlis.

Quòd ſi ordinatè petere volumus primū regnū,poſterius,id eſt,ſapientiæ & juſtitiæ, petere debemus,quo ejus exemplo per regnū juſtitiæ ad regnum gloriæ perveniamus.

CAPUT IV.

DIgnum ergo,quo petatur ut adveniat, regnū illud. Verùm ſi recto ordine petere velimus, oportet ut poſterioris regni ejus,id eſt, ſapientiæ & juſtitiæ, de quo *ſuprà 1. Cap. ejuſdē* participes & ſocii fieri petamus in omnibus.In omni vita noſtra interna,externa,teſtimonium perhibere veritati, ſtabili firmitate veritati inhęrere,regiā hanc viā ſectari,neq; à dextris,neq;à ſiniſtris declinare. Hæc ſi petimus,& à Domino Ieſu petim⁹,regnū quale in hoc exilio poſſibile eſt,petim⁹,& rectā viam,qua ad ſupernum regnum tendamus,quaſi prælibamenta illius regni,petimus. Sed quæ prælibamēta? & quomodo adveniat regnum

Luc.22. verſ.29. illud? Sanè,quēadmodum Rex ipſe declarat,inquiēs; *Et ego diſpono vobis regnū, quemadmodū diſpoſuit mihi Pater.* Pater a. ſic

Luc.24. verſ.26. diſpoſuit, ut *oporteret Chriſtū pati, & ſic intrare in gloriā ſuā.* Et

Pſalmiſta;

Pſalmiſta; *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Pla- Pſal. 110 verſ. 8.
nè verba hæc altiore neceſſe ſententia prægnent, quàm ſonant,
cum dicitur; *De torrẽte in via bibet, propterea exaltabit caput.* Sed
quomodo propter bibitũ in via torrẽtẽ caput exaltat, qui totiés
& crebrò ſuperiorib. Pſalmis *Deo ſolũ tribuit capitis ſui exaltati-
onẽ?* Abſit, ut ſuſpicemur delira vanitate, torrentem aliquẽ hoc
præſtare, quod à ſolo Deo fideliter expetendum eſt. Igitur qui
torrentẽ, & viam, & hauſtum torrentis in via ſapienter intellige-
re volet, videat, quomodo exaltavit caput, qui ſic exaltatꝰ eſt ſu-
per oẽs cœlos, ut *datũ ſit ei nomẽ ſuper omne nomẽ, ut in noĩe Ie-* Phil. 2.
ſu omne genu flectatur cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ. Facilè, ſi verſ. 9.
hanc exaltationẽ ſuſpiciamus, etiam viam inveniemus, & in via & 10.
ipſa torrentem de quo bibit. Viam n. qua in hanc tàm ſublimẽ
exaltationem venit, Paulus oſtendit, inquiens; *Exinanivit ſe-* Phil. 2.
metipſum formã ſervi accipiens, factus obediẽs uſq; ad mortẽ, mor- verſ. 7.
tẽ a. crucis. Ecce viam habes; habes & quò pervenit, ſi quæ ſequũ- & 8.
tur adjungas; *Propter quod & Deus exaltavit illũ, & dedit ei no-
men ſuper omne nomẽ.* Habes ex Paulo viam, habes ex Paulo finẽ
viæ. Sed hauſtum in via quis meliùs eliquabit, quàm is qui bibit,
& præſertĩ quando bibit? Inquit n. ad Patrem; *Si non poteſt hic ca-* Matt. 26
lix tranſire à me, niſi bibã illũ. Et ad filios Zebedæi; *Poteſtis bibere* verſ. 24.
calicẽ, quẽ ego bibiturus ſum? Quòd igitur mortẽ guſtavit cùm Matt. 20
non deberet, hauſtus illi fuit ad ſublimãdũ caput. Sed quomodo verſ. 22.
de torrente verbũ aptaremus, niſi ſapiens illa mulier Thecuitis
doceret nos; *Omnes n.* inquit, *morimur, & velut aquæ dilabimur* 2. Sam. 14
in terrã, quæ non revertuntur. Labentium n. aquarum & non re- verſ. 14.
vertentiũ impetus torrens eſt. Ergo, ut & nobis adveniat regnũ,
Chriſto paſſo in carne nos eadem armari oportet cognitione,
ut ſequamus veſtigia ejus. Quod ſi non aliter, perpetua ſaltem
cõmemoratione, conſideratione, dijudicatione, collatione, per-
tractatione, vacatione, viſione, ruminatione, guſtatione, cõfeſſi-
one, quoniam ſuavis eſt Dominus. Et poſt delibatum guſtum
eſurie, ſiti, deſiderio, cõcupiſcentia, amore, amoris languore, de-
fectione mereri refectionem, manducationem, enutritionem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

auctivam cõfortationem, ſatietatem; eructationem, eruptionẽ. Et quibus ad hęc pervenire datum fuerit, idonei ſunt quib⁹ diſponatur regnũ, ſicut Pater diſpoſuit regi excelſo præ regib⁹ terræ. Quoniam deſideriorum omnium illis ſummarium erit, pati pro nomine Ieſu contumeliam. Et hoc ſolum indignum habeant, non patiendo crucem aliquam reddere amatori.

Quòd regnum coelorum, etſi ſublime, humiles tamen non aſpernatur. Et ſoli hi regnum illud deſideranter quærunt, qui ſe hîc in ſervitute gravi preſſos norunt.

CAPUT V.

Regnum cœlorum, tametſi magnificũ; quia regnum: tametſi ſublime; quia cœlorum, non tamen humiles terrigenas aſpernatur. Eſt n. velut theſaurus in agro abſconditus, quẽ & infodere paſſim & invenire lętũ, & vendicare alacre, poſſidere beatũ: nec mirum, quia regnũ, & cœlorũ regnum. Sed hoc regnum quo ex audita parabola planius ac plenius cognoſcatur, cùm illud adverſa ſervitute conferatur. Eſt n. ſicut regnum cœlorum, ita etiã quædam ſervitus terrarum, non abſcondita, ſed expanſa ſuper faciem orbis terrę, quã oẽs quidẽ perferunt, ſentiunt a. ſoli filii promiſſionis Hebræi, filii Iſrael, qui audito à patribus promiſſam ejus terram, fluentem lacte & melle, ubi in luto & latere laborant & onerantur, gravi ſervitute preſſi gemunt, ſub jugo affliguntur, exilio ſuſpirant, patriá adſpirant, regnum his atq; hujuſmodi ſapit verbum regni. Ægyptiis a. in ſervitute natis oculi ſunt, & non vident; nec habent aures audiendi, quia aures habẽt & non audiunt, neq; ſentiunt quàm iniquo & gravi jugo premãtur. Quò fit, ut illorum auribus mortua, ſurda & ſterilis ſit parabola inter Hebræos atq; Ægyptios dividens atq; dijudicans, velut inter duas illas de vivo puero corã rege Salomone, utra mater eſſet, cõtendentes mulierculas verbum Salomonis. Quẽadmodũ n. illic eam, quæ mater non erat, verbũ gladii non permovit: ita & in audientib. verbũ regni his, qui in ſervitute gaudẽt, parabola velut ſurdis canitur, tanquã cani fœnũ offeras, aut panem lupo: quia nihil ad eos. Quib. vero datũ noſſe myſteriũ, his avida aure carpitur & hauritur parabola regni, qui filii regni ſunt, facientes fruct⁹ regni. Fructus a. regni juſtitia eſt regni. In

3.Reg.3.

quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quib: verbis, tametſi regnū & fruct⁹ pelliciāt, tamē juſtitiæ verbi nōnihil terret, præſertim infirmos. Verùm ſi prementis ſervitutis miſeria, ſi vocantis promiſſionis gratia explicetur, & qui abſcōdit⁹ in agro theſaur⁹ latet in lucē eruatur, tantò profectò gaudiis implebit aſpicientē, ut vendat non ſolùm, ſed relinquat, & abjiciat, ſed ut ſtercora deputet oīa quæ habet. Veruntamen ut maneam⁹ in verbo Domini, vadit & vēdit oīa quæ habet, quia ſtercora ſua in auri & gēmarum pretioſiſſimarū ac margaritarū poſſeſſionem cōmutat. Pretioſa equidē & ſpecioſa parabola Sed quis ediſſeret eam, niſi is, qui Hieruſalem & civitatib. Iudæ dat⁹ Evangeliſta, qui etiā eā edidit? Quis n. aut veri⁹ interpretari poteſt, aut efficacius excitare, aut annuntiare ſalubrius? Verbū eſt Patris miſſum ſanare nos, habitans in nobis, gratiæ plenum & veritatis. Hoc Verbum theſaurū hunc eruit in lucē, quādo dicit laborantib⁹ & oneratis; *Diſcite à me, quia mitis ſum et humilis* Matt. 11. verſ. 29.
corde, & invenietis requiē animab. veſtris. Profectò hæc eſt diſciplina regni, quam qui à Magiſtro regni perfectè didicerit, etiā inter diſcendum animę ſuæ requiē invenit. Non hîc adverto, quod etiā hîc in ſeculo mites & humiles, grādes illos & multos ambitioſorum cōtentioſorumq; hoīm, non ſolum labores, verùm etiā pericula & pręcipitia devitantes, multa præ illis requie potiātur. Longè n. alia requies eſt, & velut theſaur⁹ abſcōdit⁹ à ſapientib⁹ & prudentib⁹ hujus ſeculi. Et ubi abſcondit⁹? In agro. Et in quo agro? Et quis hic ager? Num ager figuli in ſepulturam peregrinorum in Iudęa? aut alius quilibet illuc fluēs lacte & melle, ut oporteat mōtes trāſalpinare, aut transfretare maria? Nequaquā. Sed *propè eſt hîc*; igitur iſte *in corde tuo*. In corde tuo theſaur⁹ iſte; ſed abſcondit⁹; adeò ut etiā temetipſum lateat, neq; niſi quęrēti tibi vidēd⁹ eruatur. Regnum n. Dei intra nos eſt, & ignoram⁹. Non experimur pacem, fiduciā, opulentiā, requiē, quam invenit qui à Chriſto & ſecundū Chriſtū didicit mitis & humilis eſſe. Da igitur mihi ambulāti vias difficiles, & onerato mihi Domine Ieſu, abjecta ſarcina, pravo relicto itinere venire ad te, refici à te, tollere jugū tuū ſuper me, &

invenire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

invenire requiẽ animę meæ, diſcere à te quia mitis es & humilis cordis, geſtare jugum tuum leve, guſtare ſuavitatem oneris tui.

Quod regnum juſtitiæ intra nos quærendũ in imagine & ſimilitudine; & ibi ſolũ quærendũ. Et quid ſit hoc regnũ. Et quomodo hîc oĩa relinquẽtes centuplũ accipiũt.

CAPVT VI.

Math. 6 verſ. 33. QVis ad ęquum dignè explicet pondus verbi illius; *Primũ quærite regnum Dei & juſtitiam ejus, et hæc oĩa adÿcientur vobis?* Regnum Dei quid ſit, quale ſit, quantum ſit, quid quærens ipſũ, quomodo quęrẽdũ, quãtò quęrẽdũ? Et quidin primis, vel primũ ipſũ quærere, & ubi quærere? Et ubi quærere, niſi ubi eſt? Et ubi eſt, niſi intra nos? Et illic ſolũ inveniri poteſt. Ab origine divinit⁹ conditi, ut ſuprà, ad imaginem Dei, & ſimilitudinem regalis ſacerdotii, dignitate deſtinati, non ſubſolanũ regnum ſed divinũ intra nos, amoris ſentẽtiarum, conſiliorum, ſcrutiniorum, indagationum, doctrinarum, virtutum, inſtituere poſſumus, ſi cõditorẽ & fundatorẽ precibus mereamur adjutorẽ. Quęrendum igitur intra nos, ubi cùm plura vana ſunt, liquet ea regnum Dei non eße, & ideò quærẽti prętereunda oĩa. Poſt vana igitur quid primò occurrit? Certè, natura ipſa, & in ea deſiderium naturale: quod quia naturale eſt, & ab authore naturæ, vanũ nõ erit rectè colẽtib. ipſum. Deſideriũ a. regnũ nõ eſt, quia jã regnaret quiſquis deſideraret, etiam in dilatis deſideriis afflictus: quod nemo dixerit. Sed hoc regnũ, ut verè regnũ Dei ſit, oportet monarchia ſit, i. unicus abſq; cõfuſione, abſq; turbatione, abſq; ſcãdalo, liber, potẽs, & ſibi ſufficiẽs principatus. Oportet igitur nomẽ regnãtis in omnib. principari, & æſtimationẽ altiſſimã, & ej⁹ deſideriũ integerrimum eſſe, quo nullius alterius rei deſiderium ab amore regis corrumpat ac pelliciat. Qui igitur de Deo ſuo tale nomen, tale judicium, tale deſiderium habet, hic regnum Dei intra ſe invenit, etiã quacunq; foris conditione fuerit. Hoc n. nomen benedictũ, hoc rectũ & regium judicium, hoc per electum deſiderium. quæ tria quicũq; habet, habet internã ſui Regis imaginẽ. Et hæc Regis imago regnũ Dei intra nos eſt; etſi regium judicium principalius in hac petitione à Filio petatur, & regno adſcribatur. Judicantes n. de nobisipſis, uti debem⁹, & Deo noſtro,

ro, rege noſtro, quid mirum ſi humiliemur? Humilitas enim, ut alibi ſcripſi) judicii regii ſpecies eſt. humiles ad verum dignũ gnũ exaltamur, juxta illud; *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* Sed Matt. 23. cut in trinitate cum differentia perſonali vera eſt æqualitas, & verſ. 12. onnaturalis identitatis neceſſitatis: ita etiam in imagine regis enedictum Dei nomen parit rectum judicium, & ex benedicto omine rectoq; judicio dilectum Dei deſideriũ. quod ſatis prę icta declararunt. Neq; contingit, ut quidam ex B. Bernardo, d malè intellecto, tenent, *quoſdam inflammatos affectu, qui on ſunt illuminati intellectu: aut è contra, quoſdam illuminatos tellectu, & frigidos affectu.* Quia quicunq; Deum granditer mat, grande nomen, benedictam de Deo ſuo notitiam, & ſubme judiciũ habet. Non enim granditer amatur, niſi quod grãter æſtimatur. Neq; granditer æſtimare contingit, niſi de quo rãde nomen habet. Iudicium enim ex nomine procedit, quẽdmodum deſiderium ex judicio & nomine. Sed & hæc ſupeùs de nomine Dei latiùs poſita ſunt. Facilè hîc perſpector acus & diligens inquiſitor poterit intueri hujus orationis Dominicæ *ſuprà, ſecunda parte,* inſinuatam latitudinem, fœcunditem, & connexionẽ: quia ſic ſe in ſeipſas & ſuper ſeipſas chimo reflectunt ſingulæ petitiones, ut una ſemper aliam incluat. Regnũ igitur Dei tribus his conſtat; electo nomine Dei, reo judicio Dei, perfecto deſiderio. Interim regnũ Dei in eleo nomine Ieſu, recto judicio de Ieſu, benedicto deſiderio Ieſu. t hoc regnũ ſtatim propinquum eſt pœnitentibus, & vanitatẽ bijcientibus, veritatẽ ergo quærentibus. Hinc jam facilè liquet, uàm vera ſit illa promiſſio Domini apud Marcum; *Nemo eſt,* Marc. 10 *ui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut* verſ. 29. *atrẽ, filios, aut agros propter me & propter Evangelium, qui non* & 30. *ccipiet centies tantum nunc in tempore, hoc eſt, domos, fratres, & rores, & matres, & filios, & agros cum perſecutionibus, & in ſeulo futuro vitam æternã.* Quia qui tale nomen, talem æſtimationem, tale deſiderium de Domino Ieſu habet, facilè huic vilecunt omnia hujus mundi deſiderabilia, & ſervitutẽ neceſſita-

tis

tis magis æſtimat illorum uſum, quàm fructum deſideriorum.
Igitur omnia reliqua poſteriora æſtimare & poſthabere, hoc eſt,
omnia relinquere, in quocunq; ſtatu ille fuerit, ſive in conjugio
cum Abraham, Iob, David; ſive in viduitate cũ Anna prophe-
tiſſa & Iudith; ſive in virginitate cum Ioanne Baptiſta & Evan-
geliſta. Neq; ſtatuum, ſed horũ nominum, judiciorũ horum, de-
ſideriorũ differentia diſcernit inter filios Dei. Et hæc differẽtia
diſcriminabit inter manſiones in domo Patris: quia quiſquis in
Deo manet, manet in charitate; & quantò majore & fervẽtiore
charitate fuerit, etiã tantò conjũctior erit igni devoranti. Neq;
illic ardentiùs amabit, qui non ſublimiùs æſtimabit; neq; ſubli-
miùs æſtimabit, qui non profundiùs cognoſcet. Ex nominibus
quiſq; ſapiens aut inſipiens conſtituitur; & ex judiciis penes no-
mina rectus aut pravus; & ex deſideriis religioſus aut prophan⁹.
Puerilia deſideria puerilib. judiciis oriuntur. Vnde quòd nuces,
poma, calculos theſauriſant, niſi quoniam hęc pueriliter cogno-
ſcentes grãdia æſtimant, hoc eſt, inter pauca ſua cognita iſta ma-
jora reputant. Nihil n. poteſt puer grãditer æſtimare. Patet hoc
ex conſilio Sapientis, monẽtis uſu virgæ talia deſideria atq; ju-
dicia caſtigare, & ad nomina ordinare paulatim, quæ ſi verè grã-
dia eſſent, non virga coercerentur, niſi fortè ferrea, qui gladius;
imò ſive fortè, quia furor pertinax etiam æterno igne licet ure-
tur, non exuretur ſuperbia eorum, ſed aſcendet ſemper. Vano
igitur & vero nomine Ieſu, vano & vero nomine Dei, interior
homo reprobus & accept⁹ Deo ſecernitur. In vero nomine Dei
Ioan 14. Spiritus Sanctus mittitur & datur, juxta verbũ Ioannis; *Cùm ve-*
verſ. 25. *nerit Spiritus ille paracletus, quem mittet Pater in nomine meo.* I-
gitur verum nomen Ieſu tantum Dei donum eſt, ut ſine Spiritu
Filii non detur. Nimirũ ergo qui hoc nomine donantur ſi in per-
ſecutione centuplum accipiant; quia ſanctũ illud nomen tantã
Ieſu atq; Dei æſtimationẽ facit, ut non ſolũ centuplũ parvipen-
dant, ſed neq; millecuplũ. Imò neq; mille mundos illius compa-
ratione æſtiment. Quid mirum de invicta conſtantia martyrũ,
quando pertinaciam quandoq; videm⁹ non cedere ferro. Imò,
quoq;

uod omnium mirabilius eſt, diabolica & omnium damnatorũ ontumacia, etiam æternis cruciatibus incontrita perſeverat, ut ſtendatur quàm ingens foret in gloria, qui tantus perſiſtit in miſeria. Magna hinc lux eluceſcit beatæ conſtantię in electis, uando tantis miſeriis obſtinatia. Verè magna dilatatæ mẽtis bertas, mirabilis in illis, in iſtis amabilis. Verè pręluſtre regnũ uum, Domine Ieſu, quia regnũ amoris eſt, nec alio vel titulo uàm amore inſcribitur miles. Neq; aliis ibi armis quã amoris nilitatur, ubi omnibus amor in regẽ vinculũ eſt legionũ. Vbi uiſq; tantò commilitonẽ prę ſe ducit honoratiorẽ, quantò enſerit Regis amatiorem. Amor in Regem baltheus ac tor- ues eſt. Eo quiq; inſignior, quò ferventior fideliorq; fuerit.

Quòd regnum juſtitiæ non ſolùm intra nos, ſed & promptum & pronum ſequentibus iter diſplicentiæ propriæ; quod ſi ſequamur, ducet facilè ad perfectum octonarium beatitudinum. CAPVT VII.

NON ſolũ intra nos eſt regnũ, ſi velimus, paratũ, ſed & pronũ & promptũ. Cui n. noſtrũ, niſi diſſimulare velimus, on pręſtò & ad manũ eſt, cũ volet diſplicere ſibi? Id ſervet & bſervet, ejus igniculi ſcintillã ſi ſequatur & foveat, in rogũ ex- andeſcet vepres & ſpinas oẽs exurẽtẽ, dũtaxat nõ exſtinguat, õ ſuffocet, ſed hæreat & ſequatur: quia ſi exerceat, invenit lu- ẽ, quæ tandẽ erumpet ut lux clara meridiana. Quis n. ubi diſ- licet ſibi, nõ facilè dico, ſed neceſſariò cauſas diſplicẽtię non ideat? Diſplicet n. ſibi, quia non eſt, qualis naturaliter eſſe cu- it, beatus. Videt quã lõginquus à recto & vero bono ſit, cui quã- lõginquius, tãtò vera vita deſtitutus, ac per hoc & mortuus, etiã o proprio judicio, judicatur. Ad hũc gradũ ubi deſcẽderit, imò bi aſcẽderit, non imum, non vilẽ, non exilẽ gradum ſe novit onſecutũ: dũtaxat in eo hęrere & cõſiſtere norit, & merere ut geat mortuũ ſuũ. In quo ſi perſeveraverit, beatus erit: lugẽtib. . conſolatio repoſita eſt. Et pronũ nobis lugere, vidẽtibus in ua morte ſumus. Vniverſa n. hęc vita, etiã quantumlibet for- unatorum, Cyri, Alexandri, Auguſti; aut ſanctorum, Arſenii, lacarii, Antonii, Pauli, ad illam, cui ſuſpiramus, vitam com- arata, ſomnus & mors eſt, etiamſi nihil ceterarum adſit

miſeriarum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

miſeriarum. Nunc a. non modò mortui, ſed & miſeri ſum[…] tàm multa facientes & patientes, quæ nolumus non ſolùm, ſ[…] & nolle debeamus: atq; utinam ſaltem ad illas miſerandas mi[…] rias tandem aliquando excitetur ebrietas noſtra, ut videat fov[…] as præcipites, puteum anguſtum, vulnera ſine cauſa, & impe[…] dentia mala his qui morantur in vino: cujus flavor fallax & bl[…] da dulcedo, non poſt longum mordenti colubri venena diffu[…] det. Interim fragili cymba medio mari ſcopuloſo, graviſſim[…] tempeſtate jactatus gubernator, amiſſo clavo ſopitus, niſi tr[…] hentibus & percutientibus obtemperet, ut excitetur, ebriet[…] cum ſomno, ſomnus morte continuabitur & terminabitur. H[…] ebrietas molli concupiſcentiarum & delicata conſuetudine n[…] ſcitur, quibus qui animam laxaverit, enervabitur infirmus ad o[…] mne opus bonum. Blandum ergo lenocinium tantum concu[…] piſcentiarum caput, hoc eſt, venenatum vinum quod inebria[…] quod in Scyllam & Charybdin, & omnes concupiſcentiarū ſco[…] pulos jactat, quod enervat, quod inebriat, quod conſopit & i[…] miſeriam omni morte amariorem præcipitat. Hæc mulier ill[…] meretrix, quam de feneſtra domus ſuæ per cancellos proſpici[…] ornatu meretricio garrulam, vagam, quietis impatientem, nun[…] palàm in plateis, nunc clàm in angulo præparatam ad capienda[…] animas. Et ſi vecordem invenerit, blanditiis labiorum ſuorum[…] irretientem & protrahentē, ut ſequatur. Hæc inquieta illa rixo[…] ſa mulier, immunda ſordibus fornicationum ſuarum, meretri[…] magna Babylon, quæ illecebroſum vinum fornicationis ſu[…] propinat vecordibus hominibus, de calice iræ Dei, & bibunt o[…] mnes peccatores terræ. Hæc mulier immunda, illecebroſa, e[…] bria, enerva, pigra, inquieta, rixoſa, nequam, venenata, blan[…] ditur illecebris, inebriat oblivione, enervat fragilitate, conce[…] pit ſecuritate, vincit conſuetudine, durat jure, affligit miſerū[…] perimit venenatum. Inferiora domus ejus ad inferni noviſ[…] ſima penetrant, & gigantes apud eam latent in inſidiis. Vis er[…] go non extrema nocte præcipitari? vis non miſerè affligi? vi[…] non indigna ſervitute premi? vis evadere vincula, ſomnium &[…]

ebrietatem

prietatem? vis teipſum vendicare in propriam libertatem? Vi-
cto, quo gradu ab Hieruſalem in Hiericho deſcendentem te
eretrix iſta, concupiſcẽtia tua, te pellexerit; & illinc velut à ve-
eno mortifero impendentem mortem lugens & moerens,
nortuum tuum plange, certus, quoniam conſolaberis. Miſere-
r miſeriarum tuarum, certus, quoniam miſericordiam conſe-
ueris. Excute noxiam ebrietatem. Eſurias & ſitias juſtitiam,
ertus quoniam ſatiabit & implebit bonis eſurientẽ. Sed in quo
tim & famem hanc poteris agnoſcere? Sanè, ſi nihil externorũ
oncupiſcas aut cures, ut renuat conſolari anima tua, niſi vero,
vo ſuperſubſtantiali pane azymo novitatis, ſinceritatis, & veri-
tis. Sic enim facilè univerſas externas illecebras reſpues, quia
irituali deſiderio accenſus non ſolùm pro nihilo deputabis tẽ-
pralem paupertatem, ſed etiam organum & baculum tui pro-
ctus. Quin hæc ſitis magna ſi fuerit, adeò in via Dei confor-
bit, ut etiam perſecutiones non frangant. Huic ergo homini,
uem adverſitas non frangit, quem paupertas adjuvat & dele-
at, quid ni cum omni homine, quantùm in ſe eſt, pacem ha-
eat? Hic in ſeipſo mitis, ad proximum pacificus, mundus ad
eum. Verè per omnia beatus regni heres & filius Dei, Deum
gem in decore ſuo videbit. Vis igitur ad hanc filiorum celſi-
dinem & dignitatem conſcendere, in hac pacis pulcritudine,
hac opulenta requie perpetua commorari? cura vini & malæ
ulieris laqueos exuas. quam curam primus ille gradus pro-
iæ diſplicentiæ frequentatus facilè pariet. Ab ea lugebis mor-
m tuam, hinc jam miſerebit te miſeriarum tuarum, & incipi-
eſurire & ſitire juſtitiam, renuere illecebras, roborari contra
lverſantes, pacari proximis, mitigari tibi à diebus malis, & ſer-
ri corde ad Deum. Vniverſus hic fructus ex primo illo grano
ropriæ diſplicentiæ pullulat, unde non incuriè, non negligen-
r parvipendendum. Ex eo enim ſi colatur, vita procedit, ut ab
qui ſibi diſplicet ad hoc perveniet, quatenus in omnibus pla-
eat illi Deus. Quo contra eſt grave illud & ſeverum verbum
agni illius & ſapientis Bernardi; *Qui ſibi placet, ſtulto homini*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

placet. Quid ni ſtultus, ſtolidus & ſtupidus, quem inter tanta verarum miſeriarum & periculorum circumſtantia mala, vel opinio falſa, vel ſopita oblivio in ſui complacentiam ſeduxerit, & per hanc præcipitet in mortem? Neq; en. videt, in ſaniæ falſę quã nihil & vanæ; sĩt neq; prę videt, quã pernicioſo & mortifero veneno prægnent. Quid enim eſt, de quo ſibi placere poſſit, niſi fortuna, natura, aut ſtudia, qualia ſunt opes, genus, potentia, honor popularis, valetudo, fortitudo, pulcritudo, ingenium, eloquentia, conſilium? In quibus qui gloriatur, nondum quæ verè bona ſunt deguſtavit. Omnia enim hæc inquirunt gentes quę ignorant Deum, quæ obliviſcuntur Deum, quæ contemnunt, quæ repellunt Deum, quæ cum inſipiente dicunt in corde ſuo, non eſt Deus; ac per hoc & ipſi inſipientes, ut in hujuſcemodi ſibi placeant, proni ut his concupiſcentiarum illecebris, tanquã decipulis, illaqueentur.

Quòd octonarius beatitudinũ beatitudo duntaxat viæ eſt, non patriæ: Et quomodo chiaſmo ſuper ſeipſum reflectitur, ut nulla una beatitudo reliquam excludat.

CAPVT VIII.

OCtonarius hic beatitudinum ex diſplicentiæ radice deductus. Primus tetragonus cubus eſt, quem in fundamento ſpiritualis ædificii ſui ſummus ille architectus, ſalvator Dominus Ieſus collocavit: quæ quia juſtitiæ & viæ ſunt, omnes octo purgatoriæ ſunt beatitudines & viæ. Nam in illa comprehenſorum beatitudine nemo lugebit, nemo perſecutionem patietur. Oportebit igitur cubum iſtum ſic in ſeipſum chiaſmo reflectere ſuper ſeipſum, ut nulla una beatitudo reliquam excludat: quin ut perfecta ſit, omnes reliquas habeat oportet. Vnde pauper ſpiritu, ſi verè ſe pauperem ſpiritu dolet, ſpiritualia illa bona cognoſcit, quæ ſibi deeſſe dolet: & hic dolor ſuæ paupertatis adeò gravis illi, ut foris adverſa parvipendat & verè mitis inveniatur, adeò ſuam inopiam lugeat, ut, ſicut verè eſt, mortuum ſe plangat. Quamdiu enim in ſpiritualibus divitiis amorem primogeniti fratris, & talis fratris, talis ac tanti amatoris, id eſt, Domini Ieſu, deeſſe ſibi videt; quod facilè quiſq; videre poteſt

poteſt, ſi verè ſuam paupertatem odit, & verè judicet: nonne ſe mortuum planget, & juſtè lugebit, & incomparabiliter horrebit magis omni morte corporali? Quantò enim per amorem vivitur, & præſertim per amorem vulnerantem, tantò neceſſe eſt, ut non amando ſpiritualiter adhuc mortui ſumus, licet interim ipſo luctu aliqualiter vivamus, imò beatè vivamus, beatitudine viæ & beatæ ſpei, ſcientes quia conſolabimur, ſi tamē in hoc luctu noſtro eſuriamus & ſitiamus juſtitiam verorum amatorum, & perfecti amoris vulnerantis, & velut miſeriā horreamus talem ac tantum amatorem non amare, ut perfecta miſeratione & miſericordia noſtri & omnium non amantiū perfectè miſereamur. Hac enim perfecta miſericordia miſericordiam conſequemur ab eo, cujus miſericordia eſt à progenie in progenies, ut miſericordiam accipiamus à Deo ſalutari noſtro. Sed quæ illa? niſi miſericorditer à miſeriis noſtris, & ab hac premente miſeria liberemur: à qua ſi liberet, amantes Dominum Ieſum facit. Quem ſi amabimus, & vulneranti amore amabimus, nihil niſi de amato illo cogitare poſſumus. Mundo igitur corde ſimus, Deum inviſibilem, tanquàm videntes, fida fide complectemur, pacati pacifici filii Dei, noſmetipſos hoſtiam vivam Deo offerentes, membra noſtra mortificantes, quæ ſunt ſuper terram. à nobiſmetipſis propter hanc amoris vulnerantis juſtitiam in nobis, integro amore Ieſu, perſecutionem patiemur, gaudentes & exultantes, quòd pro nomine Ieſu digni habeamur perſecutionem illam & facere & pati. Hæc eſt beata lex vitæ viatorū, quam oportet impleri, ut nec jota nec apex deſit, ante ingreſſum regni cœlorum. Meritò igitur hujus regni, ſi recto ordine gradimur, adventum petimus, quando dicimus *Adveniat regnum.* &c.

Quàm facilè apud ſapientes regnum juſtitiæ hîc exercetur, et ſpe futuri regni rerū mundi contemnitur. Et quòd ſpes futuri regni leve facit quidquid patiendū.

CAPUT IX.

SI quibus in terris regio eſſet, ubi paucorum dierum inopia perpetuam copiam pararet, ubi brevis infamia perennem

gloriam afferret, ubi momentanea ægritudo indeficientem ſo- ſpitatem, & temporalis mors immortalitatem præſtaret, ſtultus ab omnibus haberetur, qui hujuſcemodi ſubeundis illa nollet commutare. Quis enim non inſanus, qui cum egeſtate, igno- minia, morbis, & metu mortis ſemper vivere mallet, quàm ho- rum miſeria non ſolùm, ſed & metu ſecluſo, in ſecuritate vive- re, tametſi tantilla perpeſſurus nonnihil incommodi pręſentire? Nunc autem per crucem & Chriſtum aperta via, ut omnibus miſeriis iter ſit, & ſalvum iter ad oppoſitam & propoſitam feli- citatem: & horum corporalis calamitas ſpirituale ſit inſtrumen- tum ſpiritualis beatitudinis. Beati enim qui ſpiritu docente & monente paupertatem amplexi ſunt, quoniam illorum non pe- cunia aut copia erit, ſed regnum eſt, & cœlorum regnum, *quod,* teſte Daniele, *non transfertur*. Beati quos maledixerint homi- nes mentientes propter nomen Ieſu; quoniam illius ignominię merces & gloria copioſa eſt in cœlis. Itidem de morbis & mor- te paribus teſtimoniis confortati ſperamus, & fixũ tenemus, De- um Patrem diligentibus eum filiis nihil impoſuiſſe, quod non copioſum fructum pariat adoptatis. Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum, adeò, ut pretioſa ſit in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. Quid jam reliquum Chriſtia- no, & non ignavo Chriſtiano? quid reliquum, ſi verorum, ma- gnorum & indeficientium bonorum cupidus eſt? niſi ut gaude- at, & ſolida ſpe gaudeat ſecurus: quoniam quidquid hîc premit momentaneæ adverſitatis, ſupra modum operabitur æternum gloriæ pondus in eo. Verè omnis in terris beatus Chriſtianus, cui ſitienti oĩs adverſitas, velut ſecundis ventis, ſpirat in portũ.

Daniel 2. verſ. 44.

Hujus ſolis regnum in terſo & polito ſpeculo, & conjugium, ſed magis eſſet in oculo, ſi ſanus eſset & fortis oculus. Nunc au- tem infirmioris oculi non incongrua tempori parabola eſt. quo- niam interior etiam oculus noſter non ſolem ipſum reſpicere valet, & reſpiciendo delectare: ſed cogitur, velut relegatus & abjectus à facie oculorum ejus, delectari floribus & gemmis à ſole illuminatis, & luce afflatis, tanquam recto radio indignus.

unde

nde virtutibus, veritate, charitate delectatur, reficitur, crapu-
tur. Hujuſcemodi commemorationibus, conſiderationibus,
judicationibus, collationibus, occupationibus, excitabo tor-
entem & tepentem animam meam: atq; utinam fructuoſè fa-
iam. Spero tandem aliquando non ſolùm vileſcet mundus
ihi, ſed & ſordeſcet. Et quis ſcit, ſi aliquando adeò ſordeſcat,
t crux mihi fiat cum omnibus concupiſcentiis ejus? Tunc pri-
ùm ſublimiter me regnantem, & crucifixo conregnantem in-
eniam. Interim infirmo, torpenti, ac tepenti hoc regnum in
oto, exſpectatione & ſpe ſit, oranti ut adveniat. Qui enim a-
it, in ſpe longa & longinqua oportet arare, & jactæ ſementis
on ſolùm ante cernere mortificationem, ſed multas varii cœli
xſpectare & perferre jacturas. Sed omnia vincit æquanimis &
nganimis exſpectatio agricolarum. Confide, non infructuo-
m voluit quotidie propoſitã oculis noſtris parabolã. Nihil ter-
at inſtans hyems, nihil impendens tẽpeſtas, nihil diripientes
lucres. Erit aliquando ſerenior æſtas, quæ plenis manipulis in
orrea meſſem afferet. Tunc lætabuntur coràm te, ſicut lætan-
r in meſſe, venientes cum exultatione, portantes manipulos
os. Interim petendum, pulſandum, quærendum, ut adveniat
gnum ejus: & ſi non illud, ſaltem regnum confeſſionis. Dupli-
confeſſione confitentibus cum latrone in cruce regnũ diſpo-
tur. Nam & qui ſuam vilitatem confitẽtur ſpe mundationis,
ipſi certa ſpe adventurum regnum exſpectant. Sed qui ſuavi
ſtu ſentiunt, quia ſuavis Dominus, & propterea confitentur
omino, quoniam bonus, & quoniam in ſeculum miſericordia
us, his jam non parva parte advenit regnũ Ieſu regis Iudæorũ.
rimis initium regni; ſecundis incrementa & profectus. Et hic
uſtus ita gradib. queadmodũ paſſib. via protenſa, Deo propin-
uãtib. & ſẽper accedentib. & aſcendentib. interior & altior eſt.

Adveniat ergo *regnum tuum*. Regnum regis Iudæorum. Re-
num morientis egeni crucifixi, ex titulo Pilati. Regnũ infirmi-
itatis, ſtultitię, ignominię. Regnũ Iſrael in domo Iacob in ęter-
ũ. Regnũ oĩm ſeculorũ. Regnũ Salomonis in Hieruſalẽ. Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

gnum liberum à morte, infirmitate, vaſtitate, à captivitate, ſervitute, tributo, à vanitate, corruptione, ſterilitate, vilitate. Regnũ ergo vitæ, fortitudinis, opulentiæ, ſecuritatis, munitionis, redẽtionis, libertatis, im̃unitatis, veritatis, integritatis, fœcunditatis.

Quid objectaliter petitur in ſecunda petitione; & quomodo ſecundum gradus ſcalæ paternitatis; & quomodo ad Filium dirigitur. CAPUT. X.

A*Dveniat regnum tuum.* Quid ergo objectaliter hîc petim⁹, niſi ut ea fide, ea integritate militemus, quæ deceat milites regni illius? Et hæc convenienter ad Filiũ dirigitur oratio. Sicut n. Pater pater; ita Verbum frater, cujus nos coheredes. Et ſicut omne judicium datum eſt Filio; ita regnum ſapientiæ datũ Verbo: quia idem judicium, quod regnum. Sed quemadmodum ſub ſole ſidera ſolis fulgore ſplendent; ita qui ſublimitatẽ illorũ judiciorum recta & humili æſtimatione imitatur, etiam & ipſi quantò humili⁹, hoc eſt, quantò veracius de Deo æterno, de ſupernis, de internis, de ingentib⁹, grandibus, magnis, excelſis, eximiis, & ceteris, ſecundum gradum ſcalæ paternitatis ſentiunt, quantoq; de ſeipſis verius, tantò & ipſi cum, & ſub ipſo regnante Verbo regnant. Adveniat ergo nobis regnum tuum; ut ſic de æterno, ſuperno, internis, ingentibus, grandibus, & ceteris ſentiamus, judicemus, æſtimemus, & de nobisipſis, uti debemus, quatenus humiliati ad verum & dignum regnum exaltemur. Qui n. ſe humiliat, exaltabitur. Et hæc propria ſecundum imaginis proportionem, quo Filio judicium titulatur, petitionis coaptatio. Verùm, quia ſuprà dictum eſt in petitione ad Patrem de nominis ſanctificatione, congruenter adjungi clauſulam illam tertiæ petitionis; *Sicut in cœlo & in terra:* ideò hîc quoq; petendum eſt; *Adveniat regnum tuum ſicut in cœlo & in terra*, id eſt, ut aliquando, quemadmodum nunc in cœlis Dei & oĩm votorum compotes beati regni conſortes beate cum illo regnant; ſic nos poſt regnum perfectæ ſanctitatis ad beati illius regni conſortium perveniam⁹, quò illic æterni coæternum Filium regnantẽ videamus, videndo teneamus, tenendo æſtimemus, æſtimando judicemus, judicando conregnemus. *Amen.*

Pars

ars Septima, tractans de tertia petitione orationis Dominicæ incipit. Et primò, quare ad Spiritum Sanctum dirigitur: & quid petimus dicentes, Fiat voluntas tua.

CAPVT I.

F*IAT voluntas tua, ſicut in cœlo et in terra.* Tertia in trinitate perſona Spiritus Sanctus eſt, qui propterea Spiritus dicitur, quia in Hebræo *Rucha*, quod Græcè πνεῦμα, Lat. *Spirit⁹* nterpretatur. Et licet Græcè & Latinè magis à ſpirando quàm odorando dicatur, congruit nihilominus cum Hebræo orinali. quia & roſas & lilia ſuum odorem, & fragrantia vina ſun aromaticum ſpirare dicimus. Vult ergo communis locu-), ut cujuſq; rei ſpiritum dicamus illud, quod naturaliter de ſe irat. Deus ergo Pater, cùm ſit æterna, neceſſaria, in ſemetipſa am habens ſapientia, & Filius conſubſtantiale Verbum ſapien e ejus; quod naturaliter, propriè, neceſſariò ab æterno ex his grat, redolet, ſpirat, id Spiritum dicim⁹. Et hoc quia niſi Deo gnum & ſanctum eſſe non poteſt, rectè Spiritus Sanctus dicir: quia de ſumma ſapientia, & perfecto Verbo ejus, niſi bonus iritus procedere non poteſt. Bonitas Dei dicitur, & benevontia Dei. primum in Deum, poſteà in ſumma opera ejus. Et ia ſummæ ſapientiæ ſummi Verbi benevolentia eſt, ideò ſum nam eſſe benevolentiam confiteri neceſſe eſt. Summa autem nevolentia non ſimplex dilectio eſt, ſed amor, qui niſi ſūmo adu, totis viribus, ſui gratia non diligat, amor non eſt. Amor tem ubi perfectus eſt, charitas eſt, quæ non quærit quæ ſua nt. Amor autem & charitas donum eſt. Donum autem mu s eſt ab amante donatum ad amandum, & amoris incenum. Hoc donum æternum, liberale inter Patrem & Filium, emadmodum in nobis experimur ex cognitione & æſtimaone volitionem procedere. Nihil en· diligimus, quod non lectione dignum æſtimamus. Neq; dignum aliquid æſtimaus, quod non cognoſcimus. Vnde licet hic videatur locus ntra Græcos, quòd magis à Filio quàm à Patre Spiritus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Sanctus procedere videatur, eò quòd æſtimatio dignitatis mox amorem producat: quia tamen amare impoſſibile eſt niſi quod cognoſcas, ideò ſatis eſt ad catholicam fidem adſtruendam, æqualiter à Patre & Filio Spiritum Sanctum procedere. Ad hunc Sanctum Dei Spiritum, ad hunc ſanctum Dei amorem, ad hanc ſanctam Dei charitatem tertiam Dominicæ orationis petitionem dirigimus. Et quia Spiritus ipſe Dei voluntas eſt, & noſtra interioris hominis integritas in volendo conſummatur. Non enim ſi noſcamus Deum ſancto nomine Dei, non ſi regio judicio æſtimemus, integri ſumus, niſi bona voluntate eum diligamus. Cum ergo dicimus; *Fiat voluntas tua:* hoc oramus, ut id, quod præſertim velle de nobis cognoſcimus, videlicet, ut illum ex toto corde, ex toto ſpiritu, ex tota anima, ex tota virtute, ex tota charitate diligamus. hęc enim voluntas Dei bona, hæc eſt voluntas Dei beneplacens Deo, hæc eſt voluntas perfecta. Bona, in via incipientibus. Beneplacens, in termino viæ ſanctis. Poſt viam perfecta in beatis. Fiat ergo, ô bone, benigne, benevole Spiritus, hilaris, liberalis, large Spiritus, tua bona, beneplacens, perfecta voluntas tuæ charitatis in infimis, & longè à cœlo diſtantibus terris noſtris, ſicut fit in ſublimibus, æthereis, lucidis, beatis cœlis tuis. *Amen.*

Ex eo, quod Spiritus Sanctus donum dicitur, quæ ſit differentia inter donũ & datũ.

CAPUT II.

Occaſione illius, quòd Spiritus donum dicitur, libet tractare verba Apoſtoli Iacobi; *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens.* (*Iacob. 1: verſ. 17.*) Vtrumq; commemorat, *datum* & *donum*. Et dato utilitas percipitur in uſu indigẽtis: ſed in dono decus & gloria feſtinantis. Data referuntur in neceſſitatem: qualia quæ contra indigentiam ſive nuditatis, ſive famis, ſive alterius penuriæ. Vnde aurum, argentum, veſtis, domus, fundus, ſi munere proveniant, data cenſeri poſſunt; dona verò non ſunt: non n. hæc tàm ad ornatum & decorem, quàm ad repellendam indigentiam concedũtur. Anulus a. & monile, & torques, & inauris, & ſertum, & corona, & cetera hujuſmodi

ſi ornamenta: quæ univerſa uſu ſuo nihil utilitatis habent, decoris autem & ornamenti plurimum, iſta cùm dantur, ſuo nomine dona ſunt. Et data quidem à miſerente; ſed dona, niſi ab amante, non tribuuntur. Itaq; ſi pro tenebris nocturnis repellendis etiã Aſſuerus rex novellæ reginę Heſter auream lucernam, cujus pro lucido cornu non criſtallus aut beryllus, ſed adamas lętiſſimus, & introrſus pro lumine noctilucus carbunculus reconditus ſit, hoc ſanè datum pretioſiſſimum, tametſi inæſtimabile ſit tùm adamantis, tùm carbunculi æſtimatione, quanquam etiam magnũ aſtruendi amoris argumentum, datum tamen eſt, & non donum. Si verò carbunculus eodem auro lucernæ transformato in coronam aut monile tranſlatus, eidem prętaretur reginæ, nobile profectò donum cenſeretur; quoniam in omni feſtiva alacritate decorum ornatum. Vnde, quod in naturalibus integritas & gratia, hoc in adjacentibus poſſeſſio & ornatus. Et in his, quæ aliunde tribuuntur, datum & donum.

De triplici voluntate, beatorum angelorum in cœlo, damnatorũ dæmonũ in inferno, & hominum in mundo. Et quomodo obſequuntur divinæ voluntati differenter.

CAPVT III.

Loriam meam alteri non dabo. Gloriam, quæ mihi ex creatura & plaſmate meo debitam. Erit autem gloria aut bonę voluntatis obſequentis in cœlo, aut excruciatę voluntatis in inferno, aut caſtigatæ bonæ voluntatis ſacrificium in terris. Igitur triplex holocauſtum glorificat Deum. Primum in cœlis: Secundum in infernis: Tertium in terris. Iuſti ſunt angeli in cœlo tàm facili quàm felici voluntate, potentes virtute facere voluntatẽ Dei. E regione impii dæmones, ſed non adeò impii dæmones, quantumlibet indurati & obſtinati, quanta pietate angeli adhęrent Deo. quoniam illi, quod lapſi ſunt, de ſuo tantùm lapſi ſunt & averſi à Deo; quoniam non potuit eos externum aliquod malum deteriores facere. Angeli verò divinitus adjuti & elevati ſupra ſe per gratiam, facti pii in Deum, non ſola naturæ rectitudine perſtiterunt, ſed & aſcenderunt. Vnde etiam fit, ut non ſint propter malitiam ſuam adeò miſeri dæmones, *Eſai. 42. verſ. 8.*

quantùm

quantùm ſunt angeli propter meritum ſuum pręmiati: quonia in illis propria pravitas: In iſtis non ſolùm propria rectitudo, ſed & divina beneficentia remuneratur. In illis voluntas in malum obſtinata ex proprio; in angelis in bonũ confirmata divino adjutorio. In hominibus voluntas medio modo ſe habens eſt, nec obſtinata in malum, ut nequeat converti; nec in bonum cõfirmata, ut nequeat adverti. ad bonum autem libera, ſed gratia adjuta; ad malum prona natura deſtituta. Neq; tamen in beatis ideò voluntas libera non eſt, quia in bonum confirmata eſt: quia quod vult liberè vult. alioquin actus beatitudinis in libera voluntate non dependens, ſed à ſolo Deo; ſicut habitus gratiæ nunc à ſolo Deo. Igitur voluntas tantùm ſubjectiva beata. In dęmoniis autem de libertate arbitrii eorum, quò diſtinctius articulatiuſq; cognoſcatur, attentè conſideranda, quæ neceſſariò & invitè patiuntur maligna dęmonia. Flectunt genua in nomine Ieſu; confitentur, quia Dominus Ieſus in gloria eſt Dei Patris; orant Dominum Ieſum, ne in abyſſum mittantur. Rogat epulo, ſepultus apud inferos, legatum Lazarum mitti in domum patris ſui, quò non quinque fratres ejus in eundem locum tormentorum veniant. Et hæc omnia videntur pietatis eße, cùm ſint urentis & urgentis neceſſitatis, potiùs aũt calamitatis: quia verè potiùs eligunt inviti hęc facere, quàm gravioribus plectendi ſubjacere. Sed electio voluntatis actus liber: ſed miſera illa libertas. Sed & contumacia dura eorum, qua ſemper ſuperbi & contumaces malunt obſiſtere quàm credere.

De magnitudine amoris beatorum, conſideratione parabolæ nuptiarum, & ex magnitudine amoris promptitudo obſequentis & obedientis voluntatis ſupra omnium hominum obedientiam. contra S. Bernardum.

CAPVT IV.

AMari ſe pręcipit Deus: amandus ergo eſt neceſſariò. et quia non decipit, amabilis etiam eſt, in amore præveniens. Et quoniam naturaliter omnis amor nuptias anhelat, naturaliter divinis nuptiis nos deſtinavit qui amare præcepit. Nuptiæ autem quid novitatis, quid celebritatis, quid anhelationis,

uid lętitię, quid gratiæ, quid opulentiæ, quid decoris, quid ublicę benevolentiæ ſecum ferant, quid fidei, quid pollicitaonis, quid juris, quid ſecuritatis afferant, oēs norunt qui ritè xperti ſunt. Ex hac igitur conſideratione idonea parabola & roximus gradus ad felicitatem beatorum conjectandā, & effiax incentivum torpentis, & prę tędio dormientis animæ. Ninirum, ad imaginem Dei pariendam in nobis, propter beatas las nuptias conditi ſumus à principio. & quoniam hoc omnis omo & angelus eſt naturaliter, omnis homo ad imagiem Dei eſt naturaliter, ergo ad nuptias, ut naturaliter ad mandum: quia naturaliter ad cognoſcendum, & judicandū t glorificandum. Et valdè propoſito congruit verbum Hieemię, *quo, ſicut præcepit ex toto corde & ex tota anima diligi, ſio tiam confitetur, ſe toto corde, tota anima diligere ſponſam.* Hiem. 32. Amor ergo beatorum eſt ex toto corde, ex tota anima eatè diligere, quo etiam diligant ſeipſos propter Deum tantū. ui amor in hoc noſtro exilio nobis impoſſibilis eſt. Tametſi . Bernardus in Sermone de B. Martino, in comparatione oedientiæ angelicæ & S. Martini, pluris faciat obedientiā Marni, & majorem, & potiorem, quàm angelorum: cùm tamen mnis magna obedientia ex magno amore, & maxima ex maimo, ut clarè teſtantur verba Domini Ieſu; *Sed ut cognoſcat undus, quia diligo Patrem.* De quibus in *De diſpenſatione Veri* tractatum eſt. Quòd ſi ex timore aliquando & reverentia oedientia eſt, quoniam hæc non inſunt, niſi ex amore, ideò x aliquo amore procedere neceſſe eſt. Et quoniam comprehēorum omnium amor major & ardentior eſt amore cuiſque viatoris, ideò & paratior & promptior omnis comrehenſor Martino viatore. Ad integritatem denique aoris attinet, ut in omnem voluntatem amati paratus inveiatur amator, & in omne bonum ejus. Et hæc promptido duplex; ſpontanea ſcilicet, & efficax: quemadmodum n duobus filiis Zebedæi, Iacobo & Ioanne; Iacobo quiem efficace, Ioanne autem prompto, ſed utroque integror

verſ. 40.

Ioan. 14. verſ. 30.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

in beatis autẽ ſpontanea præ omnibus viatoribus exſtat. Sed & in hac oratione Dominica non in ſimilitudinem viatoris, ſed beatorum in cœlis jubemur orare, ut fiat voluntas ejus ſicut in cœlo & in terra. Magna planè latitudo mentis beatorum angelorum, qui ſimul ſolliciti vigiles, fideles obſervatores, fortes miniſtri, ſtrenui milites, ardui pugnatores, opulenti meſſores, locupletes victores, glorioſi triumphatores in hoc mundo ſunt; nihilominùs perpetuò ſancti ſacerdotes in templo, ſublimes reges in ſolio, felices nuptæ in thalamo. Latas profectò mentes eſſe neceſſe eſt, quæ perfecta omnia hæc ſimul officia præſtant, ut ſervi ſolliciti, miniſtri ſeduli, mercenarij fideles, coloni fructuoſi, excubatores vigiles, ſtrenui milites, diſcipuli dociles, judices ęqui, ſapiẽtes regnãtes, ſancti ſacerdotes, excelſi reges, ſponſę ardẽtes.

De voluntate obſtinata damnatorum, quomodo libera: & de naturali eorũ voluntate incorrupta, quomodo in dæmonibus renititur voluntati liberrimæ malæ.

CAPVT V.

IN dęmonibus, quia naturalia eorum in pœnam illis integra & ſalva ſunt, habent notitiam claram, non dico vivificam & ſapientalem, ſed claram, velut intuitivam de pluribus, puta, de merè naturalibus, de ſupra naturalibus creditivam. Credunt n. & contremiſcunt, & velint nolint, lingua eorum confitetur, quia Dominus Ieſus eſt in gloria Patris. Iudicium n. intelligentię, ſicut notitia mentis, merè naturalia ſunt: quare per nullam volũtatis malitiam poſſunt, quò minus hęc naturaliter fiant & ſint in eis. Voluntas autem quia partim natura eſt, & partim libera, penes primam partem ſemper virgo manet incorrupta, ſemper deprecans ad optima, quia motus ille non eſt niſi inclinatio & affectio boni. Sed hęc affectio boni in vivacioribus vehementior, quàm in ſegnioribus. Et de hac etiam poteſt intelligi, ſicut de viva voluntate ex ſapientia & judicio diximus, ſi ratio recta fuerit, etiam voluntas recta. Contrà, quàm editus Pariſius articulus, diffiniens eam erroneam, quia reliqua voluntatis portio merè libera eſt; adeò, ut in protervientib. & pertinacib. nulla rationis rectitudo prævaleat, horum voluntas habet actũ

liberum,

liberum, contrarium actui naturali. Et quia utraq; in vivacibus vehementer actuata eſt, ideò graviter tales pugnant intra ſe, & miſeram inteſtinam patiuntur ſeditionem. Prima voluntas cum rectitudine rationis vocatur conſcientia: quæ, quantò vivacior fuerit, vehementiùs prævaricatorem remordet. Et hæc eſt vermis qui non moritur, & internus ignis qui non exſtinguitur. Imò, vehementiſſimè accenditur, quantò arbitraria voluntas prævaricatior fuerit. & hoc naturaliter. Puto igitur, ſi rationabilem conjecturam ſequi velimus, quod Apoſtolus inquit; *In nomine Ieſu omne genu flectendum, etiam dæmoniorum,* intelligendum voluntate, ut natura. Si tamen propter latitudinem mentis plures quis ponat reſpectu ejuſdem volitiones arbitrarias; unam odientis impietatis, aſcendentem ſemper; alterá ſubdentem & curvantem, coactæ neceſſitatis: nihil videtur irrationabile aſtruere. quia tantò gravior eſt miſeria, contrariarum voluntatum conflictatio: idq; miſerius, quantò de omni ſuo cogitur ſub clariſſimo velut meridiano lumine coruſcantis veritatis, & irrefragabilis & inevitabilis veritatis, rationem reddere. Et qualem rationem? certè claram, apertam, veram, integram, certam, perfectam, qualem vivax ejus intelligentia præterire, diſſimulare vel reticere non poſſit. Erit igitur peſſima illorum voluntas graviſſimis tribus tradita tortoribus, etiam ſine ſupplicio corporali: qui licet graviſſimi ſint, juſti tamen ſunt non charitate, ſed naturali æquitate; quia non poßunt aliter.

Phil 2. verſ. 10.

De voluntate hominum libera tàm in bonum, quàm in malum naturaliter: & quomodo in malum prona natura corrupta, & in bonum gratuitum non, niſi gratia, expedita.

CAPVT VI.

IN voluntate hominis arbitrium liberum, ſed cõplacentia naturalis. Et igitur voluntas, quantumlibet depravata rationi rectæ de majori bono magis complacet: & ex hac naturali & neceſſaria voluntatis complacẽtia grande, aſperum, atrox fit ſchiſma in voluntate obſtinata clarè cognoſcentis. Si credulitas & intellectus credulitatis poteſt fieri in falſum & impoſſibile, nihil

ab re,

ab re, ſi voluntas in impoſſibile feratur, ſpecie boni confuſa. Quod oportet morales virtutes in appetitu ſenſitivo ponere, ne reluctetur voluntati, hoc non eſt, niſi propter infirmitatem habitus in voluntate. Si enim incontinens multo habitu multùm amet Dominum Ieſum, ſtatim continens eſt. patet hoc de Magdalena. In obſtinato & imparato voluntas & appetitus concordant contra rationem. In continenti voluntas cum ratione, ſed appetitus ſenſitivus contra rationem. Verùm ut fiat voluntas ejus in nobis in terra ſicut in cœlis, id eſt, charitas Dei, non naturali libertate poſſumus, ſed gratia tantùm: quia dilectio Dei & amor gratuita Dei bonitate nobis donantur. Monemur ergo petere hæc à ſolo Deo, qui ſolus donare poteſt, dicente Domino Ieſu in oratione, quá nos orare docuit; *Fiat voluntas tua.*

Quanta ſervitus voluntatis concupiſcentiis irretitæ, quantaq́ libertas ejus, cujus voluntas in mandatis Dei: & quantus principatus in latitudine mentis.

CAPUT VII.

SI non ſerviret voluntas mea concupiſcentiis, quibus longè tetriùs & turpiùs ſervit, quàm Iſrael in Ægypto aut in Babylone, ſed libera & expedita vacaret & videret quoniam ſuavis Dominus, jam in compoſitam quandam formam pacis ac libertatis vendicata & reſtituta videretur. Sed ubi tàm rara vacatio, & guſtus tàm exiguus, quomodo libertatem & pacem dixerim, ubi quotidie experitur voluntas manentem adhuc ſervitutem, minore licet tyrannide prementem? Illum autem virum liberum dixerim, cujus voluntas omnis in lege Dei, cui dulcia eloquia Domini ſuper mel ori ſuo, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum cordi ſuo, cujus animus ſemper & omni concurſu ex omni occaſione amorem ſtatuerit: hîc profectò jam liber in omnibus aquis ſeminat, in omnibus plantat, ſub omni cœlo negotiatur, omni tempore metit, colligit, manipulos congregat in horrea ſua. At verò, ſi huic tali viro datur illa mentis latitudo, quam vel angelus malus aut bonus à Deo permiſſus tendere aut extendere poſſet, & in omnium illarum notitiarum latitudine ſilens utendi aut favendi, juxta varietatem

tem cognoſcendi amoris, in ſingulis exerceret, non jam li-
ertas æſtimanda, ſed principatus. Cùm autem in gaudium
Domini ſui intrabit voluntas in tota illa latitudine mentis, quæ
atura eſt in die Domini magna, quando videntem omnia
idebit, & amantem ſe Deum in omnibus amabit, tenebit,
mplexabitur, oſculabitur, & ſentiet quàm ſuavis eſt Do-
inus, & id canet æternum amoris canticum, ſemper novum,
uia non rotatione ſuccedentiū invicem mutationum, ſed ſta-
ili & integra perpetuitate omnium virium, copioſiſſima lati-
udine in ſinceriſſimum quendam ordinem reducta, ſecundū
ectæ rationis arbitrium meritò canet voluntas Deo ſuo gra-
as regni divinitus dati, in multiplicatos ſibi & ſubditos velut
opulos Iſraelitas omnes. Velut ergo gradibus quibuſdam à
yrannide primùm eripimur in mitiorem, ſed turpem tamen,
ervitutem; ex ſervitute in fugam; ex fuga in libertatem; à li-
ertate non poſt longum in principatum tranſituri; ex princi-
atu in regnum ſublimandi. Hac via non obſcura quædam
eri & divini regni ſpecies ſuſpicienda aperitur, præſertim po-
entibus tres illos gradus dilatatę mentis quomodolibet ſu-
bicari. Velut enim quendam populum ſubjectum habet
oluntas univerſam creatarum virium & habituum latitudi-
em, quibus ſi omnibus in ordinem redactis recto amore
oluntas imperat, non parvum regnum æſtimandum; pręſ-
ertim tunc, quando juſtus amor in beatam fruitionem com-
mutabitur. Quemadmodum enim in regno terreno militat
miles, ducit magiſter militię, moderatur judex; rex verò qui-
tus ut regnet, quędam miſſo duce per milites repellit, quę-
dam judicibus componit, alia Senatu moderatur, per ſapien-
es decernit, per negotiantes regni commoda diſponit; ipſe
ublimi ſolio tranquillus reſidet quietus, cum amicis omni-
m horum colloquia miſcens: ſic hujus beati regis exemplum
n voluntate omnibus inferioribus potentiis', ſancto amore
ręſidente, & moderante, & componente ſtrepitum ſingularū
ctionum, cujus imaginem aliàs latius otium depinget meliꝰ.

Hic

Hic jam locus, quàm horrida barbaries in mente pravis amorib. diſturbata, quàm inquieta, quàm lacera, quàm inordinata, quàm confuſa, quàm fœda omnia; & eo magis, quò in mente potiora, ut angeli mali, aut hominis mente dilatati.

Quòd gradualis aſcenſus & profectus eſt voluntatis noſtræ obtemperandi voluntati & mandatis Dei noſtri.

CAPUT VIII.

EST veluti gradibus quibuſdam voluntati noſtræ in omnibus Dei mandatis ſcalaris quidam adſcenſus & profectus. quia quod proponitur licet: ſecundò decet. eſt enim non ſolùm pium, ſed honeſtum. Tertiò debitum, ut mandati contrarium non licet impium, quia dedecet, adeò ut zelatorem legis offendat. quo fit, ut quod licet, decet; quod fieri debet, expediat. Quintò autem juvet atq; delectet, juxta illud; *Delectationes in dextera tua.* Et item; *Cantabiles mihi juſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Dulcoravit nobis legiſlator noſter conditionem debiti noſtri, duorum inde commodorum, quo liceat ac deceat; duorum etiam iſthinc oblectamentorũ, quo expediat videlicet, & juvet ſive delectet: ut qui non eſſe debitores non potuim⁹, ſaltem impunes, decori, opulenti, beati eſſemus debitores. Debitũ noſtrum, amare Patrẽ noſtrum, quem non amare non licet, quia impium eſt; minùs autem decet, quia prorſus impium decere non poteſt. Et quia non ſine fructu amatur, cui omnia cooperantur in bonum, fit ut nihil ita expediat. Et quia decentiſſimum, expedientiſſimũ, naturaliſſimum etiam erit. Quid en. tàm naturale bono filio amare patrem dulciſſimum? Ergo innatiſſimum illi ſemper cohærere, illum audire, illum videre. Neq; prętereunda conſideratio de facilitate, de dignitate, de conſummata perfectione & beatitudine, ut quod licet etiam facilè ſuppetat, & quod ſuppetit conveniat, ac dignum quod convenerit. dignum autem quod debitum decens, quia dignum & conveniens, ideò neceſſarium, beneplacens, perficiens, beatiſicans.

Pſal. 16. verſ. 11. Pſal. 119 verſ. 54.

Quòd juſtè amari à nobis vult Deus, qui prior amavit: & quomodo omnis amor amorem poſcit, & cuncta ſine amore nihili facit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

CAPUT IX.

NIhil amore amabilius eſt. Vnde omnis amans pro omni
munere, & præ omni munere hunc repoſcit. Et certè, quiſ-
quis amorem expoſcit, ipſe amat, aut amare volet. Vnde Deus
noſter, quoniam ex toto corde, tota anima, tota mente ſeſe a-
mari præcepit, perfectò qualem præcepit, talem etiam præcipi-
endo promiſit. Qui enim amari cupit, niſi redamare velit,
excruciat, & carnifex magis quàm amabilis eſt. Quomodo n.
non amantem feliciter quis amaverit? Neglectus enim & de-
ſpectus cultor erit ejus, qui neq; benevolo nutu dignum judi-
cet. Æternum ſupplicium eſt, amor perpetuò deſolatus. Et
fruſtratum ſe queritur, quantalibet bona conſequatur amans, ſi
non ex dantis amore ſentiat proficiſci. Non amici gradum, ſed
inferiorem mercenariorum locũ deputat quidquid accipit. At
ubi amorem perſenſerit, quidquid etiam ceterorum proveniat,
ſemper ſatis habere putat. Amanti redamantis amor pro toto
theſauro & capitali ſumma eſt: cetera omnia acceſſoria æſtimat.
Sit ergo, ut niſi omninò amoris contubernio bearet ſuos decul-
tores, & mandatorum ſuorum exactiſſimos obſervatores, magis
majore cruciatu affligeret, quàm tepidum, frigidum cultorem.
Illi enim cùm non peccaverit, & pro juſtitia retributio ſit, mer-
ces pro fructu eſt. Huic autem omne quod donare poteſt, ſordi-
dum & mortuum ſapit, niſi mutuò uniat & vigeat amore. Li-
quet ergo ſic, qui amorem præcepit, amorem pollicitus eſt. Se-
curus igitur amet omnis Chriſtianus, Imò etiam homo, etiam
angelus, & omnis rationalis creatura, cui præcipitur toto corde,
toto ſpiritu, tota anima Deum ſuum amare, ſecurus inquam a-
met, & quantum valet amet, quoniam felici experimento ſen-
tiet amoris ſui deſiderio omnimodè ſatisfactum, & non amo-
ri ſuo redditum æquum, ſi incomprehenſibiliter præventum, ut
erubeſcere debeat magis quã querulari. Erubeſcere dico, quod
non aliter amet eum, qui tanto prevenit & complectitur amo-
re. Hic interim torpeat amor noſter, dùm denſa caligo ſimul,
& craſſus ſtupor, & conſopiens oblivio, omnem illius ignis ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

dorem, imò ſenſum excludit. Illic autem, ubi revelata facie gloriam Dei contemplabimur, omni excuſſo torpore, omni caligine illuſtrata, totis cordium medullis amorem ſpirabimus. Feliciter illic felix illud mandatum implebimus; *Diliges Dominū Deum tuum ex tota anima* &c. Hîc interim ſæpè licebit & expedit recurrere ad actus objectales, ſive plangendo, ſive poſcēdo, ſive miſerando, quoniam non habemus: ſive orando, ſive gratias agendo, ſive ſolùm conſiderando quantùm, aut quantùm non habemus. Et hæc non ſolum, quia objectalis formalem valet apud Deum; ſed etiam quia objectalis habitum ſui parit, & ita ad ſæpiùs objectaliter operandum facilitat. Vt præterea ferè in omnibus rebus ſeminalis quędam vis atq; fœcunditas ineſt pullulandi: ſic in objectalibus virtus quædam germinandi formales operationes. Nam ſicut oſcitatio oſcitationem, halitus halitum, & manducatio manducationem, & luxuria luxuriā. Nam cum ſancto ſanctus eris, & cum perverſo perverteris, & ſic actus objectales formalem tandem inducunt. Sed & Salomon ſufficere ratus in Parabolis multa de ſapientia loquitur, præcipiens actus objectales, ſive quærendo, deſiderando, concupiſcendo, poſtulando, inclinando cor: illam velut mulierem bonam, ſororem, ſponſam, amicam, matrem complectendo, deſiderando: qui omnes actus objectales.

Deuter. 6. verſ. 5.

Quòd beatitudinis futuræ typum Salomon in duorum amantium ſtatu in Proverbiis ſæpè, & in Canticis non ſolùm; ſed & Dominus Jeſus ſæpè in Parabolis ſponſi & ſponſæ, & nuptiarum expreſſit.

CAPVT X.

NOn ſolùm Salomon futurę beatitudinis typū expreſſit in duorum amantium, adoleſcentis & virginis, ſtatu, votivè amantium & fruentium; ſive id *in Proverbiis*, ubi ſæpè hortatur ſapientiam habere amicam, ſororem, ſponſam, & ejus amplexibus, ejus oſculis delectari jugiter: ſive etiam, & magis, *in Canticis*, ubi Deum amantem amore reſpondentes & convenienter introducit, velut in fructum & finem oſtendere volens maximi & primi mandati, in quo non ſolùm omnis lex pendet & Propheta

rophetæ, ſed in eo omnis eſt beatitudo. Quid enim illo hoĩe beatius, qui Deum amat ex toto corde, tota mente, totis virib⁹? O beati ſervi, qui Domini ſui præcepto reſtringuntur, ut beati ſint, & ex jugo ſervitutis transvehantur ad thalamum nuptialē. Hanc incredibilem univerſi generis humani dignitatem longè clarius quàm Salomon, Euangelii prædicatores, & ſponſus, Dominus Ieſus, tàm frequentibus inculcat verbis. Nunc *ſimile eſt regnum cælorum decem virginibus, quæ exierunt obviam ſponſo & ſponſæ*, & intraverunt cum eo ad nuptias. Et iterũ; *Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias, facienti nuptias filio ſuo.* Et per decurſum Euangelii, & reliquæ Canonicæ Scripturæ pleraq; talia. ut qui qualitercumq; novit quid gaudiorum in votivo amore ſit, ſciat etiam ipſe ſpecie ſuæ conditionis. Matt. 25 Matt. 22 verſ. 2.

Quòd, quia amor caput omnium virtutum, dignum ut petamus: imò, magna Dei amantis dignatio, hortantis & docentis, ut petamus hunc in nobis incendi, & donare promittentis.

CAPUT XI.

AMor Dei velut caput & cor totius interioris hoĩs, & ab hoc capite omnes reliquę virtutes, velut membra, derivantur & oriuntur, ut quantumlibet juſtitia, miſericordia, prudentia, ſcientia, etiam omnium rerum & omnium myſteriorum, ſi ſine amore Dei ſint, ἀκέφαλα ſint. Omnia enim cetera, quantumlibet magna, pretioſa, ſpecioſa, ſplendida & magnifica, niſi hoc uno aromate dignificentur, habēda velut ſtercora. Omnia n. arbitratur ut ſtercora verus Dei amator, ut Ieſum lucrifaciat. Si n. à ſũmo cælorum omnem ordinem creaturarum uſq; ad infimum cognoſcat, non ſolùm quale ſit, ſed & ad quid, & ad quos fructus per tempora & momenta factum ſit, quatenus ſecretorum notitia totum mundum ſuum faciat; quod perfacile illi, qui omnia ſecreta dinoſceret. Si tamen hoc ſummum Dei & capitale donum non ſortiatur, tametſi univerſum mundum lucratus, animæ ſuæ detrimentum facit. Vnde Paulus rectiſſimè; *Si linguis hominum loquar, & angelorum &c.* Dignum ergo ut petamus, imò magna Dei dignatio, docentis ut oremus, hortantis 1. Cor 13. verſ. 1.

ut petamus, promittentis ut accipiamus. Quomodo non donabit, qui hortatur ut quæramus, pulſemus, petamus? Orandum ergo, *ut fiat voluntas ejus in nobis, ſicut in cœlo & in terra.* Quod ubi acceperimus, omnibus bonis dotati erimus. Ceterũ amor in pleriſq; non orat, ſed imperat. Et quod ceteri in Dominica oratione petunt, amor Dei jam acceptum fert, non exſpectat. Nam velut patrem amat, cœlum aſpirat, nomen Dei ſanctificat, in regno filiorum Dei manet, fit voluntas in eo, ſicut in cœlis, aquam vivam, panem angelorum, vinum æternæ ſapientiæ manducat & bibit, nulla ei peccatorum debita imputantur, tentationes illi in bonum omnes cooperantur & ſunt, cùm ſit liber à malo.

Quid petitur in tertia petitione orationis Dominicæ, retractando ſub brevitate, & quomodo gradibus ſcalæ aptetur.

CAPUT XII.

DIcentes ergo, *Fiat voluntas tua*, petimus ea mentis intelligentia, & amoris integritate ſemper in carne tepere, qua caſta fida ſponſa in thalamo deſiderati & amati ſponſi ſui, ſicut ſancti & angeli in cælis, toto corde, toto ſpiritu, tota anima, tota mente, tota voluntate, tota virtute, tota ſapientia, tota charitate, toto tremore, toto honore, toto amore Deum Patrem, Deum fratrem, Deum amatorem diligamus.

Fiat hoc in nobis ô bone, benigne, benevole Spiritus, hilaris, liberalis. &c. Bonus dicitur Spiritus, eſſendo. Benignus, non nocendo. Benevolus, favendo. Hilaris, dando. Liberalis, multùm dando. Largus, profundendo. Dulcis, afficiendo. Suavis, attrahendo. Amabilis, transformando. *Fiat voluntas tua*, voluntas, in quã, illa tàm ſedulo calle crucis quæſita per infirmitatem, inſipientiam, ignominiam. Sed & voluntas illa, propter quam omnia reliqua voluiſti, quæ ſalute prior eſt.

Fiat voluntas {
Patris ſanctificantis.
Verbi ſapientiæ dirigentis.
Spiritus Sancti amantis.
}

Fiat

Fiat voluntas tua, ut benignè, benevolè, piè, manſuetè, humi-
liter, fideliter, ſapienter, rectè, juſtè, perfectè, ſanctè, beatè
ivamus, quo ad voluntatem

onam. / *eneplacentem.* / *rfectam.* } *Eſt enim voluntas Dei* { *bona,* / *beneplacens,* / *perfecta,* } *per gratiam* { *incipientem.* / *proficientem.* / *ſanctificantem.*

ratia in omnibus partibus imaginis, una eſt { *in mente. Sapientia Patris.* / *in intelligentia. Iudicium Filii.* / *in voluntate. Amor Spiritus Sancti.*

n infantibus prima gratia, ſed non ſola, bona.
n proficientibus ſecunda manet, ſed non ſola, beneplacens.
n perfectis tertia manet, & proficit in ſuum dominum, perfecta.

Hîc eſt notandum, quod, quemadmodum Pſalmiſta adhortatur *angelos fortes virtute, facientes verbum ejus, ad audiendam vocem verbi ejus*, qui tamen tota virtute & ſollicitudine id faciunt: ita licet optare ut faciant, & orare ut faciant quod faciunt, ſecundum grad⁹ ſcalæ paternitatis. Et quemadmodum pro illis, ita pro dormentibus exorare, ut à peccatis ſolvantur, ſancta & ſalubris cogitatio eſt; ſicut ſanctũ & ſalubre velle quæ vult De⁹, & orare ut fiant quæ vult fieri. Poteſt enim pia voluntas converti ſuper omne quod eſt primum, & citra primum, & primi voluntatem in omnibus deſiderare & orare. Pſal. 103. verſ. 20.

Pars Octava, tractans de quarta petitione orationis Dominicæ. Et primò, quomodo hæc petitio ad Patrem dirigitur: quomodo eſt panis iſte manducandus ſpiritualiter, quem niſi manducaverimus, non habebimus vitam in nobis.

Caput I.

PANEM *noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Ex quo ſuperiores tres petitiones Patri, Filio, Spiritui Sancto diſtributæ ſunt, eodem etiã ordine ſequentes. Vnde *Patrem luminũ, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur*, oramus, ut qui patribus carnis noſtræ naturalẽ pietatẽ inſpiravit, ut norint bona data dare filiis ſuis, eaten⁹, ut cũ fili⁹ petierit panẽ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

non lapidem illi porrigat. Te ergo pater æterne, ſuperne pater, interne, per viſcera paternę bonitatis pulſamus, non da lapidem nobis Dominum Ieſum Chriſtum, lapidem dico offenſionis, in quem velut in durum lapidem, in fortem & incommercibilem lapidem, qui pedem ſuum offendet, confringetur & conteretur. Offendit a. in eum, qui veritatem ejus, æquitatem ejus, ejus charitatem averſatur, aſpernatur, & contumaciter & obſtinatò repellit. Et ſuper quē cadit lapis hic offenſionis, comminuet eum. Cadit autem ſuper oēs deſertores, judicaturus eos, quos & ultima contritione conteret. Hic lapis eſt calculus, qui replet os mulieris adulteræ, comedentis & bibentis & tergentis os ſuum, & dicentis; *Non ſum operata malū.* Hic lapis poſitus in ſignū,
Prov. 30. verſ. 20. cui contradicitur à multis, & ideò lapis offenſionis in ruinam multorum in Iſrael. Quòd ſi contradictione fit lapis offenſionis in ruinam multorum in Iſrael, ergo non contradicendo, ſed acquieſcendo, ſed credendo in nomine ejus, ponitur in ſignum regreſſionis de morte ad vitam: quia teſtimonio Simeonis
Luc. 2. verſ. 34 *in reſurrectionem multorum in Iſrael.* Ipſe eſt enim panis vivus, non quem Moſes dedit, quantumlibet ſapidum, ſimilagineum, & omne delectamentum mellitę dulcedinis & pinguedinis habentem. Panis vivus non modò, ſed & vivificus, nimirum qui angelos reficit, & vivificat in beata illorum vita. Ille idem homines in hac vita reficit ad ſobriam, piam, juſtam vitam; refecturus poſteà ad perfectam, ſanctam, & beatam vitam, ut verè panem angelorum homo manducet. Manducatur autē in via ſapientiæ, judicii & juſtitiæ commemorando, conſiderando, dijudicando, ruminando, guſtando, appetendo, eſuriendo, ſitiendo, diligendo, amando, amore languendo, lāguore deficiendo. poſtremò perfecta charitate, non quærente quæ ſua ſunt, inhęrendo. Et hoc ultimo gradu verum, ſincerum, & merū nuptiale convivium eſt, ubi dignè ſponſo copuletur ſponſa. Sed hujus manducationis gradus pleriq; perardui ſunt, & quantò à ſupremo diſtant, propter filias Hieruſalē imbecilliores, propter infirmitatem carnis nondum ad nubilem ętatē provectę: medii

gradus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

gradus media charitate conſtrati ſunt. Verùm quia is, qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum in meridie, tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, quò nemo ſit qui ſe abſcondat à calore eius, aut ſe excuſare poſſit à convivio nuptiali propter infirmitatem carnis, non media ſolùm, ſed & infima ferculi ſui Salomō dignatiſſima ſui charitate conſtravit. Præcepit n. accipere & mãducare panem, & terribili cōminatione manducare cogit; *Niſi manducaveritis*, inquiens, *carnem Filii hominis*, &c. Et è regione deſiderabili promiſſione animas pellicit & invitat, inquiens; Ioan. 6. verſ. 53.
Qui manducat hunc panem, non morietur in æternum. Et in alio loco; *Vivet in æternum.* Et item; *Etiamſi mortuus fuerit, vivet.* Et; *Ipſe tranſit de morte ad vitam.* Inter anguſtias ergo mortis et vitæ poſitis ſolus hic panis eſt neceſſarius, qui de morte reficit ad vitam. Reficit autem & revocat omnes qui vitam deſiderant. Eſt enim lux & vita hominum his, qui credunt in nomine eius. Qui en. credit, jam manducat. Sed ut quotidie manducet hunc panē, & ſit ei panis quotidianus, crebrò oportet cōmemoret, dicente Domino; *Hoc facite in meam commemorationem.* verſ 50. verſ. 58. Ioan. 11. verſ. 25. Ioan 5. verſ 24.
Nemo n. tàm frigidus charitate, tàm devius veritate, quin piè poſſit, cùm velit, commemorare quæ Dominus Ieſus pertulit, docuit, donavit, quæ præcepit, promiſit. Hoc ſi cum pietate cōmemorat, tameſi non mox dijudicare, ſi non ſuaviter ruminare, non dulciter guſtare, neq; quæ reſtant fortiora in ſacrificio miniſtrare, credat nihilominus præcipiēti, quo crebrò, piè, fideliterq; cōmemoret, & confidat in omni loco, in omni tēpore, in omni negotio, in omni ſtatu, in omni tēpeſtate, in omni fluctuatione ſalubriter & efficaciter hunc panē mãducare. Confortatur n. ex frequenti cōmemoratione, quo tandē, ſecundū præceptū Salomonis, *invitatus ad menſā divitis diligēter cōſiderare poſſit, quæ & qualia ſūt, quæ appoſita ſunt ei.* Tandē ex appoſitis & cōſideratis ſcire poſſit, quòd oporteat eū talia præparare. Et cū Paulo *judicabit corpus Domini*, & prophanū à ſancto; carnē Verbi ſanctã à carnalibus illecebris ſecernens, digna dignis præferens, ut cum animalibus mundis ungulam findit judicio, Luc. 22. verſ 19. Prov. 23. verſ. 1. 1. Cor. 11 verſ. 29.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

& quæ tanta dignatione liberaliter appoſita ſunt, ſuaviter incipit ruminare. Quam vitam ſi ſequi pergat, guſtabit & videbit quoniam ſuavis eſt Dominus. Et qui ſic edunt, ſic guſtant, nimirùm eſuriunt & ſitiunt: & eſurientibus & ſitientibus jam ſua ſponte quotidianus panis. Fames enim & ſitis oblivionem non ſuſtinēt, ſemper ſtimulant, ſemper urunt, neq; quodcunq; aliud ſolatium admittunt. Solus eſt vivus ille & vivificus panis, quem eſuriunt. Ex hinc jam ſuperſubſtantialis panis fit ei, cùm jam deſipit ei omnis caro. Imò nauſeat anima ejus, ſuper iſto cibo leviſſimo, renuit conſolari anima ejus, neq; dignatur gloriari niſi in cruce Domini. Per illum crux illi eſt, quidquid non hunc panem crucifixum ſapit. Supra naturam & naturæ virtutem eſt, gloriari in cruce, voluptatem horrere, pompas exſecrari tanquàm crucem.

Quòd fructus Euchariſtiæ non in ſacramentali viſibiliter ritu edendi, ſed fideli cōmemoratione credendi conſtituitur; quomodo & Patres veteris teſtamenti eundem cibum manducaverunt.

CAPVT II.

NOn in ſacramentali ritu edendi viſibiliter fructum Euchariſtiæ conſtituit Dominus Ieſus, quando dixit; *Quotieſcūque feceritis, facite in meam commemorationem.* quaſi dicat, cōmemoraſſe, comediße eſt. Iuxta illud Pſalmi; *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors et miſerator Dominus, eſcam dedit tementibus ſe.* Hoc Dominus Ieſus, in alio loco, *Qui credit*, inquit, *in me, habet vitam æternam.* Et item; *Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivit.* quemadmodum etiam præ allegatum in præcedenti capitulo. Et item; *Qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei, & qui audierint vivent.* Qui ergo verba Dei audiendo qualia & quanta Deus per carnē geſſit, & credendo adhæret, & fructum eorum ſperet & amet, verè jam ſpiritaliter vivit, & creſcendo reficitur, invaleſcit, invigoratur. Hæc etiam Paulus voluit eodem verbo, quando dixit; *Patres noſtri eundem cibum ſpiritualem manducaverunt, & eundem*

Luc. 22. verſ. 19. *Pſal. 111. verſ. 4.* *Ioan. 6. verſ. 40.* *Ioan. 11. verſ. 25.* *Ioan. 5. verſ. 28.* *1 Cor. 10 verſ. 3. & 4.*

lem potum ſpiritualem biberunt: quia quando promiſſa de futura gratia Chriſti audierunt, crediderunt, ſperaverunt, deſideraverunt, ac ſancto deſiderio ad juſtitiam accingebantur, nonne animati, & confortati, refecti videntur? Et unde, niſi commemoratione, ruminatione tantorum bonorum per ſalvatorem dandorum? Licet ergo ſacramentalis eſus etiam ſuum fructum afferat, interioris tamen hominis eſus in Verbo facto carne. Ita patribus Verbum futurum caro, plena gratiæ & juſtitiæ, ſummũ paſtum & ſpiritualem reperit alimoniam. Nam, ut cetera taceã, quid ita noſtrum amorem paſcit, quàm ut ſic ille homo, qui verè Deus eſt, amaverit illo ſancto, magno, fido amore, cui nullus amor vel in minimo poſſit comparari?

Declaratio, quomodo ſpiritualis manducatio credentis vitam conſequitur: qua manducatione etiam Paulus primus eremita, & ſancti anachoritæ manducantes vitam conſecuti ſunt.

Caput III.

MAnducatur ergo hic panis, quando manducatur caro Filii hominis, & manducans habet vitam æternam; & qui non manducat, non habet vitam in ſe. Quia *niſi manducaveritis carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis.* Vita autem, quam manducans conſequitur, quia non exterioris hominis eſt, ſed interioris; & interior homo quoniam ſpiritus eſt, & ita ſpiritualis, oportet & panem ſpiritualem eſſe, & ſpiritualiter manducari. Manducatur autem ſpiritualiter actibus partium imaginis, quorum primus eſt commemorare ſecundum pietatem fidei, à quo nullus Chriſtianus excuſari poteſt: quia poteſt ſaltem pio deſiderio commemorare. Quod qui non vult, non habet vitam in ſe: & qui piè vult, jam manducat. Et hoc irrefragabili conſequentia convincitur ſic. *Nullus abſtinens à manducando carnẽ Filii hominis habet vitã æternã. Omnis credens in eum habet vitam æternam. Ergo nullus credens in eum abſtinet à manducando.* Conſequẽtia eſt in *Cæſare*, primo ſecũdæ. Hoc jã argumẽto pronũ videtur, quod ſuprà *præcedẽti capitulo,*

Ioan. 6. verſ. 53.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quomodo eandem eſcam ſpiritualem manducaverunt, & eundem potum ſpiritualem biberunt, quantum ſapienter cognoverunt, ſublimiter glorificaverunt, fideliter amaverunt. Et eadem via pronum, quomodo ſit panis angelorum incomparabiliter in eum affectorum ſuper nos. Magis igitur panis illorum quotidianus & ſuperſubſtantialis. Pronum proinde de ſanctis anachoritis, quomodo manducaverunt carnem Filii hominis, neceſſario manducandã viatori, cui tàm grandis & ardua reſtat via uſq; in montem Dei Horeb per tàm invium deſertũ. Confeſſe palàm, ſanctos illos anachoritas vitam habuiße latitantes in antris tantos annos. Manducabat ergo Paulus, primus Eremita, etiam temporibus illis, quibus mortalem nullum, ne dicero ſacerdotem communicantem, videbat. Sed manducabat, quia credebat: & quod credebat, crebrò commemorabat. quod commemorabat, diligenter conſiderabat. quod conſiderabat, ruminabat. quod ruminabat, ſuave eſſe guſtabat. quod ſuave eſſe guſtabat, deſiderabat, eſuriebat & ſitiebat. quod eſuriebat & ſitiebat, hoc anhelabat, diligebat, amabat, amore lãguebat, amore vulnerabatur, amore moriebatur. Quia ſi fideliter & integrè faciebat, in omnibus his mortem Domini annuntiabat. Sed cui, niſi ſibi ipſi? Et qualem mortem? qualis mortui? & quare mortui? niſi quia cùm ſãctiſſim⁹ eſſet & exaltandiſſimus, voluit interim exinãitus gloria ſua humiliari charitate Dei, præcipientis obedientiam uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Hanc mortem ſi fideliter ſibi annuntiavit, donec Dominus veniret, pulſans nimirum, & ipſe amore fraternitatis in talem fratrem primogenitum intenſus plus quàm in ſeipſum, & amore refectus.

Idonea parabola, quomodo panis vitæ Chriſtus ſpiritualiter, credendo & commemorando reficit, conſideratione perficit, dijudicatione auget.

Caput IV.

Non ab re huic loco cõmemorare, quòd ſæpè nobiles in mercatoribus Ianuenſibus fratres duo, *Nicolaus & Henricus de Egra*, fideles, fideliter de ſacerdote quodam, cognato ejus, narrare ſolebant. Qui cùm circa Kalendas Octobris per montis

nacii ſatus iter faceret, nocte, nimbo & nivis gelu coactus, & via devians, prominentem & exeſam cavitatem, tanquàm ſub umbraculum ac tectum, declinare elegit. Deſcendit ergo in vallem, ut propiùs profundiuſq; ſub tectum petræ ſuccederet, quò nivibus remotior quieſceret. Sequenti die profundam illam vallem undiq; præruptam reperit, ut exire non poſſet. Neceſſariò igitur ex viatici ſui reliquiis diem duxit reliquũ, deſperatus, tanquàm illic moriturus. In his anguſtiis animi ſi ſequentem noctem inſomnem duxerit, nihil mirum. Pervigil ergo inter moeſtos animi fluctus, quantùm ſub refractis ad intra ſpecum lunæ radiis videre dabatur, deprehendit varia reptilium & ſerpentum undique de ſpecu in unum confluere. Miratur, aſpicit, deprehendit alia aliis ſuccedere, & recedere unde venerunt; ſibique tùm acceſſu, tùm receſſu innoxia. Redeunte luce diurna nihil reptilium aut ſerpentum comparere. Sequenti nocte itidem videt. Tertia autem die, tùm de vita, tùm de alimonia deſperatus, conſtituit ſe ſequenti nocte, ſi denuò videret quæ viderat, propiùs quid ageretur velle explorare. In illo igitur loco cõſedit, in quo vel accedere vel inde diſcedere obſervaverat. Videt ergo cuncta illa animantia ad quendã lapidem in rupe natũ, parva ſui parte, diſci inſtar, foris rupe nudatum, exiguo ſplendore, quo putrida lignorũ nocte relucеſcũt, in tenebris micãtem, lapidemq; illum aperto ore, ejectis linguis lingentia atq; lambentia: idq; cùm parumper feciſſent, ad ſua luſtra ſecedentia, locũ cedebant ſucceſſuris, atq; de univerſis ita ctituri. Manè igitur incidit ei cogitatus, ſi fortè reptilibus illis lapis ille ſterilitatem temporis relevaret. Vnde permotus acceſſit, & lacinia veſtis metum venenoſi contactus abſtergens et ipſe lambere cepit, breviq; intervallo viribus in biduana jam inedia refectum ſe ſenſit, quaſi comediſſet. Hoc pacto totam hyemem à Kalendis Octobris uſq; ad Idus Aprilis, quibus propter multas nives mons ille invius eſt, ſanus vegetus permanſit. Et cùm circa Kalendas Maii, abſolutis jam & ſublatis nivibus, quoſdam circa commeantes & colloquentes audiſset, clamare

cepit

cepit & advocare. Qui venientes hominem extrahunt, & prodeuntes unà ſecū ducunt, de caſu interrogant, & poſt varia hinc inde colloquia tandem, ubi audierunt hominem tota illic hyeme delituiſſe, velut fabulam referunt, utpote qui ſine cibo vixiſſe non poterat. Sed ubi commemoratam lapidis hiſtoriam & beneficium detexit, inflammati illi, pretium lapidis magni pendentes, lapidemq; ipſum anhelantes, locum unde hominē retraxerant requirunt, ſed nullis mille ambagibus invenire potuerunt. Quòd ſi lapis ille lambendo & lingendo corporalem vitam ſuſtentare potuit, idonea noſtro quotidiano tranſſubſtantiali pani parabola erit, qui commemorando reficiat, conſideratione perficiat, dijudicatione augeat, ruminatione vigoret, guſtatione delectet, eſurie & ſiti inflammet, dilectione, amore & charitate tandem perficiat.

Quomodo idem præfiguratum per Moſen in panibus propoſitionis, qui intra ſanctuarium poſiti ſacrifici panes erant his, qui foris erant.

CAPUT V.

MOſes non donavit, licet prænuntiavit, manna à Domino dandum. Et utrumq; à Domino, quòd prænuntiatus, quòd donatus eſt panis ille. Sed quomodo nobis interī panis ille māducandus, etſi lapide illo Pinacii montis, de quo *præcedenti capitulo*, aliquantulùm exprimatur, magis tamen legis mandato panes propoſitionis in aurea menſa proponere jubentis inſtruimur. Erant numero duodecim, omni domui Iſrael ſaturandi, ſabbato calentes & recentes, ad verum ſabbatum invitantes. (*Levit.24*) In aurea menſa divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Verè panes, verè reficientes, & ſapientiam, judicium & juſtitiam velati intra tabernaculum primò Moſi, ſecundò intra ſanctuarium templi, ſegregati à conſpectu Eccleſiæ, cujus erant ſacrifici panes. Et quomodo panes? quos neq; contingere, neque guſtare, neq; videre licebat. niſi quo nobis interim noſtræ refectionis & panis & exemplar proponatur. Panis noſter eſt, & verè manducatut à nobis foris in atrio ſtantibus, eum videntibus. *Beati enim qui non viderunt & crediderunt.* (*Ioan 20. verſ. 29.*) Non intra ſanctuarium

n templo ſupra aureum menſam oculariter conſpicientibus interim, ſed medio pariete ſecluſi, per fidem commemoramus corpus plena charitate pro nobis traditum, ſanguinem integra charitate pro nobis effuſum. Et quia duo hæc nobis nata, nobis data, verè ſancta fuerunt & ſpiritualia etiam ante reſurrectionis glorificationem, & nunc maximè ſpiritualia ſunt, ut ſpiritualiter ſpiritualem & interiorem hominem, ad imaginis Dei & ſimilitudinis rationem, potenter confortent, reficiant, & reducant commemorantem, æſtimantem, deſiderantem.

Quòd nedum ſpiritualiter manducatur caro Filii hominis commemoratione credẽtis; ſed & ſacramentalis manducatio non ſolùm infructuoſa, ſed ad mortem eſt, ſine ſpirituali manducatione.

Capvt VI.

EX prædictis ergo patet, quàm verè manducare ſit ſpiritualiter manducare credendo, & commemorando, quæ Dominus Ieſus, nobis datus, nobis natus, paſſus eſt pro nobis. Viventi enim & eſurienti panis manducando fit panis & nutrimentũ. Sicut ergo interior homo ſpiritus eſt, & etiam vita ſpiritualis; ita panem hunc ſpiritualem eſſe oportet & ſpiritualiter manducari. *Niſi enim panem hunc manducaverimus, non habemus vitam in nobis.* Sed & corpus & ſanguis Domini Ieſu, quantumlibet ſancta ſint, corpora tamen ſunt, non ſpiritus. Vnde ſi corporaliter tantùm aſſumantur, non ſolùm non ſpiritualiter reficient manducantem, ſed & occident. *Qui enim indignus manducat, reus erit traditi corporis & effuſi ſanguinis*, ut melius eſſet ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Non caro Chriſti eſt, quæ juſtificat, aut ſanguis; ſed opus per ſanguinem & carnem oblatum. Vnde Dominus; *Spiritus eſt qui vivificat, caro autem non prodeſt quidquam:* hoc eſt, parum eſt de carne, quantumlibet ſancta; ſed operis magnitudo, & ineffabilis dilectio, & charitas offerentis per Spiritum Sanctum, illa eſt quæ vivificat. Caro, inquam, quam niſi manducaveritis, non habebitis vitam in vobis, non prodeſt quidquam caro carnaliter intellecta. Sed caro, quam ego do vobis, verè cibꝰ nutriens eſt in vitam æternam. Spiritus n. eſt qui *Ioan 6. verſ. 63.*

vivifi-

vivificat, id eſt, caro mea ſic accepta, ſpiritualiter mactata, ſpiritus charitate tradita, commemorata, conſiderata, dijudicata, ruminata, conſpecta, affectata, amata velut exemplum juſtitiæ, arca ſapientiæ, pignus ſalutis, confortans, diligens, animans per inhabitantem ſpiritũ, locupletans per theſauros ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei; nimirùm ſapientibus & amantibus veræ vitæ panis erit: præſertim amantibus, etiamſi minùs vigilet acies intellectus. operatur enim vitam ex virtute etiam in ignorantibus. Omnis enim vita in amore, adeò, ut qui non amat, non etiam vivat magis quàm truncus. Amor amore paſcitur non ſolùm, ſed gignitur, confortatur, incenditur, & inflammatur. Charitas charitatem alit. Charitas charitati panis eſt. Omnia opera Chriſti, omnia dogmata Chriſti, oẽs paſſiones Chriſti charitatis exẽpla, charitatis incitamenta, irritamenta charitatis, incentiva charitatis, oblectamenta, fomenta, & alimenta. Panis autem propoſitionis integrum & ſummum amoris eſt ſpeculum, elevatum in montibus, ut omnes videant, ut nemo ſit qui ſe abſcondat à calore ejus. Mercenarii abundant pane: Sed quibus laborum ſuorum merces & fructus amare. Vero pane verbi Dei reficitur, quiſquis verè dicere poteſt; *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! ſemper melori meo.* Et in alio loco; *Dulciora ſuper mel & favum.* Similiter ex creaturis reficitur, quem Deus ita delectat in creatura ſua, ut dicat; *Delectaſti me Domine in factura tua.* Sed eſt refectio ſuper omnem refectionem, ex carne veſtiente Verbum, & condente univerſos theſauros gratię, ſapientiæ, judicii & juſtitiæ Dei, cui ex amore Domini Ieſu ſuper mel & favum dulcia ſunt eloquia Domini Ieſu, exempla Domini Ieſu, & myſteria Domini Ieſu: qui non ſolùm credit, deſiderat, ſitit, ſperat, confidit, conſpectat; ſed amat, & amore languet.

Pſal. 119 verſ. 103
Pſal. 19. verſ. 11.
Pſal 92. verſ. 4.

Intereſt autem inter ſacramentalem & ſpiritualem manducationem, quòd illa ſine iſta infructuoſa, imò ad mortem eſt, contra præceptum Domini; *hoc quotieſcunq; feceritis, in mei memoriam facietis.* Et Paulus; *Quotieſcunque panẽ hunc manducabitis, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annuntiabitis*

Luc. 22. verſ 19.
1. Cor. 11 verſ. 26

tis. Et, *non dijudicans corpus Domini, ad judicium manducat.* Ibid.
t; qui manducat indignè, reus erit corporis & ſanguinis, non verſ. 29.
judicans corpus Domini. Spiritualis autem manducatio ſem- Ibid.
er fructuoſa eſt, & ad vitam. Eſt quoque ſpiritualis commu- verſ. 27.
io, & communio pietatis aliquantò fœcundior ſacramentali,
altem in hoc quod manducat & bibit. Illa, quantum eſt in lai-
is, manducat ſolùm, niſi quia felici hauſtu ſuppletur pace pie-
atis. Illa tempori & loco alligata, certis tantùm perſonis per-
niſſa, formam ſervare cogitur. Hæc de corde puro, fide non
icta, nullam ætatem, nullum ſexum, nullum genus reſpuit, o-
nni tempore commoda eſt. Illa ſæpè damnoſa, hæc ſemper
alutaris.

Quòd idem qui panis, caro à beſtiis laniata, ac per hoc immunda judicata, ſicut commemoratione reficit, ſic eum quoq;, pro quo offertur, à peccatis hoſtia pro peccato abſolvit.

CAPUT VII.

M*Emoromiam fecit mirabilium ſuorum, eſcam dedit timenti-* Pſal. 11[illegible].
bus ſe. Verùm quidem verbum, ſed Hebræi verbi vim & verſ. 4.
plenitudinem non plenè explicat. In Hebræo n. ponitur *Theref*,
quod eſt caro mortua, non comedenda populo Dei; quia im̄un-
da ex eo, quod à feris laniata & lacerata. Si igitur immaculatus
agnus caro, à feris laniatus in mortem, in ſimilitudinem carnis
peccati occiſus, & velut immundus extra portam paſſus, quid
niō & ipſe *Thereph* accipiēd' eſt? maximè cùm Moſes, ubi primā Exod. 29.
legē de hoſtia pro peccato differuiſſet, præcipiēs, ut illi' hoſtiæ ſā
guis cōtra velū ſepties aſpergeretur, & ſuper cornua altaris incē
ſi allueretur, & ad baſi altaris holocauſti fūderetur, totū reliquū
extra caſtra cōcremaretur. Quæ ubi oīa ordinatè & integrè diſſe-
ruit, abſq; ulla prioris & ſequētis literæ cōgruētia, & abſq; ora-
tionis diſtinctione ſubdit, *Thereh ſetraph*, quaſi dicat, hoſtia pro verſ. 14.
peccato. propterea extra caſtra & nō in tabernaculo offeretur,
quoniā à feris dilaniata Iudæis velut im̄ūda erit; ſed extra ſyn-
agogam gentib. velut in loco mūdo. Mirabilis hîc myſterio-
rum dēſa conglobatio, ut eadem hoſtia *Thereph* ſit, & in loco
mundo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

mundo tamē offerenda. & immundum eum, pro quo offertur, à peccato mundet. Hoc *Thereph* quando dedit Dominus Ieſus in ſui commemorationem, hoſtiam dedit, & memoriale dedit: hoſtiam pro peccato, memoriale omnium mirabilium ſuorum.
Luc. 22. vers. 19. An non hoſtiā pro peccato, quando dixit; *Hoc corpus meum, quod pro vobis tradetur in remiſsionē peccatorum?* An non etiā grande memoriale oīum mirabilium ſuorum, quando dixit; *Hoc eſt corpus meum, hoc facite in meam commemorationē?* Talis ergo in hac oratione Dominica panis petitur à Deo Patre, qui verè filiorum panis ſit, cōmemoratione reficiens, & tamen cùm manducatur, verè hoſtia à manducante oblata & ſacrificium ſit Deo pro peccatis & holocauſtū. Ita plenè nobis in ſacramento datus, quatenus planè in paſſione pro nobis traditus; ut quidquid illic pro nobis obtulit, prorſus nobis proſit: ſi tamē continua cōmemoratione creſcamus, ac jam non ſuum ſacrificium ſit, ſed noſtrum; non ſua juſtitia vel obedientia, ſed noſtra, ut fiducialiter cum fiducia cauſæ noſtræ tribunali accedere poſſimus: quia per hoc ſacrificium gratificati Deo magis, quàm ſi nunquàm cecidiſſemus. Sic-
2. Cor. 5. vers. 14. ut enim arguit Apoſtolus, *omnes mortuos eſſe, ſi Chriſtus pro omnibus mortuus eſt*: ita etiam licebit arguere; *Si Chriſtus pro omnibus factus obediens uſq; ad mortem; igitur omnes obedientes facti ſunt uſq; ad mortem.* quòd ſi obedientes, ergo juſti. Vt fiducialiter dicere liceat, *Panem noſtrum:* non ſolùm corpus & ſanguinem, ſed & laborem, languorē, livorem, dolorem, mœrorem, anguſtiam, defectionem, turbationem, tædium, deſolationem animæ ejus, & omnia paſſionis, vitæ, gratiarum ejus. Omnia enim hæc pro nobis tradita, ſunt. Omnis deniq; plenitudo gratiarum, ſapientiæ, ſcientiæ & gloriæ ejus, & charitatis ejus nobis tradita ſunt.

Quomodo panis vitæ paſcit commutatione vivifica in ſe, augmentatione, conformatione in via. Et quomodo panis ſuperſubſtantialis trinitas paſcit, & unum ſecum facit beatos in patria.

CAPVT VIII.

MAgnam quandam omnium beatorum hominum unitatē Dominus Ieſus inſinuavit, quando eundē omnibus ſpiri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

nalem panem propoſuit, donavit; & panē paſcentem non ſui ommutatione manducati in mādueantes. Sic n. panis manducatus deſineret & deficeret. Paſcit ergo manducantium beatifica in ſe commutatione: quia ſi in ſe omnes, igitur in illum unum fiunt omnes. Igitur, ut ille, ſapiemus, judicabimus, volemus. Et primò quidem paſcit commutatione juſtificationis, ut manducantem omnem vivificet ad juſtitiam: deinde paſcit cōmutatione augmentationis, ut in juſtitia proficiant. Ex hinc fortificatione, ut roborati alacres fiant ad imitandum. Et omnes æ refectiones, quantumlibet refectorum varietatē ſortiantur, nitate tamen reficientis panis omnes communicant. Sed hæc urea menſa panum propoſitionis ad altiorem tranſmittit refectionis charitatem panis illius ſuperſubſtantialis, quem in oratione Dominica petendum inſtituit, inquiens; *Panem noſtrum uotidianum ſuperſubſtantialem da nobis hodie.* Panis ſuperſubſtantialis is eſt, qui via in deſtinatione, veritas in exſpectatione, ita adoptione, Deus ternus & unus, Pater panis menti, Verbū anis intelligentiæ, Spiritus Sanctus flumen pacis ſitienti voluntati, & panis eſurienti juſtitiam. Vbi igitur omnes uno illo pane feliciter in ſe non commutato, ſed rapiente, ſuperſubſtantiali pane reficientur, nimirum omnes in illo unum erunt, quemadmodum ipſi unum ſunt, ſtabilis concordiæ unitate, amatiſſima voluntate, quæ quò majorem complectitur multitudinem, o firmiorem & beatiorem ligat unitatem. *Math. 6. verſ. 11.*

uomodo hic panis omnis ſacrificii effectum & fructum affert commemoratione, conſideratione, conſervatione, collatione, &c. nedum oblationis pro peccato, ſed decimarum, primitiarum, holocauſti, incenſi. &c.

CAPVT IX.

MAgnum ſperandæ propitiationis argumentum, quòd non ſolùm cibus & refectio, ſed & hoſtia pro peccato Salvator oſter fieri dignatus eſt. Quòd ſi hoſtia, neceſſe erit ut reſtitui in integrum: quare & à pecato mundat, à debito redimit, ſolvit à vinculis, eripit à carcere, liberat à ſervitute, reconciliat in gratiam, ſanctificat dignitate, ſublimat gradu, adoptat in filios,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

deificat æterno conſortio. Grandia hæc, & ferè incredibilia, in
externis legalibus hoſtiis quidem involutis verbis paſſim toto
veteris inſtrumenti ſparſis innuebat, ut aliquando dicatur *hoſtia
pro peccato*, aliquando *victima*, aliquando *oblatio*, aliquãdo *mu-
nus*. nunc *decimæ*, nunc *primitiæ*, nunc *pacifica*, nunc *gratiarum
actio*, nunc *votum*, nunc *ſpontaneũ*, nunc *ſacrificium*, nunc *holo-
cauſtum*, nunc *incenſum*. Quorum verborum alternante vari-
etate vel tenuiter exercitatus facilè novit, quandam & gratam
deſideriorũ fœcunditatem intelligendam, quam etſi legales in-
nuant, promittant & pręcipiãt, non conferunt tamẽ. Sed & nec
ipſę ſpirituales noſtræ hoſtiæ internæ ad hoc ſufficiẽtes ſunt, ut
mundent à peccato, ut reatum aboleant, ut debitum exſolvant,
debitorem redimant, vincula ſolvant, à carcere eripiant, liberẽt
à ſervitute, juſtificent in judicio, reconcilient ab offenſa, in gra-
tiam reſtituant, gradu ſacerdotali ſanctificent, regali dignitate
ſubliment, in jus hereditatis filiorum adoptent, æternoq́; divini
conſortii contubernio deificent, & unione conjungant. Ad hęc
n. nedũ oĩa vel ſingula, ſed vel pauca vel horum minima patran-
da atq; pręſtanda, oẽs juſtitiæ noſtrę inſufficientes & inidoneæ
ſunt. Solæ hoſtię, quas ſum̃us ſacerdos pro nobis obtulit in cru-
ce, fact⁹ obediens uſq; ad mortem, mortem a. crucis, ſacerdos in
æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, efficiunt, quod ex-
ternę legales innuũt, quod internæ ſpirituales noſtrę præſtolã-
tur. Sed quomodo? Certè non cum ſemper manente actuali ob-
latione: quia hoc miſerum & crudele. ſed æterna fiduciali cõ-
memoratione & gratulatione obedientię magnæ, in cuſtoditis
viis duris, propter verba labiorũ Patris, hoc eſt, in gratulatione
obedientiæ mandati magni de offerendo ſeſe ſacrificiũ religio-
nis, holocauſtum integritatis, & incenſum ſanctitatis. in quo oĩa
ad ultimum conſiderata, ruminata, guſtata, olfacta, ſuaviſſimũ
redolent odorem, trahentem in amorem Dei. Vnde dicit Apo-
ſtolus ad Hebræos 9. *Non ut ſæpè offerat ſemetipſũ, alioquin opor-*
verſ. 25. & 26. *tebat illum frequenter pati ab origine mundi; nunc a. ſemel in cõ-
ſummatione ſeculorum per hoſtiam ſuam ſemel apparuit.* ut ſumi
ſacerdotis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

acerdotis Chriſti corporale ſacrificium pridem ſemel per fra-
rantiſſimum ignem paſſionis oblatum, nunc quidem amoris
gne, abſq; hoſtia carnalis paſſionis, cōpoſito thymiamate red-
lentiſſimi incenſi, perpetua nunc in conſpectu & immortali
ommemoratione vultui Dei appareat pro nobis, monens, do-
ens, trahēs nos ad ſe via, veſtigiis, ordine, modo, ſpe, fructu quo
ræceſſit, ut participes ſimus calicis ejus. Alioquin impoſſibile
os, niſi per illum, ſanctificare, & impoſſibile per aliam viā par-
icipero, ſaltem participatione perfecta, niſi cōmemorando ſe-
undum Dominum præcipientem; *Hoc facite in meam comme-* Luc. 22.
morationem. niſi diligenter conſiderando quæ appoſita ſunt no- verſ 19.
is, ſecundum Salomonem. niſi conſervando & conferendo in
orde noſtro cum virgine matre. niſi ruminando cum animali-
us mundis. niſi *guſtando & videndo quoniam ſuavis eſt Domi-* Pſal 34.
us, cum Pſalmiſta. niſi guſtata ſuavitate eſuriendo & ſitiendo. verſ. 8.
iſi ſitiētes & eſurientes currendo in odore unguentorum; cur-
ere anhelando, æſtuando. niſi anhelantes amando. niſi aman-
es languendo cum ſponſa. Ad ultimū, niſi tantùm amando, ut
x intimis medullis cordis impetu, velut neceſſitate, rapiamur,
t ſimiles Domino Ieſu hoſtias, victimas, primitias, decimas,
acifica, ſacrificia, holocauſta, incenſa referat, & retribuat ei ho-
ocauſta, participatione perfecta ſolùm participamus. Interim
mperfectum noſtrum videt Deus, ut commemoratione ſola e-
um participemus & communicem⁹, juxta verbū Domini Ieſu;
Hoc facite in meā commemorationē. Cōmemorando igitur man- Luc. 22.
ucam⁹, cōmemorando reficimur, cōmemorando aſpergimur. verſ. 19.
t ſi commemorationē acuam⁹, ut conſiderem⁹, ut conferam⁹,
t dijudicam⁹, ut vacemus, ruminemus, guſtemus quoniā ſua-
is eſt Dominus, & concupiſcamus, & eſuriamus, ſitiam⁹, ame-
us, amore lāgueamus, non parum, non parvula gutta reſperge-
mur, ſed pleno profluvio ſacri fluenti lateris, pectoris, cordis ej⁹
rigabimur, inundabimur, mūdabimur, dealbabimur, fœcūda-
imur, vivificabimur, paſcemur, roborabimur, exhilarabimur,
nflammabimur, prorumpemus & laudabimus. Vis igitur ſacto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

hoc rore reſpergi? crebrò commemora, conſidera, congrega, cõſerva, dijudica, vaca, vide, rumina, ut guſtes, eſurias, ſitias, concupiſcas, deficias, reficiaris, ames, amore langueas: certus, quia ſacer languor tuus tenerrimus ſuper dilectum innixus ſuſtentabitur. Ad hanc beatitudinem, hanc meſſem uberrimam parvula illa gutta aſperſionis promiſit non ſolùm veraciter, ſed affert etiam efficaciter ſedula commemoratio.

Quomodo panis iſte nobis quotidianus: & quia quotidie neceſſarius, ideò quotidie manducandus ſpirituali manducatione commemorando, non ſolùm pro refectione, ſed & omni genere ſacrificii offerendi.

CAPUT X.

PAnem ergo *noſtrum quotidianum da nobis hodie*; panem noſtrum, natum in Bethlehem, in domo panis, vivum & vivificum origine, natura, moribus, exemplis; vivificantem doctrina, conſilio, muneribus, operibus; vivificantem patrocinio, ſtudio, ſacramento novo & æterno. Panem, qui de cœlo deſcendit: carnem, quam niſi quis comederit, & ſanguinem niſi quis biberit, non habebit vitam in ſemetipſo manentem. Calicem novi teſtamẽti in ejus ſanguine, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum, in ejus commemorationem retribuendum Domino, pro omnibus quæ retribuit Dominus nobis; quem tribuit Filio Pater, ut biberet & offerret in odorem ſuavitatis, in abolitionem calicis iræ Dei, quem debebamus bibere propter calicem fornicationis meretricis Babylonis. Panem vivum, dantem vitam mundo, tranſſubſtantialem, de cœlo deſcendentem, panem angelorum, dantem ſemetipſum pro nobis tibi Deo Patri, hoſtiam & victimam, decimam, pacificam, ſacrificium, holocaſtum, & incenſum, oblatam Patri, & ſanctiſſimum ſacrificium, integerrimum holocauſtum, ac ſuaviſſimi odoris incenſum, tibi Deo Patri acceptiſſimum, & in univerſa hac ſua magnificentia nobis donatum, quia pro nobis, te præcipiente, tibi oblatum. *Panem noſtrum da nobis quotidianum*; quia quotidie & ſemper neceſſarium nobis. *Hodie, &* quotidie da manducare, da dignè manducare, da efficacem & fructuoſum,

r reficiat, nutriat, augeat. confortet in amore. O panem no-
trum quotidianum da nobis, qui nihil habemus quod non e-
us opus habeat refectione, & prȩſertim quȩ potiora ſunt nobis.
t tu noſti, quibus eduliis reficienda, & per Verbum tuum carnẽ
ctum dediſti & oſtendiſti nobis, quis hujus noſtræ deficien-
æ panis lapſum reficiat. Et ſicut eo referente didicimus, ipſe
eficiens panis eſt. Et quia commemorando, velut prima refe-
tione, panis uſum & fructum primum ſeipſum nobis eden-
um præcepit, da nobis hunc panem ſemper & ubiq; comme-
norare, quò quotidie commemoratus reficiat ut conſiderem⁹,
uotidie conſideratus reficiat ut dijudicemus, dijudicat⁹ reficiat
t conferamus, collatus reficiat ut guſtemus quoniam ſuavis
ſt Dominus, guſtatus Dominus quoniam ſuavis quotidie refici-
t ut conſervemus, conſervatus in corde noſtro quotidie refici-
t ut ruminemus, ruminatus reficiat ut eſuriamus & ſitiamus, e-
uritus & ſititus Dominus quotidie reficiat ut quȩramus, quæſi-
us Dominus quotidie reficiat quo diligamus eum, dilectus re-
ciat ut amemus, amatus reficiat ut amore langueamus, lan-
uentes reficiat ut cordialiter amore ſui & charitate vulneret, &
c amore vulneret, quò per mortẽ, velut ſpecioſam templi por-
m, in domum amoris æterni beatiſſimus introducat, ingredi-
tur. Hæc enim eſt non palati aut ventris refectio, qua quod per
s intrat in ventrem trajicitur, & in ſeceſſum vadit: ſed interio- *Matt. 15*
s hominis, mentis, intelligentiæ, voluntatis divina quædam & *verſ. 17.*
uperſubſtantialis refectio, quæ panem illum decet, qui ſimul
anis eſt & rex gloriæ, ſimul hoſtia & ſacerdos, qui interiori
omini, qui ſpiritus eſt, congruit. Mens n. cognoſcendo, com-
memorando, attendẽdo, conſiderãdo reficitur. Intelligẽtia cre-
endo, conferendo, tractando, dijudicando, approbando, rumi-
ando, guſtando, æſtimando, eligendo reficitur. Voluntas de-
iderando, quærendo, inveniendo, pulſando, introeundo, petẽ-
o, eſuriendo, ſitiendo, diligendo, amãdo, amore languẽdo, dul-
i amoris vulnere moriendo reficitur. Verè igitur interiori ho-
mini congruentiſſimus panis eſt, qui has in interiori homine

refectiones operatur. Similibus enim interior homo paſcitur eduliis. Inter amantes amor nutritur mutua benevolentia, mutuus amor accenditur & confovetur. Et quia interioris hominis vita, augmentum & ſtatus potiſſimè amor, talem potiſſimè propoſitionis panem proponi congruebat, qui commemoratione, conſideratione, collatione, tractatione, dijudicatione, ruminatione, continua guſtatione amoris ignem accenderet. Et quis omnium amatorum à ſeculo vel ita amavit, vel ita amatus eſt, ut amoris exemplar Dominus Ieſus nobis monſtratum? quo majorem dilectionem, quo ſanctiorem dilectionem, quo beatiorem dilectionem nemo habuit. quo nemo unquàm amatior, ut pote pro cujus abſentis amore mille millia hominum, juvenes & virgines, ſenes cum junioribus, elegerunt mille millibus mortibus mori, quàm ad punctum ab amoris illius integritate tepeſcere. O verè panis amoris amor! Quàm verè dictum, *Si vis amari, ama!*

Pars Nona, tractans de quinta petitione orationis Dominicæ. Et primò, ratio ordinis ad ſuperiorem petitionem; et quare ad Filium, qui ſacrificium noſtrum pro debitis noſtris eſt, dirigenda.

CAPUT I.

E*T dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus.* Mirabili planè & amabili dulcedine, & copioſa Dei dignatione proviſum ſimul & collatum eſt, ut quemadmodum in lege de primitiis, de decimis, de pacificis, & ſacrificiis, de oblatis, quanquàm Deo ſacrificarent qui offerentes, tamen maximam partem in atriis Domini non ſolùm manducarent ut reficerentur, ſed læto, celebri, ſacro convivio epulabantur. Et quia coràm Domino, ideò id manducare, convivari, epulari, ſacrificare erat: ſic hodie quoq; ad noſtram refectionem, vivificationem, roborationem, ſanationem, conſervationem, ſalvationem & conſummationem ſumimus. quoniã hæc à ſolo Deo per ſolum Dominum Ieſum ſperamus, exſpectamus, poſtula-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

mus & accipimus;& per hæc ad eam charitatem non ſua quærẽ-
em, quam exſpectamus, pervenire dabitur, qua Deum in ſe & o-
nnia alia propter Deum diligentibus, Deus omnia fiat in omni-
us. Ideò refectio hæc & convivium omnib. piè in azymis ſin-
eritatis & veritatis epulantibus, non tàm cibus & refectio, quã
acificum & ſacrificium cenſebitur. Sed quia non ſolùm ſacri-
cium, pacificum, primitię, ac decimę ſancta hęc oblatio eſt;
ed etiam hoſtia & victima; quomodo & à peccato mundemur,
t à reatu ſolvamur, prout hoc etiam ſuo teſtimonio Dominus
eſus cõfirmat, inquiẽs; *Qui pro vobis effũdetur in remiſſionẽ pec-* Matt. 26
itorũ. Et in alio loco; *Dare animã ſuã pro multis*. Ideò cõvenięti verſ. 28.
rdine poſt petitionẽ panis huj⁹ dimiſſio debitorũ poſtulatur. Matt. 20 verſ. 28.

*Quod, & quantum debitum noſtrum. & de duplici debito: quomodoq́; à quolibet
ſtorum duorum debitorum vel abſolvimur, vel debitores & obligati manemus.*

CAPVT II.

DEbemus omne, quod juſta ratione poſſit à nobis exigi. De-
bemus ergo Deo ſanctum ſacerdotium, ſanctam religio-
em, ſanctam adorationem. Debemus Domino dignam & in-
egram ſervitutem ſuæ majeſtatis. Debemus Patri fidelẽ cul-
um pietatis. Et quoniam legi Dei in his debitis ſolvendis im-
ares fuimus & ſumus, neq; in hac vita pares legi Dei fore quan-
oque ſperamus, hoc ſequitur, ut ſupra modum verè invenia-
nur debitores, ut licet parabola grande pauperis ſervi debi-
um exprimat, quando *decem millia auri talenta* ponit, nul- Matt. 18
atenus tamen ad ſummam noſtrorum debitorum perveniat. verſ. 24.
debita enim noſtra ſunt, omnis differentia noſtra inter id quod
ſumus, & quod eſſe debemus. Et quàm diu non ſumus quod
ſe debemus, manemus debitores. & quantò differimus, tan-
t diſtamus ab introitu regni, thalami, templi. Hæc diſtantia
nta, quantùm cœlum à terra, ſecundum Eſaiam; quòd, Eſai. 55.
uàm diu manet debitum, Deus non dimittit, quia debens verſ. 9.
ſe qualis non eſt, peccator eſt. Deformi igitur, ac diffor-
i voluntate, quali nunquam regnabit, niſi magnificè confor-
ata divinæ voluntati. Duplex igitur debitum noſtrum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Vnum, quòd non ſumus quales debuimus fuiſſe: ſed hoc præteritum non eſt in noſtra poteſtate, & ideò per ſacerdotium primogeniti Filii Dei, primogeniti omnis creaturæ, propitiationem invenit pro omnibus eum fraternè amantibus, & ei obedientibus. Aliud, ut ſimus quales eſſe debem9, ut perfecto regno Dei regnemus. At hoc debitum, & hujus debiti vincula nullo externo ſacrificio, ſed ſola perfecta charitate ſolventur. Iuvabit efficienter incenſum ſummi ſacerdotis: verùm niſi nos ipſi perfectæ charitatis juſtitia induamur, non erimus in illo templo digni ſacerdotes; in illo regno digni milites; in paterna hereditate digni filii & heredes. Indignitas igitur debitum eſt. Dignitas debitũ ſolvit. Habuit Petrus Apoſtolus aliquale miniſterium, quando accepit claves regni cœlorum ligandi & debita ſolvendi, ſicut Ioannes Baptiſta ad hanc dignitatem; ſed præparatorium tantũ, ut prępararet Domino plebem perfectam. ſed ut perficeret non habuit: habet hodie plus quàm habuit in carne. quia jam poteſt vivis notis & nominibus monere quando vult: tunc id non potuit. unde *miniſterium habuit, non imperium*. ſed neque nunc ad id, quod ſolus efficienter ſuo ſacrificio Dominus Ieſus. Hoc debitum etſi ſolvitur, nunquàm tamen ab eo abſolvuntur rationales creaturæ. Solvuntur, etſi non hac vita, ſaltem poſt hanc vitam, quando perfectæ charitatis juſtitia induti, rationales creaturæ, dicunt omnia quæ præcepta ſunt feciſſe. Nihilominùs quando dicunt ſe ſervos inutiles, abſolutos negant. Primo debitorum genere, angeli, quanquam debitores non ſint: Secundo tamen genere debitorum, omnis rationalis creatura debitrix eſt; & quantò ſeſe gratam eſſe debere de culmine dignitatis, ad quod aſſumta eſt ab humili gradu indignitatis, tãtæ ſe dignationi indignam comperiens, tantò ſe debitricem confitetur. Et hoc ſuum debitum, & hanc ſuam indignitatem de plenitudine ſupplet illius, de cujus plenitudine acceperunt omnes. Et per hunc modum angelis etiam Chriſtus ſacerdos & hoſtia pro peccato, purgans & mundans, dignificans, ſua plenitudine ſolvens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quomodo, etſi latiſſima debitorũ noſtrorũ conditio, ut abſolvi nequeat, dulciſſimis tamen condita condimentis, ſi conemur ad exſolvendũ; duris verò, ſi negligimus.

CAPVT III.

DEbitum ergo noſtrum ſi conſideremus, non ſolùm inveniemus peccatorum noſtrorum, ſive omiſſionis, ſive comiſſionis delicta atque comiſſa, neq; ſola implendi decalogi debita, etiamſi penitùs immunes eſſemus à peccato. Sumus n. etiamſi in paradiſo in originali juſtitia perſtitiſſemus, univerſæ legis naturæ debitores. Naturæ lex omnem naturalem juſtitiam ambit, religionem puram, pietatem integram, obſervantiam. Præterea divinæ legis debitores ſumus, etiam ultra naturæ vires. Præcipitur enim nobis *perfectos eſſe, ſicut Pater noſter cæleſtis perfectus eſt.* Debitorum ergo noſtrorum latiſſima quidem & inexplicabilis conditio eſt, ut abſolvi nequeat in æternum: ſi tamen reſpiciamus, inveniemus eam ſuaviſſimis hinc inde conditam condimentis. Primò quidem licitam & impunem, ſi pro viribus ad exſolvendam in ea conemur: contraque miſeriæ plenam, ſi negligimus. Secundò facilem, ſi ſtudeamus explere. Difficiles autem viç illorum qui declinant, unde quieta, ſecura, pacifica conditio, quç placeat, quç comoda, quç naturalis, quç ſuavis, quç decora, quç juvet, delectet, beatificet. Vt verè beatus ille ſervus, qui conditionem ſuç agnoſcit ſervitutis. Eſt enim conditio ſervitutis, ut amet Dominum Ieſum. Et quem Dominum ſuum? Certè, Deum ſuum. Et qualem Deum ſuum? Certè Patrem ſuum. Non jam eſt murmurari contra Dominum de gravi jugo; quoniam nullam alium à me exigit penſionem ſervitutis, quàm ut amem. Quod ſi filius eſſem, quid aliud prçſtare vellem, (niſi nequam filius eſſe vellem) quàm ut ſemper patris memor in omnibus viis meis amarem patrem? Profectò ſervitutis conditio, ſi benè attenteq; conſiderem, docet adoptionem, ut qui çterno debito ſervus ſum, tanto, taliſq; penſionis debito, non tàm ſervus, quàm filius, debendo quidem ſervus; debito adoptatus; exſolvendo autem filius beatus. Quid n. beatius quã amare, & illic, ubi deceat

Math. 5. verſ 48.

& oporteat, ubi delectet & beatificet? Doceat nos fœdus turpiſsq; amor corruptorum carnalium hominum, quo vinculo colligati quanta facerent, quanta paterentur, ut votivè amorum ſuorũ potirentur? Omnia igitur, quæ votivo amori inſunt, quæ ſapientiam comitantur, eadem ipſa conditionem noſtram comitãtur. Debemus n. ſapienter amare Patrem. Quòd ſi Deum Patrẽ habemus, petamus ab eo qui edidit, ut ſapientia inſtruat ſapientes & viam videntes ducat ad ſe, ac dulciter trahat in odore aromatum ſuorum. Et hæc aromata quid, niſi commemoratæ ſuavitatis condimenta? O verè beatam noſtram ſervitutem, tantùm ſi ſemper meminerimus; velut cujus memoria ſola nullam ſecum patitur nubem. Secùs de ſervo nequam, qui debitor debens decem millia talenta: debitor non ſolùm, quia negligens, & nihil ſuperlucratus fuit; ſed neq; acceptum retulit; ſed inſuper credita decem millia debitor infideliter diſpendit. Si igitur, qui nihil ſuperlucratus fuit ſervus nequam ex ore ſuo proprio judicatur, nonne ſervi nequam omnes, qui decem inſuper millia debent, ſcientes voluntatem Domini & non facientes, ex ore ſuo, hoc eſt, ex ſcientia ſua, mendaces, nequam, contumaces, contumelioſi in Dominum judicabuntur? Et ſi procidentes longanimitatem Domini ſupplicent, omne debitum præteritum dimittit, ſed ſervilem conditionem debentis non tollit, præcipiens, conſervorum ſimiliter miſereri, ſicut miſertum ſui. Oportet igitur, ut non ſit ſervus nequam, nullius injuriẹ meminiſſe: quia nihil eſt omnis injuria noſtra nobis illata, comparatione debitorum noſtrorum in Deum, Dominum, Patrem, fratrem, amatorem, ſponſum; ſed charitate dimittentis parvum, dimittitur magnum. Servus omnis debitor decem millium talentorum, quàm diu non univerſitatem præceptorum implet ſublimi obedientia, profunda humilitate, ardenti charitate & vulnerante amore crucifixi. Anathema enim omnis, qui talem Dominum pro ſe crucifixum non amat. Amor omnis vel regnat, vel ægrotat, vel languet: cùm regnanti, morienti, aut meſtè ſemper amans amato ſimilis.

Quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quàm beata conditio debitorum noſtrorum, quando reddentes beati efficimur, & ab eo cui reddenda, quæ reddenda ſunt accipimus. Et quomodo unus alio plus debitor eſt, ex parabola Ieſu ad Simonem.

CAPUT IV.

SImon, habeo tibi aliquid dicere. Duo debitores erant cuidam fœ- Luc. 7.
neratori. Unus debebat quingentos denarios: alius quinquagin- verſ. 40.
ta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utriſq. Quis 41. 42.
ergo illum plus diliget? Magiſter, æſtimo quòd is, cui plus dona- 43. & 44.
vit. Rectè judicaſti. Vides hanc mulierem? &c. Fauſta & profunda parabola eſt, quæ debitum, & fœnus, & impotentiam, & donatione̅, & fidam & officioſam dilectionem continet. Sed ut ad intelligentiam deſiderabilium ſententiarum perveniamus, oportet curioſiùs aliquantò conſiderare, quis iſte fœnerator: quia de eo, velut ex cardine, tota parabola pendet. quia ſi ſciverim9 quis iſte fœnerator, facilè videbimus, qui ſint iſti debitores. Fœnerator igitur iſte conditor eſt univerſæ creaturæ, qui de omni creatura ſua, ſed potiſſimè de intellectuali natura, plus exſpectat quàm à principio conditi ſunt. Exigit n. proceſſum de virtute in virtutem. Fœnerator iſte juſtè exigit quod credidit. Debitor feliciter exigitur, in quo reddēdo non ſolùm perficitur, ſed etiā beatior fit reddendo. Quæ n. felicior conditio, quàm ejus rei debitorē eſſe, quam ſolvēdo beatus ſit? Verè beatus debitor homo, qui quod vix credibile homini de ſeipſo videretur, ut cum Deo ſuo amicū contuberniū & fœdus iniret, non merito longo impetraret, ſed nativitate prævētus debitor icti fœderis etiā naſcitur. Verè beatū debitū: ſed ſi haberet unde redderet. Quid n. ſublimius unquā cogitari poteſt, quā ut in amicitię fœdere Deo ſuo fidelis & officioſus amator homo inveniatur? Sed quemadmodum homo non ex ſeipſo ad hoc fœdus aſcendit; ita neque ex ſe habet, ut in fœdere iſto officioſus ſit. Aut igitur caſſum fœdus erit, aut aliunde oportebit accipiet, ut fœderi & fœnori ſatisfaciat. Majoris enim ſublimitatis debitum hoc eſt, quàm debitor ipſe. Quò fit, ut ſi debitor non à ſeipſo condire potuit ut eſſet, multò minùs officioſum debitum vel

officii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

officii facultatem præſtare potuerit. Quomodo n. qui non ex ſe eſt, ex ſe amare, & illum ſanctum amorem amare poſſet, niſi divinitùs adjutus? Nemo igitur habet, ut reddat fœneratori. Neq; reddet quiſquam, niſi donatus. De ſuo igitur dono fœnerator iſte plus donando fœnus facit. Plus n. dando magis debitores facit, & magis debitores factos, magis redditores debitorũ. Non habentibus ergo unde reddant ipſe donat ut reddant, et quantò plura donat, eo plura fœnora reddant. Sed eſt parva quæſtio, quomodo alius alio plus debitor eſt? nonne omnes æqualiter primo mandato debitores ſumus? Verùm ſi verba Apoſtoli attendamus, dicentis, *ſtellam à ſtella differre in claritate*,
1. Cor. 15 verſ. 42. facilè intelligimus, interiorem hominem noſtrum aliũ alio ad ſapientiam, ad judicium & amorem eſſe aptiorẽ. Et qui magis ad hæc aptus eſt, magis etiam donanti fœneratori debitor eſt. Et hanc ſententiam confirmat judicium Simonis, volentis *illũ plus amare, cui plus donatum eſt*. Et hanc Simonis ſententiam Dominus approbando confirmat, dicens; *Rectè judicaſti*. Quia verè qui debet plus amare, ſi donetur ut amet pro menſura ſui debiti, verè ſuum fœneratorem plus diligit. Vnicuiq; debitũ ad peccatũ reputatur, quando averſus à Deo non diligit. Cum donatione fœneratoris hoc ab illo debitum ſolvitur & redditur à debitore pro modulo interioris hominis cognitio ſapiẽtialis, rectitudo judicialis, & dilectio juſtitialis. Et verè cui plus dimittitur plus diligit & in via & in patria, quemadmodũ ſtella illic clarior majore fænore fulgoris, quàm ſtella minor aut obſcurior. Et hîc roſa, licet alba, minore tamen fænore lilio lucet. Et hoc metro & menſura voluntatis ejus, qui diſtribuit cuiq; operi ſuo quantùm vult, in reliquis donis. Rationali autẽ naturæ, hominibus videlicet & angelis, noſcendo, æſtimando & amando fœneratorem, donatorem, amatorem ſuum, ſecũdum illius voluntatem ordinantem. Non habentibus unde redderent donavit utriſq; dona, unde reddentur fœnora ſua. Et quia clarioris intelligentię ferventior debuit eſſe amor, ideò donatum ei fœcundiore fœnore reddere.

Quomodo

Quomodo in debito dilectionis proximorum non proximis, ſed Deo præcipienti proximos diligere, debitores ſumus, qui nos ſolus lege ſua obligare poteſt.

CAPUT V.

MIhi præceptum eſt, proximum diligere. Debeo igitur & dilectionem proximi non proximo, quia proximus non ne ſua lege obligatum fecit debitorem. Debitor igitur Deo ùm tantùm, qui ſolus me ſua lege obligavit. Facilè jam hîc liquet, quàm verum verbum ſit illud Pſalmiſtæ pœnitentis; *Tibi* Pſal 51. verſ. 5.
òli peccavi. Dicimur tamen debere pietatem, reverentiam, gra- lum, obſequium, retributionem quibuſdam. Dicit Dominus n oratione, *quoſdam noſtros eſſe debitores*. Et Apoſtolus monet, *iemini quidquam debere, niſi ut invicem diligamus*. Quare ſal- Rom 13. verſ 8.
em id confiteatur debitum, invicem diligere mutuò. Verum quia impoſſibile veritatem veritati repugnare, & ſuperiores duę veritates irrefragabiliter conſtent, verè oportet poſtrema hæc i- a accipere, ut ad ſanam veramq; ſententiam dilucidantur. Debemus igitur angelis & prælatis reverentiam, parentibus pietatem, beneficis gratiam, egeno ſubſidium, quantùm eis inde commodè defertur. non quia debetur, ſed quoniam præcipienti Deo debitores ſumus, hoc exhibitum illis commodum eſt. Complexa igitur ſimplex locutio eſt per emphaſin ſchematica non immediata. Vtrumque mandatum, de diligendo Deum & proximum, Dei mandatum eſt, & ejus voluntati obligatorium. Vnde & omnia legis mandata Dei debitores nos conſtituunt ſimpliciter. Vnde non homini debitor ſum de non eum occidendo, vel calumniando. non enim homo homini legem tulit, aut per legem obligavit. Nullæ igitur leges vel communi conſenſu multitudinis latæ, vel à prælatis, vel à Principibus, vel magiſtratibus editæ, quemcunq; magis obligant, quàm in divina lege comprehenduntur & præcipiuntur. In divina lege præcipimur obedire præpoſitis, poteſtati non reſiſtere, pacem civilem civitatum noſtrarum ſervare &c. pleraq; talia, quæ ſine illorum ſervatis legibus non ſervantur. Debemus ergo parere illis; ſed ipſum parere non debemus illis, ſed Deo debemus

quòd

quòd illis paremus. quemadmodum quòd illos diligimus, Deo debitores ſumus, non illis.

Debitum noſtrum, fieri filios Dei: quod ſi neglexerimus, non ſolùm damna filiationis incurrimus; ſed & reatum contumacis contemtoris, propter datam facultatem neglectam.

CAPVT VI.

DEbita ergo noſtra ſunt, quæ debemus. Debemus a. quidquã non cuilibet, ſed juſtus exactor inſtat ut pendamus. Inſtat quando monet, arguit quãdo convincit verè nos eſſe debitores. Omnes a. novimus, quoniam debitor monentem ſi non audiat prætorem, contemnere cenſetur. Et ſi inopiam ac impotentiam alleget, & publicæ pietatis auxilia, non jam ſurda aure prætorẽ contemnere cenſetur. Quare ſaltem non de contumacia judicabitur, debitorum tamen adhuc vinculis innexus tenetur. Sed quis exactor iſte, & quomodo juſtus exactor, niſi idem & creditor? Et quid credidit? Facultatem & poteſtatem filios Dei fieri. Filius, ubi adolevit, patri ſimilis eſt. Infans a. & puer, licet non ſimilis ſit, ad hoc tamen eſt, & velut in via eſt ut creſcendo proficiat, & proficiendo perfectus fiat. Debitum ergo noſtrum eſt crediti prædii fructus. Creditum prædium depoſita illa & ad emphyteoſin commendata ac data poteſtas, ut ad quod venire poſſumus, illò contendamus, neq; facultatem hanc ullo torpore ſinamus apud nos otioſam: alioquin omnis torpor pro contumacia reputabitur. Dices fortaſſis, quòd ſi non filius Dei fiam, mihi damno ſit; quis meorum damnorum, præter me, requiret reparationem? Verum inquis, tua damna nemo patietur uti tu: ſed quoniam non modò, quam tibi debes, charitatis legem violaſti; ſed ejus, & magis ejus donatoris, à quo teipſum & hanc facultatem ac poteſtatem accepiſti, & qui donavit requiret, & judicabit. Interim continuò monet & exigit. At quomodo monet aut exigit? Neminem audio monentem; nullum ego ſentio exigentem. O ſtulte & ſtupide, non audis internos conſcientiæ clamores? Vbi tibi ſuggerentes bonum, pellicientes commẽdatione ſui, convincentes neceſſitate debiti? Dices, hæc à te eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[...]erum, tu ſi à te ſis; alioqui ab illo ſunt, à quo tu es. Cujus [...] quantò ſolida & alta radice firmata, tantò etiam debita neceſ[...]iò reddenda, tu ſi negligas, ille nihil negligit. qui verbum in[...] non patietur otioſum, tantam à ſe datam facultatem patietur [...]ioſam? Sanè non ſolam facultatem, ſed & omnem tantæ fa[...]ltatis fructum exiget. Sed quomodo exiget? hoc ſi noſſe ve[...], videto quando exiget. Exiget certè, quando judicabit per[...]ſum depoſitarium, quando judicabit contumacem ſervum, [...]uando judicabit filium degenerem. Sed quis neſciat, à dege[...]ere, perfido, contumace quomodo exigitur? Et eò gravius [...]igetur, quò contumaciore. Facit enim degener, perfidus, [...]ontumax, ut ex pio patre ſeverus dominus, & ex domino ira[...]s prætor fiat. mitiorque prætor, quantò minor contuma[...]a perfidiaque fuerit: adeò, ut ubi penitùs contumacia perfidi[...]que evanuerit, omnis priſca ignobilitas aboleatur, & be[...]gnus ille pridem depoſitor, dominum & prætorem oblitus, [...]onvertatur in patrem. Sed quæ contra tàm altè radicatum ac [...]ndatum jus ejus, ac per hoc adverſus inviolabiles leges [...]ommiſſa ſunt, num per hanc ſolam commutationem abo[...]lountur? Haudquaquàm. Potes enim ex nunc in futurum [...]nditioni tuæ, monitioni tuæ, & exactioni illius par eſſe, quo [...]ebitum non augeas. Verùm ut pro præterito par ſis, omni[...]o non potes. Quid ais? Ex tàm anguſta re ductus in ado[...]ionem, ſub tàm pio patre, debitor ne maneo, ut contumaciæ [...]arcerem exſpectare oporteat? Non hoc dixi; Sed ut pro præte[...]rito tu par eſſe non poſſes. Quòd ſi par non ſim inviolabilibus [...]gibus, omnimodis prætorem & carcerem exſpectare oporte[...]? Haudquaquàm. Quomodo igitur legibus, quas tu inviola[...]biles ais, reſpondebitur, & prætori legum tutori, & indefeſſo [...]ecutori? Quieſce, ſolve metum: aliunde reſpondebitur. Ma[...]opere ſcire geſtio, per quem alium? Tace. pater, ut pater eſt, [...]nnes has ante anguſtias & neceſſitates prævidit & perpendit, [...]que tàm tibi, quàm ſibi, ut ſapientiſſimus eſt, inter medi[...]as has anguſtias exitum excogitavit. Vidit indignum illi ac

ſuo

ſuo regno, legibus obnoxium regnare. Præterea, quem in filium adoptavit, incarcerari perpetuò non minùs indignum. Et alto paterni cordis ac amoris conſilio providit, ut & prætoris legib⁹ ex integro ſervatis per omnia juſtitiæ ſatisfactum ſit, & filius ex adoptione factus heres paternum regnum poſſideas. Quantumlibet en, debitorum noſtrorum ſumma ſit, non oportebit, quoniam Dominus Ieſus pro dimittendis delictis orare præcipit, ulla debitorum magnitudine conſternatos deſperare. Quod non habemus de noſtro, habemus de donato, pretium omnibus debitis noſtris pretioſius & majus, pretioſũ videlicet ſanguinem & paſſionem immaculati agni, pro nobis oblati & nobis dati; quem commemorando ſicut noſtrum cibum facimus contra inediam, ita quoq; commemorando noſtrum pretium contra omnia debita, quo fideli commemoratione oblato debitum omne nobis interim dimittitur. Si en, sanguis pro peccato oblatus, ſepties aſperſus, propitiationem afferre potuit ad emundationem carnis: hyſſopus fidei noſtræ intincta in pretioſo ſanguine agni immaculati, ſepties effuſi pro nobis, quomodo non ſepties, hoc eſt, plena univerſitate mundationis emundabit conſcientias noſtras ab operib⁹ mortuis? quomodo non lavabit? quomodo non ſuper nivem dealbabit? De magnitudine autem ſacrificii, & plenitudine ſatisfactionis Domini Ieſu in ſuo ſacerdotio, in tantum pleniſſimi, ut obſtrueret os loquentium iniqua dæmoniorum lictorum; ut repleret ora canentium angelorum ſcribarum; ut inſtantiſſimæ exactrici divinæ juſtitiæ, id eſt, æquitati æquum eſſet, & ut ſic prætor reconciliaretur Deus ipſe, & laudaret, in libro *de diſpenſatione Verbi incarnati & paſſi* copioſè tractatum eſt.

Hebr. 9. verſ. 13. & 14.

Quomodo orandum ad Filium, per ſingula paſſionum ſuarum pro ſingulis debitorũ noſtrorum ſingulis membris attributorum, ſingula paſſionum ejus ſacrificium pro ſingulis debitorum invocando.

CAPUT VII.

TU igitur Deus, homo factus, tu Fili Dei, frater hominum, ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, & re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

…rex ſanctus; tu, Verbum caro ſancta & humiliata factum, & …er ſanctam & humiliatam carnem hoſtia & victima nobis fa…um. Tu idem factus mediator Dei & hominum, factus …ngelus pacis, angelus magni conſilii, angelus teſtamenti tui, e…ucens vinctos de lacu. Factus etiam agnus Dei tollens peccata …undi; & ſolvens omnia debita ſervorum reatu obnoxiorum, …omine, dimitte debita noſtra in ſacrificio ſanguinis tui. Tu …nim accepiſti mandatum à Patre, ut per obedientiam ſacerdos …temetipſum fieres. Et percongruè. Sanctiſſimum enim ſacer…otem nulla decebat hoſtia, victima, primitiæ, decimę, pacificũ, …crificium, holocauſtum & incenſum, niſi ſanctiſſimum. Tu …rgo, agne Dei, in ſanguine tuo noſtra pręvaricatorum legum …arum debita dimitte. Intinge digitũ tuum in ſanguine hoſtiæ …oſtræ. Aſperge populum tuum ſepties, qui ſepties ſanguinem …uum pro nobis effudiſti, in circumciſione, agonia, illuſione, fla…ellatione, coronatione, crucifixione, lateris apertione. Et his …ptẽ fontibus liceat haurire de fontibus Salvatoris. In ſanguine …rcumciſionis tuæ omnia debita dimitte incircumciſionis no…træ, ut ex circumciſione tua hauriam⁹ circumciſionẽ opprobrij, …t tollatur additamentum Leviathan, & opprobrium Ægypti…rum à nobis. Debemus enim circumciſi eſſe corde & aurib⁹, …rcumciſione non manu facta. Et in ſanguine anxij ſudoris tui, …uo tu pavens pertæſus in horto contriſtatus uſq; ad mortem, …træ triſtis animæ tuæ argumenta edidiſti, quando ſanguinem …daſti. In illo tuo ſanguine confortamur in alacritate, hilarita…, libertate ſpiritus: & dimitte debita ſtulti pavoris, ſtulti tœdij, …noxij moeroris dimitte. Sæpè enim pavemus timore ubi nõ …t timor: dormitamus prę tœdio boni operis, triſtamur, anxia…ur, gravamur, moleſtamur, laboramus, laſſamur, deficimus, …ando nõ datur concupiſcentijs noſtris luxu & fluxu defluere …conſequi. Et per ſanguinem de ore tuo defluentem, quando …latum te colaphis & alapis percuſſerunt, & os tuum poſuiſti …lut petrã duriſſimam, quando pugnis oppugnaverunt, & ge…s tuas vulſerunt, hauriamus ex illuſione quo impetum animi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

cohibeamus: & dimitte debita cordis polluti & ſpurci oris no-
ſtri, quo tàm ſæpè ebullit ſtultitiam os noſtrum, iniquitatem lo-
quitur lingua noſtra: & blaſphemiam proferunt labia noſtra.

Et in magno diluvio ſanguinis tui à vertice capitis uſq; ad plã-
tam pedis, acerbæ illius caſtigationis, amarę correptionis, aſpe-
ræ emẽdationis, atrocis contrectationis, crudæq; flagellationis,
crudeliſſimæ lacerationis tuæ; ut etiam crudelis Præſes tuæ o-
ſtentationis ad populum efficax putaret monimentum, argu-
mentum & incitamentum concitandę miſerationis, quando te
velut leproſum, percuſſum à Deo, & humiliatum, virũ dolorũ
ſcientem infirmitatem, noviſſimum virorum, cui non erat aſpe-
ctus, neq; ſpecies, neq; decor, velut vermem & non hominem
opprobrium hominum & abjectionem plebis, te produxit, in-
Ioan. 19. vers. 5. quiens; *Ecce homo*. In hoc tuo ſanguine, ô ſumme ſacerdos, ô ſã-
cta hoſtia, te obſecro, cohibeamus carnis laſciviam, & dimitte
omnia debita noſtræ ſecordiæ, ignaviæ, incuriæ; dimitte debita
laſciviæ, petulantiæ & luxuriæ; dimitte debita noſtræ temu-
lentiæ & ſtultitiæ; dimitte debita noſtri torporis, ſtuporis &
pigritiæ. Et in ſanguine coronati capitis tui, ô
rex gloriæ, ſpinis coronati, ô mitrate ſacerdos, omnem co-
hibeamus vanitatem, & dimitte omnia debita capitis no-
ſtri. Et per ſanguinem de fronte tua in tuos ocu-
los fluentem dimitte debita cæcitatis, extollentiæ, inſolentiæ
oculorum noſtrorum; invidentiæ & impudicitiæ oculorum no-
ſtrorum. Et per ſanguinem qui in frontem tuam deſcendit, di-
mitte omne debitum irreverentiæ & impudentiæ æreæ fronti
meretricis neſcientis erubeſcere. Omne debitum durę, ſtupidæ
procacis, temerariæ & inſenſatæ frontis. Et per ſanguinem in
tempora demanantem dimitte omne debitum temulentiæ
gravitatis, ſoporis & ſomnolentiæ. Et per eundem ſanguinem
in aures defluentem dimitte omnia debita ſurditatis, averſio-
nis, declinationis & inobedientiæ. Et per ſanguinem ejuſ-
dem ſacri capitis in occiput deſcendentem, in quo memoria
eſt ſenſualis, dimitte omne debitum oblivionis, nutationis
hæſitationis

…ſtationis, ariditatis, tenuitatis, exilitatis. omne debitum ſte-
…litatis, ignobilitatis & vilitatis. omne debitum ingratitudinis,
…irreverentiæ, & impietatis, aut importunitatis. Et quia idem
…nguis in cervicem deſluebat, ideò dimitte omne debitum
…ura cervicis, contumaciæ & pertinaciæ; omne debitum perfi-
…æ, ferociȩ, ſuperbiȩ. Et per ſacroſanctum illud balſa-
…um incenſi magni, quod tu, ſumme ſacerdos, in die ſolenni-
…tis magnȩ, in ipſo Paſcha, in magno tranſitu eductionis & e-
…eſſionis Iſrael de Æpypto, à ſervitute dura fornacis ferreȩ, de
…ineribus aſperȩ ſtationis & amari ſuſpendii effudiſti & obtu-
…ſti, quando durā illam ſtationem ad altare crucis ſtetiſti, quan-
…o acerbo ſuſpendio in ſacrificio veſpertino elevatis manibus
…pendiſti, quando arduam illam uſq; in finem perſeverantiam
…nſummaſti, te obſecramus, levitatem, inſtabilitatem, puſilla-
…mitatem ſpiritus coerceamus: & dimitte omnia debita levita-
… & inſtabilitatis, omni debita deliciarū ac mollitiei, laſciviȩ, &
…tulantiȩ, ac inconſtātiȩ. Hȩc contra crucis cultū decurrent ab
…eris. Dimitte oīa debita fornicationis, adulterationis & pro-
…tutionis à te ſponſo ſanguinū & amatore animarū noſtrarū.
…a debita perfidiȩ, nequitiȩ, contumaciȩ & contumeliȩ contra
…Dominū majeſtatis oīa debita prophanationis, ſuperſtitionis,
…oſtaſiȩ, idololatriȩ, impietatis, ſuperbiȩ, blaſphemiȩ contra te
…um omnis ſanctitatis. Hȩc ſunt vita injuſtitiȩ. Debemus en.
…juſtitia illi, qui natura Deus eſt, timorem; Domino jure ho-
…rem; Patri genitura & cura amorem.

Et per ſacro ſancta fluentia pignorum & ſacramentorum te-
…menti tui ſemper innovantis, & ſine fine manantis aquam
…guinum & arterialem ſpiritum de latere dextro templi, de
…cti ſanctorum penetralibus, de tranſfixa arca teſtamenti cor-
…tuo egredientia, Luſtra, aſperge, munda, infunde, imbue,
…bibe, abſterge, expurga, lava, munda, baptiza, ſuper nivem
…lba, riga, rora, complue, inebria, fœcunda, fave, fove, aſpira,
…pira, ſuſcita, vivifica, ſana, excita, ſerva, ſalva, refice,
…ce, lacta, nutri, ciba, pota, ſatia, inebria, anima, exhilara,

auge, conſolida, firma, roƀora, confirma; perfice; igni, incende, inflamma, perfice, ſanctifica, ut ex toto corde, ex toto ſpiritu, ex tota anima, tota mente, tota intelligentia, tota voluntate, tota virtute, tota veritate, tota charitate, ſancto timore, integro honore, perfecto amore Deum Dominum Patrem adoremus, admiremur, adamemus: te Ieſum Chriſtum, primogenitũ in multis fratribus, regem gloriæ, unigenitum ab æterno, cum Patre & Spiritu Sancto dignè adoremus, admiremur, adamemus in primis; Mariam virginem, ſponſam, matrem tuam, reginam & ſacerdotem ſecundam in templo & in ſacrificio, ſecundá in regno & ſolio, ſecundam in nuptijs & thalamo, imò ſecundam in univerſa creatura tàm thalami felicitate, quàm regni ſublimitate, quàm etiam ſacerdotij ſanctitate ſecundam veneremur; omnes ingentes, grandes, & magnos regni tui magnates, magnificè; omnes excelſos, eximios, egregios & ſublimes principes regni tui ſublimiter, omnes beatos, ſanctos & perfectos, perfectè; omnes ſapientes, rectos, juſtos, juſtè; omnes mites, humiles, fideles, fideliter; omnes benignos, benevolos & pios, piè: noſmetipſos lõganimiter, patienter, miſericorditer diligamus: debitoribus a. noſtris per omnia, ſecũdum tuam voluntatem, ex corde dimittamus, quo tu hoſtia, ſacerdos noſter, Deus noſter, dimittas nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris *Amen*. In lateris ergo apertione excute teporem, ignaviam, ut vero amore vivificati & flagrantes neq; debita habeamus, neq debitorem. Hîc lavántur veſtes in ſanguine agni, in vino ſtolæ, & pallia in ſanguine uvæ mundantis, lavantis, inebriantis & & lætificantis, & contra adverſa omnia confortantis.

Dilucidatio terminorum præcedentis capituli; quæ attributa ſingulis aſſignanda.

CAPVT VIII.

LVſtra, per aquam luſtrationis ex cinere vitulæ. Aſperge hyſſopo intincta in ſanguine ſacrificii. Inunge adipe & pinguedine medullati ſacrificii tui. Infunde torrente, cujus impetu lætificat civitatem Dei. Imbue pluvia voluntaria, quam ſegregaſti hereditati tuæ. Imbibe hauſtu aquæ ſapientiæ ſalutari

Abſterg

Abſterge ſordes fœdæ concupiſcentiæ. Expurga impuritates. Lava ſqualorem. Munda immundicias Baptiza in vitam ſpirit⁹. Dealba ſuper nivem. Riga ab ariditate. Rora rore cœleſtis benedictionis. Complue pluviam voluntariam ſegregans hereditati tuæ. Reple vacuitatem noſtram. Inebria ſitim noſtrã. Fœcunda ſterilitatem noſtram. Fave indignitati noſtræ. Fove frigiditatem noſtram. Aſpira longinquis. Inſpira propinquis. Suſcita e morte. Vivifica in vitalem operationem. Sana ab ægritudine. Excita torpentem. Conſerva proficientẽ. Salva periclitantem. Refice deficientem. Paſce famelicũ. Lacta infantem tenerum. Nutri parvulum. Ciba eſurientem. Pota ſitientem. Satia petentem. Inebria trepidantem. Anima meticuloſum. Exhilara mœrentem. Auge puſillum. Conſolida tenerum & laxum. Firma debilem. Robora exilem. Confirma inſtabilem. Perfice truncum. Igni frigidum. Incende opacum. Inflamma aridum.

Quanta Patris Dei & Domini benignitas, quæ omnium debitorum noſtrorum ſatisfactionem in charitate proximi conſtituit.

CAPVT IX.

Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et in alio loco; *Dimittite, & dimittetur vobis*. Item; *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum*. Debemus Deo ſacerdotium, ſervitium Domino, amorem Patri. Sed ô quàm bonus Deus, qui neque gratiam indultæ ſuæ paternitati, non ſervitium juſto dominatui, non ſacerdotium Deitati exigit; ſed adeò plenus viſcerum charitatis, ut univerſa hæc, etiam debita non penſa, remittat & condonet, ſi proximorum charitati inſiſtamus. quin & quo vilis ſit excuſationis, etiam neglecte charitatis debita remittet, ſi nos noſtris debitoribus non debita retineamus. Non ut id quod juſtum eſt, ut qualia nobis in menſa apponuntur, præparemus; ſed ut exiguum, quod nobis debetur, ex corde remittamus, exigit. Et in eo ſi paremus, velut univerſam legem impleverimus, juſtificabit. Qui juſtificat, quis eſt qui condemnet? quis accuſet? Adeò, ut laſtimæ penſionis debito ſolũ exiguũ hoc & ultimũ charitatis,

Luc. 6. verſ. 37. Math. 6. verſ. 14.

ab ignavia noſtra, ab infirmitate noſtra (ſi tamen infirmitatem appellare liceat, quæ verorum bonorum faſtidium eſt magis & incuria, quàm infirmitas) tantillum duntaxat, & à quo nemo ſe poſſit excuſare, exigat; Remitte debitoribus tuis, cùm nemo tibi debeat. Omnia enim ſunt opera Dei, & in bonum tibi cooperantur. Vnde magis etiam perſequentibus, & ſcandalum juxta iter ponentibus tu debitor es; ſed quòd eos debitores habes, falſa magis opinione tua eſt. Quòd ſi diligere debeant, cùm odiunt; non tibi, ſed præcipienti Deo debent, ut ſuprà ejuſdem *capitulo quinto.* Vnde non tàm tui ſunt quàm Dei debitores, pro quibus orandus Deus, ut dimittat illis. Neq; viſis hic juſtitiæ gradus, quo ſui oblitus non jam ſuos, ſed Dei debitores habet.

Pars Decima, explanativa ſextæ petitionis orationis Dominicæ. Et primò, quomodo ad Spiritum Sanctum convenienter dirigitur, qui duxit Dominum Ieſum in deſertum, ut tentaretur à diabolo.

Capvt I.

E*T ne nos inducas in tentationem.* Quòd ſi Pater nos pane propoſitionis reficit; ſi Filius Verbum caro factũ ſacerdotio ſuo nobis debita dimittit, tu paraclete Spirit⁹, baptiſm⁹ & unctio, armatura & veſtis nuptialis Domino Ieſu factus, donũ & ornamentum, decus, & dignitas, & dux ducis eum præſentans, tradens, & dereſinquens, ut à diabolo tentaretur. Te obſecramus per ſanctum ducatum tuum, per ſpontaneum comitatum ſuum, per horrẽdum congreſſum, per ingentem luctam, per grandem victoriam, per felicia trophæa, per beatum triumphum, non inducas nos in tentationem voluptatis, vanitatis aut vilitatis, quo ullo vel neceſſario, vel commodo, vel honeſto vivere putemus, præterquàm de verbo procedente de ore Dei. Non tentemus Dominum Deum, tanquàm vel curioſitate, vel uſurpatione ſurripere molientes, aut in nobiſmet ipſis dicentes, *Si eſt Deus in nobis: Si eſt ſcientia in excelſo: Si Deus requirat in finem.* Sed omnimoda & integra humilitate ſubmiſſos, angeli-

i, virtute potentes facere verbum tuum, cuſtodiant nos in omnibus viis noſtris, in manibus portent nos, ne ad lapidem offenſionis offendamus pedem noſtrum. Illi ſuſtollant nos, ſuper ſcorpionem & ſerpentem calcemus, ſuper aſpidem basiliſcum ambulemus, leonem & draconem conculcemus eum, qui ſi permitteretur, poſſet in momento nobis omnia regna mundi oſtendere, & mendaciter gloriam eorum illuſtrare, quo facilè pellectos, & effectos ſibi credulos ſeduceret. Illi ergo ſancti angeli tui ſua ſapientia nos moneant de regno Dei, & de gloria regni tui nos doceant, ſuo beato exemplo nos afficiant, quo te ſolum Deum adoremus, tibi ſoli Domino ſerviamus, tibi ſoli Patri pia caritate ſic adhæreamus, quò unus tecum ſpiritus efficiamur.

Item, quomodo ad Filium quoque dirigenda.

CAPVT II.

TVq; ô Verbum caro factum, mediator Dei & hominum, homo Deus, qui ut doceres mundum, quia diligis Patrem, quia mandatum, ut dedit tibi Pater, ſic facis, & quò ſciret mund⁹ quàm grave mandatum tuis humeris Pater impoſuiſſet, pavere cepiſti & tædere, triſtis eſſe uſq; ad mortem, moleſtari, laborare, laſſari, in agonia ſanguinem ſudare, ac deficere in eam uſque neceſſitatem, quò tibi opus eſſet angelo confortante de cœlo. Quòd ſi placuit tibi agno Dei, perferre dolorem, pavorem immitti à dracone per angelos malos, qui omnia propter electos & feciſti, & pertuliſti, quodam abditiſſimo arcano conſilio Sanctæ trinitatis, non ab re credere erit, te dignatum ab angelo ſancto robur agonis, velut mendicatum accipere, qui propter nos pauper eſſe voluiſti. Verè ſumma fortitudo, ſic amore fieri egenum. Per incomprehenſibilem hanc tuam neceſſitatem ac defectionem, per hanc tuam animi anguſtiam & externam triſtitiam obſecramus, ſit hæc tua tentatio ſcutū & munimentum contra omnes noxias & perículoſas tentationes noſtras, quò non inducas in tentationē, ſed in omni tentatione data nobis digno te honore tecū paveam⁹, tecū pertæſi debito ac

digno tecum amore uſq; ad mortem fideliter contriſtemur, agoniſemus, anxiemur, anguſtiemur, moleſtemur, laboremus, laſſemur; debito noſtro digno te amore ſudemus, deficiamus deſolati, donec angelo tuo de cœlo confortante digni habeamur, & in via virtutum confortemur.

Quomodo quoq; ad Patrem dirigenda.

CAPUT III.

TU quoq; ô Pater æterne, ſuperne, & interne, qui ſic mundū dilexiſti, ut proprio Filio tuo non parceres, ſed moleſto illo duræ juſtitiæ tuæ mandato onerares, quo ipſe ſacerdos in ſeipſū hoſtiam, durum & crudelem ſacrificantis juſtitiæ gladium exerceret & converteret, ſeq; ipſum tibi ſacrificaret. Nimirum tibi ipſi non parceres, quando tàm tibi dilecto Filio non pepereiſti. Quod en. in illo tantùm tibi dilecto pertuliſti, tanquam in temetipſo pertuliſti. Tu ergo, ô Pater, verè miſericordiarum pater & totius conſolationis, per viſcera tuæ paternæ pietatis reſpice in faciem & in tentationes Chriſti tui, qui pro nobis in dura illa ſtatione, in acerbo illo ſuo ſuſpendio, in ardua perſeverātia uſq; ad conſummatum ſacrificium ſtetit in ſordidis veſtibus ad altare tuum, Sathanā perferens à dexteris ſuis, te permittēte, ut ſacrificanti ei adverſaretur. Obſecram⁹, ut hujus ejus tentationis munimento nos in omni tentatione noſtra munias, defendas & protegas: ſuaviſſimus ejus incenſi odor in omni noſtra tētatione nos reſuſcitet; incenſum ejus nos vivificet: ſacerdotium ejus nos conſecret; dura ſtatio ejus in omni tentationum fluctuatione nos corroboret: acerbum ſuſpendium ejus in omni noſtra tentatione nos adhærere faciat Deo noſtro, ut unus cum eo ſpiritus efficiamur: ardua perſeverantia ejus uſq; in finē ſalvos nos faciat: vulnera ejus componāt nos: tumor ejus leniat nos: livor ejus ſanet omnia mala veſtigia tentationum noſtrarum: labor ejus reficiat nos: languor ejus in omni tentatione ſuſtentet nos: dolor ejus delectet nos: mœror ejus lætificet nos: angor ejus ab omni anguſtia in omni tentatione eripiat nos. O per agonem in tota vita, per agoniam ejus in morte, ô per lanceam

quę

…uæ aperuit latus dextrum templi, penetravit ſancta ſanctorũ, …ransfixit arcam teſtamenti, quando de corde ejus profluxerunt …qua ſapientiæ ſalutaris, ſanguis pretium redemtionis, remiſſi…nis & reſtitutionis, & vitæ ſpiritus arterialis; In omni tentatio…e noſtra illa nos aqua inundet, infundat, mundet, fœcundet in …mnem uſum & fructum ſapientiæ. Ille ſanguis nos redimat, …mittat & reſtituat. Ille arterialis ſpiritus nos in omni tentati…ne ab omni periculo mortis ſuſcitet, vivificet, ſanet, exhilaret, …rvet & ſalvet. O per ingens illud & ſanctum templi tui …olocauſtum & incenſum, quo virgo mater regina ſacerdos a…aro & omni morte ſua amariore gladio tranſeunte per ani…am ſuam, tibi Deo Patri dilectum uteri ſui, benedictũ fructũ …entris ſui, pretioſiſſimũ theſaurum & unicũ gaudiũ cordis ſui, …men oculorum ſuorũ, coronam capitis ſui & florem virginei …ecoris ſui, unicè dilectũ majore tibi amore victimavit, Te ob…cramus, in omni tentatione afflictio Domini Ieſu nos conſo…tur, exinanitio repleat, derelictio nos adoptet; inclinatum in …bedientiam caput ejus noſtras duras cervices inclinet & humi…et, obedientia ejus aurem audiendi & obediendi nobis plantet; …ligantes oculi ejus in morte oculos noſtros adaperiant, ne …nquàm obdormiamus in morte; emiſſus ſpiritus ejus clamo…: valido, & pro ſua reverentia exaudito, commendatus in ma…us tuas animas noſtras in hora, qua morituri ſumus, ſecuras …n manus tuas recommendet; mors Domini noſtri Ieſu Chri…i in illa hora extremæ tentationis ab omni infeſtatione ma…gnorum inimicorum noſtrorum redimat, mortem noſtram …n conſpectu tuo pretioſam faciat, tranquillo ſinu excipiat, læta …xſpectatione foveat, & felici reſurrectione commutet, confi…uret corpore claritatis ejus; crux Domini noſtri Ieſu Chriſti …loria noſtra fiat, quo nobis abſit gloriari, niſi in cruce Domini …oſtri Ieſu Chriſti. Per illum nobis mundus, nos mundo cruci…xi ſimus, quatenus cruce crucifixi, teſtamento inſtituti heredes …uam, Deus Pater, hereditatem digna filiorum adoptiva poſſi…eamus in æternum.

Quid ſit tentatio; & quòd omnis tentatio ex ignorantia. Et quid tentare Deum

CAPVT IV.

TEntatio eſt conatus inquirentis. Inquirens autem noſſ quærit, & quod quærit nondum novit. Conatu a. & ſcru tinio, ut ſciat quod neſcire debet, tẽtat, ſi quo modo poſſit quod optat. Conatus igitur inquirentis ut noſcat quod inquietus neſcit, hic tentatio eſt. Medicus enim ſi quam de virtutibus herbæ cujuſpiam ſuſpicionem habeat, & neſciat an habeat aut non, tūc tentare dicitur, quando per eam datam ægro quærit experiri, ſi poſſit efficere. Sic malignus tentator neſciens interioris hominis vitam & ſtatum, cupiens autem ſcire, per illecebras tentat quod neſcit, an ſcilicet poſſit dejicere. Si verò compertum habeat, non jam tentare, ſed oppugnare, ſed corrumpere dicimus. Ante congreſſum tentatur bellum: Victor nemo tentare dicitur. Quantum igitur ſcire datur, tentatio ſtudioſum deſiderium eſt explorantis, ut ſciat quod valdè deſiderat. Omnis ergo tentans neſcit, ſi verbo illo ad rigorem utamur; quomodo non dicimus, Deum tentaſſe Abraham. Quando igitur oramus non induci in tentationem, hoc oramus, ut non tradamur in deſiderium tentantis inimici.

Tentare autem Deum dicitur, qui in re non ei neceſſaria, cùm divinam ſuper ea voluntatẽ neſciat, abſq; judicio humili, abſq; ſapientia vera, abſq; conſilio recto temerè ſciſcitatur. Vt igitur breviter definiamus, temerariam & curioſam ſciſcitationem divinæ voluntatis dicamus, tentare Deum. Vnde qui curioſa temeritate conatur ſcire Dei voluntatem, hic Deum tentat. Sed qui in reb⁹ neceſſariis ad ſalutem humiliter & inſtanter orat ſcire Dei voluntatem, ut impleat, is non Deum tentat, ſed viarum ſuarum directorem rogat. Tentat, qui deſiderat explorare & experiri, licet etiam ulterius experimentū exploratum ordinet, etiamſi non ordinet, tentat. Tentavit Dominum Ieſum diabolus, quando dixit, *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant:*
Matt 4. vers 3. non ſolùm dubio ſuo ſcrutinium tentans, eſſet nec ne, quin & ſi factum fuiſſet, non tamen propterea certã dubio ſuo accepiſ-

[...]ſolutionem; quia neſciſſet adhuc, an dicenti ei propria Dei
[...] operata, vel aſſiſtens cooperata divinitas. Multis enim viris
[...]centibus montibus, transferendo tranſlati ſunt.

[Q]uomodo diabolus tentat homines, & tentando ſolùm memoriam monet, non aſ-
[ſen]ſum aut conſenſum mutare poteſt: & quomodo etiam rationale noſtrum tentat.

CAPVT V.

ADverſarius veſter tanquam leo rugiens circuit, quærēs quem 1. Pet. 5.
devoret. Et; *poſt bucceellam introivit in Iudam Sathanas, qui* verſ. 8.
[qu]idem in corde Iudæ miſerat ut Ieſum traderet. Fiunt ergò im- Ioan. 13.
[mi]ßiones per angelos malos. Et quales, niſi malæ? quales ad- verſ. 27.
[ve]rſarius noſter diabolus, velut leo rugiens, ac devorare cupiēs,
[me]nte ſua pertractat. Quibus *forti fide præcipit reſiſtendum* 1. Pet. 5.
[A]poſtolus Petrus. Poteſt igitur diabolus immittere medita- verſ. 9.
[ti]ones quales vult, quando permittitur: & hoc habet ex natu-
[ra]li facultate, ut ſenſum agnitionis noſtræ poſſit immutare. Sed
[ve]l aſſenſum veritatis, ut judicii noſtri ipſe immutet; vel aßen-
[ſu]m voluntatis, non eſt in ſua facultate magis, quàm in facul-
[ta]te Doctoris aßenſum aut conſenſum immutare. Poſſunt er-
[go] prægnantiſſimis monimentis monere, plus quàm Doctores
[au]t libri quantumcunq; eruditè ſcripti; ſed aſſenſum & conſen-
[ſu]m in filiis adoptionis gratia, ſapientia, judicium, charitas mo-
[de]rantur, quatenus nulla ſophiſmatū vis paralogiſet. Non igi-
[tu]r imiſſiones malignorum ſpirituum duntaxat ad phantaſiam
[ſu]nt ſed, queādmodū verba Doctoris aut libri ſæpè de jure in-
[te]lligibilibus & verè amabilibus fiunt; ita etiam dæmoniorum
[ad] mentem inorganicam & portionem inconjunctam ſupe-
[r]iorē. Cùm n. diabolus miſiſſet in cor, ut traderet eum Iudas Si-
[m]onis Scariotes, ſecundum Auguſtinū illa immiſſio ſuggeſtio
[fui]t ſpiritualis, non per aurē, sed per cogitationē; non corpora-
[li]ter, ſed ſpiritualiter. *A ſpiritualib. nequitiæ in cœleſtib. adver-* Epheſ. 6.
[ſus] *quæ nobis colluctatio.* Quòd ſi per ſola phantaſmata dentur verſ. 12.
[ill]æ locutiones angelicæ, dæmones hominibus jam non de ju-
[re i]ntelligibilibus poterunt hominem tentare. Sed neque ipſi
[ph]antaſmata habent, quę corporeorum organorum formæ

ſunt

ſint, ſed quæ ſimpliciter intelligibiles ſint ſpecies. Vt igitur defendamus, dęmonem dęmoni, dæmonem homini poſſe mentiri, concedamus dæmonem homini per conceptus, tanquam per ſigna naturaliter ſignificativa loqui. Sed quòd illa ſigna ſint ſecundæ intentiones naturales, conceptuum intentorum ſimilitudines intellectuales, per quas audiens, velut memori ſigno noſcat quid velit; aut, ſi etiam placet, detur, quòd per intentiones primas rerũ, quę tamen ſunt conceptus & categoreumata: quia ſyncategoreumata ſolùm ferunt aſſenſum, ut copula in categoricis, vel etiam hypotheticis. Prout n. intelligentia & memoria diſtinguuntur. Memoria conceptuum eſt, intelligentia verò judiciorum eſt, quæ ſyncategoreumatibus tàm in categoricis quàm hypotheticis deſignatur. Poteſt ergo angelus angelo aut homini monendo loqui, & memoriam excitare: ſed ut audiens judicet, non eſt in dæmonis poteſtate. licet verè in angelorũ ſanctorum hoc ſit poteſtate; quia verè flamma ſunt, & flamma ignis ſphęricæ naturæ, lux flammæ eſt circumquaq; lucens & fulgens: & ſimiliter ſphęricæ virtutis ignis eſt circumquaq; incendens fervore. Poteſt igitur angelus meus lucere me ſicut Sol; poteſt ſplendere ſicut Sol; poteſt urere ſicut Sol & æſtuare. Sed cur non me ita ſemper incendit, niſi quia primi Solis exemplar & nutum exſpectans?

Quòd poteſtas diaboli tentandi rationale noſtrum limitata eſt, quemadmodum, & poteſtas ejus ſupra phantaſmata: & angelo bono etiam poteſtas ſuper rationale noſtrum.

Capvt VI.

VErũ ubi de locutione angelica & diabolica Doctores tractant, communiter determinant, ſpiritum malignum in partem ſenſitivam agere poſſe, ſed non in partem rationalem. Et id meticuloſè videtur dictum. Metuunt enim, ne ſi ſuper rationalem partem concedant poteſtatem, mox quorſum velit hominem rapiat magis quàm pelliceat. Verùm hoc, ſi error eſt, ex alio errore provenit, illo videlicet, de quo in præcedentibus tractatum eſt. Et ratio recta, voluntas recta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

aſi rationem voluntas neceſſariò & non liberè ſequatur. Ve-
rm ſimilis metus ex phantaſmatibus malis per malignum cõ-
catis omnibus Chriſtianis exſpectandus, qualis ex rationali
r malignam locutionem timebitur. Niſi enim Dominus
breviaret conatum illius ſuper phantaſmata, non fieret ſalva
nnis caro. Et per eandem reciſionem prohibitus non poteſt
ntare etiam rationalem partem, ſupra id, quod poſſumus.
nde rationalem tentat, cùm ſe in angelum lucis transfigurat,
m in errorem & hæreſin præcipitat, dùm cujus ſpiritus ſint
ſcientes Apoſtoli prohibentur motum & animi impetum ſe-
ui. Sed & in eo, quòd diabolus, neſciens Ieſum plus aliquem
àm hominem, quando permittebatur, ſciebat ſe poſſe illi in
omento oſtendere omnia regna mundi, & oſtendit. Valdè
miliaris locus ad conjectandum, qualiter noſtræ mentes ange-
is oſtẽſionibus naturaliter ſubſtratæ ſint, ut ſi permitteretur
iritus malignus, poſsit homini loqui in latitudine mentis. Et
tra mentis latitudinem humano more loquitur per immiſſi-
nes malas, ſicut homo ſibiipſi mẽtaliter loquitur, ſicut & quã-
, ut ſuprà, miſit in cor Iudæ diabolus de tradendo Chriſtum.
uòd ſi tanta poteſt angelus malus, quanta putabimus bonũ,
rfectum, ſanctum, beatum poſſe? Qui, ſi tanta poteſt in la-
udine, quare non in ſublimitate & acumine? Poteſt ergo hæc
angelus bonus multò magis, & facit. Vnde, quòd in fluctu-
ionibus cogitationum noſtrarum ſæpè monemur, arguimur,
prehendimur, ſæpè velut ex tranſverſo, tanquam ex medio
tu ſanarum & ſanctarum cogitationum renovamur, unde fo-
putamus, niſi à bono angelo noſtro monente, arguente, cor-
piente? Et id quomodo, niſi mentalibus verbis? Crebrò igi-
r, ô beate angele, meam fluctuationem ſpectans miſeratus ar-
ue, corripe, caſtiga, confunde, ut corrigas. Proximus eti-
m huic locus, ut angelo bono loquenti in bonis tribuamus in-
enii noſtri ſubtilitatem, ut ideò ſubtiliore ingenio iſte plus alio
tetur, quòd illi acutiore & ſignantiore notione oſtendat.
ulla igitur gloria acutius intelligenti, niſi quòd angelus ejus
clarius

clarius illum illuſtrat: unde non altum de non ſuo ſapiendum. In angelis igitur illa Cyri Perſarum, Alexandri Macedonum, Iulii Romanorum animi latitudo referenda. Illorum duntaxat & rectitudo voluntatis. Quo verò modo hanc locutionẽ angelus ſive bonus, ſive malus, noſtrę menti applicet; quomodo ſolus De⁹ corda hoĩum noſcat, & cetera hujuſmodi, alibi ſcripſi.

Quomodo Deus dicitur non inducere in tentationem; non declinare corda in verba malitiæ. &c. Et quàm miſericorditer non inducit Et breviter orationis hujus applicatio ad Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. CAPVT VII.

Pſal 141. verſ 4. QVomodo orat Propheta dicens; *Ne declines cor meũ in verba malitiæ.* cùm tamen certiſſimũ ſit, Prophetam non ſupervacua orare, neq; Deũ ullius declinare cor in verba malitię. Sic
Pſal 119. verſ. 36. in alio loco; *Inclina cor meũ in teſtimonia tua, & non in avaritiã:* cùm nullius cor Deus in avaritiam inclinat. Ita n. orandũ, non ſupervacuè, *Ne nos inducas in tentationẽ.* non quò non rogatus in tentationem induceret, ſed alioquin tentatos non rogat⁹ ipſe non educeret ex tentatione: ſicut non inclinat cor in verba malitię, quando inclinat in teſtimonia legis. Vnde non inducit in tentationẽ, quando eripit à tentatione. Tales ergo negativę verba ſignificatione affirmativa prægnant. Quod qui non obſervat, ſæpiùs in diſſerendo nutabit, propter leges humanę locutionis. Ne nos ergo, De⁹ noſter, inducas in tentationem, in quam ſi induceres nos, juſtum eſſet: quia debitores ſumus legis tuæ, quo tanta te charitate diligam⁹, ut nulla nos tentatio ſeparare poſſit à charitate tui: quoniã uſq; ad mortẽ debemus reſiſtere peccato, & incentori tentanti ad peccandũ. Tantum n. regnũ tuũ, ut ej⁹ regni corona nemini danda ſit, niſi legitimè certantibus. Nemo autem legitimè certat, niſi qui violentus viribus regnum rapiat, quem nulla tribulatio, nulla perſecutio, neq; ulla alia creatura ſeparare poterit à charitate Chriſti. Sed quoniam interim creſcere oportet, ad hęc & intereà infirmi ſumus, oram⁹, Pater, nõ inducas nos in tentationem, ſed fac nobis cum tentatione proventũ, ut poſſimus portare & ſuperare. Poſteà a. cùm fuerint filii expeditorum ſicut ſagittę in manibus potentis, ac talibus ſagittis

ſagittis impleverimus pharetram ſeu deſiderium noſtrum, non confundemur loquentes inimicis noſtris in porta. tunc manus cujusvis tentatoris pugnet contra me.

Et ne nos inducas in tentationem, Spiritus Sancte, in tentationes voluptatis, vanitatis, vilitatis. Verbum caro in tentationem languoris, tædii, moeroris uſq; ad mortem, agoniæ, ſudoris ſanguinis &c. Pater qui acceptaſti ſacrificiũ & incenſũ ſuaviſſimi odoris, ex tentatione diræ ſtationis, acerbi ſuſpendii, in labore, languore, livore, dolore, mœrore, angore, afflictione, derelictione, obedientia inclinato capite, caligantibus oculis, emiſſo ſpiritu, & morte, non inducas in harum rerum tentationes; laborum, languorum, livorum, dolorum, mœrorum, angorum; ſed ejꝰ tentatio nos ab omni tentatione muniat, labor reficiat, languor reſtituat, livor ſanet, dolor delectet, mœror lætificet, angor liberet, per gladium qui tranſivit animam virginis matris, per vulnus in corde amantis Magdalenæ &c.

Pars Vndecima, tractans ultimam petitionem. Et primò de rebus malis animæ, à quibus petimus liberari à malo inſipientiæ à Patre; pravitatis, à Filio; impietatis, à Spiritu Sancto.

CAPUT I.

SED *libera nos à malo*. O Pater miſericordiarũ, & decus totius conſolationis, à quo omnis paternitas in terra & in cœlo nominatur, tu noſti, qui peperiſti, quantũ nobis bonum in ſapientia ſalutari, in vera fide Euangelii tui; quantum nobis bonum in ſanctificato nomine tuo, & ſancta tui cognitione; tanto profectò nobis malum eſt ſtultitia & inſipientia. Tu ergo, Deus conditor, opus manuum tuarum, plaſma digitorũ tuorum, vaſa deſtinationis tuæ; tu, benigne Domine, oves paſcuæ tuæ, ſervos tuos, debitores tuos; tu, piiſſime Pater, nos filios ancillæ tuæ heredes tuos, coheredes Domini Ieſu, à malo ſtultitiæ, inſipientiæ, & prophanatione nominis tui libera.

Ad Filium.

Deus Verbum, caro ſancta, humiliata & exaltata pro nobis,

noſter

noſter mediator, noſter Evangeliſta, & angelus teſtamenti magni novi & æterni, noſter ſacerdos & hoſtia, qui noſti quanto malo noſtro devius error pravitatis, averſio, corrupta judicia, noſtram intelligentiam, imaginem tuam, corrumpant. Te per tuum ſacrificium, per tuum ſacerdotium, per tuum Euangelium, per te ipſum mediatorem noſtrum, hominem ac Deum, obſecramus, libera imaginem tuam, intelligẽtiam noſtram à malo pravitatis erroris corruptorum judiciorum & indignæ æſtimationis tui.

Ad Spiritum Sanctum.

Ac tu, Deus Spiritus Sancte, qui verè æternus, neceſſarius proprius, nativus ſpiritus æternæ Sapientiæ, & æterni Verbi ejus æterna charitas, amborum nativa & propria charitas eorum, qui noſti quàm trunca, quàm imperfecta omnis noſtra vita quantalibet ſapienti cognitione Dei, quantalibet agniti Dei æſtimatione vigeat, ſi non ſancta charitate Deum amaret. Te ergo patrem orphanorum, per tuam pietatem, per tuam ſpontaneam & naturalem bonitatem obſecramus, opus tuum imperfectum non deſeras, ſed à malo impietatis & malæ voluntatis nos libera. Dicitur ſpiritus verè proprius, nativus ſpiritus, ſicut aqua ardens. ſemper talis eſt ſpiritus vini, quale corpꝰ eſt, qualis origo ejꝰ unde trahitur. Sic in nobis, qualis eſt notitia noſtra & notionis judicium, tale eſt deſiderium ex eis profluens. Et in divinis, qualis eſt æterna Sapientia & æternum Verbũ ejus, talem neceſſariò ſecundum omnem rationem originis nativam & propriam Spiritum Sanctum eſſe charitatem coæternam.

Quot, & quanta mala præſentis vitæ & quanta miſeria ſtatus hujus, à qua liberabimur patientes, & ſperantes, & orantes, poſt exutam carnem.

CAPUT II.

GRave jugũ ſuper filios Adam. in infirmitatibꝰ omnib. in ſexu muliebri, in ætate extra conſiſtẽtiam, pueris, ſenibus, ęgritudinibus, imbecillitatib. Secundò, cæcitatis & ignorantiæ. Tertiò, neceſſitatis perſonalis, familiaris, domeſticæ, civilis. Quartò, inopię & ærumnæ. Quintò, corruptelæ & contagion

monis contubernalium. Sextò, tempeſtatum de cœlo. Septimo, inſtitatum bellicarum. Octavò, naturalis concupiſcentiæ corruptę. Quantum obſtant dominia tyrannorum, genera linguarum, varietas ſuperſtitionum, contrarietas climatum, diverſitas inſtitutionum, plurimorum indigentia, paucorum ſuppetentia. Inter hæc omnia, velut per medias rupes & monſtra marina, navis in portum gubernãda infirmo, cęco, vecordi & vano nauclero, imperito maris, impedito vinculis infinitæ neceſſitatis. Et omnium malorum moleſtior inimicus leo rugiens, non dormiens, qui circuit quærens quem devoret, qui ex ſuperioribus omnibus vaſa inſidiarum & belli facit. *Verè multæ tribulationes juſtorum, ſed ex omnibus his eripiet eos Dominus:* orantibus ut liberentur ab his malis, ut jam felix eſſe incipiat, qui cum ſenſerit benignam manum Dei ſuper ſe, ſperare incipiat, ut aliquando eripiatur de lacu iſto miſeriarum. Et miſerandi illi, qui in mediis miſeriis ſeſe miſeros neſciunt, ac per hoc nec à malo liberari curant. Pſal 34. verſ. 19.

Quòd tàm mala quam bona vitæ præſentis, corruptis impiis ſemper in malum; diligentibus ſpe futurorum cooperantur in bonum; perfectis hic infelicitatem.

CAPVT III.

VInculo neceſſitatum alligati ſumus, quibus, ſi ſuppeditentur, obliviſcimur, oblectamur, evaneſcimus, inſoleſcimus, extollimur: ſin verò neceſſitatib' noſtris, quibus impliciti tenemur, deſit, deſolamur, proſternimur, deficimus, angariamur, anxiamur; murmuramus, deſperamus, blaſphemamus. Et ſic homini mortuo utrinq;, altrinſecus, & à dextris & à ſiniſtris, corruptela impendet. Vbi è regione *Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum.* Per arma namq; juſtitiæ à dextris recordatur Dei benefacientis, & gratias agit, & confitetur debitorem, & accéditur ad amorem, & pſallit, & laudat gaudens in hymnis & canticis. A ſiniſtris ſi quid deſit, virgam diſciplinæ patiens ſuſcipit, & correptionem in uſum correctionis convertit. Vnde, velut jumentum, non ſolùm patienter, ſed & volenter perfert, ſciens, non eſſe dignas hujus temporis paſſiones ad futurã glo- Rom. 8. verſ. 28.

riam, quæ revelabitur in nobis. Alii etiam, quibus vitæ & amoris gradus eſt, videntes Chriſtum ſummo dilectionis officio pro ſe paßum, & dilectam animam ſuam tradidiße pro eis in mortem, non jam ſpe futuræ gloriæ revelandæ in eis animati, ſed eadem cogitatione, qua Chriſtus, eiſdē dilectionis conſiliis armati, ſtrenuam amoris viciſſitudinem, & ſi non parem, qualemcunq; certant reddere tanto amatori. His unctio charitatis vincula ſolvit impoſitæ neceſſitatis, ut feliciter in ſeipſis experiantur verum eſſe quod dictum eſt; *Computreſcet jugum à facie olei.* Hi, quia veritate illuſtrati, amicti lumine veritatis, velut veſtimento induti virtute ex alto, verè liberi ſunt. Eſt enim ſtatus libertatis eorum, qui in veritate. Sed jugum neceſſitatis eorum, qui in peregrinatione. Et proſtratus ſtatus miſeriarum his, qui projecti in tenebras. In ſtatu innocentiæ fuit neceſſitas halitus, & eſus, & ſomni, & contra inſtantem corruptelam uſus ligni vitæ. Sed poſt lapſum aggravatum jugum neceſſitatum noſtrarum, ut opus habeamus igne & ferro, ſine quibus neque panem, neq; cibum, neq; potum ullum, præter aquam ſolam habere poſſumus. Sunt prætereà neceſſitates quietis, monitionis, & ſocietatis. Quanto namq; Dei munere homo homini convivit, facilè docet calamitas hominis, qui cæcus, ſurdus & mutus ferè nihil amplius, quàm pecus mutum convivere poteſt omnibus illis deſtitutus bonis, quibus homo hominem vel monet, vel opitulatur & conſolatur. Eſt prætereà circumſtantiarum dyſcraſiarum ex diverſo tempore corruptela, & hæc ęgritudinum & ſenectutis neceſſitas. certiſſima autem omnibus neceſſitas, qua conſtitutum hominibus ſemel mori. Et his neceſſitatibus tametſi ſuppeditetur, nihilominùs manent. Non enim auferuntur hæc mala, ut liberi ſimus, quatenus intelligamus non illac quærendam libertatē. Serpens, cervus, corvus, aquila multò omnibus hominibus eſſent liberiores, quæ neq; ignis neque ferri officiis egent. Hominis igitur libertas non curſu aut volatu, ſed omni concupiſcentiarum viſco abſterſo, amorum, judiciorum & notionum alis in Deum tendere, & illic ſuaviter delectari

Eſa. 10. Oſ. 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ctari, cum certa ſpe, quoniam dabit Dominus omnes petitio-
es cordis ſui. Ad hanc libertatem iter eſt, contemtus impoſi-
r neceſſitatis, qui corporalium neceſſitatum incurii, curam
rnis non perficiunt in deſiderio. Ab hac ergo carnis cura, ab
oc malo libera nos, Pater miſericordiarũ, quo in libertatẽ fili-
um ab omnibus malis liberi perveniamus. *Amen.*

Reſpice FINEM.

INDEX CAPITUM.

Prologus. *pag.* 1.

Pars I.

I. *De oratione in generali, qualis eſſe debeat, & de ejus puritate.* 3.

II. *De cogitationum fluctuatione & mentis evagatione refrenanda. Et de multiplici noxiarum cogitationum genere.* 5.

III. *Quòd fluctuatio cogitationũ cum lucta et invitè perpeſſa quantò humilitatem fovet, tantò gratiam meretur.* 9.

IIII. *Quòd ad cogitationum refrenationem multum valet exercitium numerale; ſuper omnia autem amor: inſuper & ſolitudo.* 10.

V. *Quòd non ſolùm in cogitationum ſtabilitate ſit puritas orationis, ſed & in intentione, & attentione. &c.* 12.

VI. *De puritate intentionis in oratione ſine verbis vocalibus.* 13.

VII. *Quòd præcipientes numeroſam pſalmodiam & longas preces, videtur urgere ut nomen Domini in vanum aſſumatur, contra ſecundum primæ tabulæ præceptum.* 14.

VIII. *Quòd oratio attenta tres partes imaginis complectitur, memoriam, intelligentiam, et voluntatem. Et quòd vocalis oratio & multitudo verborum diſcretionem impedit & fructum.* 14.

IX. *Quanta bona oratio includat, licet orantes non conſiderent.* 18.

X. *Quòd verè quærenti & oranti quatuor neceſſaria ſunt: ut, deſiderium, exſpectatio, inquiſitio, dijudicatio, & alienorum rejectio. &c.* 19.

XI. *Scalaris proceſſus deſiderii, & ad quantum gradum beatitudinis verorum bonorum deſiderium aſſurgit.* 20.

XII. *Quòd magna et vera bona ſapiẽti oranda ſunt, non ſola mortificatio.* 22.

XIII. *Puritas orationis acceptiſſima eſt, in oratione nihil petere, ſed ſui oblivisci & totam voluntatem in Deum referre.* 23.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

XIV. *Quantam fiduciam oraturis præſtet Dominus Jeſus, qui hortatur nos petere, quærere, pulſare.* 24.

XV. *Quòd huic fiduciæ non obſtat, quòd Dominus Jeſus, qui nō duplici corde petiit, nec tamen exauditus eſt. Et ratio ejuſdem.* 26.

XVI. *Quòd in nomine Ieſu petendum. Et quanta ex nomine Ieſu fiducia præſtatur.* 27.

XVII. *Quòd ſapientia à Domino petenda, id eſt, in fide, ſine hæſitatione. Et declaratio verborum Jacobi Apoſtoli;* Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis. 28.

XVIII. *Quomodo oportet ſemper orare, & non deficere, cùm neſciamus, quid orandum ſit.* 31.

XIX. *Quòd orationem efficacē facit vera et viva cognitio propriæ infirmitatis quæ etiam à Domino petenda, ut incutiat timorem, & timor ferventer orare faciat.* 34.

XX. *Quomodo orandum cum humilitate & pavore propriæ indignitatis, & nihilominùs cùm magna fiducia divinæ bonitatis, contra tentationem prædeſtinationis.* 37.

XXI. *Conſolatio pro his, qui non valdè profundant intentionem, vel non valdè flagrant affectione in orationibus, ex Patris pietate, complacentis etiam parvulis parvulorum affectibus.* 38.

Pars II.

I. *Quantam fœcunditatem oratio Dominica contineat, & quantam connexionem plurimorum, quæ in cardine rei unum ſunt. Et deductio exemplaris chiaſmi in eadem oratione.* 41.

II. *Quòd ea quæ petuntur in oratione Dominica non donantur, niſi cum ſimul donato Spiritu, imò cum Patre & Filio, & quòd omnium petendorum copiam comprehendit,* 43.

III. *Quòd omnis noſtra oratio quam petimus, de actu objectali eſt, quia formalis eorum completio eſt homini in hac miſeria impoſſibilis,* 45.

IV. *Quòd oratio Dominica omnibus oranda præcipitur & docetur à Domino Jeſu: & quòd non verba vocalia, ſed res verborum & verba mentalia neceſſaria in oratione.* 48.

V. *Quòd orantes exterioris hominis otio vacantes neceſſe interioribus negotiari. Et de vera Sabbathi celebratione.* 49.

Pars III.

I. *Quæ obſequia debemus ſingulis præſtantiis, & quare Paternitatis præſtantia commendatur.* 51.

I. *Quæ attributa ſingulis præſtantiis divinis appropriantur, quæ Deo, quæ Patri, quæ Domino.* 53.

II. *Quomodo ſe mutuò includunt iſtæ præſtantiæ Patris, Domini, & ad invicem concomitantur.* 55.

V. *Quòd Domino obedientes non de ſuo proprio fœnerantur, nec tamen Domino, ſed ſibiipſis, de Domini bonis fœnoris fructus accumulant.* 57.

. *Quanta pietate præſtantia paternitatis in nos redundet, ut etiam matris nomen & maternitatis viſceræ in nobis geſtet. &c.* 59.

I. *Proceſſus ſcalaris paternitatis Dominicæ, unicuiq; ſecundum gradum dignitatis, ſive intellectuali, ſive rationali creaturæ.* 61.

II. *Brevis declaratio graduum paternitatis filiorum gloriæ.* 62.

III. *Declaratio ſucceſſiva paternitatis graduum viæ & præſentis exilii.* 65.

X. *Quantùm amabilis Deus Pater omni rationabili creaturæ, & quantùm amandus, dignus amari.* 67.

. *De ſecundo verbo orationis Dominicæ: quomodo omnes participamus nomini paternitatis: & quia frater noſter Dei Filius, & omnes cives cælorum nobiſcum nomen fraternitatis participant.* 70.

I *De verbis orationis Dominicæ* Qui es, *quomodo Deus ſolus verè eſt per ſe; & quòd ejus eſſentiæ formalis cognitio nobis in via impoſſibilis, interim objectali cognitione contentis.* 74.

II. *Quòd Deus amor eſt ſubſiſtens verè formaliter, reliqua omnia tantò minus entia ſunt, quantò minùs accedunt ad gradum entis quod verè eſt.* 76.

III. *Declaratio verborum* In cœlis, *quomodo Pater in Filio: quomodo itẽ Deus Pater in omnibus creaturis, & quomodo illis illabatur per eſſentiam.* 77.

IV. *Quòd nulla virtus in cauſis ſecundis, niſi accedat cauſa prima dirigens agens, conſervans.* 78.

Pars IV.

Quæ petuntur in ſingulis petitionibus orationis Dominicæ breviter; Et quàm congruè cohæreant. 79.

. *Quàm congruè petitiones tres primæ reparationi interioris hominis aptantur.* 80.

II. *Quomodo ea quæ in tribus petitionibus petuntur congruè Trinitati reſpondenda* Salomon in Proverbiis *deſcripſerat.* 81.

V. *Tria hæc operatur Trinitas in nobis, & eiſdem manet in nobis, & nos in Deo.* 81.

. *Quòd etſi indiviſa opera Trinitatis, tamen Patri aſſignatur in anima operatio ſapientiæ, Filio judicii, Spiritui Sancto amoris, & ſingula ſingu-*

iarum perſonarum adventus indicia. 82.
VI. Quare ſapientia Patri tribuatur, & differentia inter Trinitatem creatam & increatam. 84.
VII. Quòd verum & vivum nomen ſemper comitetur judicium & amor, & ideò prima petitio eſt prima in ordine. Et de nomine ſanctificando 85.
VIII. Quomodò hæc ſententia non adverſatur articulo Pariſienſi: & quomodo ſalvetur per eandem poſitio Doctoris Sancti. 87.

Pars V.

I. Quid ſit nomen Dei, & quòd ſingulis tanta ſit notitia, ut ſint inexcuſabiles: & quid ſit ſanctificari nomen Dei in nobis. 88.
II. De duplici nomine Dei, ſalutari, & non ſalutari: & quòd ſemper fidelis habet pium nomen Dei. 89.
III. De nomine Dei prophano, quid ſit, & ad quantam ignominiam adducit: & quòd ex Dei nomine pii & impii ſunt, quales ſunt. Et quòd nomen Dei creſcit & decreſcit in nobis. 90.
IV. Qualiter nomen Dei creverit ab initio uſque post Chriſtum, ad omnimodam idololatriæ abolitionem, qualiterque baptiſmus iſte in nomine Dei iterari, creſcere, in quolibet homine quotidie poteſt, agente Spiritu Sancto. 92.
V. Quòd hanc innovationem profectuum petimus, quando oramus ut ſanctificetur nomen Dei in nobis: et de triplice manſione Dei ſecundum tres gradus ſanctificationis; & triplici actu ſacerdotali & ſabbatiſatione. 93.
VI. Quòd omnis beatitudo noſtra eſt ex nomine Dei, et quòd neceſſarium ut cultu ſolitudinis exerceatur, tribulis exſtirpatis. Et quanta miſericordia proviſum nobis per fidem nomen Patris, Filii, & Spiritus Sancti, qui pari nominis ſumus incapabiles. 95.
VII. Quòd nomen Dei nobis ſecundæ intentionis nomen eſt, & quòd pietate interim ſanctificatur in nobis, quàmdiu neſcimus nomen ejus & diverſa nomina diverſis ſunt. 98.
VIII. De nomine Dei ſancto & terribili. Et quomodò initium ſit ſapientiæ timor Domini in perfectis in charitate. & quòd ſanctum nomen ſine timore manet his qui à dextris ſunt in æternum, ſicut à ſiniſtris nomen terribile etiam in æternum manebit. 99.
IX. Quomodo Propheta orat pro his quibus tàm vile nomen Dei, ut malitiam ſuam non deſerant, ut confundantur, conturbentur, & quærant per timorem nomen Domini ſanctum. 101.
X. De diverſis nominibus recapitulatio. Et quòd licet Latinus & Græcus unicum nomen Dei duntaxat habeant, unicuique tamen ſingulare nomen ſecundum

ſecundum ſuum conceptum. Et de pluralitate nominum ſubſtantivorum apud Hebræos. 102.

I. Quòd quando in Scripturis ſacris hortamur benedicere, timere, laudare nomen Domini, & cetera quæ latriæ ſunt, intelliguntur de nomine increato, quodq́ue de nomine creato Domini Ieſu, virginis matris, beatorũ quoque omnium, ſed & viatorum: & quomodo intelliguntur. 103.

I. Quomodo præter eum intellectum de ſanctificatione nominis Dei, quo petimus ſanctificari in nobis, aliter etiam intelligi poteſt de ſanctificatione nominis Dei, ut in alÿs ſanctificari optemus, ſecundũ gradus ſcalæ. 105.

Pars VI.

Quare Filio tribuatur petitio regni. Et de triplici regno Domini Ieſu. 107.

. Triplicis regni Chriſti Ieſu declaratio ex verbis Pſalmiſtæ & verbis Archangeli ad Mariam virginem. Et harum ſcripturarum concordantia. 108.

I Quod hic regni Dei adventus petitur, quo regnat in juſtis, ſeipſum tradens pro eis. Et de differentia regni Domini Ieſu & Regũ terræ. 109.

. Quòd ſi ordinatè petere volumus, poſterius regnum primò petamus, id eſt, ſapientiæ & juſtitiæ, ut ejus exemplo per regnum juſtitiæ ad regnum gloriæ perveniamus. 11[illegible].

Quòd regnum cœlorum, etſi ſublime, humiles tamen non aſpernatur, & quòd illi ſoli regnum illud deſiderant & quærunt, qui ſe hîc gravi ſervitute preſſos ſentiunt. 112.

. Quòd regnum juſtitiæ intra nos quærendum in imagine & ſimilitudine, & ibi ſolum quærendũ. & quid ſit hoc regnũ, & quomodo hîc omnia relinquentes centuplum accipiunt. 114.

VI Quòd regnum juſtitiæ non ſolùm intra nos, ſed & pronum ſequentibus iter diſplicentiæ propriæ; quod ſi ſequamur facile ducet ad perfectum octonarium. 117.

III. Quod octonarius beatitudinum beatitudo duntaxat viæ eſt, non patriæ: & quomodo ſuper ſe inflectitur, & nulla una beatitudo reliquam excludat. 120.

. Quòd facile apud ſapientes regnum juſtitiæ hîc exercetur, & ſpe futuri regni regnum mundi contemnitur, & leve fit quidquid patiendum imponitur. 121.

Quid objectaliter petitur in ſecunda petitione, & breviter quomodo ſecundum gradus ſcalæ paternitatis, & quomodo ad Filiũ dirigitur. 124.

Pars VII.

Quare ad Spiritum Sanctum dirigitur, & quid petimus dicentes; Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. 225.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

II. Ex eo quòd Spiritus Sanctus donum dicitur, ponitur differentia inter donum & datum. 126

III. De triplice voluntate, Angelorũ videlicet beatorum in cœlo; damnatorũ dæmonum in inferno; & hominum in mundo: & quomodo, licet differenter divinæ voluntati obſequantur. 127

IV. De magnitudine amoris beatorum, conſideratione parabolæ nuptiarum; & depromtitudine obſequentis & obedientis voluntatis eorum ſupra omnium hominũ obedientiam, contra B. Bernardum in Sermone de B. Martino. 128.

V. De voluntate obſtinata damnatorum, quomodo libera. Et de naturali voluntate incorrupta, quomodo in dœmonibus renititur malæ voluntatis libertati. 130.

VI. De voluntate hominum libera tàm in bonum quàm in malum naturaliter: & quomodo in malum prona natura corrupta, & in bonum gratuitum non, niſi gratia, expedita. 131

VII. Quanta ſervitus voluntatis concupiſcentijs irretitæ, quantaq; liberta- ejus, cujus voluntas in mandatis Dei: & quantus principatus in lati- tudine mentis. 132

VIII. Quòd gradualis adſcenſus et profectus eſt voluntatis noſtræ obtemperan- di voluntati & mandatis Dei noſtri. 134

IX. Quòd justè amari à nobis vult Deus, qui prior amavit, & quomod- omnis amor amorem poſcit, & cuncta ſine amore nihili facit. 134

X. Quòd beatitudinis futuræ typum Salomon in duorum amantium sta- tu in Proverbijs & Canticis; ſed & Dominus Jeſus ſæpè in parabol- ſponſi & ſponſæ & nuptiarum expreſſit. 13[illegible]

XI. Quòd amor caput virtutum, & magna Dei dignatio hortantis & d- centis, ut petamus hunc in nobis incendi, & donare promittentis. 137

XII. Quid petatur in tertia petitione orationis Dominicæ, & quomodo gra- dibus ſcalæ aptetur breviter retractatum. 13[illegible]

Pars VIII.

I. Quomodo hæc petitio ad Patrẽ dirigitur, de pane manducando ſpiritua- liter, quem niſi manducaverimus non habemus vitam in nobis. 13[illegible]

II. Quòd fructus Euchariſtiæ non in ſacramentali viſibiliter ritu edend- ſed fideli commemoratione credendi conſtituitur, quomodo et patres v- teris teſtamenti eundem cibum manducaverunt. 14

III. Declaratio, quomodo ſpiritualis manducatio credentis vitam conſequ- tur, qua manducatione etiam Paulus primus Eremita, & ſancti an- choretæ manducantes vitam conſecuti ſunt. 14

IV. Idonea parabola, quomodo panis vitæ Christus ſpiritualiter credendo comm-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

commemorando reficit, conſideratione perficit, dijudicatione auget. 144.

Quomodo idem præfiguratum per Moiſen in panibus propoſitionis, qui intra Sanctuarium poſiti ſacrifici panes erant his qui foris erant. 146.

I. Quod non ſolum ſpiritualiter manducatur caro Filij hominis commemoratione credentis, ſed & ſacramentalis manducatio non tantum infructuoſa, ſed ad mortem eſt ſine ſpirituali manducatione. 147.

II. Quod idem qui panis, caro à beſtijs laniata, ac per hoc immunda judicata, ſicut commemoratione reficit, ſic eum quoq; pro quo offertur, à peccatis abſolvit. 149.

IIII. Quomodo panis vitæ commutatione vivifica in ſe, augmentatione, confortatione in via: & quomodo panis ſuperſubſtantialis Trinitas paſcit, & ſecum unum facit in patria. 150.

X. Quomodo hic panis omnis ſacrificii effectum & fructum affert, commemoratione, conſideratione, conſervatione, & non ſolùm oblationis pro peccato, ſed decimarum, primitiarum, holocauſti, incenſi. &c. 151.

Quomodo panis iſte nobis quotidianus; & quia quotidie neceſſarius, ideò quotidie manducandus commemorando, non ſolùm pro refectione, ſed & omni genere ſacrificii offerendi. 154.

Pars IX.

Ratio ordinis ad ſuperiorem petitionem, & quare ad Filium, qui ſacrificium noſtrum pro debitis noſtris, eſt dirigenda. 156.

Quod & quantum debitum noſtrum: & de duplici debito: & quomodo à quolibet iſtorum duorum debitorum vel abſolvimur, vel debitores obligati manemus. 157.

II. Quomodo, etſi latiſſima debitorum noſtrorum conditio, ut abſolvi nequeat, dulciſſimis tamen condita condimentis, ſi conamur ad exſolvendum; duris verò, ſi negligimus. 159.

V. Quàm beata conditio debitorum noſtrorum, quando reddentes beati efficimur, & ab eo cui reddenda, quæ reddenda ſunt, accipimus: & quomodo unus alio plus debitor eſt, ex parabola Domini Jeſu ad Simonẽ. 161.

V. Quomodo in debito dilectionis proximorum non proximis, ſed Deo præcipienti proximos diligere debitores ſumus, qui ſolus nos lege ſua obligare poteſt. 163.

VI. Debitum noſtrum eſt, fieri filios Dei: quod ſi neglexerimus, non ſolùm damna filiationis incurrimus, ſed & reatum contumacis contemtoris, propter datam facultatem neglectam. 164.

VII. Quomodo orandum ad Filium per ſingula paſſionum ſuarum pro ſingulis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

debitorum noſtrorum ſingulis membris attributorum ſingulæ paſſionum ejus ſacrificium pro ſingulis debitorum invocando. 166.

VIII. *Dilucidatio terminorum præcedentis capituli, quæ attributa ſingulis aſſignanda.* 170.

IX. *Quanta Patris Dei & Domini benignitas, quæ omnium debitorum noſtrorum ſatisfactionem in charitate proximi conſtituit.* 171.

Pars X.

I. *Quomodo ad Spiritum Sanctum convenienter dirigitur, qui duxit Dominum Ieſum in deſertum, ut tentaretur à diabolo.* 172.

II. *Quomodo ad Filium quoque dirigenda, & de ejus graviſſima tentatione.* 173.

III. *Quomodo etiam ad Patrem dirigenda per orationem plenam pietatis oſtenditur.* 174.

IV. *Quid ſit tentatio: & quòd omnis tentatio ex ignorantia; & quid ſit tentare Deum* 176.

V. *Quomodo diabolus tentat homines, & tentando ſolùm memoriam movet, non aſſenſum aut conſenſum mutare poteſt: & quomodo etiam rationale noſtrum tentat.* 177.

VI. *Quòd poteſtas diaboli rationale noſtrum tentandi limitata eſt, quemadmodum et poteſtas ejus ſuper phantaſmata; & angelo bono etiam poteſtas ſuper rationale noſtrum.* 178.

VII. *Quomodo Deus dicitur non inducere in tentationem, non declinare corda noſtra in verba malitiæ. &c. Et quàm miſericorditer non inducit. Et orationis hujus applicatio ad Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.* 18[illegible].

Pars XI.

I. *De tribus malis animæ, à quibus petimus liberari: à malo inſipientiæ à Patre; à malo pravitatis à Filio; impietatis à Spiritu Sancto.* 181.

II. *Quot & quanta mala præſentis vitæ, & quanta miſeria, à qua liberabimur patientes & ſperantes & orantes, poſt exutam carnem.* 182.

III. *Quòd tàm mala quàm bona vitæ præſentis corruptis & impiis ſemper in malum, diligentibus verò ſpe futurorum cooperantur in bonum, perfectis hîc in felicitatem.* 183.

FINIS.

VVESSELI GRONINGENSIS
Tractatus de cohibendis cogitationibus, & de modo conſtituendarum meditationum,

QVI

Scala Meditationis vocatur; cum ſubjecto exemplari,

Fratribus in Monte

D. AGNETIS propè Swollam dedicatus.

Nunc primùm ex Manuſcripto erutus, & antehac nunquàm impreſſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Venerabilis & doctiſſimi

VVESSELI GOSEVORT Groningenſis, Doctoris eximii, de ſtabilitate meditationum, & modo figendi meditationes Liber incipit.

PARS PRIMA.

Comparatio vitæ activæ et contemplativæ. comparatione Mariæ Magdalenæ, & Marthæ.

CAPUT I.

Luc. 10. verſ. 38.

I*NTRAVIT Ieſus in quoddam caſtellum; & mulier quædam nomine Martha, ſuſcepit illum in domum ſuam.* Cùm Verbum caro plena gratiæ & veritatis factum, plena humanitate, perfecta benignitate apparuit omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes omnem impietatem ſobriè, piè, & juſtè vivamus in hoc ſeculo. Velut enim caſtellum intravit, quando omnibus hominibus erudien[s] quomodo cœleſtis illiꝰ Hieruſalem comparatione univerſa peregrinantium hominum multitudo velut foris in agro, in villa in pago aut caſtello manet urbis comparatione. In hoc caſtell[o] qui credunt in nomine ejus, hi recipiunt eum. licet enim in proprium veniat, non tamen ſui omnes recipiunt eum. Sunt ergo recipientes eum alii quidem ſatagentes circa frequens miniſterium, in obſequium illius quem recipiunt. Et hi multiplici actione, nunc diſtracti, nunc impediti, nunc inconſummati, nunc infirmi, turbantur erga plurima. His licet erga plurim[a] turbatis verè tamen Dominus Ieſus in domum eorum excipitur, quando propter Ieſum omnem ſuam inquietudinem ſuſcipiunt & moliuntur. Sed non hi ſoli Dominum Ieſum ſuſcepiunt

nt, ſed eſt eis ſoror, Maria nomine, quæ etiam ſuſcipit Do-
num Ieſum in domum ſuam, non ſatagens multiplicia actio-
n, non in multis ſollicita, non turbata erga plurima, ſed uni &
neceſſario vacans, & intenta ſedet circa pedes Domini Ieſu,
diens & hauriens verbum illius. Hæc non tàm edulio refice-
curat eſurientem, quàm toto corde vacare & videre, rumi-
i, guſtare, concupiſcere, eſurire, ſitire, amare, amore langue-
quoniam ſuavis eſt Dominus. Et revera longè hæc optima
s Mariæ eſt, non omnibus data, quam nemo ſcit, niſi qui ac-
it. hanc Martha quia non accepit, non agnovit beatitudinem
s: unde de non agnito velut non exſiſtente judicans, ſororem
imavit otioſam. Suo ergo judicio juſtè contra ſororis ignavi-
invehitur, ſuccenſens quòd non pari in Dominum Ieſum
rore flagret, quia non ſimili fervet miniſterio. Dicit igitur, *Luc. 10. verſ. 40.*
mine, non eſt tibi curæ ignavia ſororis meæ? Indignè facit, quòd
oſa ſedet. ingrata, quæ tantorum tuorum beneficiorum im-
mor nihil exhibet officiorum. Verùm Dominus Ieſus inter
s amantiſſimas has ſorores dulciſſimus arbiter, utriuſque a-
tor, quia pater ambarum, & ſanctorum utriuſq; officiorum
pirator, ita ſententiam utrinq; moderatur, ut & interpellan-
n in officio recto collaudet, & ignorantem inſtruat; præferat
tereà Mariam, quæ altiore officio in ſuam domum ſuſcepit
bum Dei, Martha, quia carnem Verbi in materiali domo
cepit, viſibili etiam pane paſcendum ſollicitavit. Maria ſoror
s, quia verbum Dei ſitiebat, aurem paravit, ut in corde ſuo
ciperet. Et hæc altior illa & dignior ſuſceptio, qua ſuſcipi de-
erat; licet priorem etiam dignanter acceptet. Mariæ itaq; ſu-
ptio, comparatione ſuſceptionis ejus qua per Martham ſu-
pitur, planè optima judicatur. Vnde & Maria optimam par-
n elegit, quę nulla ſororis inſtantia, nullo periculorum mur-
re aufertur ab ea. *Adjurate ſanè filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitent* *Cantic. 2. verſ. 7.*
mientem dilectam, donec ipſa velit. Eatenus enim actio cha-
itis integra fertur in Deum, nec ullis pulſata circumſtrepen-
us propter Deum actionibus revocatur; quatenus & quàm
diu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

diu charitas ipſa non movet ad illam , quæ etſi non in Deun
propter Deum tamen eſt converſa. Pietas igitur propter Deun
quæ non in Deum ipſum exhibetur, ad Martham ſpectat: piet
aũt quæ in Deum ipſum eſt, ad Mariá. Hæc eſt illa optima par
ad quam Maria electa fuit magis, quàm elegit: elegit nihilom
nus, quoniam electa ad eam. *Theoſebia* igitur, & *Euſebia* ſorc
res. Adjurat aũt Dominus ſponſus Martham, & omnem Euſ
biã, non ſuſcitare Theoſebiã, quoadusq; ſanctũ charitatis dicta
men obſtat, atq; ſanctæ charitatis judiciũ pręcipiat exire ad op

Quòd contemplationem vita activa præcedit, & pedetentim ad contemplativam vitam adducit.

CAPUT II.

DOminum Ieſum intrantem in caſtellum primò Martha ſi
ſcipit; quia primò animalis homo non ſapit quæ Dei ſun
quouſq; per conſuetudinem exercitato ſenſu diſcat eſſe unu
neceßarium. Et cùm hoc perfectè ſciverit, mox germano co
ſilio ſororis & exemplo incipit optimam partem eligere, illa
unam petere, hanc requirere, ſedere ad pedes Domini Ieſu, e
ejus voluntate pendêre, propter hoc verbum ex ejus ore audir
Felix, qui ad hoc deſiderium pervenit. Et verè felix; quia pa
hæc optima non aufertur ab eo. Et niſi hanc eligat , niſi pro
pter hoc ad pedes Domini Ieſu ſedeat, propter hoc verbũ ex
re illius audiat, niſi hanc petat & requirat, non habitabit in do
mo Domini in longitudine dierum. Et quia Virgo mater in u
traque vita perfectiſsima fuit, ideò mox concepto Domino ex
ſurgens. poſt ſuſceptum Dominum in domum ſuam , abiit i
montana ſalutare Eliſabeth quaſi menſibus tribus. Et quonian
unum neceſſarium, ideò poſt menſes tres reverſa in domum ſu
am vacare decrevit.

Contemplationis prærogativa beatiſſimæ virginis Mariæ exemplo demonſtratur.

CAPUT III.

QVem fructum habeat vacatio, quiq; ex ea ſpectari poſſit
brevi experimento vel ex parte datur intelligi. Nam
qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

q;s quieto ſilentio, hoc eſt , à ſtrepitu concupiſcentiarum & p.ſſionum tranquillus vacet ad videndum , qualis fuerit mens Mariæ virginis in Deum, antequàm ad eam divino partu gravidandam Gabriel angelus à Deo mitteretur; tametſi frigida mẽs hic audientis perfunctoriè ſentiat , ut afficiatur quidem , ſed non permoveatur , nec efficaciter trahatur aut rapiatur in af- ctum cordis , niſi conſiderando figat oculum ut vacet & ieat, qualis fuerit ipſa intrinſecus ſequeſtrata , divinitùs ele- & præparata ambulare in munditia , puritate , rectitu- ie, ſobrietate , caſtitate , ſanctitate , complacentia , gra- ium plenitudine, donec digna eßet, & vero Dei Patris icio digna Deo. Qualem ſuſpicabimur fuiſſe mentem il- , quæ proprio Dei judicio Deo digna eſt? Igitur hæ ti- ſemper erunt artes . quoniam ſolis Mariæ artibus ſum- ;& digniſſimus eſt quæſtus, tantus tamque ſpetioſus, ut nem aſpicientem cordialiter medullitus adficiat . Non ur ſine magno fructu vacatur, videtur, quibus puellaris ad- virgo paſſibus Deum ſequuta & conſequuta eſt. Trahit e- poſt eam fragrantiſſimus odor virtutum ejus, ſive aromata unguenta nominare velis, ſive etiam gemmas virtutum; olicitas, puritas , rectitudo , munditia , integritas , ſobri- , caſtitas, mititas, humilitas, acceptabilitas, gratia, digni- Sed quem iſta conſiderata non movent, trahunt, de- unt, retinent; ſtupidus, frigidus, vacuus , vanus eſt , & credo vacare illum, tametſi ſedeat ſolitarius. Solitudi- ructus , ea ſuaviter ſapere , quæ niſi in ſolitudine re- ntur.

Sapientiæ & quietis, quæ per contemplationem inveniuntur, multiplices & laudabiles operationes.

Caput IV.

àm ſit quieta ſapientia vera, docet eorum ſapientia qui ſa- entiæ vacant , quantoque magis vacant , magis quieti unde vera ſapientia omnium quietiſſima eſt; neque tamẽ

ideò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ideò otioſa eſt, quippe perpetuos latiſſimè fructus copioſè ſp
git, ut verè divina res habeatur ſapientia, quæ cum tanta qui
tàm ſit efficax. quamq; ſit à terrenis elongata, contemtus do
eorum, cuncta terrena ad ultimas uſque neceſſitates deſpicie
tium, & velut ſtercora reputantium. Huc puritas ejus & mu
dicia, & ſanctitas, & ſublimitas, non loco ſed ordine & digni
te vendicata. Quamq; munita ſecuritas, docet nihil infra, n
hil extra formidantium, quoniam fiducia illorum immortali
tis plena. Et quoniam nemo melius illam novit, quàm i
ſeipſam; nulliuſq; judicium gravius ad auctoritatem adferenda
per eam ipſam fiducialiter adſtruere licebit, ſolidam eſſe,
in æternum firmatum ſolium, velut immobili rupe collo
tum. Et quàm ſit læta ſapientia, perpetua & ſtabilis illoru
lætitia, qui ſine diſſolutione, cachinno, aut riſu, populares
mnes, velut adulterinas, reſpuit lætitias, indignas & ſordid
judicans. Quàm & non indiga, quamq; ſufficiens, quàm
pulenta ſibi, quàm ſeipſa contenta, deſideria ipſa ſapientu
docent, quæ niſi corpuſculi infirmitas & neceſſitates obſtare
ſemper cuperet etiam vacare, videre & guſtare, quoniam ſua
eſt Dominus. cujus exuberantiſſimam ſuavitatem vacando,
dendo, guſtando in ſemetipſis experiuntur. Etiam in teneb
iſtis, in ęrumnis iſtis, in anguſtiis iſtis liquidò & evidenter p
pare licet, quoniam ſapiens Dei imago eſt in terris, ut quem
modum Deus cuncta quæ fecit, Verbo fecit, ita & ſapiens ge
tes, nationes, regna, populos omnes in beatum ſtatum refor
ret, ſolum ſi pręſides & principes illum verbo monentem au
rent, quemadmodum ipſe interius audit præcipientem ſapie
tiam, ut non ſolùm ſapiat, ſed & gaudeat morem gerere. n
tàm gaudet ſitiens limpido fonte, tàm famelicus oblato pa
non tàm amans delato nuntio à terra longinqua, quàm gau
ſapiens ſecreto, quieto, fido, certo, fœcundo, læto, ſapido m
giſtræ ſuo ſapientiæ colloquio.

Quanquam inter anguſtias faciendi & patiendi conſtituti, viam tamen exitus ra ſapientia ipſam anguſtiam facit, & quomodo ad veram ſapientiam etiam animalibus, ſicut ſpiritualibus, patet acceſſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

CAPVT V.

INter duas neceſſitates, velut inter duos muros, in anguſtiis conſtituti ſumus: unam faciendi, patiendi alteram. Neceſſariò conſtricti ſumus facere & operari legem tuam: neceſſariò cum conſtricti perferre manum tuam, dominator Domine; quia regnum tuum dominatur omnium. Non enim poſſibile, a qui ſciens & dicens, præcipiens omnia feciſti, quidquam niſi te ſciente, dicente, præcipiente, ac per hoc te dominante, præter te ſubſiſtat. Te igitur dominatorem ac diſpoſitorem neceſſariò perferre opus quodcunq; vis. Voluntati enim tuæ quis reſiſtet? Aliter enim in tua ſcientis, dicentis, præcipientis, ac per hoc ex toto conſtituentis ditione cuncta ſunt poſita, & aliter in ceterorum poteſtate regum aut principum. Nullus enim, quantumlibet monarcha, Nabuchodonoſor, Cyrus, Alexander, Octavianus, qui noſcendo, dicendo, præcipiendo vel granum ſabuli, vel minimum vermiculum, aut culicem ſolum, inquam, dicendo conſtituere poſſet. immò nec ipſum noſſe, vel dicere, vel præcipere, quo noſcunt, vel dicunt, vel præcipiunt, ab eis aliquàm eorum dominationib. eſt: quia non volentis aut currentis eſt, ſed tantùm Dei miſerentis, & operantis omnia in omnibus. Et hæc neceſſitas licet non abſoluta ſit; quoniam extra te, primum ens & neceſſarium, omne reliquum contingẽs eſt; irrefragabilis tamen & inevitabilis, te ſic volente. Prima vero neceſſitas, quam faciendi diximus, conditionis neceſſitas eſt. Neceſſe namq; implere legem tuam, ſi ſalvi fieri velimus. quã ſi ſalutem parvifacimus, & perditionem æternamq; miſeriam non curemus, conceditur perituris licentia declinãdi à lege tua in interitum. ſic tamen, quòd per hanc licentiam non prorſus à prima neceſſitate ſit relaxata. In ęternum enim permanet verbum tuum. Legis igitur tuæ obligatio permanet in æternum. quia ſicut neceſſariò in æternum obligabitur, ita in æternum declinans violatam legem in æternum ſentiet coruſcantem & ardentem. Grave jugum harum duarum neceſſitatum, grandis harum duarum neceſſitatum anguſtia; neq; ultra concluſis

ullus, niſi per ſapientiam filiorum Dei panditur exitus in latitudinem & libertatem gloriæ. per hanc enim computreſcet jugu à facie olei & unctionis. Omnium enim artifex & opus, tua ſapientia, non ſolùm inter anguſtias luce ſua viam pandit; ſed quod omnium eſt mirabilius, ipſam anguſtiam viam facit & exitum. Quantumlibet enim anguſta via, quæ ducit ad vitam niſi deſit veræ ſapientiæ tuæ artificium, ipſa anguſtia pro via eſt per illam enim illuſtramur, docemurq́; nullum patere conanti exitum, niſi te conductore, quo conditore. Solus enim tu de mediis neceſſitatibus educere potes, qui ſolus eas impoſuiſti. Magna itaq; pars tuæ ſapientiæ, graves has neceſſitates agnoſcere: major, noſſe per quem ducem datur exitus: maxima, confugere & confidere ad illum, tanquàm ad petram refugii manantem ſalutaris hujus ſapientiæ aquas copioſè omni indigenti ſapientia. Solùm adeò indigeat, ut ſciat & recurrat ad petram copioſè manantem, hauriat aquas de fonte ſalvatoris. Hæc enim petra non ſolos filios Iſrael, ſed & jumenta copioſè reficit. Quiſquis enim animalis adhuc homo eſt, ut non poſſit ſapientiam, judicium & juſtitiam puro mentis cogitatu tractare, ſed adhuc imaginariis rerum tropis opus habet; habet nihilominùs tantum vivifici ſpiritus, ut cupiat, & efficaciter cupiat ſalvus fieri: huic animali adhuc verę ſalutaris ſapiētiæ ex petra ſciſſa fluunt aquę vivę, ſolùm ſi pio cogitatu ſeſe conſtituat ad latus dextrum vivifici ſummi templi Dei, & velut corporali ſenſibiliq; hauſtu de latere Domini aperto, tanquàm de fonte vivo hauriat, ſugat, bibat. Nec dubitet, ſi crebrò faciat, quin magno fructu faciat. Non enim caſſum ſuſpicari licet grande teſtamentū illud, & ſenſibilia illa fluenta, quæ diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, tàm ſignanter credenda commendavit. Et credo quantumlibet animalis aliquis fuerit, ſi piè ſitiens accedat & ſugat, brevi per aquam illam in ſpiritualem ſapientiam illuminabitur, quemadmodum per piam crebram facilè Euchariſtiæ ſumtionem. niſi quod hæc via ſemper & ubique laicis & mulieribus commodiſſima patet in omnibus ubi ſapien-
ti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quæ opus fuerit. Sapientia verò ſemper & ubique opus habemus. ubique igitur & ſemper omnes animales & ſpirituales feſtinemus: quoniam hujus fontis fluenta verum ſacramentum, fidè confirmatum teſtamentum ſunt, & fidiſſimum pignus jucundi, de quacunq; neceſſitate clamaverimus & recurrerimus ad hunc fontem. Alii verò merè ſpirituales habent ſenſus exercitatos, ut mox poſſint ſpiritualia ſpiritualibus comparare, & ſapientiam & judicium & juſtitiam clara cognitione diffinitè cognoſcere. Hujuſmodi cum Paulo dicere poſſunt; *Et ſi Chri-* 2 Cor.5.
ſtum ſecundum carnem cognovimus, jam non cognoſcimus: quia verſ.16.
ſpiritus etiam in carne eſt, qui vivificat ſpiritum. Et his talibus *caro* parum eſt: immò, ſecundum verbum Domini, *non prodeſt* Ioan.6.
quidquam. Horum autem duorum alii medii ſunt, neque me- verſ.63.
rè ſpirituales cum poſtremis, neq; prorſus animales cum primis. Verùm ut ſunt medio ſeſe gradu rapientes, qui licet corporalium ſimulacris, qualia ſunt hauſtus, potus aquæ, ſanguis, non opus habent; à ſenſibilibus tamen prorſus aſſurgere non poſſunt, & cujuſmodi ſunt qui lumine, ſplendore, fervore theologiſant. Vtriſque autem grandi ſollicitudine obſervandum, ut ſemper magis intentione pietatis nitantur, quàm ſenſibilium ſimilitudinum involucris. Spiritualium rerum & perfectionum ſimpliciter conceptus & ideæ, quando ab imperfectionibus creaturarum depurantur, & cum divinis proprietatibus, qui ſunt, *In ſe vitam habens, per ſe, in ſe exſiſtens, Sibiipſi ſufficiens, à nullo efficienter dependens, neceſſarium, æternum, &c.* & aliquas complectuntur; ſecuriſſimæ ſunt meditantibus, judicantibus & optantibus. Neq; dejiciat horum rara paucitas; quia etiam primi, ſi perſeverent, hunc gradum aſſequentur. Qui enim perſeveraverit uſq; in finem, quantulocunq; parvo gradu pietatis inceperit, perſeverans creſcet, & finalem fructũ cæleſtibus conviviis dignum faciet. Et hoc eſt *in finem:* hic ſalvus erit.

Quomodo viæ Domini, quibus ad nos venit, vel ipſi ad eum venimus, obſervandæ nobis ſunt, & quæ uberiores viæ nobis ad hoc ſunt.

CAPUT VI.

NOn inutile obſervare vias Domini: vias dico, quibus vel nc
Deo accedimus, vel Deus nobis. Eaſdem enim puto vi:
eſſe, quibus accedit homo ad cor altum, & quibus exaltatur Dc
in corde ejus. Omnimodo en. quomodocunq; cor noſtrũ Dec
vel Deus nobis jungitur & unitur, nobis hæ in Deum, Deo i
nos viæ ſunt. Sed uberiores viæ quę magis uniunt, magiſq; nc
bis Deum habitationem conciliant. Conciliatur autem nob
meditationibus bonis; magis autem admiratione; ſed altiùs m
rabilium inveſtigatione. Omnium autem arctiſſimè comple
ctitur deſiderio & amore. Vigilandum ergo & obſervandun
attento oculo, ſi quando conſideratione rerum in admiratic
nem conditoris exſurgas, quanta veſtigatione ducaris in ardua
quantoq; rapiaris affectu. Obſervandum item, ſi pervenient
deſiderio fructum & fines rerum tuo conſilio excogitandos tib
proponas, & invenias te longè ſub conatu ſuccumbentem; quã
to vel conatu proficias, vel affectu movearis, ut eam eligas, qu
Deo propiùs monẽdo, docẽdo, diligẽdo conducit. niſi fortè m
lior illa, quæ ex utraq; conjuncta. Bonum igitur prævenient
deſiderio caſum ponere hoc modo: Ego, ſi volatum avi præſtar
vellem, quibus illud organis adoriendum? Invenio ſanè, ni
piſcium pinnas, aut avium pennas, aut apum & papilionum alas
aut veſpertilionum alatas pelles, in volatilib⁹ nihil habere me
unde volatum aut volandi inſtrumenta excogitarem. Vt igitu
excogitem, & ſuaviter cogitem, oportebit & utiliter oportebi
opera artificis intueri. mox enim omnis inopia meditantis pro
fligatur, & opulenta ſupellex non arrogantem ſolùm, ſed & fa
ſtidientem reddit egenum. Hinc iterum ſi pergis opus tu
um varietate multiplicare, varietatem ordinare, ordinem
fæcundare, fæcunditatem gratificare velle, ut priùs, ſterilitatem
invenires, niſi iterum ad facturam Dei conſiderandum oculum
convertas. Verùm ut in his fructuoſè negotiemur, & per ha
creaturarum vias compendio majore ad eum veniamus, fon
omnis boni exorandus, Pater luminum, à quo omne datum o-
ptimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

imum ac donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens, ut qui
os ad ſe ſolum condidit, ipſe miſſa luce ſuæ veritatis illuminet
culos noſtros, ignem mittat in cor noſtrum, quo fida a-
uirione, vehementi affectione curramus accincti à contempla-
one creaturarum, velut odore unguentorum & aromatum
nditoris trahamur poſt eum ad eum.

uòd cor noſtrum Salomon præcipit ſervandum, & quomodo ſolus amor cor noſtrum ſiſtit, & ſecundum amoris differentiam differentes ſunt cogitationes noſtræ, ſive vagæ, vanæ, perverſæ, truncæ, debiles ſint.

CAPUT VII.

Alomon, quando præcipit *omni cuſtodia cuſtodire cor, quo-* Prov. 4.
niam ex ipſo vita procedit, non tàm cogitationes cuſtodien- verſ. 23.
es mandavit, quàm abditum quidpiam, quod ante cogitatio-
es ipſas cogitantem afficit. Videmus n. cogitationes noſtras
quādo vagas, aliquando vanas, aliquando truncas, aliquando
ebiles. Vagæ ſunt, quæ nullum finem deſtinant; ſed abſq; pro-
oſito negligentibus otioſis nobis licenter mentem noſtram
ccupant, ex altero in alterum jactant, velut ſi navis temulento
bernatore quovis vento feratur. Hujus tametſi facile omni-
s horrendum periculum navigationis videatur, ideò fit, quia
rporalem ſalutem temerè jactari deteſtamur. Interioris au-
m hominis vitam ſi verè amaremus, incomparabiliter arden-
ore zelo contra fluctuationem cogitationum noſtrarum ac-
geremur, ac deteſtaremur; ſcientes, quoniam quod corpo-
lis navigatio exterior eſt homini, hoc cogitationes interi-
ri ſunt homini. Quales ſemper meditationes tuæ, talis e-
t & portus tuus. quò fit, ut qui nullum portum deſtinat, æ-
aliter omni vento navigat. & ubi inter navigandum alius à
tere, alius à fronte ventus exſurgat, mutato ampluſtri illum
cut ventus maris inſequatur, ut verè dictum ſit; *Impius vel-* Eſa. 57.
mare fervens, quod quieſcere non poteſt. Magis autem i- verſ. 20.
nominioſæ hujus paſſionis indignitas & turpitudo depingitur
n muliere meretrice, quę in lupanari proſtituta ſedet, exſpectat,
ccurrit, acceptat omnem venientem, illudentem, contemnen-

tem, conſpuentem amplectitur, oſculatur & commiſcetur.
Hoc unde, niſi quia non legitima fide ſuo viro conjugata e
mens noſtra? Certiſſimum enim eſt, ſi fido amore Deum no
ſtrum diligeremus, non tàm vago fluctuantium cogitationu
æſtu cor noſtrum jactaretur. Vbi enim theſaurus tuus, illic
cor tuum eſt. Neque ad hoc opus conſtitutus. Natura ipſa a
moris hoc habet, ut quæ vehementer amas, facili occaſione i
id cogitandum revertaris, quantiſlibet etiam neceſſitatibus a
voceris. Amor ergo tuus cor illud tuum eſt, quod Sapien
præcepit cuſtodiendum & obſervandum: quoniam ſi perve
ſus fuerit, perverſæ erunt cogitationes: & ſi rectus, rectæ cog
tationes. Vt autem vagæ ſint cogitationes, ideò accidit, quo
Matt. 6. niam amor nullus eſt. Quoniam, ut ſuprà ex verbo Domini, *V*
verſ. 21. *bi theſaurus tuus, illic cor tuum.* Habet ergo omnis homo gra
ve apud ſe tribunal de interioris hominis ſui vita ex cogitat
onum ſuarum qualitate. Quales ſunt meditationes noſtræ, ta
lis eſt amor noſter: ut, ſi amor nullus, erunt cogitationes vaga
& ſi vagæ cogitationes, liquet amorem nullum eſſe. Non dic
cogitationes multifarias, aut varias. Aliud eſt enim vagum, al
ud varium, aut multifarium. Habuit Martha multifarias co
gitationes, quando erga plurima turbabatur; non tamen va
gas habuit: quando omnes eas uno fine frequentis miniſte
rii negotioſa diſpenſavit. Non vaga erat cogitatu, quæ cir
ca frequens miniſterium ſollicita erat; quæ nullos profano
cogitatus admiſit; quæ in omni illa inquietudine pietatis por
tum deſtinavit, & ad illum finem univerſam actionem mo
derabatur. Vis igitur non inſtar fluctuantis navis periculo ja
ctari? Vis non dedecore proſtitutæ mulieris ludibrio haberi
Ama. Quia ſi non amaveris, vagus & vilis jactabere. Et ſic
ut ex nullo amore vagæ ſunt cogitationes: ita ex perverſo a
more perverſæ fiunt cogitationes. Vnde enim quòd avaru
nocte ac die ſemper in arcam, in marſupium, in gregem, i
agrum, in mercantiam; niſi quòd rem vanam amat, & ea
ſibi Deum conſtituit? Ambitioſorum cogitatus in ſublimita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

t, in poteſtate, in auctoritate. Curioſorum in literis, in tificiis, & ingenioſis quibuſque rebus vanis amorem quia nſtituerunt, ideò tales ipſi meditationes mente verſant. icis ergo; qui diligunt, & Deum diligunt, nunquàm per-ctis cogitationibus ſunt? Non hoc dico, niſi ex toto cor-e diligant. Si enim diviſum eſt cor, ut multorum bono-m conjugatorum, qui & Deum ſuper omnia diligunt; ſed ia, juxta Paulum, *diviſi ſunt, cogitant quæ uxoris ſunt*, non *1. Cor. 7. verſ. 33.* rfectas poſſunt habere in Deum cogitationes. coguntur e-m ſæpè truncas emittere, & aliorſum intendere. Et quia firmus eſt amor quibuſdam, ideò plerique noſtrum infir-as debileſque experimur meditationes. Amor ergo no-er cor noſtrum eſt, & ab illo procedit vita noſtra, hoc eſt, teriorum meditationum noſtrarum univerſitas. Hinc uni, elut cordi, invigilandum; hoc unum omni cuſtodia cuſto-endum, ut verè, merè, ſincerè, ex toto corde, ex toto ſpi-tu, ex tota anima Dominum Deum noſtrum diligamus. uotiens igitur frigidæ, truncæ, vanæ, vagæ cogitationes erunt, ad tribunal vocandæ, conſiderandæ ſunt, dijudi-ndæ ſunt, condemnandæ ſunt, confeſſione noſtra apud eum accuſandæ, & contra contumaces altius tribunal ora-ne provocandum. quod ſi legitimè fecerimus, & divini ris ac fori terminos obſervemus, confidamus, quia ſuperior dex remittet ad noſtrum tribunal, ut faciamus in eis judici-m conſcriptum. dabit in manibus noſtris gladios ancipi-s ad faciendam vindictam in nationibus, ad alligandos re-es eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis fer-is; quatenus quæ in cogitationibus noſtris atque conſiliis rmana ſunt, & vicina ſanctis deſideriis, vincta ſervire co-ntur.

Quanta mala ſcalariter & ordine conſequantur ex incuſtodita cogitatione.

CAPVT VIII.

REgnum ſervorum veri Salomonis non in excellendo al[illegible]rum, ſed in ſapienter inſtituendo, dirigendo, moderan[illegible] cogitationes, judicia & deſideria omnia. Nam in via ad morte[illegible] in cogitatione notio paſſus primus; cujus ſecundus, incauta c[illegible]ſtodia; tertius, concupiſcentia; deinde ſtultitia in mora, quartu[illegible] quintus, concupiſcentiæ pruritus; ſextus, inſipiĕtia ſentiens pr[illegible]ritum; ſeptimus, concupiſcentiæ conceptus; octavus, nequi[illegible] adſentientis; nonus, mendacium; decimus, impudentia; und[illegible]cimus, malitia; duodecimus, dementia; decimus tertius, con[illegible]melia; quartus decimus, miſeria. Radix igitur omnium mal[illegible]rum incuſtodita cogitatio: quam qui frenare deſiderat, ja[illegible] grandem januam vitæ & ſalutis reperit. quia per hęc deſideriu[illegible] ſuum facilè poterit, cùm volet, moderari. volet a. quia de[illegible]derat redire ad cor, interrogando ſeipſum; *Quid eſt, qu[illegible] cogito?* Turpe, an honeſtum? Decorum, an fœdum? Salutar[illegible] an mortiferum? Decet ne me iſta cogitare? Expedit ne?

Quòd periculum vagorum in cogitatu ſuo depingit Salomon in urbe patente, & abſq; muro.

CAPVT IX.

MAgnum periculum in cogitatu Salomon ſignificabat, qu[illegible]do dixit; *Vrbs patens, & abſque murorum ambitu vi[illegible] qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.* Sicut n. illi, [illegible]cet non hoſtibus capti atq; vaſtati, ſemper tamen hoſtium lib[illegible]dini expoſiti, ut, cùm velint, vel per potentiam obruere, vel p[illegible] inſidias irrepere poſſint: ita, qui non poteſt in loquendo ſpi[illegible]tum ſuum continere, diabolicæ voluntati atq; libidini expoſi[illegible] eſt, ut, quandocunq; tentaverit, mox in lacum præcipitet; lac[illegible] inquam, obſceni & ſordidi luti, lacum ſtultitiæ, nequitiæ, ma[illegible]litiæ. Dixerit fortaſſis aliquis, ab hoc periculo immunes mu[illegible]tos & monachos, præſertim Carthuſienſes, qui perpetuu[illegible] ſilentium ſervant. Sed ſi rectè introrſum perſpicaciùs intue[illegible]amur, inveniemus, non linguæ foris verba, ſed mentis intu[illegible] verba cohibenda fore; & ea magis intelligenda, quorum no[illegible]

Prov. 25. verſ. 29.

ohibitorũ gravius nobis periculum impendet celerioris vaſti-atis. Hoc autem periculum non tàm nobis ex verbis linguæ noſtræ imminet, quàm ex verbis mentis. Omnia enim verba vocalia linguæ foris perperàm per ſtultos prolata, licitè, utiliter, & ſapienter ſapiens proferre non ſolùm poteſt, ſed etiam in-terdum debet; ut quando de ſtultitia ſua corrigere ſperat inſipi-entem. Quia tamen alio mentis judicio de ſtultorum verbis udicat & reprobat, certè ſpiritum ſuum in loquendo cohibet: inde nec hoſtibus inſipientiæ, ſed nequitiæ & malitiæ urbs pa-et abſq; murorum ambitu. Omnis igitur, qui quaſlibet cogi-ationes admittit, & quantumcunq; cogitationum judicia in-circumſpectus dictat, & ea velut ſententias loquitur, & non portas mentis vecte ſeriſq; recluſas ſervat, nil mirum, ſi perpe-ua inquietudine ferveat, etiam quantumcunque ſolus vacet ac ileat. Semper enim cogitatus judicium parit, & cogitatus cum udicio deſiderii impetu quodam rapit. conceptus concupiſcē-tiæ peccatum eſt: quia concupiſcentia ſi conceperit, proculdu-io peccatum parit.

Quòd licet Pythagorici quintuplici via contendebant pro depuratione phantaſmatum, non tamen impenderunt operam vitiis exſtirpandis.

CAPUT X.

MAgnæ vię pro depurando mentem à phantaſmatibus. pri-ma, ſolitudo; ſecunda, ſilentium; tertia, conſuetudo nu-merorum; quarta, ſtudium numerandi, & omnis mathema-icæ; quinta, metaphyſice. Et per has quinq; ſtrenuiſſimè Py-hagorici contendebant. quibus licet multi ex eis profecerunt, nullus tamen eorum interioribus vitiis eradicandis operam de-it, Omnes enim ſciendi oſtentatione certabant & contende-bant. Liquet hoc ex eo, quòd magicæ ſtudioſi erant.

Quòd prima via Pythagoricorum pro phantaſmatibus depu-randis eſt ſolitudo, multis fructibus fœcunda.

CAPUT XI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

SOlitudo, quantumlibet à ſolitaria vita denominetur, ſol
tionum tamen & conſolationum egena & ſterilis non eſt,
ſapientem, aut etiam ſapientiæ ſtudioſum accolam accipiat.
Primùm omnium, an parvum ſolatium vacatio vanitatis hu
manæ, quę nulla ſtipe gravi jugo duram ſervitutem improb
exactione paſſim extorquet? Quanta facere, quanta parar
quanta dimittere, quanta effundere, quanta perdere, quan
audire, quanta videre, quanta ſilere, neſcire, ſimulare, diſſim
lare, nugari, mentiri oportet, ut hominibus, quibus ut place
morem geris. Ab hac ſervitute vacare licet ſolitario. Et v
cationi quàmdiu in ſolitudine manet, libertas accedit non pa
va, ut liberè ſuum agrum colat, & liberè exerceat. Ecce ſolit
do, vacatio, libertas, agricultura. Hinc jam ſolitudinis fructu
& ſolatia carpere licet. Quis tàm alienus à ſe, tàm elongatus
vero, ut non facilè videat, ſenſati cogitatus quanta ſolatia ref
rant cogitanti. Tales enim ſunt ſapientum cogitatus, ut pr
eis ruminandis ac deguſtandis diligenda ſit ſolitudo. Teſtatu
hoc aptè, appoſitè conſcripta ſapientiæ plena oratio; à cujus vo
luptate ſi quis legentem ſuper veniens interturbet, licet charu
velut importunus contriſtabit. Quòd ſi ex charta lecta ta
tùm delectat oratio, quanto putamus oblectare dulcore ſolit
rium, quando ſapientiam illam hauſerit à fonte, qui purio
guſtu reficit ſitientem. Nequit hæc ſolatia vel conjectare, q
vanitate inebriatus faſtidit ſapientiam. Et hoc ſolatium, e
iamſi ſolum eſſet, profectò dignum, cujus æſtimatione plu
ma multorum ſocietas, etiam bonorum, reſpueretur. Cum
que hic ſapientis agricolæ fructus non manipularis eſt, non a
niculus eſt, ſed etiam plena meſſis eſt, ſemper creſcens, ſem
per pullulans, donec ad perfectionem ſui, unde manavi
fontis ſimilitudinem excreſcit. Et quia ſpem iſtam certa
habet, ecce ſpem, fiduciam, ſecuritatem, magnanimitate
novam non exſpectatam, non reſpuenda ſolatia fovere libe
vacatione, lactare ſua oblectatione. invitatur ſpe, creſcit fi
ducia, firmatur ſecuritate; bibit ſitiens, manducat, & ſuave

eſurie

·uriem ſuam reficit, exhilaratur & gaudet, ſciens *quoniam pla-* Eccle. 9.
nt, ut ait Sapiens, *Deo opera ſua*. Convertitur ad eum, qui do- verſ. 7.
avit hanc illi felicem agriculturam, & velut fundi domino
etus & acceptus, domino primitias ac decimas offert. neque
oc, quoniam fidelis colonus eſt, ſibi finit deperire; ſed ſu-
remum fructum ſui fundi illum ſolum habet, quem domino
ignum ex ſe ortum putat. Eo enim ſolo ſe ſanctificari putat.
anctum enim ſolum, quod Deo dignum eſt. unde ſuam cul-
ıram, ſuam ſervitutem ubi ſanctam ſenſerit, jam ex colono ſa-
:rdos factus eſt. Sanctum enim miniſterium, ſacerdotium
t. Ecce, quanto ſolatio ſolitarium recreat Deus, quando
ominem fugientem ſui contubernio ſacerdotem facit, pro
ominum frequentia ſe domeſticum inhabitatorem Deus
ommutavit. Quæ jam illi vel cælorum, vel terræ ſolatia de-
ſe poſſunt, qui ſolatiorum omnium fontem intra ſe habet
ıbitatorem Deum?

Quomodo veloces eſſe jubemur ad audiendum, tardi ad loquendum: Item, quomodo non veloces ad audiendum, & non tardi ad loquendum.

CAPUT XII.

It autem, fratres mei dulciſſimi, *omnis homo velox ad audien-* Iacob. 1.
dum; tardus ad loquendum &c. Magnæ moderationis con- verſ. 19.
ſilia ſunt iſta, ſed quæ non minùs conſideratione, meditatione
multa indigent, ut planè intelligantur. Homo enim cùm ſit
ıd imaginem Dei factus, verbo Dei regeneratus in vitam,
ıluminatus lumine vultus ejus non ſolùm, ſed & ſigna-
ıs ſuper eum lumine vultus Dei, debitor eſt ſapientiæ ſe-
ıandæ, ut miſſo ſibi verbo ſanetur. Sed non ſanatur
erbo Dei ſibi miſſo, niſi audiendo quid loquatur in eo
Dominus, ut hoc audiens ſapiens ſapientior erit. Non
nim quibuſcunque audiendis ſapiens ſapientior erit. Sunt
nim perplurima, quæ audita corrumpunt bonos mores
olloquia prava; quibus auditus non fit ſapientior ſapiens.
De verbo igitur Dei audiendo dicit & *Salomon*, & *Iacobus*.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Hoc enim audit, & bono corde audit, qui ex Deo eſt: & h
audiens ſapiens, ſapientior erit addens ſapientiam. Et ad h
audiendum præcipit *Iacobus* omnem hominem eſſe velocem
Quia ſicut ſemper debitor eſt ut ſit ſapiens etiam qui non eſt;
ta ſemper debitor ut fiat ſapiens qui non eſt: & qui minùs eſt
piens, ut fiat ſapientior. Id autem niſi legendo, audiendo, m
ditando quæ legis Dei ſunt, non poteſt. Sit ergo paratus, p
mtus, velox omnis homo ad audiendum, ad legendum,
meditandum. Indoctus ad audiendum; literatus ad l
gendum; doctus ad meditandum. Non enim omni homi
omnis denuntiator præcipitur audiendus. quemadmodum i
utiliter literatus idiotam, cùm poſſit ſacras literas in purita
ſua legere, ſtultè ſtultitias illius audierit; poteſt etiam doct
& ſacrorum eloquiorum peritus utilius ſedendo ſolitariu
tacendo, levando ſe ſupra ſe, meditari in lege Dei, m
ditari in ea die ac nocte, quàm multorum audiendo inep
as & garrulas dicacitates faſtidiendo ſtomachari. quonia
talibus viris facilè cum ſcientia multa multa etiam eſt ind
gnatio. Quod ergo ſubditur, *Tardus ad loquendum*,
eodem fonte prodit. quia ſicut omnis homo debitor eſt ſ
pientiæ conquirendæ, ut propterea debeat eſſe velox ad au
diendum: ita omnis homo ſtultitiæ poſſeſſor eſt alliga
in corde ſuo, quam oportet virga diſciplinæ ejici. Pr
cacitas autem & loquacitas prima ſtultitiæ germina ſunt r
ſcindenda ſapientiæ diſcipulis, ac ſapientiæ ſtudioſis. diffi
cile valdè, niſi planè ſapienti, ut in multiloquio non i
ſit peccatum. Quantò igitur quiſque non ſe ſapiente
novit, aut non ſapienter loquuturum, tantò etiam ſit ta
dus ad loquendum. E diverſo, quantò ſciverit verb
ſua conformia divinæ legi, & ſecundum voluntatem De
non tardus eſſe præcipitur, ſed calceatus pedes in præpar
tionem Evangelii. Quibus igitur audiendis præcipimu
veloces eſſe, eiſdem etiam loquendis præcipimur veloc
eſſe: & quibus loquendis tardi, eiſdem etiam audiend

rdi fore præcipimur. Idem enim utrobiq; & periculum & fru-
ctus impendit. Hac etiam diſcretione moderanda ſunt verba
vinorum eloquiorum de judicando, & non judicando. Præci-
pimur enim judicare juſtum judicium; & vetamur judicare ali-
enum ſervum domino ſuo ſtantem aut cadentem. reprehendi-
mur trabem habere in oculo noſtro, cùm incumbimus ut feſtu-
cam educamus de oculo fratris. Debitores enim ſumus juſto-
rum judiciorum, debitores etiam officiorum charitatis. Iuſta
dicia, ubi melius informati: charitatis officia, ubi magis obli-
gati. Melius novimus noſtra; difficilius ædificamus aliena. In
alienis judicandis facilis temeritas; in noſtris diſſimulandis ma-
gna oblivio. Levis utrobiq; reatus leviter judicanti. ſed his
vitiis duobus evitatis, oblivione ſui, in alienos temeritate, præ-
cipimur ubi ſcimus veritatem, judicare æquitatem, & veloces
eſſe ad judicandum, ſicut ad loquendũ. Clarè jam ſatis & patere
puto quod ſequitur de ira, quòd ſit *omnis homo tardus ad iram.*

Quomodo Pythagoras in numeris philoſophatus; & quo fructu in numeris exerceri poſſumus.

CAPVT XIII.

NOn parvo, non gregario conſilio Pythagoras in numeris
philoſophatus eſt, non quo rerum natura in illis invenitur,
quo philoſophari volentibus nervi mentis illa agitatione,
ut proprio mentis gymnaſio, excitentur. Numerus enim
ntis eſt nutus, aut nutus memoriæ. Inprimis quidem ordi-
tè progrediendo per digitos & articulos primi & ſecundi or-
is, & tertii, & quarti; tametſi facilis addendo, & ſubtrahendo
cilior. duplando autem & mediando amplius aliquantò.
tiplicando, dividẽdo, radicem extrahendo, conferendo po-
mè non exercitatis difficilis; facilis verò exercitatis. Quia
men rotatione quadam exercitatur mens numerãtis, nullo a-
o niſi actione ſua propria numerum ducens in numerum,
ceptum facit conceptui objectalem, neceſſe eſt mentem cre-
taliter negotiantis egregiè negotiari. Verùm hac exercita-
ne ubi egregiè præſtiterit, ut acutè & firmiter poſſit, quis fru-
ctus,

ctus, quæ laus potentis præ ignavo? Videmus Florentinos poſſe, Zvvollenſes non poſſe. Mallem ego iſtorum ignaviam, quàm illorum acumen. adeò non intereſt quo ingenio ſis; verùm quo conſilio utaris & dirigas in finem. Volenti tamen in bonum dirigere, grande quidpiā eſt exercitatos habere ſenſus, & potentes ad diſcretionem boni ac mali. Bonis ergo viris; & intra ſe à ſe omnia petentibus bona, valdè conſulendum, ut numerandi arenam ſæpè ſecum ingreſſi, contra ſeipſos luctarentur certamenq; ſubirent, & id parva quadam hora, die illa videlicet, quæ non commodè divinioribus rebus impendi poſſit. Si enim licet ignoremus, cuncta geruntur intra nos tantùm, quemadmodum ſi ſurdi, cæci, muti eſſemus, & ſtupidi. Tunc enim ſi omnia viderentur ſicut numeris perinde tunc utimur, afficeremur. Sed quod illi homini pro virib⁹ interioris hoīs menſura beatæ ſortis eſſet, nemo qui hæſitet. Velut ergo corporaliter operaturis neceſſarium & ſuave robur & vires corporis; ita mentaliter negotiari volentibus robur mentis, cui in ſequeſtrando, avertendo, convertendo, memorando, non parvas vires adferet numerandi exercitium. & præſertim nonus abacus utriuſque manus per articulos progrediendo, ubi ſiniſtra 406. facilitas tædium excludit, ut redire non pigriteris, & crebrum exercitium facultatem adferet pro fructu. Hoc inſtituto bona puerorum indoles, & pietati deſtinatorum indoles inſtituenda: per hæc enim ad grandia deſtinanda potentiùs accingetur. magis enim à ſenſualibus brutalibuſq; motibus abſtrahetur; quoniam ipſi intra ſe quales ſint, ſupra ſe converſi, ſuam clarius experiuntur nobilitatem. Per numerationis exercitium, velit nolit, non ſolùm à ſenſibilibus, ſed etiam à ſenſibus abſtrahitur omnis numerans, ut mox in ſe experiatur, quod de Archimede Valerius commemorat. Per hanc ergo potens erit exercitatus, ut fluctuationem cogitationum agnoſcat, horreat, fugiat, execretur, non patiatur; de qua pleriq; religioſi tàm graviter conqueruntur. Non tamen hoc ita voluerim, quaſi hoc facere religioſum ſit, ſed religioſis, velut opus manuum ſuarum

lib. 8. cap. 7.

hir-

inc otium, ignaviam, vagas & noxias mentis fluctuationes
tat; inde neceſſitatibus corporis, ut ſpiritui ſervire queat, ſup-
editat. Sic ergo numerationum exercitio tùm à fluctuatione,
m ab illecebroſis & luteis cogitationibus avocamur, & ac-
ngimur, quando volumus, faciliùs redeundi ad nos. Et quia
umerorum myſteria non pauca, nec parva in ſcripturis habē-
r, videtur Spiritus Sanctus horum intelligendorum neceſſi-
te non parùm ad hæc nos conſilia adhortari, quo arithmeticæ
cultate compotes in ea myſteria ſimus potentiores. Expedit
itur abacum nonum crebrò verſare, & præſertim, quando
l fluctuatio vel faſtidium pulſare ceperit. Ex eo enim & ex-
citatior & potentior erit internus oculus, præſertim in conſi-
iles operationes; puto, ſcalariter inveniendi gradus, diffini-
ndi, diffinitos collocandi. finaliter enim & germanè rerum
ecies velut numeri ordinantur, quem omnium rerum ordi-
: conſideratio ubi aſſequatur, cognoſcendo id facit quod De-
ordinando; quoniam hæc exercitatio à ſenſibilibus avocat.

òd nihil ita à phantaſmatibus depurat, ut amor; neq; neceſſarium ad hoc philoſophica via pervenire. & quòd labor & exercitatio contra fluctuationem, licet arguat imperfectum amorem, multùm tamen accepta.

CAPUT XIV.

Nihil tàm efficax ad intelligentiam depurandam à phantaſ-
matibus, ut eſt vehemens affectio in Deum. Non ergo
yſica via per depurationem mentis à phantaſmatibus ad a-
orem, ſed potiùs amando ad purgatæ mentis nitorem veni-
ndum. Nam nihil ita adulterinam fluctuationem prohi-
t, nihil ita meditationem deſtinat, nihil ita ſtabilit, ut
ior mundus. Sed ad amorem via eſt per ſcalam exerciti-
um: præſertim querulando, optando, ſuſpirando, gemen-
, legendo, orando, metiendo, objectando, confidendo,
mmendando, gratias agendo, permittendo, de quibus infrà
ebit. Cujus ergo ita fluctibus jactatur & rapratur mēs, ut in-
ferēter huc illucq; vagetur, profectò vagus & affectione neu-
eſt, nuſquàm ardens. Nil igitur pluris Deū facio, quā cetera,

quando

quando non magis Deo cogitatus hæret, quàm ceteris. Et luc volentis hærere Deo, licet bonam habeat voluntatem objecta lem, conuincit nihilominùs, nullam eſſe formalem. quonia ſi formalis amor ineßet, non opus eßet lucta vel conatu. Qua tùm igitur talis lucta & conatus conſulitur à ſanctis, & plac Deo, tantùm actus objectalis gratus & fœcundus eſt apud D um: adeò, ut egeſtas actus formalis non imputetur, quan

Matt. 11. verſ. 12 primus, videlicet objectalis, eſt in conatu. Regnum enim cœ lorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et quomodo rap unt, niſi quia conatu & lucta pro amore conſequendo, tande ita in poteſtatem redigant amorem, qui eſt regnum Dei, ut & pſi ament? Neminem ergo deterreat ſi non amet, ſi vanus, v cuus, vagus huc illuc fluctuet, & æqua facilitate ac pronita nunc de Deo, nunc de vitulo cogitans, & verè gloriam Dei c mutet in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum; ſed qu hanc fluctuationem tempeſtuoſam incurius perpetitur, h plurimum terrere debet. quoniam illam ignaviam excutere noſtra eſt poteſtate. unde ſi negligam⁹, ignavi coloni reatu ju cabimur à Domino. quoniā cùm ſervi ſumus, poſſum⁹ excu ſimul cum ignavia etiam conditione mutata tranſire in adop onem filiorum. Ex hoc capitulo patet, quod *Gregorius Naza zenus* in ſermone de Paſcha dicit; *Divinum, priuſquàm compr hendatur, fugit*. quia propter anguſtias mentis noſtræ diffic poſſum⁹ ex omnibus perfectionib. ſimpliciter fixè collectis num formare conceptum Dei: tùm propter anguſtiam men noſtræ; tum propter inſtabilitatem & fluctuationem ejuſde Nihil enim poteſt mens noſtra fixa meditatione verſare, n quod unicè diligit, & valdè diligit, ut amet.

Quòd diſsimilitudo ſtabilitatis à perfectione & ſtabilitate ſanctorum arguit inſ bilitatem amoris noſtri, & quòd oratione ſtabilitas impetranda.

Caput XV.

Fluctuatio illa meditationum mearum, ubi de re aliqua c gitare inſtituo, quantò optimorum virorum, *Bernardi Auguſtini*, ſtabiliſſimis meditationibus diſſimilis eſt, quanto

gna, ſterilis, inſipiens; tantò neceſſe eſt anchoram mentis in-
niorem eſſe. Eſt autem anchora mentis amor fixus, qui per-
uo deſiderio, velut unco dente, tenaci morſu relabentem
iculam figit, & ne ventis cedat, obſiſtit, & velut fidelis in
ine cuſtos & canis latrat, & abigit omne, quod non domino
nus, (amori inquam,) domeſticum & familiare cognove-
Vis igitur non meditatione fluctuare? fac ames, & fixus a-
s, & continuò in Deum meditatione ſuſpenſus eſſe velis, il-
n ames. Et quocunq; ab illo vagantem deprehenderis, non
antem confitere, & gratiam ora, ut ames. Neq; ullum non
antis argumentum vicinius, quàm ſic fluctuatio ipſa, quæ
uni momento te poterit ſaltem ad hanc confeſſionem & ora-
nem revocare.

uòd examinando cogitationes noſtras, & diſcernendo, etiam ab exordiorum locis attentionem, docilitatem, & benevolentiam poſſimus comparare.

CAPVT XVI.

On pudet eatenus grandem illam fluctuationem in medi-
tationibus tuis grandævum te, & jam ſenem, perpeſſum,
proq; conſilium & exitum quærentem, hactenus fœdiſſimis
jactatum procellis, temulentum, ſomnolentum, & obli-
um nullo remedio tantis malis, cùm in foribus ad manum
ſalutare remedium & familiariter occurriſſe. Non enim
per ex adverſo mox à prophanis ad rem divinam tranſilien-
n: ut puta, cùm orare voles, non res eas, quas mente pertra-
, ita bis curtas abjicias, & importunus ad orãdum irrumpas.
n enim quietam habebit mentem, non ſapidam orationem;
le nec meditationẽ conſtantem, quiſquis ita orare voluerit.
gitabit igitur qualis ea res exſiſtat, quam verſat; quamq; ſe tra-
u digna ſit. Deinde cum intentione, utra fructuoſior, utra
nior, & ab exordiorum locis attentionem, docilitatem, &
nevolentiam comparabit. Nimirum loci illi, ſi orationi fœ-
di ſint, ad monendum, docendum, & movendum popula-
concionem, & id in re viro bono ſæpiùs indigna, ubi in re
cundiſſima ſalutis maxima quæque argumenta locis illis o-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

riuntur; quem fructum putamus, quem effectum, quem af-
ctum, quam facultatem & facilitatem non in alios, aut in fo-
non intra domeſticos parietes, ſed intra intima cordis noſtri p-
netralia familiariter adhibiti afferent? Loci ergo qui attentu-
faciunt, utiles erunt ad meditandũ. loci verò illi qui infrà val-
utiles erunt ad docilitatem. Omnis enim fructuoſa copia o-
tionis ex locuplete proceſſit meditatione. Neq, propterea r-
ſpuendi ſunt loci docilitatis exordialis, in exordio ſcilicet & a-
ceſſu cauſæ; ſed ſuperiores in inquirendo & ſcrutando adhibe-
di ſunt. Et quoniam in divinis notitia propter affectionem e-
magnoperè & maxima ſollicitudine benevolentiales locos a-
hibebimus poſt exploratam veritatem.

Ponitur exemplum, quomodo ex attenta conſideratione et ſcrutatione poſſit ho- paſſiones ſedare, & cujuſlibet paſſiones gaudendi et lætandi in Domino in ſe excitare.

CAPVT XVII.

EGo, cùm à Colonia Heideſbergam, non modicè mœſt-
concederem, & inter Andernacum & Baccheracum crebr-
ùs lætis unà navigantium, ut aſſolet illic, fabulis & jocundis co-
loquiis, de meo mœrore ad vana gaudia avocarer, ut ferè ſop-
tus reſtrictuſq; videretur: ſed ceſſante foris colloquio, imm-
etiam inter audiendum illos, crebrò cura recurſabat, & urg-
bat ut antè. Mirari ego, quid me jam averſum & mœroris in-
memorem ſubitò ac repentè revocaret ad mœrendum. fuit
hæc admiratio vehemens, adeò ut magis illam quàm colloqu-
ſuavitatem ſectarer. Scrutari igitur cepi, & attentiùs inquirer-
quid hoc eſſet, ſeduloq; iterum atq; iterum à meipſo exiger-
quid hoc eſſet, quod velut ex inſidiis repentè erumperet & r-
digeret in mœrorem. neq; ſterile mihi fuit iſtud etiam pro tu-
non invenienti quod quærebam. Quia dùm crebriùs illi ſt-
dioſius intendo, paulatim egreſſit animi mœror, adeò, ut ga-
derem velut ruente ac vulnerato hoſte de jam potita victori-
Statui ergo non ſolùm ſcire, ſed & vincendæ paſſionis deſideri-
proſperatam ſemitam ſequi, donec prorſus viciſſem: & ſequ-
tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

us vici. Grandis ex uno hoc facultas aperitur ſapienti, ut noerit ad quaſcunque velut ſalutares affectiones conſequendas abere apud ſe recondita ſeminaria. Sicut enim illic ſcrutinim vehemens vehementem paſſionem abolevit: ſic & grande eſiderium alterius cujuſlibet affectionis, ut, gaudendi cum audentibus, aut, lætari in Domino, ſemper non exiles cogitus figit. cogitatus judicia pariunt, ex quibus paulatim inanditur affectio deſiderata. Vnde liquet, ex inſipientia pervenire, ſi quis nequeat, cùm velit, gaudere in Domino. quia i noſſet, quibus cogitatibus grandia divinæ bonitatis judicia gnerentur, niſi deſipiat, omiſſis reliquis, illa duntaxat rumiabit. Ex crebro cogitatu grandibus judiciis facile grandis affectio naturaliter profertur.

Quòd abundè nobis datum eſt, ſi ſaltem obſervare voluerimus, quo mentem noſtram figamus & fructificemus.

CAPVT XVIII.

QVantotiens mentis tuæ inopiam, infirmitatem, ſterilitatem ex vaga, fluctuanti, jactata meditatione, & ferè ſemper vana prehenſam indoluiſti, facilemq; è regione ei cogitationem lectione meditationis, doctrinæ, conſiliorum, aut ſapientiæ t juſtitiæ continente ſtabilitatem, & quàm exiguo filo, velut dente navis & anchora ligata, omnis illa fluctuum & imbrin tempeſtas in tranquillum & ſerenum proſperæ doctrinæ rſu in profectum & veram ſapientiam contendit, admiratus magis ex inconſiderato neglecta præterita facultas, quàm ſtituta natura in cauſa fuit. Quoniam ſi obſervaremus, lite omnibus adſunt nobis efficaciora ſapientiæ inſtrumenta. on enim ſub verno & æſtivo ſole ſolum fertile tàm frugum etarum, quàm ſub ſole ſuo terra mentis noſtræ, duntaxat lonum habeat ſollicitum ac diligentem. Neque nudum aris queraris colonum: quia non deſtitutum in prædio ſuo ſuit colonum ſuum Deus. Inexcuſabilis eſt omnis homo: abdè nobis adſunt mentem noſtram excolendi, fructificandi, tendi, fruendi, ornandi inſtrumenta. omnia illa quæ ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

circa expolitionem adnotavi, quæ abundantiam gradibus à fin & ad finem facilè ordinem ſortiuntur. Copia movet: ordo di gerit: fructus reficit: virtus creſcit: perſeverantia obtinet. Su per oĩa autem illa inſtrumenta, juxta conſilium *Iacobi*, quod et iam in omnib⁹ reliquis adhibendum, ut *qui indiget ſapientian poſcat à Domino Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impro perat. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans.* Dabit enim Dom nus poſtulanti ſapientiam, qua omnia ſapientiæ inſtrument colono ſuo commoda fiant. & ſunt commodiora & ſalutaria ſi ſalubriter ſciat uti. non ſteriliora erunt ſervis Dei, quàn ſervis vanitatis. Vides in mathematicis, in phyſicis, in logicis, i ethicis quantumlibet ediderunt non orantes? Colonia noſtra mens noſtra, intelligentia noſtra, voluntas noſtra, meſſis no ſtra, vindemia noſtra, copia noſtra in virtute, veritate & char tate. Quibus ubi formicarum more ſub æſtivo ſole Deo pro pitio negotiemur, velut in imagine Dei creſcemus poſt trienn um, & alas accipiemus, volabimus, ſimiles Dei Patris effici mur. Nullatenus ſuſpicandum, quos tantoperè ſublimando deſtinavit, egenos auxiliis deſtituiſſe. verùm etiam ignavos ta ta commoditate munitos, non palpante ſecuritate feriendo ſæpè hunc ſermonem pro venuſto ornatu introducendis ill inſtrumentis deſtinato.

Iacob. 1. verſ. 5. & 6.

Quòd ſicut in oratione, ſic & in opere noſtro, ſemper finis conſtitutus attendend eſt, ut dignè exerceamur.

CAPVT XIX.

SIcut oratio fluctuat, quæ non in finem ordinata: ſic vita no ſtra & operatio fluctuare cenſetur, quæ non omnis in illu beatificum portum inſtabili quadam navigatione jactatur. Vi de quemadmodum oratio cùm vel magis neceſſariò inventio operam impendit, omnia colligens quæ quoquomodo rei att nent, aut ita venuſtati & verborum phaleris ut ambitioſè quæſ ſitus nitor videatur. hic profectò omninò videtur orator deſt nati oblitus, ut propoſitum ſuaderet auditori, ſed magis ut c peroſæ artis gloriam captans ſuum ex ea quæſtum venetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

io & in vita, quiſquis ejus ſubſidiis, ſive in corpore conſtitutis, ve circa corpus ſic incumbit; ſive ſint illa naturæ, ut potus & ſus; ſive circa naturam, ut amictus & domicilium ſive penitus djacentia, ut artes, habitudines, conditiones amicitiæ, & alia ujuſmodi. His quiſquis aliter ac benè operandi inſtrumentis itur, is obliviosus gubernator ſopitus in medio mari, amiſſo avo fluctuat. Quò ergo non fluctuet ſemper, ita tendat ora-o, ut in finem dignum deſtinet. Inde dignitas orationis; inde ervi; inde fructus; inde efficacia; inde copia. Videmus enim omnibus mechanicis, notitia, finis & deſiderium quantam opiam artis, quantam lucem peperit ſtudium. Hæc eruit, fi-s facit ſtudioſum. Vt in omni ergo parte orationis partialis is dicenti reſpiciendus eſt: & ut in omni oratione, quò non gueat, non fluctuet oratio, punctus conſtitutionis orationi æfigendus eſt; ſic in omni vita, quò decora ſit, exemplar vitæ mper conſpiciendum.

Quòd non ſolùm ſtabilitas in cogitationibus ſufficit, verùm requiritur ut cogitationes noſtræ optimæ ſint more & materia.

CAPVT XX.

Cogitationum non ideò mos optimus, ſi ſtabiles exiſtant, ſi non vagæ, vanæ, fluctuantes; verùm ut ſint ejuſcemodi gitantibus, qualem, ut ſit optimus, oportet eſſe ſermonem dientibus. hoc eſt, ut ſint integræ, dilucidæ, caſtæ, abſolutæ. oc autem commodiſſimè prǽſtabit, ſi cogitans à diffinitionib. ordiatur, deinde diviſionibus, & poſteà ſententiis, deinde ar-gmentationum locis, ut oportet; poſtremò, ut ad optima inci-: ſic & interioris hominis oratio. Cogitatio igitur ut optima alibet in re, oportet, ut ad finem ſapienti dignum ſuſcipiat, ſi-e homo ad reminiſcendum, ſive excogitandum, ſive ad agē-dm deliberet. Optimo igitur more ſic fit. Sed optima materia, æ de rebus optimis. Optimo more, qui in finem deſtinat, & mmodum ordinem inſtituit. In materijs optima, quæ de vo, de ſeipſo, de ſua cogitatione, de ſuo in Deum amo-

re cogitat. Et hæc ſi optimo more cogitet, deligendo, deſtinando, & ordinando, minimum deeſt, quo non ſapientiam dicamus; ſi tamen in hominibus licet ſapientem aſſerere. Cogitatū omnem debet præcedere delectus, inſtituere deſtinatus finis, ordo congruus exercere. Et quoniam non modò difficile, ſed & impoſſibile ſemper ex delectu præcedere noſtros cogitatus, veſimus nolimus, multa etiam nec probantes quidem cogitamus. Et quia pleriq; tollerabilium, aut etiam laudabilium cogitatuum noſtrorum, occaſione magis quàm delectu fiunt: qualis eorum, qui juxta textum Pſalmi occaſionem capiunt meditationum ſuarum; ſicut & qui juxta ſeriem verborum & clauſularum orationis dominicæ meditantur & orant: ſcio non imprudēter orationes pro delectu captare, uti eſt in omnib. externis rebus, velut in parabolis negotiari; parabolis dico interioris hoīs, & parabolis regni. Nā naturæ imitatur ab imperfecto exordiū, & ſi circumſpecto oculo diſpiciamus, & perſpiciamus, & proſpiciamus, deſpicientes quę à latere non conferunt neq; fini, neque his quæ in finem, potenter, dilucidè, efficaciter diſſeremus & aſſeremus. idque cum gratia; ſi tamen gratiæ dignus finis deſtinetur. Semper gratia deſtitutum, quod indignum. Vnde nunquàm vel meditando, vel judicando, vel amando tractandum, niſi quod ſalutare. Salutaris cogitatus, & grande ſuper nos paternorum viſcerum ejus argumentum ſtabilitur, dulciter & moroſè poſſe, idque ſæpiùs de Deo ſuo cogitare. V eſt conceptus verus, unus, ſimplex, affirmativus, abſolutus, neceſſarius, eſſentialis, quidditativus, proprius, magnus, efficax, affectivus, ſuavis, præſentialis, unitivus, intuitivus. Omnibus his proprietatibus qualificatus potiſſimus eſt, ſi potiſſimi ſit objecti, Dei, Domini, Patris. Sed ille nobis in via communi impoſſibilis eſt. Et quæ deinde meditationes electiores quàm quæ de Domino Ieſu? quæ judicia rectiora, quàm quæ ſecundum ejus doctrinam? quæ perfectiora deſideria, quàm ejus amori vicem reddere. Quicunque quoque exiguo labore magnos fructus metere cupit, quò poterit utilius, quàm ad ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[...]berrimum illud conſilium confugere, ut crebrò adſueſcat [...]ommemorare corpus & carnem Ieſu? Sed & poſt memoriam [...]ei, & Dei Filii, dulciſſima eſt memoria Dei genitricis, cujus [...]ui maternæ pietatis in ſe viſcera viſceraliter volet fervere, [...]pè debet de illa cogitare, ſæpè recogitare, ſæpè ſalutare, [...]pè recurrere, ſæpè viſitare. quia ſicut Euchariſtia crebra com-[...]memoratione vivificus panis: ita virgo mater ſedulitate medi-[...]tionum de ſe & ad ſe fœcunda & officioſa nobis mater erit. [...]em, quantò magis rationali objecto, tantò etiam dulcius [...]nici gaudentem ex eo. Puto igitur Sardanapalum feliciorem [...]treo; & Alexandrum Sardanapalo; Cyrum Alexandro; A-[...]otelem Cyro; Socratem Ariſtotele: quia Atreus crudelita-[...] Sardanapalus voluptate; Alexander pietate, Cyrus hone-[...]te; Ariſtoteles veritate; Socrates rectitudine gloriabatur.

Comparatio mentis noſtræ cum ſpeculo: & quia mens noſtra ſpeculum ſuo arbitrio, ideò in ea debent relucere non turpes, ſed pulcræ & mundæ imagines; & ſuper omnia Sol ipſe illuminans Deus, qui in mente reſultans facit eum viſibilia illuſtrare.

CAPUT XXI.

OMnis homo ſpeculum eſt rerum, quas cogitat & mente verſat. quia ſicut in ſpeculo remittitur obtutibus quod ei [...]jicitur; ſic in mentibus noſtris, quod mente revolvimus id [...]ea refulget. Sed quia ſpecula noſtra ſumus arbitrio non [...]ortua, ſed libera & noſtra facultate ſpecula, in nobis ſitum [...]quarum in nobis rerum ſimulacra incidant, qualeſque ima-[...]ges reluceant. Speculum enim ſi ad terram converteris, ter-[...]m remittit contemplanti in ſpeculo; ſi ad porcum convertas, [...]rcum rejicit; ſi ad florem, roſam aut lilium; ſi ad faciem de-[...]ram, omnia qualia fuerunt ad quæ converteris, talia repræ-[...]ntat. Verùm quia ex vitro tale eſt, abſque ſui inquinamen-[...] repræſentat. Mens autem noſtra, quia ſui compos, & poteſt [...]ibus volet reb. contemplandis obtutum dirigere, ſi dimiſſis [...]bilioríb. formis ad ſordes convertatur, non abſq; fœditate fa-[...] & inquinãento, ut meritò reprobũ ſpeculũ judicetur. Speculi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

autem terſi atque politi, tametſi gratia multa in ſpecioſarum formarum, pulcrarum, decorarum rerum repræſentatione ſit, nulla tamen tanta eſt, quanta ſi ſolem ipſum perfectè repræſentat. Illo enim ſola ſpecioſa ſunt omnia. Et ſicut Sol, ita & ſpeculum etiam viſibilia illuſtrat; ut jam non ſolo Sole, ſed & ſpeculo, ſed in tenebris etiam conſtituta viſibilia fiant, quæ niſi in lumine videri non poterant, nunc imagine Solis in ſpeculo illuſtrentur, & ad viſum reviviſcant. Qualem ergo ſuſpicabimur mentem noſtram fore, quando ad Solem ipſum converſa illius in ſe imaginem ceperit & reluxerit? Summa profectò laude beata; ſed quæ nihil ſuæ beatitudinis ſibi tribuendum putet, ſed Soli, unde illuſtratur. In illo ſplendore veritatis falſum omne nævus eſt obſcurans, incraßans hujus ſpeculi limpiditatem. nihil autem in illo ſplendore tàm falſum, quàm ut à ſe ſibi lucere videatur, & illum lucis principatum falſò ſibi arroget, mox eo ipſo contenebratus, quo veritatis deſertor, quod Solis eſt ſuum eſſe venditans, & ſacrilegus. Meritò igitur in patera coronas ſuas ante thronum Dei & agni omnes ſancti proſtrati, ſancta & veriſſima confeſſione illò referunt, unde ſuſceperunt. Et ſicut ſpeculum corporale Solis conjugio parvulum ſolem; ita mentes noſtræ intelligibilia ſpecula beato Dei conjugio parvum Deum, qui reformata imago eſt Dei, concipiunt, prægnant, pariunt, in ſeipſis æternum concipientes; æternum prægnantes, æternum beatè parientes. Omnis illic mens creata beatifico fœtu concipit, prægnat, parturit, parit in æternum beata. In omni itaque ſpeculatione tui ſemper ſpeculi memor eſto, tuum obſcurum, tuum craßum, tuum averſum deplangens ſpeculum. Speculum enim habes, in quo ſi limpidum, mundum, non averſum, ipſa Dei virtus, Dei ſapientia, Dei amor vivificè & beatificè lucent. Sed his tu te bonis fraudas.

Quomodo ſpeculum materiale & ſenſibile ſpeculo mentali comparatur: Et quantus fructus ſpeculo mentali, ſi ipſum Solem Deum repræſentet vivificantem.

Caput

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

CAPUT XXII.

SPeculum niſi in lumine prorſus vacuum eſt, & nihil eſt in tenebris. In lumine autem ſi vilium rerum, aut ſordidarum, aut deformium rerum imaginibus repleatur, ut vacuum non ſit, quantolibet in lumine ſit, vacuum tamen eſt, nec tàm otioſum, quàm odioſum. Satius enim nullis, quàm ſordidarum rerum formis repleri. Quomodo igitur non deteſtabile, non vanum, non vacuum, niſi ad earum rerum ſplendorem convertatur, quarum decor lumine illuſtratur & collaudatur. Verum ejus rei arbitrium non in ſpeculo eſt; ſed magis in oculo deprehenditur, qui ſpeculum vivum eſt, ſpecioſarum rerum ſpeculatione, hoc eſt, ſpectaculo oblectans. Vivum autem ſpeculum nobiliore ſplendore magis nobilitatur, & quo nobiliori vita vivit, eo etiam nobiliore ſplendore cupit illuſtrari. Hinc enim interior oculus non ſolis coloribus ſpeculandis vivit, ſed odoribus, ſed ſonoribus, ſed ſaporibus omnibus dijudicandis ac fruendis; quibus quo nobilioribus perfruitur, eo etiam nobiliori vita ſibi vivere videtur. Eſt ergo quidam altior non animalis oculus interior, ſed intellectualis mentalis, qui vivaciſſimum ſpeculum eſt formarum, non ſolùm corporearum, ſed merè ſpiritualium & divinarum ſpecierum contemplandarum. In quo ſi ſuperiorem ſpeculorum regulam ſequimur, ut nobiliorum rerum conſpiciendis ſpeciebus nobilius vivat, erit profectò mens noſtra tunc nobiliſſimè illuſtrata, quando conſpicaci Dei prægnat imagine. quemadmodum clariſſimum ſpeculum clariſſimè illuſtratur, quando puri Solis imagine reluxerit. Sed non idonea ſimilitudo ad intentum, quia neq; ſpeculum, neque ſplendor Solis vitam habent. In oculo etiam tametſi ſenſus quidam ſit & oblectatio pulchritudinis, pulchritudo tamen ipſa ſpectata, quia non vivit, non eſt vivificum amborum convivium. unde magis eßet convivium, ſi mellis dulcedo vitalis eſſet, ut ſicut guſtus ſciret etiam ſapor iſte ſicut guſtum, quatenus invicem ſociantur. jam verò eſſet utrorumque convivium. Grande ergo & amabile conſideratu dignum

convivium eſſet, ſi lux ita viveret ſicut oculus, ut quantum de
lectatur oculus recipiendo, tantundem etiam lux in influend
& illuminando; ut mutua obligatione ſtringerentur & obliga
rentur lumen & oculus. Suſcitat mentes noſtras velut è ſopor
dulce beati illius ſpectaculum conjugii. Quis ergo comple
xus credendus fore, ubi vivificus Sol pateat luminis & cognitic
nis puriſſimæ noſtræ menti ſitientiſſimæ ſpeculo ſeſe ipſum to
tus infundet, & amantiſſimè infundet? Illic ſpeculum, quod a
imaginē & ſimilitudinem capiendam factum eſt, æterni amc
ris nexibus hominem Deo, Deum homini colligabit. Illi
æternum amoris canticum canticorum concinent: præcinet ir
ter oſcula Deus: concinet mens felici conceptu prægnans; cor
ceptus ejus benedictus fructus uteri ejus, beata Dei imago, a
quam perpetuò concipiendam & parturiendam à principio d
Geneſ. 1. ſtinata & condita erat, promittente Deo, *Faciamus homine*
verſ. 26. *ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Hæ nuptię ſunt agn
Hęc ſunt convivia Dei. Talia oſcula, tales amplexus, quos i
ſuo cantico ſapientiſſimus ille Salomon divinitus inſpiratus ir
ſinuavit. ad quos ut pervenire poſſemus, Moyſes viam pauc
quidem, ſed comprægnantibus verbis oſtendit, quando dixi
Exod. 38 *Fecit & labrum de ſpeculis mulierum.* Lavacro enim & ſpecul
verſ. 8. & muliere tropus beati & ſancti ingreſſus & acceſſus ad ſanc
ſanctorum initiatur, continuatur & conſummatur.

Quòd cujus rei volumus efficacem præſto habere cogitatum, illam neceſſe crebrò mente revoluere.

Capvt XXIII.

CVjuſcunq; rei volueris efficacem & fructuoſum cogitatu
penes tè eſſe, ut cùm volueris efficaciter poſſis cogitare c
illa, nulla tibi tàm recta via eſt, quàm crebra mente illam revo
vere. Longo jam experimento didici, eam mihi eſſe animi cc
ſperſionem, ut momentaneo cogitatu neq; rem integrè con
prehendam, neq; etiam efficaciter movear ut velim. Igitur, ve
bi gratia, mortis meditatio ut fructuoſa mihi fiat, & facile c
mnia contemnere faciat, ſępiꝰ oportet neceſſitatem ejus, ince
titudine

...udinem ejus, celerem adventum ejus, deformem deſtitutio-
...m ejus, magnam commutationem ejus, gravem lapſum ejus
...gitare. Quomodo videlicet caro, de qua nunc tibi plaudis,
...quam nunc palpas, celerrimè deterius corrumpenda, quàm
...iota cancro, lepra, lupo, igne Perſico, aut ἐσθιομένῳ ſcateret.
...e certa & clara qui non meminit, lethargum patitur; qui me-
...nit & non ſentit, ſtupidus eſt; qui ſentit & non curat, inſanꝰ
... Magna & ſalutaris homini ſapientia non momentaneo aut
...nerario cogitatu provenit. Crebrò, graviter, attentè, moro-
...meditari oportebit, antequàm affectuoſè ſapiat: quia niſi ſa-
...t, non afficiet.

Pars Secunda

...uòd conferunt loci Rhetoricales ad fluxum mentis refrænandum, & quàm utilia ſunt copiæ ſeminaria ſapienter utentibus.

CAPUT I.

...Nexcuſabilis eſt omnis homo, non eſt quòd cauſetur ſuper
...fluxu cogitationum & jactata meditatione. quoniam, ſi ob-
...ſervaremꝰ, adſunt nobis efficaciſſima ſapiētiæ & copię inſtru-
...nta, ut *ſup. c. 17. & 18.* Plurima etenim ſunt copiæ ſemina-
...quæ lenta; ſed fideli diligentiq; collectione invenire, poſteà
...ata diſponere, diſpoſita expolire, expolita meminiſſe, quò
...it, ubi neceſſe fuerit, amicos docere. Copia autem petit
...ectionem; collectio partes. Præmittenda ſunt aliqua ge-
...alia copiæ ſeminaria: & primùm prænotandum, quòd in u-
...uoque verbo ſit copia.

Quanta ſit in unoquoq; verbo copia, & quàm prægnans conceptuum noſtrorum circuminſeſſio.

CAPUT II.

MIrabilis perplexitas eſt intrinſeca conceptuum noſtrorum circuminſeſſio & illapſus mutuus, ut penitus non ſolùm
difficile

difficile ſit, ſed inexplicabile homini, quis quo prior ſit. Ori-tur ex unitate fontis omnium conceptuum, & propter indivi-ſibilem illam ſacri fontis unitatem omne verum adeò vero conſonat, ut alterum ex altero ſtabiliat. Quis enim conceptu tàm alienus conceptui, quàm eſt conceptus Domini conce-ptui Patris? Cùm ſit juris domini, omnia ſervorum propter ſe dominum velle, & ſervos debere: Patris autem benevolentiæ ſemper filiorum bonis indulgere & intentum eſſe. Sed ho duos conceptus integrat fidus amor. Fidelis enim ſervus o-mnia propter dominum facit. Et quomodo propter dominum niſi finaliter omnia in dominum? Et quis finaliter magis omni quàm amans refert? Amans enim etiam ſua ſtudet impender dilecto. Talis autem licet ſervus conditione, dignitate tame amicus dilectus & dulcis, dignus qui ſuper omnia bona ſua con-ſtituatur. Talis autem conſtitutio ſuper omnia bona heredita-ria inſtitutio eſt, quæ niſi adoptato non contingit. Fidelis erg ſervitus filiorum adoptione implicita eſt. Immò ſervitut conceptus filiorum conceptui prægnat. Nam ſi ſervus eſt con-ditione, debet eſſe fidelis domino. quòd ſi fidelis eſt domino omnia in dominum. quòd ſi omnia in dominum ſemetipſu judicio & affectu refert in dominum. quòd ſi mero judicio & integra voluntate refert omnia in dominum, jam amat domi-num. quia nemo magis omnia dilecto, quàm amans. Huic o-mnia ſecurè creduntur & committuntur. dignè ſuper omni conſtituitur, conſtitutus ſtabilitur, ſtabilit' in ęternum perma-net. Ergo æternus heres eſt. quòd ſi heres, ergo filius. Et ſi fili-us, ergo & heres. filius adoptione; ſervus conditione; ſacerdo unctione. Mera igitur ſervitus verum regnum eſt. Nulla aute eſt ſervitus mera, niſi Deo ex tota mente, tota intelligentia, to-ta voluntate debetur ac defertur. Lucifer ergo cum ſuis angel non merus eſt ſervus. Sed filius hominis penes formam ſer verus, ſincerus, merus ſervus, dignus, ſanctus, dilectus fili Dei fuit & eſt.

Quantam copiam adferunt implicita pluralitatis diſtantia.

Capu

CAPUT III.

DIctam hanc notulam ſimiliter comprobant implicita pluralitatis diſtantia. Quid unitati tàm obſtans, quàm pluralitas? Et tamen in illa mox implicita, velut in prægnantis utero. Habet en. quælibet unitas fœcunditatem; unitas, inquam, incomplexa ſimplicitatis fœcunditatem locorum dialecticorum. Fœcunditas pullulat; pullulans creſcit; creſcens germinat; germinans generat; generans multiplicat; multiplicans germanat; germanans ordinat; ordinata comunicat; comunicantia auxiliantur; auxiliantia efficacia ſunt; efficacia fortia; fortia victricia; victricia triumphantia; triumphus omnis ſplendidus eſt. Sapientis igitur ducatu ex quolibet uno texi poteſt oratio efficax, victrix, triumphans. Satis ergo cuiq; monitori, ſi illò poſſit ducere orationem.

Quanta fœcunditas ſaltem ex et in uno verbo Theſauri.

CAPUT IV.

QVanta fœcunditas in uno verbo dignè ſtabilito, patet ex verbo *Theſauri*. In illo enim ſolo verè omnes octo beatitudines jam poſſidet anima, ſeptem dona Sancti Spiritus habentur: ſimiliter fructus omnes. Patet idem ex verbo *juſtitiæ*. Iuſtitia enim perfectè conſiderata & attenta perſpicaciter, omnia univerſi ambit, etiam in ſola prima parte ſui; puta in religione. Illa Deus adorandus, ſerviendus, amandus. Et in omnibus adependenter ab eo ſecundum dependentiam negotiandum tumendo, abrenuntiando. poſteà per ſingulas partes ejus. Præterea ſapientia & rectitudo. Igitur & ſalus, & perditio. Igitur periculum & proſperitas in omnibus perfectionibus ſimplicibus, & earum contrariis. In ſpiritualibus omnia mox fœcunditatis: corporalia verò ſimiliter. Et hoc ſic horum ſpiritualium ſimilitudinibus.

In omni verbo reali ſive hiſtoriali quanta copia & fœcunditas moralium & theologicarum ſententiarum.

CAPUT V.

IN omni verbo, ſive reali ſive hiſtoriali, mox copia quanta ... moralium & theologicarum ſententiarum? Habet enim

navis prudentiam ex ordine partium; ut aliud ejus ad ſcinden
das aquas, aliud ad dirigendum eam, aliud ad ſuſcipiendum, a
liud ad ſuſtinendum. habet modeſtiam, moderationem, con
gruentiam partium ad invicem, ne qua vel major vel minor ſit
quàm vel ſingulis vel omnibus competat. habet juſtitiam in æ
quitate laterum ſuorum. Nam ſi vel dextero gravior aut ſini
ſtro; itidem, ſi anteriore quàm poſteriore ponderoſior, no
poſſet in aquis recta & erecta ſtare: ſed aut jaceret in latere, au
mergeretur ſine altero. Et hanc ejus juſtitiam, modeſtiam
prudentiam tenacitas, ſoliditas componentium, velut fortitu
do tuetur. Vt ergo ſit navis perfecta & completa, omnium qu
tuor cardinalium virtutum in ea imago ut ſit, neceſſe eſt. I
quia navis, animalis inſtar, partium varietatem ordine collig
tam habet, hanc virtutum parabolam non minùs in quolib
animali invenire erit; niſi quòd velut in centro omnis circu
diverſitas, ſic in anima, velut in centro, omnium partium va
etas conſignata ſit. Eſt enim anima cujuſlibet viventis ſign
culum, clauſula & modus, in ſe continens omnium partiu
harmoniam, quæ ubi exſpiravit, mox omnes artificiſioſſimæ i
lius in animali corpore juncturæ, tanquàm altiore & ſublimi
re vita deſtitutæ partes dilabuntur. Et id quare? niſi ut omn
um harmoniarum artifex Dei ſapientia, velut per gradus quo
dam ad interiora vocaret: ut diſceremus, non in multitudin
neque in multis eſſe id unum, & præ omnibus unum, quo
quærendum eſt. Si enim illa animalis anima, cùm ſit co
pus illud animale ineffabiliter compoſitum, & incomparabil
ter ordinatius, moderatius, compactius & æquius compoſ
tum omni nave, unica illa anima ſublimius & dignius omn
nave comprehendat, quid putandum in anima ęquale ſu
pra corpus ejus ad omnia naturæ opera ejus optimè æqu
tum fore? Et in anima hominis. In angelo igitur quid? I
in fonte luminum Deo & ſpirituum, ubi non modò conven
unt, ſed penitùs idem ſunt. Nimirum univerſum obtin
decus ſingulorum bonorum, hunc fontem vivum & fœcu

du

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

..., qui ſi limpidis & ſanis oculis cõtueri poſſet, nimirum ſu-
...omnem voluptatem ſpeciei corporalis afficeretur. Ah ver- Luc.16.
... illud Domini de Lazaro & epulone divite! Hic ulceribus verſ. 19.
...eus, jacens ante fores divitis famelicus, egenus, ut fame mo- & ſeqq.
...tur. ille vero indutus byſſo & purpura, epulatus quotidie
...ndidè, duris viſceribus, qui nihil huic dandum mandaret.
...ari etiam exitu: quia hic delatus in ſinum Abrahæ; ille ſe-
...us in inferno. Hic natura communis; quia ambo homi-
... difformia ſtudia: quia voluptatis in uno; patientiæ in al-
... fortunæ diſsimiles: hic pauper; ille dives. exitus contra-
...: quia hic felix, ille miſer. hic conſolatus in ſinu Abrahæ;
...iatus ille in profundo flammæ, ubi ſepultus. Igitur ex
...ibus hiſtoriæ licet colligere terminos propoſitionum &
...cluſionum dicendarum, & educendarum ex re propoſita.
...mò, velut ſententias diffinitivas ſecundum leges juſtitiæ;
...rimo per viam expedientes æquitatis & conferentiæ, &
...mod... ratis, & delectationis; poſteà per vias decentiæ, clari-
..., honeſtatis, gloriæ divinæ, unde ultimò irrefragabilis ne-
...atis. Quare ſumtis propoſitionibus quærendum, ſi ex-
...at, ſi conferat, ſi congruat, ſi delectet ſi placeat, ſi deceat,
...er ſit, ſi oporteat. Hinc jam proximus locus igniculo c-
...centi ad vehementiam adhortationis, aut ſaltem optio-
... & deſiderii, & orationis.

...uanta fœcunditas in nobis, id eſt, in anima noſtra: hoc eſt, mente, intelligentia, & voluntate, & harum familia, ut verè regnum Dei intra nos.

CAPUT VI.

...egnum Dei intra vos eſt adeò, ut ſi velitis, fortaſſis etiam
...ùm velitis, ſaltem ſi velitis, regnare poſſetis. Eſt enim in- Luc. 17.
...s memoria fœcunda, ſi colatur. Eſt intelligentia illuſtris, verſ. 21.
...diatur. Eſt voluntas ſancta, ſi cuſtodiatur. Eſt harum rerũ
...eroſa familia, lata facultas, numeroſa ſupellex. Volun-
...d manum ſunt amor & odiũ, cum univerſa eorũ clientela,

gaudio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

gaudio, exſultatione, deſiderio, æſtuatione, indignatione, teſtatione, querela, gratiarum actione, improperatione, & aliquis horum germanis. Item memoriæ, omnis illa quæſtionum dialecticarum & oratoriarum & civilium varietas; *quis? quando? ubi? quare? quatenus?* tùm ad perſonam, tùm ad negotium, *Quilibet, Vtrum? Si, Quia, Propter quid?* Intelligentiæ judicium, Aſſenſus, Diſſenſus; & aſſentiendi, diſſentiendi instrumenta: Loci analectici, dialectici, rhetorici. Hinc jam omnis illa argumentationum varietas, & argumentandi instrumenta. Expedit autem quæſtiones primò, poſteà interrogationes in ordine habere, & in ſtatione paratas, neque expressis quæſtionibus reſpondere, ſed prædeſtinatis ordinatis doctrinaliter reſpondere. unde contrarium errorem, & erroris ratiocinationes ſubruere & declarare, quo ad veram partem propior acceſſus ſit. Item, omne incomplexum habet conceptum; omnis conceptus quid nominis? omnis diffinitio articulos: articuli commatibus; commata membris fœcunda; membrum periodo; periodus circumductione; circũductio ratiocinatione; ratiocinatio commemoratione; commemoratio inſtrumentis abundandi; inſtrumenta abundantiæ varietate opinionum; opiniones tractatione; tractatio conſtitutione. Voluntati autem acceptatio, proſecutio, rejectio, fuga, optio, deſiderium, exclamatio, exſpectatio, & omnes illæ contentionis partes, ex amore & odio, duobus primis brachiis voluntatis.

Quanta copia in ſermone, & quomodo omnes tres partes imaginis, id eſt, mentem, intelligentiam & voluntatem ambit.

CAPVT VII.

OMnis ſermo indicium eſt memoris mentis, aliud intelligentiæ, aliud voluntatis. Sermo mentis narratio: intelligentiæ, doctrina: voluntatis, exſuſcitatio vel motio. Et licet narratio ſit memoratorum in mente, non tamen à ſola mente editur. Eſt enim ſermo volentis indicare opus à voluntate imperatum, tantæ latitudinis & ambitus, quanti eſt mens, intelligentia, voluntas. comprehendit omne quod narrari, quod doc-

doceri, quod exſuſcitari poteſt. Vnde non ad horum trium incapacē, neq; ad eum, qui non ſignificatarū rerum notionem habet, ſermo. Poteſt enim doceri indoctus, & moveri quietus, deſes animus. Ignarus autem actionis, hoc eſt, qui rei conceptum non habet, ut cæcus natus de colore in perſpectiva, & ſurdus natus de proportione in muſica, omnis ei ſermo ſupervacuus eſt. Et poſt notionem, æſtimationem, volitionem intrinſecam exterior imperatus actus. Dignæ igitur locutionis primus fons & cardo ſapientia eſt, ut niſi ex vera ſapiētia prodeat, vana & inſipida omnis oratio ſit. Facilè hinc liquet, quantus fructus debeat eſſe orationis; & quare de omni verbo otioſo reddituri ſint homines rationem. Debet igitur in omni narratione eſſe ſapientia; in omni doctrina judicium & gloria; in omni exſuſcitatione juſtitia & charitas & amor. De latitudine exſuſcitationis facilè liquet ex chronicis & ſcalis.

Quanta eſt latitudo exſuſcitationis, & quæ genera exſuſcitationis.

CAPUT VIII.

De latitudine narrationis & eruditionis facilè liquet ex chronicis & ſcalis. Sed ut exſuſcitationis latitudo aliquantulum pateat, quanta ejus genera, colligamus. Puta; Si optet, deſideret, plaudat, gratuletur, congratuletur; Si plangat, conqueratur, compatiatur, condoleat, doleat; Si mœreat, triſtetur, contriſtetur, angatur, anguſtietur; Si deteſtetur, exſecretur, aſpernetur, indignetur, abominetur; Si imperet, vetet, hortetur, ſuadeat, diſsuadeat; Si conſulat, invitet, repellat, laudet, vituperet; Si exprobret & improbret, extollat, benedicat, maledicat; Si miretur, exhorreat, approbet, reprobet, exclamet; Si ſperet, exſpectet, aveat, cupiat, metuat; Si lugeat, lamentetur, plangat, ploret, fleat, lachrymetur; Si placeat, turbetur, ſerenetur, paſcatur, inſaniat, furiat; Si quietetur, animetur, fidat, confidat, audeat; Si ſollicitetur, ſecuretur, irritetur, placetur, dejiciatur, erigatur; Si deſpiciat, ſuſpiciat, invideat, deſideret, diligat, amet; Si odiat, zelet, ſi perſequatur, faveat, æmuletur. Quorum pleraq; quæſitivis abſolvuntur, pleraq; interrogationi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Virgil 2. Æneid. bus: *Quis talia fando temperet à lachrymis? Hic pietatis h*
nor? Sic nos in ſceptra reponis? Psal. 30. vers 11. *Quæ tibi utilitas in ſangui*
meo? Nunquàm mortui laudabunt te, Domine? Psal 115. vers 19. Item, ex his
ampliandum & commiſerandum. Expedit ex his ſcalas, ſci
cet amoris, odii; amicitiæ, inimicitiæ; dilectionis, rancoris; de
derii, horroris; ſpei, timoris gradualiter pro immediata coord
nata habere in promtis.

Quàm fœcundum fidelis voluntatis officium, quod poteſt in omnia judicata & c
gnita; & quomodo exſuſcitationes ritè, & quo ordine fieri debent.

CAPUT IX.

POteſt voluntatis arbitrium juſtè per omnia rectè judicat
intelligentiæ & menti cognita. Vnde ſicut notionum
judicialium infinita ſupellex; ita & fidelis voluntatis officiu
infinitum. Tantùm proſpectus fidelis prædicatoris prudent
metiatur, quibus & quantum velit narrando movere; quib
& quantum docere, quò tandem efficaciter movere poſſit.
ſollicitus obſervans, ut in exſuſcitationibus exordiatur à pror
oribus. Expedierit igitur ordinatas habere, uti ſunt favor
rancor in primis; amor & odium in ſummis; amicitia & inim
citia circa ſumma; benevolentia & malevolentia circa inferi
ra. Sumatur igitur illius ordinis forma hoc modo, ut prim
quæ ſola adſertione laudis aut vituperii; deinde quæ quæſtion
bus; deinde quæ affectionibus. Adſertione primò exercit
mus ordinatè commemorando quæ placeant auditori, quæ c
piat auditor, quæ diligat, quæ amet. Deinde quærendo, inte
rogando, docendo, cõparando, admirando, exclamando, optar
do, orando, obſecrando, plaudendo. Sola commemoratio ne
trorum neutra eſt in auditoris aure. reliqua quæ laudem vel v
tuperium habent, mox fulguris inſtar, apud non tardum a
ſegnem, deſidem, docilem auditorem, gratiam, favorem, con
placentiam conciliant, ſi bona ſint; & diſplacentiam, averſi
onem, ſi mala.

Quomodo ordinatè ex cogitatione judicium, & ex judicio deſiderium oritur; ſ
apud efficacem conſideratorem, & ordinatè procedentem.

Capu

CAPVT X.

VEl modicè ſponte cogitatio judicium parit: cogitatio, æſtimatio affectionem ac deſiderium. ſed id apud vivacem onſideratorem, adeò, ut qui infans prorumpit, communiter emerarius judicetur: quaſi oporteat in freno retinere pronam aturam. Quid igitur, ſi propriis ad intentionem verbis narentur ejuſcemodi? quid, ſi probabiliter confirmentur? quid, ſi omparentur? Hinc jam amplificatione, commiſeratione, exſcitatione concitatos tranquillare, moderari, & ad ſingulos oncitationis fines locos illius finis ex humanarum rerum ſtuoſiſſimis orationibus exemplares colligere. Licet enim, quos i vanè tractaverunt concitationis & moderationis locos, in s divinas transferre. Videre eſt iratam Didonem, quò terat, quàm efficacibus ad hoc incitativis utatur *Virgilius*. Igtur illos locos colligere, promtos habere ad manum, quan- terrere voles de morte, de judicio, de gehenna. Sic de conlatione; ſic de confortatione, ſuſcipiendo per eos exemplares cationes. *4 Æneid. 4*

uæ ſunt, quæ copiam adferunt, quæq; attributa partium rei, id eſt, perſonæ & negotii. Et primò, quæ ſunt attributa perſonæ.

CAPVT XI.

COpiam quærenti ſequentia adferunt. Inprimis attributa partium rei; ſcilicet perſonæ, negotii. Perſonæ attributa nt; *Nomen cum ſuis. Natura cum ſuis. Nota cum ſuis. Patria. ogenies, vel genus. Ortus. Natura. Valetudo. Conſperſio. Sco- id eſt, diſpoſitio. Inſtitutio. Educatio. Proceſſus. Convictus. ntubernium. Habitus. Conſuetudo. Affectio. Conditio. Proetia. Fama. Proſperitas. Adverſitas. Conſilium. Studium. catio. Opus. Vita. Obitus. Reliquiæ. Status. Fatum. rtuna. Caſus. Officium. Peccatum. Collatio. Caſus ſitio.*

Quæ ſunt, quæ negotio attribuuntur; & quàm differenter his utuntur hiſtoriographus & orator.

CAPVT XII.

NEgotio tribuuntur ſequentia: *Verbum, Brevis complexio Perſona, Neceſſitas, Libertas, Facultas, Difficultas, Copia Inopia, Habitus, Primaria cauſa, Finalis, Efficiens, Formalis, Materialis.* Effectus complures, *Locus, Tempus, Occaſio, Opportunitas, Modus, Ordo, Auxilia, Caſus poſitio, Collatio, Indicium rei Complexio.* Singulorum proprietates horum attributorum alibi ſcripſi. Ex parte materiæ, *Poſsibilitas, impoſsibilitas.* Ex fine *Neceſsitas, Evitabilitas.* Ex efficiente, *Facultas, Difficultas* Hinc inde, *Dignitas, Decus, Modus, Ordo, Pulcritudo, Opportunitas, Commoditas, Congruentia, Conferentia, Diſpendium Licitum, Iuſtum, Sanctum: & horum contraria.* Longè aliam copiam dicendi ex his hiſtoriographus, aliam orator. Hiſtoriographus omnes perſonæ circumſtantias, utriuſq; partes rei, omnes conferentes intentioni, reticendo vel diſſolvendo quæ videbantur obſtare. Itaque omni dicenti finis inter dicendum finis in delectu eſt. Item, Copiam adferunt argumentales loc partium orationis, ſcilicet Subſtantiæ, Prædicati, Determinantis.

Copia diverſa, id eſt, Parabola; Ordo fori; Ordo ſcholæ; Aſtutia Ockam; *& Proceſſus* Ariſtotelis.

CAPVT XIII.

VAldè fœcundus locus ad magnam copiã, & quem omnium potiſſimùm Spiritus Sanctus & creberrimè offert. cujus prima totalis explicatio; deinde commoda applicatio: ut *Gerſon* de univerſitate Pariſienſi, & univerſitate ſuperna cum facultatibus. unde de hoc latiùs in coloribus, de ſimilitudine Parabolarum, quæ & in argumentatione dialectica exordiorũ vis eſt eadem. unde cùm non in explanatione veritatis præter elucidationem & cognitionis dilatationem aliquid habeat implicitæ cognitionis & adſenſus; ſed à latere adjunctum duntaxat ſimilem adſenſum, fit, ut leviter judicet, ſed non impellat aut cogat. Item, Ordo fori, Series conſilii pro tempore. Item, Ordo ſcholæ in quæſtionibus; primò, contrariæ rationes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

cundò, rectæ rationes. tertiò, primæ confutentur. Hoc ordine *Auguſtinus* 27. & ultimum capitulum 21. libri *De civitate Dei.* Item, Aſtutia *Ockam*, ut omnium opiniones cum univerſis munimentis lectoris judicio offerantur. Item proceſſus *Ariſtotelis*, ut prœſtantiores opiniones cum rationibus adductæ ſolvuntur, poſtremò vera ſtabiliantur; & tanquàm ſementis inſeratur zizaniis mundato agro. Et hoc circa quamlibet quæſtionem, ubi dignum videtur. Et habet hæc opinionum commemoratio non ſolùm copiam dicendi, ſed rationabilem & utilẽ copiam. quia non ſolùm monet, ſed etiã docet pro tanto, quia facit probabiliter conjectare de propoſito. magis autem docet repulſa opinionum, in ſolutione rationum, in adſertione repulſæ. Et hic uſus generalis ſuccinctior erit. Eſt & ſpecialis, quãdo unius aut plurium opiniones nominatim exprimuntur, repelluntur. & latior erit, licentia dialogi.

Copiæ aliæ abſolutionis. error, recti, obliqui. Item, diſtributio; primus color ſententiarum.

CAPUT XIV.

Grandis copia Abſolutionis error adverſus unius, plures. Erroris ad verum acceſſus; Approximationis intercapedo. Abſolutionis explanatio. quæ fit multiplicis diſtinctione, Similitudinis conſideratione, Differentiarum inventione. Abſolutionis ſtabilitio; ſcilicet una, plures. Poſtremò, Abſoluti [illegible]citatio. Et hoc exclamatione, interrogatione, dubitatione, conqueſtione, congratulatione. Item, Copioſiſſimus re[cti] & obliqui locus, eò quòd concatenatæ ſunt virtutes nec po[te]ſt unius opus velut rectum collaudari aut adhortari, cui non [obl]iquæ ſubſint. In vitiis quoque ſimiliter. Eo enim quo con[cat]enatæ ſunt virtutes, oportet unius virtutis defectu omnes [e]oque deeſſe. Item, magnum inſtrumentum copiarum eſt [diſt]ributio, primus color ſententiarum, quando ad cardinem [...] latitudinis reductus fuerit. Et eſt diſtributio, cùm plu[r]es res aut perſonas negotia quanta diſpertiuntur. Com[pr]ehendit breviter multa, ſuum cuique officium donans,

ut in coloribus. Hæc enim non ex uno locutionis attributo pa-
tibus diverſificato dilatata; ſed ex omni omnium attributorum
varietate extenditur. Primò, ex eo qui loquitur. ut, *prædicamu*
vobis, alius hoc, alius illud, alius ſic, alius aliter, alius propter hoc
1 Cor. 11. vers 13. alius propter illud. Item, *Cùm eſſem parvulus, loquebar ut par-*
vulus: ubi a. factus ſum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Inter-
dum ex parte audientium; ut, prædico ſomnolentis, prædico te-
mulentis, prædico torpentibus, prædico infirmis; item expedi-
tis, fortibus, alacribus, currentibus. Interdum ex parte orati-
onis; ut, Eadem noſtra oratio cùm ſit nunc ſterilis, nunc fructu-
oſa, nunc tempeſtiva, nunc importuna: aliter condita, fer-
vens; aliter fluctuans, languens. Poteſt etiam de re ipſa fie-
ri diſtributio. Res objectum ſermonis: magis ergo diſtributio
ad ſermonem, & in circumſtantias, velut ad cardinem, re-
ferenda, & non parùm advertenda inter inſtrumenta copiarum

Quòd etiam imperſonalia in ordinem digeſta multùm dilatant orationem.

Caput XV.

Dilatant plurimùm imperſonalia, ſi in ordinem digerantur
ab imo: ut hoc modo; Deo placet, vult, fit, oportet, ſuppetit,
expetit, intereſt, refert, congruit, competit, convenit, decet, ju-
vat, delectat, placet, placat, pacat, libet, quietat, beat. Et poteſt
per hæc verba imperſonalia & ſimilia tàm activa, quàm paſſiva
fieri aditus ad omnia perſonæ & negotii attributa.

Item, Determinatio fœcundum copiæ ſeminarium.

Caput XVI.

FOEcundum item copiæ ſeminarium eſt Determinatio; ut
ſcilicet ſubſtantiva adjectivis; regentia rectis; verba adver-
biis; ſubſtantia circumſtantiis determinentur. Et hîc parentes
magnum habent locum.

Quòd valdè dilatant, & fluctuationem prohibent, & meditationem ſtabiliunt ex-
ercitationes in magnis latiſq; periodis.

Caput XVII

PVto quòd ad dilatandam, excludendam, & prohibendam
fluctuationem cogitationum, & ſtabiliendam meditatio-
nem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

..m, crebrò exerceri in magnis, latis, lateq; comprehendenti-
..s periodis: quales ſunt latæ, membratęque, conditionales.
..ujus pulcrum & ſpectabile hoc exemplum: *Quòd ſi hanc ..m idoneam, tàm illuſtrem, tàm gravem cauſam non habe-* Cic. Divi nat. in Verrem.
..t. Ecce pactum primum. *Aut, ſi hoc à me Siculi non pe-*
..ent. Secundum pactum. *Aut mihi cum Siculis cauſa*
..tæ neceſſitudinis non intercederet. Tertium pactum. Et
..c velut non obſtante præterito, nunc potiſſimum pactum
..ducitur. *Et ſi hoc, quod facio, Reipublicæ cauſa me face-*
..profiterer. Hoc pactum graviſſimè fundat, antequàm con-
..ionem inferat, hoc modo; *Vt homo ſingulari cupiditate,*
..lacia, ſcelere præditus, cujus furta atque flagitia, non in Si-
..a ſolùm, ſed in Achaia, Cilicia, Aſia, Pamphylia, ut Romæ
..e oculos omnium maxima turpiſſima noſſemus, me agen-
..in judicium vocaretur. Hinc jam concitationem ſubdit
..nditionalem. *Quis tandem eſſet, qui meum factum aut*
..ſilium poſſet reprehendere? Item iterum. *Quid eſt,*
..h Deûm, hominumque fidem, in quo ego Reipublicæ hoc
..pore plus prodeſſe poſſim? Iterum. *Quid eſt, quod aut*
..ulo Romano gratius eſſe debeat, aut ſociis exteriſque natio-
..us optatius eſſe poſſit? Iterum. *Aut ſaluti fortuniſque*
..nium magis accommodatum? Et poſt copioſam & vehe-
..ntem conditionem revertitur ad pactum hoc tertio præ-
..biliendum; 1. *Vexatæ, populatæ, funditùs everſæ provin-*
.. 2. *& ſocii ſtipendiariique publicè adflicti, miſeri, non*
..n nullam ſalutis ſpem habent; ſed exitii vel morte. 3.
.. judicia apud ſenatorium ordinem volunt, queruntur ſe
..neos accuſatores non habere. 4. *qui accuſare poſſunt,*
..diciorum ſeveritatem deſiderant. 5. *Populus Romanus*
..t multis incommodis & difficultatibus per tribunos ja-
..tus, tribunitiam tamen poteſtatem repoſcit propter ju-
..iorum corruptionem. judiciorum levitate etiam ali-
..ordo ad judicandum poſtulatur, judicum culpa ac de-
..ore. 6. *Etiam cenſorium nomen, (quod*

aſperius Romano populo videri ſolebat) jam id poſcitur, id nun populare & plauſibile factum eſt. Ex his, velut argumentis præ miſſis infert principale pactum. Et non inconſideranter præter eundum, quanta commoditate, quamq; potenter concludi hoc modo: 1. *In hac nocentiſſimorum hominum libidine.* 2 *In hac juſta populi Romani quotidiana querimonia.* 3. *In hac judi ciorum infamia.* 4. *In hac totius ordinis conturbatione vel offenſi one, cùm hoc unum tantis incommodis remedium eſſe arbitrarer ut homines idonei integrique cauſam Reipub. ſuſciperent, fateor me ſalutis omnium cauſa ad eam, quæ maximè laboraret, Rei pub. partem acceſſiſſe ſublevandam.* De hujus orationis prin cipio agitur infrà, *de non obſtantiis.* Sæpiùs exercendum i hujuſmodi periodis, & in membris ejus locandis ordinis ra tio habenda: unde hîc aliqua de periodis ſubnectenda. Nan in dicto exemplo, cùm totum ſit conditionale, ſunt nihi lominùs multa pacta, & ſuis ſingula rationibus ſunt ſtabilita, & conditiones multæ graviter & concitativè ſubjunctæ, qua rum ſigillatim conſequentiæ etiam probari & ſtabiliri po ſunt.

Quid ſit periodus, & quomodo dividitur.

Caput XVIII.

PEriodus una, integra, independens, abſoluta ſententia eſt multa velut partes complectens. quia penes diviſionem pro poſitionis in cathegoricam & hypothecam periodum divid poteſt; & utraque magna quadam varietate circumſtantiarun utriuſque partis ſubſtantialiter adornari, tùm perſona, tùm ne gotium. Sed in hypotheticis periodis fortioribus opus eſt ner vis ingenii tùm comminiſcendo, tùm judicando, ſecundum o mnem habitudinem nexuum hypotheticorum. Hinc fit, ut qu fluxo cerebro fuerit in retinendo, vel debili judicio fuerit ir diſcernendo, aut ignavus in volendo, parvum fructum ex *Au guſtino* vel *Cicerone* lecto referant, niſi ſecundò vel tertiò le gant ut iterando utrumque, notionem & judicium, faciant actum firmiorem. Qui enim non poteſt conditione unà

cum

em non obſtantia ſimul & confirmatione utriuſque com- mmiſſe, non poterit earum connexionem judicare: non nè capit ergo quæ dicuntur. Et quia videmus, quando ſe- ndò legit aut tertiò, magis utroque actu firmari, & potentio- em fieri tùm judicando, tùm retinendo; convincimus, habi- m non uno tantùm actu generari: licet quibuſdam ſeriùs, & buſdam celeriùs.

Qòd ſingulis mentibus ſunt proportionatæ periodi, & ſingulis pro natura, tempore, exercitatione ſuum eſt metrum latæ mentis.

CAPUT XIX.

Vnt igitur ſingulis mentibus audientium aut legentium ſin- gulæ proportionatæ periodi. Nemo enim legendo vel au- ndo latiorem periodum ſententiarum perſtringere, vel diju- are, vel dignè ſecundum eam adfici poteſt, quàm ſit mentis is latitudo, quæ naturali complexione & recto exercitio non àm juvatur, & ampliatur, & roboratur. Cuiq; tamen pro na- a, pro tempore, pro exercitatione ſuum eſt metrum latæ ntis: Et hanc ſuam latitudinem audiendo latiorem, legendo *guſtinum* vel *Ciceronem*, aut meditatione ſua coacervando dilatando intra periodum quiſq; intra ſe poterit experiri, di- icare, annotare; & ſecundum hoc, velut ſecundum nervos ires ſuas meditationes inſtituere. Crebrò namq; propterea ructuoſè evaneſcit nobis cogitatus, quia ſupra & ultra me- m ſuæ latitudinis extenditur periodus. Hinc jam facilè videre quid poſſit latior mens in auditionem anguſtiore mente. eſt enim tendere, & extendere ad ultimas vires, & illic velut auſtum obruere, confundere, confutare. &c. Ex hinc dia- ica nequitia ſimul & malitia, (quoniam in ſua mentis latitu- e eſt) in quos errorum laqueos, in quas dementias, in quæ eriæ præcipitia, ſecundum omnem ſuam libidinem ageret, neretur, non difficile videre eſt. Facilè hinc videre, ſancti geli noſtri, divina virtute, hos à nobis laqueos, devia & præ- itia, perditionem propulſantes, quanto nobis divino mune- & ſuo nobis officio mandati ſint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quòd periodus unicuiq; capabilis ſecundum latitudinem mentis, & perinde judicium intelligentiæ & voluntatis affectus.

CAPUT XX.

QVam periodum non poteſt mens perſtringere, non pote intelligentia ſapienter dijudicare; quare neq; voluntas ef caciter ſecundum ejuſdem periodi judicium ferri, ut juſtè fac at. Hinc eſt, ut ad periodos *Auguſtini* & *Ciceronis* pauci idon lectores inveniantur. Sed ad periodos *B. Petri* ſi quis idone inveniatur neſcio. Ex his jam tranſitus conjecturæ noſtræ, que judicium fit menti noſtræ ad periodos tentatoris, ubi permi tere loqui ad cor Hieruſalem. Sed non permittit Deus ter tari ſupra id quod poſſumus, & dat cum tentatione proventu ut poſſimus ſuſtinere.

Quæ periodus intra ſe continere debet, & ea ſola tractanda, & maximè, quæ maximè in periodo docentis intentionem illuſtrant.

CAPUT XXI.

PEriodus intra ſe continere debet rem totam. Igitur ſubſta tialia rei, & omnia quæ quomodolibet in partibus rei nece ſariò quæruntur, intra eam poni debent; & omnia, quæ circa tramq; partem aptè & appoſitè quæri vel interrogari poßun maximè tamen ea, quæ intentionem dicentis illuſtranr. D bet igitur poni ex perſona; *quis? qualis? quantus? cujas? cuju quotus? quid faciens? quid patiens?* Item ex negotio; *quar quomodo? quatenus? ubi? quando? quocirca, qualiter? quant quo inſtrumento? qua facultate?* Et licet omnia circumſtant arum genera neceßariò incidant, non tamen omnia tractand ſed ea ſola, quæ in periodo maximè docentis intentionem i luſtrant. Grandis periodus illa *Auguſtini* in Soliloquiis trium clauſularum. Item, major circumductio ferè 4 clauſularum. Incipit, *An verò edententur munera urſoru* &c.

Recapitulatio pro attentione exercenda: & de catenis naturalibus conditionalium negativarum; Item conditionalium neceſſariarum in everſas.

Cap

CAPVT XXII.

NIhil, ut jam ex præmißis patet, attentionem ac memoriam ita exercet & adjuvat, quàm excluſa fluctuatio, & cohærens ocinatio. Qualiſcunq; enim catena naturalis fuerit, ea lê monendo mentem trahit, intelligentiam docet, volunta- movet. Et parva catena conditionalium negativarum hu- emodi; Christum, ſi non volebat incaſſum venire, oportuit ſublimē apparere. Si n. non humiliaretur, non contemne- ur. Si non cōtemneretur, non odiretur. Si non odiretur, non cifigeretur. Si non crucifigeretur, redemptionis pretiū non rretur. Si non redimeret, incaſſum veniſset. Et hæc catena ditionalis evertitur hoc modo: Ergo ut fructuoſe veniret, ō- ctuit, ut redimeret. ut redimeret, pretium obtulit. ut offerret ium pro nobis, crucifixus eſt. ut crucifigeretur, odia perſe- ntium pertulit. hęc odia perſequentium ne majeſtate obru- , contemtibilis haberi voluit. Et ut contemneretur, humi- enit. Neq; tamen ea humilitas vilis aut ſordida fuit, ut con- toribus in excuſationem eſſet. habuit enim divinitùs teſti- nia; ſed ejuſcemodi arte modificata, quibus bonorum pietas aeretur & retineretur, & impietas irritaretur.

em, quòd catena conditionalium neceſſariarū in everſas, in ılativas, & in diſjunctivas de neceßario. Cujuſmodi exēplū; aſſus eſt Dominus, charitate paſſus eſt, non neceſſitate: Si n. eſſitate, non charitate paſſus ſit, non jā Domin' paß' eßet. oſſibile n. eſt Doīm eſſe & neceſſitate pati. Oportet n. vel m nō eſſe, vel nō pati: aut ſi Doīs patitur, charitate patiatur.

adhuc, quibus oratio ereſcit: adjiciendo ſcilicet, farciendo. Item dubitatio- ne, caſus poſitione, introductione, numeratione, & ſcalarum ordinatione.

CAPVT XXIII.

Reſcit oratio adjiciendo, farciendo. Adjicitur, abſolutis comparativa; comparativis incitativa. Farcitur autem ar- entando, docendo, dividendo, diffiniendo. Diffiniendo, am, non logicè, ſed oratoriè. Et copioſè farcitur, quando ona longo ductu oīum in rem totam facientium circūſtā-

tiarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

tiarum tractatione illuſtratur, quando item negotium ſimi
omnium ſuarum circumſtantiarũ cōmemoratione perpoli
Argumentando, argumenta ſolvendo, errorem adverſari:or
gumentorum explicando: farcitur ratiocinatione, com
moratione. Item creſcit dubitatione; *Dicet fortaßis hic*
quis. Creſcit caſus poſitione: *Quid ſi nunc ad nos v*
at? Quid ſi in medium ſurgat quis divinitùs inſpiratus
dicat, ac faciat? Fortaßis fabulam æſtimas. Quid ſi a
lus de cælo nobis iſta tradat? Multam ſiquidem habe
trumque inſtrumentum latitudinem, etiam ſapientalem.
optio ſimiliter. Immò, quodcunque optio voluntati,
idem caſus, vel caſuum poſitio mente pertractat, ac dub
tio dijudicat: *Putaſne fiet hoc aliquando? fortaßis erit.*
conſiderando caſuum poſitio, quæ omnes obligationum
cies complectitur. Obligatio antecedentibus, comitanti
conſequentibus utitur: adfirmatione, negatione, antecec
tia, concomitantia, conſequentia, ſyllogiſmo condition
& argumentatione hypothetica per commutationem. I
creſcit commendatione: Quomodo vultis, adhuc in hac
teria maneamus, ut amplius aliquid inde dicamus; an
ſatis id, quod hactenus tractatum eſt? Item, Magnum conſt
ere adverſarium objicientem: ut illud; *Exigis fortaßis à*
unde illud adſtruam. Et hæc proſopopœja benè conſti
tantam vim habet copiæ, quantam collocutio cum docili
verſario. Quolibet enim occaſione oblata fœcunda mens
& potens meminiſſe dicendorum. Plurima, præſertim a
ſapientem, ſterilitas orationis ex non memorando dicẽdoru
nonnulla etiam, quia non placent quæ meminimus. &, ſi
cent ipſa, quia tamen inordinata & confuſa, diſplicent. O
nantur a, gradu ad finem intentum à dicente. Creſcit item
tio introductione diſceptationis, cùm circa quãlibet partẽ
rationis, juxta quęſtionẽ facti, introducitur partiũ diſceptatio
Matt. 8. qualitate facti, quẽadmodũ *Origẽes* in homilia ſuper Evãgeli
verſ. 25. deſcẽſu Domini in naviculã. ubi ſuper verbo illo; *Et acceden*
diſcip

iſcipuli ejus, dixerunt ei, Domine, ſalva nos, perimus, inter-
iiſſo interim textu diſceptat cum diſcipulis de importuno ac-
:ſſu; tùm, quia non oportebat; tùm, quia modeſtiùs oporte-
at. Deinde reſpondentes diſcipulos, cum omni modeſtia cō-
tentes infirmitatem ſuam, & exinde metum, quoniam adhuc
iſilli erant. Deinde excuſationem poſt confeſſionem, & vo-
vum exitum ſuæ petitionis, quo convincuntur non inutiliter
:ciſſe. Ceſſavit enim tempeſtas. Item, concurrunt hæc, Du-
tatio, Opinio: *Fortaßis fabulam æſtimas.* Conſulatio; *Noli
edere fabulam, quoniam non graviore ratione refellere.* Ad-
ortatio in rem; *Ergo ſequere & cole juſtitiam.* Item nume-
tio; numeratorum diſcretio; diſcretorum ordinatio; ordina-
rum collatio; collatorum collectio; collectorum cōſideratio;
onſideratorum dijudicatio; dijudicatorum executio. &c. Item,
ongeries, ſeries, ſcala ſingulorum, congeſtorum adornatio,
adornatorum tractatio. Intentionalium propoſitionum or-
natarum ſingularum tractatio; Amans, amabile, altum, ar-
uum, adjuvans, Bonum, benignum, benevolum, beneficum,
harum, carum, candidum, calcans, calcatum, calidum, can-
ns, capax, captivum, contrarium, cauſatum, certum, cibus,
latum, decorum, dignum, donum, dulce, dives, Electum, e-
egium, eximium, excelſum, Fauſtum, felix, fidele, fortuna-
m, Gaudens, grande, gratum, glorioſum, Habundans, hilare,
manū, humile, Iuſtum, integrum, internum, initium, janua,
aminas, immortale, immolans, immolatum, Latum, lætum,
erum, liberale, Magnum, magnificum, manſuetum, miſeri-
rs, mite, mundum, Nitidum, nubile, nudum, nuptum, O-
roſum, opifex, opiferum, opulentum, Quærens, quietum,
ietans, Ratum, rectum, rationale, rapax, radix, recens, rigi-
m, redimens, retribuens, redundans, Salvans, ſapiens, ſan-
m, ſuave, Totū, tutum, tabernaculū Dei, templum, tentatū,
ribile, Validum, virile, verū, vivū, vivificum. Ex hujuſmodi
gens copia, varius ordo: quia multæ differentiæ rerū, ſignorū.

Item, Copia diverſa ex rebus, ſequela, gradibus, recapitulando.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

CAPVT XXIV.

SIc itaq; & colligitur copia, ut ex dictis patet. Ex rebus; R
plures perſonis, negotiis, utroq;. Ex ſequela; Rem, quali
tem, opinionem, affectionem, effecta, exſuſcitationem, int
pellationem, conditionem. Ex gradibus; Non obſtantia,
ipſum collatio. Ex partibus; Diffinitio, diviſio, argumentat
confutatio. Ex oratione; tota, parte, expolitione. In omnib
his propoſitionis ſumtio, quæ ſententiis commodis & idon
ad rem conficitur.

Item, Evacuationes genericæ latitudinis.

CAPVT XXV.

GRande copiæ ſeminarium evacuationes genericæ latitu
nis per omnes ſpecies. Vnde, qui vellet explanare ſervu
inutilem, pedes habentem & non ambulantem declararet,
manus habentem & non palpantem, non operantem, os h
bentem & non loquentem, nares & non olfacientem, au
& non audientem, oculos & non videntem. Vbi nota, quòd
diminuendo genus mitius quàm ſpecies; quia cõfuſius: niſi fo
taſſis ea ſpecies infimi gradus fuerit. In augendo, ſaltem ubi c
gnum, potentior genere ſpecies, præſertim præſtantior ſpeci
quia clarior. Et ejus diffinitio, quàm diffinitũ. Et quoniã pro
liquo ſtabiliendo diſtributum genus facit, expedit ad copiã ſ
lariter ſpecies omnes articulo vel membro commemorare.

Item, Recollectio eorum quæ pridem ſparſa; & ordinatio confuſorum.

CAPVT XXVI.

GRande poſtremò organum & inſtrumentũ copiæ, Reco
lectio eorum quæ ſparſa pridem. Grande itẽ, ordinatio c
fuſorum. Hæc tegunt inopiam dicentis; hæc egeſtatem vertu
in conſilium. Hæc n. roborant & declarant commodè, & aud
torem efficaciter concludunt. Monimenta enim, quando ip
ordinantur, fiunt documenta, & hæc fiunt monimenta parti
quia quæſtiones in aperto ordine docent, & invicem ſe prov
cãt: monimenta exſerunt judicium; judicia incentivum. Mem
niſti, quales articulos *Fratri Brunoni*, *Magiſtro Engbert*

Magiſ

Magiſtro noſtro Decano miſiſti. Ex his benè ordinatis, tan-
quàm rubris capitulorum inſtrumentis præcinctæ, ſobriæ, fœ-
cundę copiæ, datur via recta in officinas cudendorum opuſculo-
rum. Sunt enim velut ſeminaria conſtitutionum ſingularum
theſi ſcholaſtica, vel hypotheſi methodica.

Item, magnus locus copioſæ orationis per Dicet aliquis, *cum exemplo:*
Item conditionis poſitio.

Capvt XXVII.

Magnus locus copioſæ orationis per *Dicet aliquis*, quale il-
lud *Verrinarum* quarta, ubi reſponſionem Hortenſii pro
Verre contra ſublatos Deos Heij Mamertini. *Cicero* non con- *Lib. 4. in Verrem.*
tentus repuliſse, quia legibus non licebat emere prætorem, niſi
... quod non licebat, doceat etiam falſò præſcriptum: & hoc
per clauſulam, *Dicet aliquis*. & à confutatione judiciali tranſit
ad confutationem conjecturalem. & ut illi omnia refugia reclu-
...r, quæſtionibus rationem tractat hoc modo; *Dicet aliquis,*
... iſto modo agere cum Verre, noli ejus omnia facta ad antiquæ
...gionis rationem revocare: concede, ut impunè emerit, modò ut
...a ratione emerit, nihil pro poteſtate, nihil ab invito. nihil per
...riam. Eſto. ſic agam. Si quid venale habuit Hejus, & quod
...ale habuit, ſi id quanti Hejus æſtimavit tanti vendiderit,
...o quærere, cur emeris. Poſt hunc utitur ratiocinatione,
...modo; *Quid igitur faciendum? ſi non quæram, cur eme-*
...erres, licebit ſaltem inquirere, Hejus quare vendiderit.
... æs alienum habuerit? num auctionem fecerit? Et ſi fecit,
... tanta difficultas nummariæ rei eum tenuerit, tanta ege-
... tanta vis preſſerit, ut ſacrarium ſuum ſpoliaret; ut patrios
... venderet? At hominem video auctionem feciſſe nullam;
...didiße præter fructus ſuos nihil unquàm. in ære alieno non
...o non fuit; ſed in ſuis nummis multis & ſuperfuit & ſu-
...rit. Denique utitur caſus poſitione, hoc modo; *Quòd*
...c, ac dico. contraria eßent omnia, tamen illum hæc, quæ
...nnos de familia, ſacrarioque majorum fuißent, cre-
...e venditurum non fuiße. Quid ſi magnitudine

pecuniæ

pecuniæ perſuaſum eſt? veriſimile non eſt, ut ille homo tàm lo-ples, tàm honeſtus, religioni ſuæ monimentiſq́ majorum ſuorum pe-cuniam anteponeret. Sed ſunto iſta, quia nonnunquam addu-tur homines à ſuis inſtitutis pecuniæ magnitudine, videamus q-ta fuerit iſta pecunia, quæ potuit Hejum, hominem maximè lo-pletem & minimè avarum, ab humanitate, à pietate, à relig-deducere. Eſt item obligatoria amplificatio, hoc modo; *Ven-fac te impetraviſſe; fac gravius aliquid in Hejum ſtatuiſſe Ma-mertinos: quantùm putas in laudatione ſua pro te apud Se-tum habituros Mamertinos, ſi quid gravius in Hejum conſti-rint, quem conſtat ſacramento adſtrictum vera dixiſſe invitu-Quæ enim iſta laudatio tua, in qua, ſi laudator tuus jurejura-do interrogatus fuerit, vituperet neceſſe eſt? Tui laudatores, -ſacramento ligantur, iidem graviſſimi teſtes fiunt. mihi H-teſtis eſt: laudavit impensè: ſed juratus læſit graviſſimè.* Ite-magnam habet orationis fœcunditatem conditionis poſitio -iam ſimplex. Nam & conſequentiam ſtabilire loco, & an-cedens argumento: & ſuper prædio conſequentis nova fun-ri poteſt conditio priore conditione non minus fœcunda, -conditionum connexione longa valdè catena creſcat in-ctum, & ſingularum conditionum partibus à latere vel an-cedens vel conſequentia ſtabiliatur. Conditionum conſequ-tia ſtabilitur materialiter, loco, formaliter, copulativa, diſju-ctiva, everſa conditione ſtabilitur.

In generali quadam copiæ ſeminaria.

CAPUT XXVIII.

COpiæ ſunt ſeminaria. Attributales; perſonæ, negotii: -gumentales; ſubſtantiæ, prædicati: Prædicamentales; -juſlibet imcomplexi: Conditionales; complexi totius: Cli-objectalis ordine rerum: Climax rationalis ordine mentis: -perſonalia ſimpliciter, comparativè: Lullus quærendo; bi-Canter; liber Rodolphus; Fæcunditas diaboli; Series fore-orationis.

Pars Tertia.

't utilia ſint inſtrumenta abundæ orationis, diſtinguuntur diverſa copiæ inſtrumenta per diverſas hebdomadæ ferias.

Inſtrumenta abundæ orationis & copiæ ſeminaria ut utilia : fructuoſa fiant, utile factu erit alternatim uti, & diverſis heb-omadæ feriis diverſo copiarum inſtrumento. Et licet malle-s David, ſua varietate copioſus, facilè faſtidium vincat; nihilo-ainùs alterna delectant. & ob id diſpertienda ſunt in ſeptem.

...ria	*Prima,*	*utendum*	*Malleo David chalybis indurati.*
	Secunda,		*Non obſtantia Tullii.*
	Tertia,		*Expolitione Theophraſti.*
	Quarta,		*Ratiocinatione Raymundi.*
	Quinta,		*Subjectione Ariſtotelis.*
	Sexta,		*Ordine magno orationis.*
	Septima,		*Chiaſmo & ſcala noſtra rationali.*

De malleo indurati chalybis David prophetæ.

CAPVT I.

HABVIT David, vir ille ſanctus, tanquàm indurati chalybis malleum, quo in omni opere Dei latentis & occultatæ ſapientiæ theſauros, velut ex rupibus & ſaxis e-ieret, & in Dei gloriam expoliret. Vnde non parvo fructu in ..editando, excitando, orando, gratias agendo tanti viri exem-..um imitandum, ex operibus Domini laudem Dei & gloriam ..uentis, quemadmodum ſervandum meminit Spiritus San-..s. Sic enim facilè potentes erimus & nos, ubiq; ſugere mel ..petra, & oleum de ſaxo duriſſimo. ubiq; enim & in opere ..i theſauri mellis & olei reconditi ſunt; tantùm non deſit qui ..ere novit.

..uſquàm etiam copioſior affectuum varietas, quàm in Pſal- Pſal. 1.
..o. Primò, Beatificatio; ut, *Beatus vir, qui non abiit.* Dete- verſ. 1.
..io; *Impiorum*; Pollicitatio, Comminatio; *Tunc loquetur ad* Pſal. 2. verſ. 5.
..in ira ſua. Quæſtio cauſæ; *Quare fremuerunt gentes?* Ad- verſ. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

verſ. 3. hortatio; *Diſrumpamus vincula eorum*. Pollicitatio; *Poſtula à m*
verſ. 8. *& dabo tibi gentes*. Conſideratio; *Et nunc reges intelligite*. Con
verſ. 10. ſultationis dulcis fructus finalis; *Cū ipſo ſum in tribulatione, eri*
Pſal. 91. *piam*. &c. Quęſtio cauſę; *Domine, quid multiplicati ſunt*. que
verſ. 15. Pſalm 3. rela eſt. Oratio; *Exurge Domine, ſalvum me fac*. Fiducia; *No*
verſ. 1. *timebo millia populi circumdantis me*. Gratulatio; *Domini eſ*
verſ. 6. verſ. 8. *ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua*. Improperatio; *Fili*
Pſal. 4. *hominum uſquequò gravi corde?* Moderatio; *Iraſcimini, & noli*
verſ. 3. verſ. 5. *te peccare*. Dialogat; *Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona?*. Re
verſ. 6. ſpondet; *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*. Spes
verſ. 7. *In pace in idipſum dormiam & requieſcam. quoniam tu, Domine*,
verſ. 9 & 10 *ſingulariter in ſpe conſtituiſti me*. Oratio pro fratribus contra ad
verſarios, pro convertendis. Oratio mitigativa; *Domine, ne i*
Pſalm 6. verſ. 1. *furore tuo arguas me*. Querela de ſe, de inimico, de Deo ipſo
verſ. 4. Obſecratio; *Salvum me fac propter miſericordiam tuam*. Repul
verſ. 8. ſa; *Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem*: cùm fiduci
ſubjuncta fiducialis; ergo repulſa; *Quoniam exaudivit Dominu*
vocem fletus mei. Congratulatio & exſultatio contra inimicos
verſ. 10. *Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei*. Hæ
Pſalm 7. eſt imprecatio. Oratio ex meritis; *Domine Deus meus, in te ſpe-*
verſ. 1. *ravi, ſalvum me fac ex omnibus perſequentibus me, et libera me*.
verſ. 2. Oratio ex metu; *Libera me, ne fortè rapiat ut leo animam, & la-*
ceret, & non ſit qui eripiat. Fiducia innocentiæ; *Si reddidi re*
verſ. 4. *tribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis, perſe-*
quatur inimicus animam meam, &c. Oratio perfectæ vindictæ;
Surge, Domine, in furore tuo. Oratio judicii; *Surge, Domine, ju-*
verſ. 6. *dica cauſam meam*. Item, *Iudica me, Domine, ſecundum juſtiti-*
verſ. 9. *am meam*. Comminatio gladii & arcus non convertentibus, &
in ipſis vaſa mortis. Admiratio magnitudinis; *Domine Deus no-*
Pſalm 8. verſ. 1. *ſter, quàm admirabile*. &c. & infinita ſimilia.

Non obſtantia Tullii, & quomodo in ea immorandum.

CAPUT II.

EST magnū item copiæ inſtrumentū, & ad commorandū, ubi
dignum videre Ciceronis præmittere non obſtantiam, & in

ea,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quantò res gravior fuerit , argumentatione denſiore com-
orari: deinde refragata ea propoſitum ſtatuere, & in eo ſtatu-
do commanere. Neq; id ſolùm abſolutè; ſed & comparativè,
fiat grandis & gravis periodus. Pro igitur copioſa oratione
dè conferret ad plenum colligere vim non obſtantiæ.

Non obſtantia tripliciter tractari poteſt. Primò, per *Quan-
im.* ut; *Quanquam, judices, nonnulli ex vobis, aut eorum qui* Cic. Divinat. in Verrem.
*unt, mirari poſſent, me tot annos in cauſis judiciisq; publicis ita
ſatum, ut defenderem plurimos, læſerim neminem, ſubitò
c, mutata voluntate, ad accuſationem deſcendere: tamen hi, ſi
ſilii mei cauſam, rationemq; cognoverint, & ipſi quod facio
babunt, & in hac cauſa profectò neminem mihi præponendum
icabunt actorem.* Abſolvit primam partem partitione: pro-
it ad ſecundam partem tranſitione.

ecundò, poterit externæ opinionis confutatione tractari, hoc
odo; *Sunt fortaſſis in vobis, Iudices, aut in his qui adſunt, aliqui
mirantes, cur ego tot annis in cauſis judiciisq; publicis ita ver-
us ſim, ut defenderem pleroſq;, læderem neminem, nunc è di-
ſo, velut in alterum mutatus, ad accuſandum deſcendam.
quiſquis ille eſt, ſi mei conſilii cauſam rationemq; cognoſceret,
i & ipſe. &c.*

Tertiò, poterit viperina conditionali tractari, hoc modo; *Si
veſtrũ, &c.* Quæ propterea viperina dicitur, quia implici-
m contrariam pacti primę conditionalis ponit conditio ſecũ-
& per hoc, velut viperæ partus, matrem perimit. Quod ut
rius pateat, viperinā conditionalē Ciceronis longo verborũ
tu breviorē factā proponamꝰ, hoc modo: *Si quis miratur meā
ſuetudinem immutatā, ille conſiliorũ meorũ cauſas non novit:
e ſi conſiliorũ meorũ cauſas cognoſcat, profectò mirari deſinet.*
glorificare, confitens, quia tu es in gloria Dei Patris. Tibi data pote
omnis carnis. Tibi data omnis poteſtas in cœlo & in terra. Non
dit unus de paſſeribus, non folium arboris abſque tua voluntate; ſi
neque abſque voluntate Patris tui. Tua enim voluntas unà cum Pa
voluntate dominatur. Atque utinam ita in omnibus me tecum vo
te & optante dominetur, ſic in omnibus, ut in meipſo. Sit in omni
ad omnem voluntatem tuam paratum cor meum, Deus, paratum
meum. Sit in omnibus voluntati meæ unica hæc lex & regula vole
proptereà ſic velle, quia tu vis. Hæc eſt illa cardinalis in vertice cr
obedientia. Hæc profundiſſima in imo crucis humilitas. Hæc flag
tiſſima meridiana charitas à dextris crucis. Hæc invictiſſima illa co
ſæviſſimum aquilonem patientia: quibus velut quatuor angulis cr
quibus ô glorificator crucis, ô derelicte agne Dei, per omnia te P
voluntati permiſiſti. Sit in hac mea permiſſione jure & integrè cor

...gninum merè paratum, nullum cruci tuæ ſanctum angulum de-
...ans. Quidquid obtulero, tuum eſt. Et cùm omnia, quæ præcepta
... mihi ad ultimum jota fecero, ad minimum apicem implevero,
...is inutilis ſum. Et quidquid in me feceris, haud ſecus quàm in ſer-
... inutilem decreveris. Igitur hoc unum ſolatio mihi ſit, hoc noſſe,
... tu ſic vis: abſque cujus arbitrio neque folium arboris in terram ca-
... In omnibus fluctuanti naviculæ meæ tenax ea anchora, ſolum vel-
...ia tu vis. Sic enim fiat in terrenis nobis voluntas tua beneplacens &
...ecta, ſicut fit in cœlo.

Secundum exemplum ſcalæ meditationis ... VVESSELI, ad devotos Fratres montis Divæ Agnetis.

QVid faciam vobis, importuniſſimi exactores, cõpotes ejꝰ quod petitis, & ideò illuſores, aut ſaltem importuni vexatores? Quid imprudenter à me petitis, qui tam virilia opera, puta pſalteriũ, ...ntulas ſcalas ſudatis? Verùm cogitanti mihi, quia promiſi omnifa-...inc veſtræ neceſſitudinis, quibus ex animo devinctus ligor; illinc ...ſionis vinculi, cui (niſi pergam impudens fieri,) obluctari non licet, ...ino quodam vinculo conſtrictum, & omnifariam conſtrictum com-...o. Sed quid agam? Quò me vertam? Anguſtiæ mihi à dextris, angu-... à ſiniſtris, ubi meã ariditatẽ, tenuitatẽ, exilitatem & ſterilitatem ad-...o; magis a. ubi veſtram ingenuã eſuriem & ſitim, quæ non ſiliquas ...orũ, non gregarium aliquod eduliũ, ſed veras, feſtivas epulas verita-... ſinceritatis anhelat, non ſolùm confundor, ſed ipſe meã condemno ...icẽtis temeritatẽ. Sed quoniam in theatris & ſpectaculis aretalogos ...enealogos, ignavum hoĩm genus, unà cum nobilibus dominabꝰ pa-...am, pericula, virtutẽ concertantiũ prædicantes, video; prætereà Ho-...ũ cæcũ laudes Achillis, Maronem laudes & ſufferentiã AEneæ canẽ-... quorũ laboribꝰ Homerus & Maro non minus abfuerunt, q̃ hodie ...tatrices mulieres à ſtrenuitate virorum theatricè concertantiũ; lice-...gitur mihi ſtudiorũ veſtrorũ curſus conſpicere, licebit virtutes mira-...cebit prædicare. Non parùm en. virtutem acuit, excutit & hortatur ...cium ſpectatoris. Licebit igitur hoc pacto ignavo mihi ſtrenuos ad-...ari. Sic, quia ſpontaneus meo promiſſo congaudens, veſtræ ſiti, veſtrę ...iei beatæ, veſtræ ſtrenuæ militiæ cõgaudens ipſa mea conſideratione ...o me nonnihil adfici, ut dici ſolet, pruna veſtra meũ carbonẽ incen-... Meis itaq; neceſſitatibus potius, q̃ veſtræ importunitati morẽ geram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

tepens, & infeſtum torporem ſaltem diſpiciam, & intendam ſcalæ.

Quæſtio.

Quid cogito?

Reſponſio.

SAtis id novi: quia meam interrogationem cogito, quærens à meip quid cogitem. Sed ante quæſtionis hujus impetum quid cogitaba niſi mentis, aut magis affectionis meæ faſtidium graviter animo verſar quòd nihil me cogitantem oblectaret, & hinc indignatus mihi quæſi *quid eſt quod cogito?*

Diſcuſſio.

FAſtidium cogitantis quandoque longo quodam tractu meditationu fit, ſive bonarum, ſive malarum. Et hoc faſtidium naturale eſt, qua diu ſumus in carne iſta, propter adnexam organicæ meditationis infirm tatem. Quandoque propter diverſam affectionem cogitantis à cogita quia ſcilicet cogitans de unoquolibet non adficitur, quando alteri val adficitur: uti videmus avaro moleſtam eſſe fabulam de cœnatione proli quia ſemper volet lucris & calculo intentus verſare. Meum itaque faſti um mihi ex diuturna meditatione, ut propter moram gravatus faſtidire Itaque propter diverſam adfectionem ſuſceptam cogitatio non placu Sunt a. adverſæ & diverſę adfectiones oblectatio & faſtidium, diſplicen & complacentia. Placent quandoque, quę placere debent, & quandoq quę diſplicere debent. Sic aliquando diſplicent, quę diſplicere debent; liquando autem diſplicent quę placere debent.

Excuſſio.

VBi a. debito diverſim aut adverſim adficiatur anim⁹ cogitantis, ut placeat cũ diſplicere debeat, vel diſpliceat cũ debeat placere; indig & inofficioſum ſervo Dei, horrendum, velut peſtem corrumpentem, ta perferre cogitatus: pręſertim in ea parte, qua homo ad imaginem Dei ctus filius Dei fieri poteſt. Non faſtidio, ignavia, vel otio hęc adop conquiritur vel invenitur. Invenitur autem quęrẽdo. Quærenti promi quia inveniet. Et ubi invenit, niſi intra ſemetipſũ? *Regnũ adoptionis filiorũ*

Luc. 17. *intra nos eſt.* Ergo quęrendum eſt, & quærendo invenimus. Neq; ab re ſa
verſ. 21. entia Patris, quando petere, pulſare, quęrere monuit, à quęrendo incip præcepit. Neque dubitet ſollicitus quęſitor: pollicito fraudari non pote modò ſedulus quærat. Sed quid indignius, quàm ut ego meipſum neg gam, & non quæram, nec pulſem, & ſomnolentia preſſus patiar in ſervi tem, non in ſervitutem, ſed in captivitatem, non in captivitatem, ſed perditionem & mortem redigi, cùm poſſim in vitam, & vitam æterna vendicare meipſum, & libertatem, & regnum? Ad latus hęc juxta m

poſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſunt,ut ad quod velim poſſim extendere manum. Verè niſi demens ſus demens fuero, non perferam pulveres iſtos fluitantium cogita- . Surgam, & excutiar depulvere iſto, ſciens, quia pulveres in lu- tum in lateres Ægyptię tandem ſubjugabit ſervitutis, & indura- go plaſma Dei mei, ſum factus ad imaginem Dei,qua cùm ſimilis eo meo, filius Dei & heres paterni regni fiam. Neque enim igna- neglecto cogitatu memetipſum excutiam, intra me quęrens regnũ. am iſta quęrenda ſunt & invenienda,ubi tantorum bonorum radix a dinoſcitur: imago ſcilicet, & ſimilitudo Dei, cujus germen & ſe- colatur, homines ſimiles Deo faciet. Homines igitur penes id quo es ſunt, mente interna & voluntate per hoc proximè Deo accedi- eque ullo alio poſſumus Deo ſimiles fieri, quare neque adoptari in eque hereditatem, neque regnum alia via capeſſere. Ecce, cogita- x & germen diſſimilitudinis, & per hoc alienationis, & amaritu- abjectionis. A dextris autem adſimilationis, adoptionis, & he- i regni. Ad quodvis extende manum.

Electio.

d uberiore fructu meditandum ſuſcipere poſſum,quàm vel Deum ſe, vel in ſua imagine prima DOMINO Ieſu, vel me ad exemplar in nonſtratum conſiderare reparandum? DOMINUS itaque Ieſus & i- ei nobis eſt, & exemplar nobis ad DEUM. Gemina igitur colu- edientibus ex Ægypto;noctu columna ignis, in die columna nu- ua Solem ipſum cognoſcamus, donec mundentur per ipſum o- o ſolem perferre poſſint. Sed quoniam nocte Hebręi egreſſi, vide- mnę ignis ducatum fore priorem, quo tanquam exemplar ſequa- od cùm perfectè ſequuti fuerimus,nox diſcedet, ac dies adpropin- n columna lucidæ ac protegentis diei. quam ubi ad ultimum per- oculi noſtri, recto quodam ordine Solem ipſum exſpectant. Hęc cida petra illa juxta DEUM promiſſa Moyſi, media inter beatificam n & noctis caliginem. Poſſumus tamen interim de DEO cogitare, n de vita prima, & per hoc potiſſima. Si enim non ſit vita dicen- niſi cum digna cognitione; neque digna cognitio, niſi ſapien- gnitio, neceſſe primam vitam ſapientialem notionem eſſe: Et hoc l Gręcè νόος πρῶτος. Et iſta, quia prima, ideò & potiſſima o- , omnibus notionem pręſtans, & fontaliter manans. Magis igi- tiùs noſcens omnibus; quia per ſe noſcens; & ergo verè vitam emetipſo habens. Quomodo enim viſum daret, niſi videns non ę videt oculus,verùm viſionem & oculum, & omnes internas o- oſitiones, quas oculus videre non poteſt? Hac etiam lege menta-

les omnes meas notiones videt. Semper igitur, cum aliquid cogito, c
gitationes meas cognoſcentem, videntem non ſine fructu cogitabo;
perq; Dominũ Ieſum, imaginem perfectam Dei, ſimiliter cognoſce
cogitabo. Semper item, cogitatus meus quantum diſtet ab exempl
cogitandum. Iſti cogitatus non ſunt infructuoſi, ſed fructum habent
etatis, quòd ſaltem vacuum, vagum, vanum cogitatum excludunt, &
lubribus cogitatibus mentem exercitant. Non eſt a. putandum, qu
νόος πρῶτος, hoc eſt, notio prima ſterilis in ſe ſit. Eſſet a. ſterilis, ubi
& omnia noſſet, ſeſe notam ſuper omnia non glorificaret. Qui en. p
ora non dijudicat, non ea potiora cognoſcit. Eſt igitur & λόγος πρῶτ
gloria ſeu judicium, quam Pater de ſe agnito gignit. Et hæc λόγ
πρῶτος, aut gloria prima vitam in ſemetipſa habet, ſicut notio pri
Pater. Neq; ſuſpicandum, notionem hanc primam, & gloriam hanc
mam ab æterno fuiſſe otioſam. Fuiſſet autem ſi ſe agnitum talem & a
matum non ab æterno amaſſet. Amavit igitur & generavit æternu
num & vivum amorem, vitam in ſemetipſo habentem. Quæ tria &
gula vita ſunt in ſeſe manens; & unica vita ſunt noſcens ſeſe & om
& glorificans ſeſe, & omnia externa dijudicans, & ſeſe amans, & om
propter ſe volens. Nos autem ejus imago ſumus, quantò illum cog
ſcimus, glorificamus, & propter ſeipſum tantùm amamus. Quid ig
ceſſo? quid hæſito? quid meipſum fraudo jure meo? Cur non eligo
tiora quærere, non ſolùm quid ſit quod cogito? Licet & id quærere
parvum fructum habeat obſervati cordis, propter quem Sapiens pr
Prov. 4. pit *cum cuſtodia ſervare cor: quoniam ex cuſtodia ſervati cordis vita proc*
verſ. 23. An vita parvus fructus? Facile enim fluxos & irrationales cogitatu
cludet quiſque diligens & vigilans oſtiarius, qui crebrò à ſe exigit &
rit, *quid eſt quod cogito?* Mox enim hoc ſevero diligentis oſtiarii inſo
te tonitruo, tota ſtultarum cogitationum cohors evaneſcit. An pa
proventus, hoc uno tàm facili, ac ad manum ſemper prono ſarcul
ctam illam zizaniam eradicare, & mentis agrum in propriam vind
dignitatem? Non tamen puto ſatis eſſe, ſi malas cogitationes efficac
ſarculo exſtirpavero, niſi nudatam aream bona ſemente conſevero
oquin dimidia jaceret otioſa. Otioſum enim quod fructu torpet.
Pſal. 34. enim præcepit à malo declinare, ſimul adjecit bonum facere. Altiu
verſ. 14. tur quærendum, non ſolùm quid cogitandum, ſed quid magis ac p
cogitandum: ut in bonis cogitandis, magis melioribus verſandis n
adſuefaciamus. Poſtquam igitur in bonis cogitandis aliud alio fr
oſius cogitatur, id mihi potiſſimè ſedula comemoratione verſandũ
pia commemoratione uberior mihi fructus pullulabit. Stultum n. v
cùm poſſis eodem labore & ſudore triticum in horrea metere, neg
frum

...nto infelix lolium & ſteriles avenas colere. Delect⁹ in hac re con-
...s médicis, refectos ab extenuatis, filios à ſervis diſterminat. Adhuc
... imunda animalia cenſetur, qui non pretioſum à vili novit ſepara-
...modo n. eſuriet meliora, qui nondũ dijudicat potiora? quomodo
...dabit, qui nondum novit? Nemo en. bonus judex ignotæ rei Et
...odo cognoſcet quod nondũ cogitavit? Qui igitur dijudicare, ſepa-
...n novit, quomodo magis pretioſũ eliget, q̃ vilia? Vilis ego, ſi vilia
...q; pretioſa æqua cenſeantur. Quid igitur illud pretioſũ, ꝙ vitam
...rvato corde procedentem volenti potiſſimè meditandum? Quid,
...niſi panis, qui confortat cor hoĩs, & adeò confortat, quòd nõ mo-
...n æternum? Dignũ ſanè meditationẽ hanc eligere infirmo mihi,
...r meũ vivificet, confortet, confirmet, non ſolũ ut non moriar in ę-
...,quin etiam ut non com̃ovear in æternum. Oportet namq; ſedulò
...ti, quò meditationi ſplendor intelligentiæ oriatur. Scio, quia me-
...nib. ubi bene inſtituũtur, vita promiſſa eſt, & vita ęterna. Quomo-
... meditationes meas, ut hanc vitã conſequar, inſtituam? Quis felicis
...itus dux ac doctor erit, niſi ille, qui via, veritas & vita eſt? qui vitã
... verũ illũ panẽ de cœlo datũ, promiſit mãducãtib⁹? Et quomodo
...ãtib. niſi com̃emorando meditantib. ut ipſe præcepit; *Accipite mã-* Luc. 22.
... *hoc facite in meam commemorationem?* Sicut n. panis eſt, non tàm ex- verſ. 19.
...quam interiori homini; ſic non tàm faucibus quã ſpiritu cõme-
...dus manducatur. Corporalis palati adſumtio ſine pia comme-
...one non ſolùm inutilis, quin & abominabilis eſt ad judicium: pia
...mmemoratio ſemper efficax ad refectionẽ. Ab hujus menſæ di-
... & ubertate non ſexus, non ætas, non locus, non tempus, non pro-
...on conditio ſecludit. Argumento ſunt Paulus, Antonius, Macari-
...ria AEgyptiaca, Pelagia cum univerſa illa beata legione anacho-
...,qui ſacri panis hujus refectione meditando tàm grandes & for-
...everunt, ut nos illorum collatione pygmæi & homunciones æſti-
... & inveniamur. Et quid, quæſo, manducando tàm grandes exſti-
...niſi quia ſedulò meditando & com̃emorando, quòd Domin⁹ Ie-
...us pro eis, exẽplum eis relinquens, ut ejus veſtigia ſequerentur?
...os meditatio pavit: &, ſi rectè conſidero, hæc mihi meditatio quo-
...s panis erit. Bona pars, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Sed o-
...Deus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, viſus, amplexus, perfrui-
...rum ad optimam partem, niſi per mediam, non dabitur acceſſus.

Attentio.

...non perfunctioriè vel momentaneè conſideratio hæc facienda,
...a facilis hæc meditatio, & quã fœcunda, etiam prophanis in reb.
...tio. Hæc attende, ô anima mea, & recole. Non tamen verbalis
hæc

hęc aut vocalis meditatio recolenda. Quid enim ſi vocabula mediter La-
tina vel Germana, & ex iis tenuiter, tanquàm occaſionaliter, etiam pan
illius recorder, qui dat mundo vitam? Tenuis & perfunctoria commem
ratio plerumque ſterilis eſt & inefficax: unde otioſa. Quare attendere opo
tet cogitationibus, excludatur ab eis quidquid inefficaces, inofficioſos
ficit. Momentaneus cogitatus de re bona momentaneum fructum hab
ſaltem illum, ut interim vanas excludat. Habet etiam, ut poſt abeu
tem facilius in eum redeat, & ex hac facilitate tandem etiam delectabilis
at, ut crebrò placeat in ipſum reverti. Attenta enim omnibus in rebus m
ditabilibus ubi frequentantur, qualibet in re intelligentiam & peritiam a
ferunt. Argumento navalis peritia, qua ſine oriens occidenti, occidens
rienti ſterilis. Argumento item ars fabrilis, qua ſine omnis omnium h
minum convictus merè exſilium & calamitoſa ęrumna eſſet. Argumen
demum ſcholaſtica puerorum inſtitutio, quæ niſi à cogitatu exordium
xeret, nunquã in eum doctrinæ literarumq́; ſplendorrẽ ingenia polirent
quo ſolo ſublato ſecula ſeculis otioſa marcerẽt. Tolle literas, & quis m
hi fructus, non dico ex philoſophis, & regnorũ cultorib⁹, principib. p
tentibus verũ id magis attendere libet literæ ſolæ ſi non eſſent, quis m
fructus ex fœcundo illo Auguſtino? quantolibet ingenio, quantolib
flumine manaſſet in diebus ſuis, poſtero tamen ſeculo marcid⁹ & obſc
rus jaceret. Immò, ex Paulo, ex Evangelio quis mihi fructus, ubi liter
exercitium penitùs reſecueris? Vniverſa igitur hæc puerilib. meditatio
initiis, paulatim talia tanta incrementa ſumſerunt, ut horrori & adm
rationi fiant attendenti. Hoc ſi ferè omnibus in rebus, quid non partu
et in ſacro hoc noſtro propoſito? Qui meditationes & conſideration
ferrariæ aut nauticæ rei ſic locupletavit, ſui commemorationem, qua
teſtamento præcepit, ſterilem relinquet?

Conſideratio.

QVòd ſi tanta fabriliter, navaliter, literaliter meditantibus, & ſæpè
vanum finem cogitantibus, proveniunt, quid non oculos aperio,
conſiderem huic meditationi, quam delegi, quantus fructus provenie
Proveniet profectò, tantaq́; certitudine proveniet, quantò fidelior h
donata promiſſio vitæ, & vitæ æternæ. Sed ut hanc vitam conſequ
quomodo meditationes meas inſtituam? Quis mihi felicis hujus adi
doctor, quis dux erit? Et quis, niſi ille, qui ſeſe pollicit⁹ viam, veritatẽ
vitã? Via ducet, veritas docebit, vita ſinu ſuo colliget. Hanc ſi veritas p
miſit, ad hanc recta via perducet. Et quomodo ducet, niſi manducan
panẽ confortantẽ cor hominis? Et quomodo manducand⁹, niſi ſicut i
Luc. 22. vers. 19. ait; *Accipite & manducate: hoc facite in meam commemorationem?* Cõm
moratio igitur ſola exigitur, quę ſi fideliter fiat, reliqua omnia ſpontan
er-

Nemo enim tàm voluntatis animalis & debilis, ut non ei com-
ratio facilis, aut ſaltem tolerabilis fiat, earum præſertim rerum,
ndi proventu factę ſunt, & pro illo, cui commemorando pręcipi-
Chriſtus itaque paſſus quando commemoratur, facilè conſidera-
is ille Chriſtus? nimirum *Jeſus Nazarenus Rex Judæorum.* Verè
s totus unctus, totus ſuavis, adeò mei amans, ut meas amaritudi-
o calice, imò duro & amaro calice potandas ipſe pro me biberit. Hęc
editari, hæc conſiderare, dixi ſapientiam. Hęc mihi ſapientia in
. Hæc gloria mea, & corona capitis mei. Scio, quòd hęc conſi-
ſi crebra fuerit, non ſolùm intelligentiam adferet; (hoc enim com-
mni meditationi.) ſed & fortitudinem: & in hac re potiſſimum;
editatio paſſionis Dominicę confortantis panis convivium eſt, et-
mox epulum ſit meditanti. Quomodo enim parvulo mihi, & ad-
mali Chriſtus paſſus pro me, mihi relinquens exemplum, dulcis eſ-
t, qui nondum carnem meam crucifigere poſſum cum concupi-
Sed hęc parvulo in ęternum mihi & animali non pręcipiuntur.
m n. crevi in eam menſuram virilis roboris, ut amem roboratus u-
forti illa amatrice Magdalena dulcem illum amatorem, non ſuam,
n crucem ferentem ſuis humeris, ſequar. Sed pollicitationem ejus
rmam de creſcendo in virile robur, & amorem omnia contemnen-
umpentem obſtacula; ſolùm ſi crebrò manducavero de pane illo.
ilitati, nulla infirmitati meę deinceps excuſatio.

Tractatio pro & contra.

ces fortaſſis, anima mea, durum eſſe ſermonem, propter arduum
m incluſum in commemoratione. Licet enim commemoratio
acilis ſit; quia paſſus pro nobis: non parùm tamen finalis acerbita-
at verbum quod adnectitur, vobis relinquẽs exemplum. Quis n.
atur durum ſermonem eſſe, quo talis amator exemplum propo-
tur? Quis non retrorſum abeat magis, quàm ut aſpera illa veſtigia
Primùm quidem, quòd pro me paſſus eſt, quòd ſic Deus me dile-
, ſic amavit, ut Filium ſuum unigenitum traderet, ut Verbũ pri-
rnam in ſemetipſo vitam habens, ęterno beato Patri beatus Filius,
ogenita omnis creaturę fieret, noviſſima virorum omnium, ſor-
tus meis veſtibus, meo maledicto, meis tentationibus, meo pec-
ad altare ſacerdotii ſui ſtans, meũ Sathan coerceret, auditu mihi
emoratu dulcia ſunt, & libenter in eis meditandis commorarer,
etus duri exempli relicti ad imitandum deterreret. Exemplum
& imitari oportet. Exemplum enim niſi imitanti, exemplum
uia ſine imitatione exemplum fruſtrà propoſitum eſt. Coarctor
viter, volens meditari agnum non crudum, non aqua coctum,

ſed

ſed paſſum, ſed aſſum tantùm igne nimiæ ſuæ dilectionis, in nullo ſi
parcentem propt. me: & nonnihil me trahat hæc ſua tanta dilectio;ſ
vehementer terret, quòd hic agn⁹ exemplum propoſit⁹ eſt ut niſi acer
illius veſtigia ſequar, omnis commemoratio mendax & irreligioſa inv
niatur. Non enim agnus peccata mundi tollit, niſi cùm agninos ad
crucis onera & veſtigia moribus & armis agnorum indefeſſos.

Explanatio.

DEum igitur in agno, velut Solem in ſpeculo videre eſt; ubi licet S
ſimillimũ videam⁹, non tamẽ ipſum Solem videmus. Verùm qu
quid optabile in ſpeculari imagine, magis in ipſo Sole comperim
Verè igitur Deus agnus patiens, non aqua coctus, phaſe filiis Iſrael,
AEgypti dira & ferrea ſervitute redimendis deſignabatur; ſed igne a
tantum, ut quò durius agni patientia probata & exercitata proponit
eò magis agnus Deo repræſentando dignus comprobetur. Et quoni
ad eam repræſentationem exemplar digniſſimum eſt in altiſſimo m
te monſtratum, liquet, nullius contemplatoris, quantumlibet lync
oculos habentis, hujus aſſi agni vel ignem ardentem, vel manſuetud
perferentem, aciem adæquatè pertingere, quantò Deus agnus me
quantò Deus miniſter, quantò amator.

Dijudicatio.

TAlem igitur amatorem, qui non tàm ſit amans, quàm totus am
ſi non dijudico paſſum pro me, non habebo vitam in me. Fru
itaque pro me paſſus eſt Chriſtus. Scio namq; ſi commemoro, ſi cre
conſidero & dijudico, non mediocri ejus dono oppletũ iri. Neq; tergi
ſandum mihi. Nemo n. tàm animalis, tàm debilis, niſi affectatè im
cui non, cùm volet, dijudicatio facilis, aut ſaltẽ tolerabilis fiat, earũ
ſertim rerũ, quæ grandi diſcrimine, mortis vz. & vitæ, & æternæ mo
æternæ vitæ diſcrimine, quatenus geſtæ, commemorandæ præcip
tur. An meditatu difficile, an meditatu durum, quòd Ieſus Nazar
Rex Iudæorũ, verè ſuavis, verè unic⁹ Rex, verè unctus ſacerdos, &
unct⁹, niſi amore?) paſſus ſit pro nobis? An hìc grave quidquã comr
ratu? Verè juſta mea damnatio, juſta ſententia mortis, ut vitã in me
habeam, ſi avertam, ſi hoc ſalutari calice abjecto, hoc pretioſo ſang
teſtamenti conculcato, vilibus & vanis meditãdis detinear; Verè va
ex vanitate vanitatis fructum, armatam egeſtatem æternam, in h
pro meſſe reportaturi, qui tanto torpore pigent, ut ne prono & ad
num præſto pane qui ſola meditatione pia paſcat & confortet, ne n
tationis & commemorationis manu ad os porrigere poſſint. Du
matæ egeſtatis vincula pigrum hunc vinctum tenebroſo in carcere
ridis catenis dementiæ preſſum & oneratum, alienant à vita. Te

, & verè miſerorum digna & juſta calamitas, urat, urgeat fu-
rcerem, catenas, miſeriam, perditionem æternam, & mortem
m, quam non parùm hac facili, hac dulci commemoratione
s. Sed non ſolum effugias mortem, ſed vitam invenies & voti-
liberam, præclaram, felicem, demùm beatam vitam invenies, ſi
dulcia hæc piè commemores, Chriſtum amore tui unctum ſa-
em, amore tui unctum regem, amore tui paſſum pro te, ne tu
m patereris, ſi frequenter commemores. Frequenter itaque ad
as epulas revertar, agnum Dei, ſacerdotem Dei, Deum ipſum
a mea tollentem in ſe, pro me peccatum meum, pro me male-
meum factum, & me ſuo ſanguine tàm fido interventu expi-
, reviſam; & ſi nondum ſequar crucem portans cum portante,
am ſaltem & videbo portantem. Suaviſſima trahet agni tàm fi-
n integra, immò tàm ardens charitas. Quòd ſi à tergo calamitas
ante faciem charitas invitans trahit, quid obſtabit, quin crebra
recogitem agnum amatorem amore ſuo meas amaritudines e-
m, miſerias meas, calamitates meas, languores meos portan-
u manſuetiſſime, innocentiſſime, ſanctiſſime agne Dei, mortem
erferens, tuam vitam exſpirans mihi ſpem veræ vitæ inſpiraſti.
rcina quam portas, meum debitum, ô fidelis fidejuſſor, quod
s, mea vulnera quibus configeris, mea ſunt opprobria, quia ju-
i repoſita, quibus tu ſaturaris. Quaſi agnus ad victimam age-
ro me victimaris, quaſi ovis coràm tondente obmuteſcis. De
nis hæc pompa, ſed in te, dulcis Ieſu, celebratur. Vere ce-
: magnæ feſtivitatis paſchæ dies, qua verus agnus, ac talis a-
liter offertur verè tranſitus magnus Domini taliter tranſeuntis
, pro me, coràm me, & propter me. Verè in alto & arduo
s mea, quæ niſi tàm arduo tranſitu, niſi tàm potente rede-
atari & patrari non poterat. Verè ſublime ſuſpicar oportet re-
& in altiſſimo monte exaltatum, pro quo fratribus hereditan-
ntiſſimus ille æſtimator & conquiſitor tanta ſudavit & pertulit.
n regnum cœlorum, niſi violenta manu, niſi Domino ipſo tranſ-
AEgypto, & omnia AEgyptiorum primogenita percutiente &
ente, ſpoliandum ac rapiendum. Hic agnus, hujus agni ſanguis
e ſparſus, utriq; poſti & ſuperliminari adſperſus, meditantem
cruce ſignat & ſanctificat, ne cum proſtratis AEgyptiis mortuus
ne cum pereuntibus pericliter, quanquã tepid⁹ adhuc, ignav⁹ &
s trepidè Imò, trepidatio hæc profeſſio q̃dã ſanguinis agni eſt,
ptiis Iſraelẽ ſecernens: propterea Hebræi phaſe manducarunt &
ſtes munierunt, quia parem AEgyptiis perditionem perferre ti-

muerunt.

muerunt. Hæc interim egredientis ex AEgypto Iſraelis arma ſunt: h
fortitudo, non iis meis parvulis adhuc primordiis ardua virilis pug
exigitur. Exire proſtrati, percuſſi compellunt AEgyptii, & ſi bellu
inferant, non meum bellum erit, niſi quia Dominus pro me pugn
bit: ſolum interim ſtem, & videam, quomodo agnus hic ſalutari ſ
ſigno domum ſalvans pro me pugnat, quomodo hic agnus in die co
mna nubis intolerabilem infirmo mihi ſplendorem Deitatis & ardor
juſtitiæ temperans, & noctu columna ignis horrorem & algorem frig
tis noctis moderans, fomitem ſeſe & lucem ac ducē ingerat, & vallum
propugnaculum oppugnantibus. Hæc mihi de meo agno de meo pha
de mea liberatione, niſi priſca, dura, miſera ſervitus placeat, crebrò m
meditanda O verè bonum epulari de hoc agno in azymis ſinceritati
veritatis, quibus à ſordibus immortalitatis in divinitatis ſinceri
tem tranſitur. Verè magnus dies paſchę, magno Domini tra
itu conſecratus, felici tranſitu noſtro quandoque juſtificandus, ſi
men fideliter illi adhæreamus. Verùm quis fideliter adhæret? Num e
qui præter hunc aridum operum ejus cogitatum, præter tepidum l
deſiderium, vix exercitor, vix oſcito, vix anhelo: tantus eſt mentis m
torpor. timeo, ne tepidum, torpentem evomat ex ore ſuo Sed con
latur infirmum interim & parvulum, ſi cum pluribus parvulis & in
mis gregis ejus paſtoris merear adnumerari, Scio, ſi commemoro
crebrò meditor, non ſine ſalutari dono ejus poſſe meditari. ſaltem iſta
ſublimi illa majeſtate, de dignantiſſima ejus humilitate, de flagranti
ma ejus charitate cogitans, velim, nolim, ſordes ingratitudinis, for
cationis, torporis, debitorum, paupertatis, de ſolvendo egeſtatis vid
Et cùm video, ſaltem ingemiſco, terreor, concutior, contremiſco, h
reo vanitatem, tepiditatem hanc meam. timeo juſtum judicium im
ratæ frigiditatis meæ. Et cùm hæc timeo, confugio ad ſupplicand
& orandum, ſciens, quòd oculus videns paupertatem ſuam hanc ha
impoſitam gratiam, quòd in gaudio ejus non miſcebitur alienus.
quomodo clariùs meam paupertatem videre potero, quàm univerſa
bita mea, neceſſariò ſolvenda, tanto creditori recenſens liquidiſſimè,
non ſolvam, vel non ſolvere velim vel etiam non ſolvendo ſim, per
ctans univerſam paupertatem. Invenio igitur illius amoris plenitu
nem, ac divitias effuſi amoris recoîens, faciliùs meæ paupertatis m
ram ſupellectilem deteſtor, ſperans hac via vel aliquando in prom
illud gaudium, cui non miſceatur extraneus, pervenire Non enim
ſcitando, dormiendo, ſtertendo divitiæ theſauri, pretioſa illa marg
ta, conquiritur. Qui ſibi dives abundans ructat, vomit, nauſeat, ina
dimiſſus domi manet, nihil quærit, quia veras divitias ignorat. Nec
poſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quis divitias quęrere,niſi qui paupertatem fugit;neq; fugere,niſi qui
neq; odire,niſi qui vilem ęſtimat; neq; deſpicere,niſi qui cognoſcit.Et
odo cognoſcam, niſi crebrò commemorando divitias effuſi amoris
e in ſacrificio victimãtis & victimati? Confido,ſi crebrò faciam, ſua-
us ille odor incenſi illius hebetudinem & ſtuporem cordis mei pe-
it & pervincet,vivificabit ſenſus meos,& cõfortabit,& animabit, &
mabit ad eas divitias quærendas. Magnum n. verarum divitiarum
arium, propriam noſſe interioris hominis paupertatem, Neq; uſquã
s innoteſcit homini,quàm crebrò cum Magdalena proſtrato ad pedes
crucifixi,ſciẽti,quoniam pro ſe crucifixus eſt. Hic,niſi lapideo corde
x,velit nolit,judicat amandum eum,qui ſic amavit: & ſi ſeſe amantẽ
t, jam jam theſaurum invenit. Beatus ille,quicunq; eſt. Ego, licet a-
o ſperẽ redamare,interim id cõſolationis habeo, quòd licet infirma,
ea ſum voluntate & exſpectatione, qua per meditationes,ruminati-
lijudicationes deſiderẽ ad amorẽ pervenire.Nõ n. nato ſalvatore ſolis
tis allata pax per angelos pacis,verũ oĩb. hominib. bonę voluntatis.

Cauſatio.

Ec id ab re fecit,ut hac via nos redimeret. graviſſimo Patris præcepto
urebatur; ſua illum charitas impulit, noſtra miſeria urgebat. bapti-
. habuit baptiſari,& quomodo coarctabatur,donec illum conſum- *Luc. 12. verſ. 50.*
!quia mandatum dedit illi Pater, ut calicem prorſus exinaniti amo-
epotaret uſq; ad ultimum juſti exemplaris conſummatæ juſtitiæ: ut,
regno juſtitiæ civitatis Hieruſalem nullæ reliquiæ de venenato vino
fornicationis,immò proſtitutionis meretricis Babylonis vel modicè
ant. Bibit igitur calicem exinaniens omnem amorem ſui,& id nobis
lo ſancto proponens,ut ſciamus,quomodo ad rigidam normam,&
m unguem legib. Patris oportet conſummari,donec nihil ſit in no-
ppt. nos;& ut hoc diſceremus,ex eo,tanq̃ omnis juſtitię magiſtro,cui
um dedit Pater,ut ſic traderetur, & ipſe ſeipſũ traderet poteſtati tene-
m,agnus manſuetiſſimus ad oẽm libidinem ferociſſimi leonis, & a-
o odio flagrantiſſimi draconis, imò, leviathan ceti grandis, agnum
ſempiterno livore anhelantis,velut in eſcam rabidæ ſuæ crudelitatis.
pit ergo Pater exploratè. imò quàm ingenuerat agno manſuetudini
m hoc grande, ut quantamlibet grandẽ venenati draconis malitiã,
& incomparabiliter major agni manſuetudo exciperet,perferret,ex-
ret,& ſuperaret,doceretq; quàm verè dictum ſit,*ſapientiam vincere ma-*
. Summa autem ſapientia,mandatum audire paternũ & obedire.Ipſe *Sapiẽt.7. verſ.30.*
ẽ in hac traditione,flagellatione & crucifixione obediens factus Deo
uſq; ad mortem,mortem aũt crucis.Neque minùs illum ſua propria
as impulit,quàm Patris pręceptum:quippe qui propria Patris imago

eſt, &. ſplendor gloriæ ejus. Non eſt putandum, Patrem auctoritate mà-
gis, quàm charitate, tàm dira, tàm dura Filio præcepiſſe: quippe qui ſic di
lexit mundum, ut ad hoc unigenitum Filium ſuum traderet. Quid quæ
ſo, minus fecit, quàm ſi ſemetipſum tradidiſſet, quando illum tradidit
quem dilexit ut ſeipſum? Quòd autem dico ſua charitate impulſum, n
ſolùm de charitate illa Verbi, qua Verbum ab æterno dilexit mundun
ſicut Pater, ſed etiam de illa ex tempore creata, & per Spiritum Sanct
diffuſa in corde illius ſanctæ carnis à Deo adſumtæ, & primogenitæ o
mnis creaturæ. Illa charitas, velut pelagus dilectionis exæſtuans & fla
grans, corde Filij hominis, gloriã ſupra omnem creaturam, & ſemper &
præ omni creatura ſitiens, nihil niſi voluntatem Patris, gloriam Patris æ
ſtuans, cùm ſit in primis legibus juſtitiæ & charitatis ut creatura totum
quod habet & poteſt ſacrificet in holocauſtum & incenſum Deo ſuo, n
mirũ charitate ſeſe totũ Deo incenſum obtulit, neq; ſine fragrantia ſua
viſſimi odoris. Quid n. ſuavi⁹, q̃ ut ſum̃us ſacerdos juſtitiã ſummam in
duerct? quid ſuavius, quã videre ſum̃um ſacerdoté pro ſua dignitate ve
ſtitum? Quid ſuavius, quã agnũ videre truculẽtiſſimi draconis victoré, i
iis oĩb. charitate præſtanti? Huc accedit, quòd univerſa hæc magnitud
rerũ non inſolens, otioſa vel vacua fuit. miſera, valdé corrupta, venen
peſtilẽtiſſimi draconis illius proſtrata paſſim jacebat humanitas univer
ſa: oẽs declinaverunt in amoré ſui, ſimul non ſolũ inutiles facti, ſed pe
ſtilẽtes, ſed odibiles, ſed execrabiles facti, cùm & poſt regẽ Babylonis d
dicerint amare ſeipſos, & amando ſeipſos ignorando Deũ, contemnẽd
Deum, inimici Dei facti ſunt, odiendo Deũ, donec & ſeipſos odirent i
morté, & mortem æternã. Sanè juſtã habet amor ſui repoſitã ſibi miſeri
ut ſi pergat amare ſe, velit nolit, poſtremò ſeipſũ odiat. Hanc miſeriam
Domin⁹ Ieſ⁹ miſeratus, quò venenũ calicis fornicationis, adulterationi
& proſtitutionis meretricis Babylonis fideli pharmaco de cordib. noſtr
aboleret, non lege, non mandato pręcepit, ſed exemplo præceſſit, & bib
calicem qué dedit ei Pater, quo in ſanguine teſtamẽti ſui redemtos, ha
ſtu liberatos, adſperſione ſanctificatos & reconciliatos educeret vinct
de lacu miſeriæ, in quo non eſt aqua, ſed lutũ, horror ſempitern⁹, & m
ſeria. Hic præter ſpetioſam in ſe agni victoriam, præter ſanctum cõſum
matæ juſtitiæ incenſum, ſublimis tantorum laborum fructus dulciſſ
mus, ut educti de lacu miſeriæ & perditionis per ſanguinem & morter
agni Deo regnanti in æternum conregnemus.

Confeſſio.

O quàm hæc mihi ſapere, ô quàm ſuaviter medullis meis hærere de
beant. Sed eſt priſca ſervitus priſcæ ſervitutis, cõſuetudo pravæ cõ
ſuetudinis, jugum & calloſa cervix adſueta jugo, docta diligere trituram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

...rum, ut monimenta porrorum, cœparũ, melonum, ollarum carniũ, ...re & nauſeare faciant cœleſtem hunc cibũ. An non eremus & ſoli... mihi factus eſt agnus, agnus pro me aſſus igne? quàm commemo... ejus inſipida mihi, ſterilis, inefficax & inofficioſa, quando frequens ...memoratio gravis & oneroſa? Nonne quando ſuper pane angelorũ ...ando magis gravor quàm confirmor, lapis mihi magis eſt quã pa... non mihi guſtus ejus ſimila in melle utiliter ſimul & ſuaviter con... ...ns Non eſt mihi palatũ guſtans & videns, quia ſuavis eſt Domin⁹. ...us vitio, niſi meo? Vere n. ſuavis eſt Dominus, verè & agnus, verè ... dominator, lavator pedum; quia verè ſuavis Deus amator. Quid ...m adigeret, quæ neceſſitas urgeret Dominũ, ac tantum Dominũ, ... fieri aſſum igne, niſi propria & medullitus ingenita ſuavitas? Quis ...natorem procumbere, pedes abluere? Quis excelſum ad hæc humi... ...trahere, niſi profunda & excelſa ſuavitas? tantò ſuavis, quantò ex... ...Dominus. Quæ ſi mihi ſuavitas non ſit, corrupto meo palato inſi... ...non ſapido pani huic tribuendum. Febriens mellita quando ama... ...cat, ſuum, non mellis vitium eſt. Hic primùm ſentio, quàm ſim a... ...à recto, quàm peregrinus à domo, quàm excluſus à menſa filiorũ. ...s me alienat, elongat, excludit, niſi ego; quando ſiliquæ porcorum, ...n illa ſervitus paſcendi porcos, porcinũ faciens, in porcum conver... ...illuc trahit? An non in porcũ convertit, quando porcorũ ſiliquas ...p quã cœleſte hoc manna, quã ſimilam hanc mellitam eſurio? Verè ...retrudi in AEgyptum; verè dign⁹, non qui porros & allia mandu... ...picẽ, ſulphur, ſpiritum procellarum hauriam, & hanc partẽ calicis ...lanè confiteri oportet, peccatum aliud ſubvertere, quando tantam ... inſtabilitatẽ cordis mei, ſtuporẽ, duritiẽ cordis, qui eſt amor mei, in ...imperio. Inſtabilitas ipſa peccatum eſt. Sed hoc peccatum alio pri... ...peccato parturitur. Dicit n. Propheta, *peccatũ peccavit Hieruſalẽ, pro... ...inſtabilis facta eſt.* Quid illud peccatũ, niſi antecedens, quod plango, *Lam. 1. verſ. 8.* ...ptio interioris peccati mei, qua ſicut vir febricitans interior homo ...magis porros & allia ſomniat, quàm cœleſtis epuli ſimilam cum ...? Verè mel cum ſimila: ſed mihi porri AEgyptiorum illecebras ...nt. Unde hæc mea febris & infirmitas, niſi quia obliviſcor comede... ...rem meum illum confortantem cor hominis?

Auctio.

...od ſi hæc pars. de toto igitur calice quid confitendum? niſi proſſ... ...m amaritudinis plenitudinem. Hanc pariet radix amaritudinis, ...& allium AEgyptiorum, licet interim non amara, ſed faſtidientẽ ...chum pelliceant & corrumpant. Non initia, ſed noviſſima rerum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

& exitus prudentia metitur. Calix a. Domini calix eſt novi & æterni teſ
menti; quem ſi bibero, teſtamẽtum novum bibo, inauditum à ſeculo, teſ
mentum æternum. Et quomodo bibam, niſi ſicut ipſe teſtator præcipit,
Luc. 22. *quotieſcunq; feceritis, in meam commemorationem facite?* Cōmemoratione
verſ. 19. ſtatoris teſtamentum aditur; quia commemoratione calix teſtamenti bi
tur. Et qualis calix? longè porrò fœcundior ad ſuavitatẽ, quàm ſunt po
& allia Ægyptiorum, radices amaritudinem germinantes. Illæ peritu
Æpyptios germinant: hic adoptionem parit & poteſtatẽ filios Dei fieri. T
ſtamentum en. heredem inſtituit & adoptat. Inſtitutum verò novum, &
ſeculo inauditum, ut æternus Deus quidpiam teſtamento legaret. Qu
tàm novum, quàm emori Deum? Sed quia tàm impoſſibile mentiri D
um, quàm emori, oportuit legatoris pollicitationem impleri, quæ n
morte interveniente compleri non potuit. Oportuit igitur in meo m
Deum, qui de ſuo mori non potuit. Iam video, quare non angelos adp
hendit, ſed ſemen Abrahæ, ad confirmandas promiſſiones patrum. Qu
modo enim confirmatum teſtamentum, aut quomodo teſtator, niſi va
pollicitatione, quoniam teſtàtor penitùs immortalis? Ex Deo enim & a
gelo nihil mortale conſtituitur. Licet etiam poſſet angelus non eſſe, teſ
mentum tamen eſſe non poſſet. Quomodo enim teſtamentum eſſet, c
non eſſet? Hoc verò teſtamentum calicis hujus, Verbum videlicet carc
ſanguis factum, licet morte media confirmetur, quo teſtamentum ſit, n
propterea deſinit eſſe. etiã in media morte ſalva ſubſiſtunt omnia, ſangu
corpus, anima, interior homo, Deus. Et quia æternum hoc teſtamentu
quia impoſſibile erat mortis nexibus illum teneri, qui habebat mortis i
perium. ſicut habuit poteſtatẽ ponendi animam ſuam, ſic habuit & iteru
ſumendi eam in beata ſua reſurrectione. Manet igitur & reſurgens agn
teſtamentum meum, quia æternum teſtamentum, neque ſolus ſangui
jus pro me fuſus in redemtionem à ſervitute, fuſus in remiſſionem pecca
rum; ſed quia teſtamentum novum, ideò magis effuſus in beatam illa
novitatem vitæ; qua vivit reſurgens incolumis, immortalis, impaſſibi
conditionibus carnis alienus, merè ſpiritualis, inclytus, victor, lætus t
umphator, beatus regnator, æternum, & beatum fideliter exſpectantib
& commemorantibus teſtamentum factus eſt, primò quidem in car
degentibus, demùm carne ſolutis, poſtremò in ſpirituale corpus reſuſcita
dis. O qui tale teſtamentum incarceratis, quale putandum fore beatis
liberis, quantum autem conſummandis!

Guſtatio.

O quàm dulcis Dominus, quàm ſuavis es, ô panis meus. Cùm De
eſſes per naturam, & mero jure Dominus, non tàm dominari ſup
nos curaſti, quàm adoptare in filios & heredes: & quò prorſus abditam ſu
vitate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

m tuam, velut flumen, effunderes, teſtamento decreviſti adoptare. ô Pater dulciſſime, quis adegit ad hanc incomprehenſibilem largi- & effuſionem tui, niſi nimia charitas tua? O ſuaviſſime Pater, non ris erat Patrem eſſe adoptantem, niſi teſtamentũ fieres! O me divitem, neus, Pater meus, teſtator meus, ipſe teſtamentum meum, theſaurus divitiæ meæ, hereditas mea, Dominus meus! O quàm ſuavis es Do- qui cùm Dominus jure ſis omnium, indigno ſervo non tàm cate- & carceris timorem præcepiſti, ſed omnium præceptorum tuorum n ab eo, quod in vita dulciſſimum eſt, à diligendo incepiſti! Quid n. hæc vita, niſi exſilium & calamitas, ubi nulla penitus dilectione cõ- Mortuus aut amarus omnis homo, qui nihil diligit. Omnis autem vita ſit, à dilectione oportet ut vivificetur. Indigna verò dilectio in- Quæ autem dignior, quàm qua Dei mei, Domini mei, legiſlato- dilectionem quæro? Quiſquis n. diligit, dulciter operatur. A dul- igitur, & cum dulcedine tuam legem adorſus es, & hinc dulcedinẽ dulciore fine cumulans, promittis teipſum hujus tuæ dilectionis fo- cedem. O dilectio Dei! O merces Deus! &c.

Ruminatio facit ſuaviùs guſtare.

c dignatus morte tua teſtamentum fieri mihi, & indeficiens theſau- us! O non deficias mihi eſſe theſaurus, ut indeficienter ſit cor meum m ſpectabilem theſaurum! Sim felici avaritia perpetuò flagrãs, per- nhians in hunc theſaurum. Non hìc incertum divitiarum, non hîc ſa pax, non periculoſa ſecuritas, In te uno vero bono theſauro meo r perfruendo abundo, ſecurè dicam animæ meæ; *Ecce habes ô anima* Luc. 12. *ulta bona repoſita in annos æternos: Hìc in pace quieſce, manduca, bibe,* verſ. 19. O verè bonum & jucundum, epulari de hoc agno in azymis ſince- & veritatis, quibus à ſordibus vilitatis tranſitur in ſinceritatem divi- nitatis! Verè magnus dies Paſchæ: magno Domini tranſitu conſe- jugi cogitatũ ruminandus, perpetuò recolendus. Et ſi ſuaviter ſæpè avero, ſcio, quoniam aliquando felici meo tranſitu hic paſchæ dies randus eſt. Nam ut crebriùs ruminem, propterea non crudus voluit urus proponi, non coctus aqua, ſed igne illo nimiæ ſuæ charitatis ihil doloris, nihil mœroris, nihil angoris aut languoris aut laboris ns, quò minùs omnem noſtrorum debitorum callem ſequutus, di- la omnia rimatus, abdita ſcrutatus, univerſa debitorum noſtrorum a proſequutus, exquiſivit & exſolvit, quò non pigriter ego mirari, ri, recolere, crebrò in ore, ſemper in corde, velut mundum ani- nquàm ovis paſcuæ ejus, mellifluas has paradiſi herbas, vivificum ructum ligni vitæ ruminare. Tàm igitur mihi deſideranter hic a- delibandus & epulandus, quàm vita illa felix eſurienda & ſitienda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Ruminare nunc, anima mea, & ſedula conſideratione pertracta quod
guſtaſti; quomodo hic agnus vellere ſuo veſtit, ſanguine ſuo potat, ner
vis colligit, oſſibus roborat, corde ſuo ſignaculum ſeſe inprimit, quo ſi
cor noſtrum corde ſuo ſigillatum.

Optio.

VTinam Deus meus, quam tu ſuavis es, tàm hæc mihi ſaperet, ut o
Pſal. 42. ptanter, deſideranter ad hæc nedum cogitando reverterer, ſed ſua
viter guſtans eſurienter, ſitienter anhelarem, ſicut cervus anhelus feſti
nat ad fontem aquæ ſcaturientis. O ſi ſic anima mea ſemper ſitiat, an
helet, æſtuet ad te Deum vivum! Tu ſolus unica vita mea. ſi tui oblitu
fuero, ſimul oblivioni detur dextera mea; quia ſi robur dexteræ meæ ob
litus obliviſcar comedere panem vitæ meæ, ſicut ſi ſitibundus, anhelu
exhauſtus obliviſcatur fontis, ita miſerabilis & miſer ego, ſi præcla
calicis hujus, qui tàm copioſè omnibus bonis fœcundæ hereditatis teſt
mento refertus eſt, obliviſcar. O me felicem, ſi calicis hujus præclara
claritatem contempler, & crebrò viſitem, crebrò deguſtem! Hoc mi
ſignum adoptionis meæ: hoc mihi pignus, & fidum pignus quando
poſſidendæ hereditatis. Qui enim cùm adhuc inimici eſſemus, agnu
inimicis & pro inimicis fieri voluit, ut prior ipſe tàm duræ reconcili
tionis aſperum callem ad nos reconciliandos ambulavit, quomodo r
conciliatos, & ad ſe deſideranter confugientes non hilariter occurre
acceptabit, amplexabitur & oſculabitur. Omnia hæc prove
ent, ſi ſedulus mediter & recogitem agnum hunc meum & phaſeh m
um. Quin immò id meum phaſeh eſt, ſedulò, fideliter & piè medita
hoc epulari in azymis ſinceritatis & veritatis.

Querela.

SEd eſt, heu, inſipidum palatum oris mei, ut in tanta ſuavitate tu
bonitatis ego, velut febriens, hæc mellita edulia non dulcia ju
cem. Quomodo amabo quæ non oblectant? O quàm aridè, quàm i
ſipide tantus amor agni adficit! qui, ſi pro ſua ſuavitate adficeret, n
tàm fluida cogitatione fluctuarem, non ex altero in alterum rap
rer; ſed probato & comperto bono gaudens hærerem, lætus inven
quod quærebam. Faſtidientis & malè ſani palati argumentum eſt pl
rima deguſtare, guſtatis rejectis aliud atque aliud captare; velut q
viam quamlibet ingrediens in civitate prima ſemper diverticula
ctaretur, nihil deſtinatum conſequeretur. Verè grandis hæc inſa
capitis mei, qua tàm inſtabilis fluctuat meditatio mea. Vere gran
aliquis morbus abditus latet, unde patens hæc inſania prorumpat
Lamẽt. 1. palàm. Vere verum dixit Hieremias; *Peccatum peccavit Hieruſalem, p*
verſ. 8. *pterea inſtabilis facta eſt*. Inſtabilitatem hanc manifeſte ſentio tanta

ſt horulam unam rememiniſſe velim, non ſolùm innumeram
tem, aridam ſterilitatem, ſed & fœdam indignitatem invenirem:
t ſi canerem ſicut cogito, ex altero in alterum jactatus palàm deli-
phreneticus judicarer. Sed quod, heu mihi, quod peccatum meũ
ropter quod in iſtud inſanę inſtabilitatis maledictum abjectus la-
niſi quia talem amatorem non amo? quem profectò ſi amaré, non
n, turpem, truncam hanc monſtroſam cogitationum fornicationẽ
r, quam, heu, tam indignè patior. Non eſt amanti difficile ſtabili-
non durum cogitare de amato; non tædium hærere ſixo cogi-
mmò, tædium illi quidquam aliud admittere. Oheu mihi, ô
felices qui te amant, ó amator agne Ieſu!

Oratio.

V vides miſeriam hanc animæ, omnia tibi nuda, & aperta oculis
is. Tu pertingis ad diviſionem animæ & ſpiritus, compagum
dullarum. Tu dijudicas & reprobas eam in me non minùs quàm
uin, quòd ego eam judico, reprobo & conqueror in conſpectu
c verbum meum ex te Verbo vivo & efficaci derivatur mihi, un-
e nunc hoc refugium meum. Tu reſpice miſeriam hanc, ô miſe- *Matt. 8.*
Ieſu, miſereat te miſeriæ hujus. *Domine, ſi vis, potes me mundare* ab *verſ. 2.*
rde fornicantis & fluctuantis aĩæ meæ, tuo favore ſolus. ſolus ab
nominioſa peſte ſana, Domine, animam meam, & ſanabor; ſal-
c oviculam perditam & ſalvus ero. Quæ tibi utilitas in ſangui-
o? quæ tibi complacentia in perditione mea, qui vis omnem ho-
n ſalvum fieri? Tu me adhuc inimicum reconciliaſti. Tu neque
que te cognoſcenti oculos aperuiſti, ut hanc meam armatam ege-
ſentirem, & exhorream. Et id nod parvum donatæ reconciliati-
rgumentum accipio, quòd me mihi oſtenderis, Domine. O ſic me
s ante faciam meam, ſic omnem paupertatis meæ ſupellectilem
das, ut videns exhorream, & veras divitias concupiſcens adeò il-
deſiderio inardeſcam, quo ſpontaneus & mitis earum amore ſub-
ſubeam, pro dilatis & negatis eis velut mortuum lugeam! ſicut
. & macie confectus, eſuriam & ſitiam illa vera, clara, chara bona;
famem, meam inediam & maciem in me miſericors adſpiciam
r, & miſerear, quo non peccans aliquando omni exteriore ſorde
munditiam conſervem; quo tandem pacifico bello contra
um accinctus, ultimam legitimo certamini manum victor im-
indignũ, tantã coronã abſq; legitimo certamine anhelare. Inglo-
uidé corona, quæ indigno proveniret. Et quid hoc legitimũ certa-
, niſi legitima illa perſecutio, qua propt. eſutiẽ & ſitĩ juſtitiæ, fidelis
r agni abnegãs meipſum, & propter juſtitiam & leges amoris me-

Ff 4

ipſum perſequar, tollens crucem agni ſuper me, quæ verè mea crux eſt: qu
propter me portata, potata, deguſtata. Et mea eſſe debet jugi meditatio
donec amara mihi fiat magis, quàm ſi ego millies crucifigar. Et hac dul
amaritudine jugiter ipſe me perſequar & crucifigam. O ad illius legiti
certaminis felicem victoriam ut aliquando perveniam, has meas comm
morationes interim fœcunda, quò dulciter mihi ſapiant, quò tandem v
hementer adficiant, ut in ſpiritu vehementi omnia vincula concupiſce
tiarum, omnes funes navium Tharſis conteram!

Modificatio.

O qui felicem illam amatricem tui Magdalenam tàm divite dono am
ris tui donaſti & ditaſti, ut gravior & amarior illi crux tua, quàm ſu
Siquidem ſi in amaro illo ſuo amore; quando, crucifixum te vidit Magd
lena tantò amarior, quantò amantior, quantò amantior, ſi docta fuiſ
hæc omnia pro ſe pati ſuum amatorem, interrogata, num pro ſua ſal
te vellet eum tanta pati, quid reſpondiſſet, niſi malle millies perire? O qu
erit, ubi ſimiliter amavero! quò nihil, niſi tu, ô dulciſſime amator, m
hi ſapias. Interim verò, quia adhuc valdè langueo, non peto hîc dignu
amorem & divinum amorem. Vtinam vel ſancto illo timore ditar
quo tàm trepidanter primò Magdalena amavit. Sed ubi adproximav
ſubſiſtit retrò ſecus pedes ejus. Quid remorata ſubſtitit, niſi quia ſu
limem in eo, quem amabat, majeſtatem reverita, verita inſuper pr
priam indignitatem, ſubſtitit, judicans, quàm juſto judicio repelli
gna à ſuis deſideriis. Prætereà intolerabilis calamitas, à tàm amabili
benigno Domino, licet juſtam, repulſam pati. Hinc ſuam de ſe ca
mitatem commiſerata, ſtabat amariſſimas lachrymas plorans. Veri
quia miſericordiæ lachrymæ fuerunt, mox miſericordiam conſecutæ
amabilis ille Rex amoris mox eam inſignem ſuis caſtris militem adſ
ret, annuens & animans, ut fidenter in ſua vita procederet. Hic j
velut amoris fulmine adflata, liquefactam animam per geminos torr
tes dulcium lachrymarum in balneum pedum à ſeculo inauditum
per pedes amati ſui effudit. O beatum illum diem, quando ego I
me talem videbo amatorem!

Obſecratio.

PEr igitur te noſtrum theſaurum, te noſtras divitias, te noſtrum pa
noſtrum cibum, per noſtras epulas & noſtras delicias, per te fr
ctum vitæ noſtræ, per illum fidum amorem noſtrum, quo noſtram b
atitudinem per crucem & mortem quæſiſti, quaſi ſine nobis beatus
ſe non poſſes, obſecro, fac me fidum tui amatorem. Sint vulnera t
vulnera mea; dolor tuus dolor meus; moeror tuus mœror meus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

…m triſtitia, qua triſtis fuit anima tua propter me uſque ad mortem, …ia mea, & in hac exercitatione mea fac militare tibi, donec tibi …io ſanguinis fideli amore, tanquàm annulo, ſtabili nuptiarum …bio deſponſer.

Fiducia.

Erè me felicem, ſi ſortem ipſe meam cognovero. Dominus pro me …contriſtatus uſque ad mortem, ut ego à mortis moerore eriperer. …igitur tàm liberaliter pro me paſſus peccatore, quid negabit confeſ- …Tu, benigne Domine, non adfligas fame animas pauperum tuo- …qui tàm benignè invitas ad petendum. Numquid ut petentes caſ- …vana exſpectatione adfligeres, invitaſti? Numquid adflictione …, tu dulcis amator, delectaris? Velut exauditam, & annulo tuo …gnatam, ratam accipio, & acceptam fero petitionem meam, li- …iſſime Domine, quando ſaltem in me ſentio hæc amoris tui de- …

Gratiarum actio.

cas menſæ tuæ cum Cananæa manducem! Scio, quia cum filiis quan-
doque ſedebo ad menſam Patris.

Oratio.

VBi ſi non ſimul cum beatis illis convivis filiis conviva ſedero, quæ
quæſo, gloria nominis tui? Tuum nomen Ieſus, & Gabriele interpre-
Matt. 1. verſ. 21. tante, *propterea vocatum nomen tuum Ieſus, quoniam tu ſalvum facies populum*
tuum à peccatis eorum. Nihil me ab hac menſa excludit, niſi pecca-
mea, quòd non fideliter amo. Et quia tu rex es, neque ſine regno
& populo rex es; populum autem tuum titulus capiti tuo ſuperpo
tus declarat, quia Iudæorum, ſcilicet confitentium, rex es. Confi-
tentes igitur populus regni tui ſunt. Magnum & omni acceptione
dignum argumentum eſt. Felix ille confeſſor latro, primitiæ ſalutis tuæ
Ecce, cum illo confiteor dignam peccatis meam repulſam. Confiteor
te non ſolùm innocentem, ſed regno digna gerentem, & per hos tuos la-
bores, mœrores, dolores, angores regnum ingredientem. Obſecro
verum regem, unicum digniſſimum regẽ, principẽ oĩum beatorũ illor
regũ terræ viventium & regnantiũ, ut memineris mei, cùm jam in regn
tuum veniſti Memento mei in beneplacito tuo, & adjuva ut meminiſ
poſſim, & fœcundè & efficaciter meminiſſe duri itineris, quo in hoc re-
gnum veniſti. Hæc ſi præſtiteris, erit mihi ſecundum nomen tuũ ſalu
tua, quia tu confitentem ſalvas à peccatis meis. O Ieſu Nazaren

Re

…udæorum, fac me confitentem; fac me de regno populi tui. Eſto mi-…o, ô floride rex; floreat vinea tua dignam confeſſionem, ut prophetia …illius triumphalis fidelis inveniatur. O Ieſu, eſto mihi Ieſus, & ab …eccato meo non amantis, non amanter commemorantis ſalvam …nimam indigni ſervi tui. Tu agnus es tollens peccata mundi. Vbi …ſcera miſericordiarum tuarum, ſi non manſueſcas & miteſcas, ut …tus ab hac mea inſenſibilitate, ab hac lapidea mea duritie, me ſal-…facias? Promiſiſti auferre lapideum cor, promiſiſti dare cor hu-…m. O ſaltem cor nobilis canis. Vbi, Domine, miſericordiæ tuæ …æ? Vide Domine, obſecro, non fluctuet, non heſitet veritas tua. …, per quem adparuit φιλανθρωπία Dei noſtri, quę quia neq; Filio … vero minor adparuit, per illum tuum amorem, quo, cùm adhuc …i eſſemus, reconciliationem accepimus, obſecro, reconciliatus … inveniam, & in pace fructum juſtitię ſeminem. Numquid vo-…is tuę eſt mors impiorum? Vbi ſpectabilis illa clara gloria nomi-…i, qua in altiſſimo illo monte Ieſus inſcriptus es? Patres carnis, …int mali, norunt bona dare petentibus filiis. à te cùm ſit omnis …itas in cœlo & in terra, numquid cor carneum petenti relinques …em? Numquid obliviſceris filiorum uteri tui? Numquid oblivi-…paternorum viſcerum tuorum? Planè, niſi tui obliviſcaris, ad te …gientium filiorum non obliviſceris.

Fiducia.

…nfido de longanimitate & patientia tua, ô ſumme φιλάνθρωπε Ie-… Deus meus, quia tàm abjectum inimicum reconciliaſti. Quid …idam, quando pro cauſſa non iraſcendi habeas pronitatem ad ma-… adoleſcentia, & in cruce ignorantiam pro cauſa interveniendi? …*pſe Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* tametſi hoc (Rom. 8. verſ. 26.) …imis in hac vita, nihilominùs tamen impleri neceſſe eſt. Et quan-…pellabit, niſi quãdo interpellãtes faciet? Et quando faciet interpel-… gementes inenarrabiliter, niſi quando faciet inenarrabiliter co-…e ſuam parvitatem ſpiritualem, & inenarrabiliter concupiſcere, …are ſpirituales divitias? *Hoc eſt autem judicium. Lux venit in mun-…lexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* (Ioan. 3. verſ. 19.) Qui enim pauper … paupertatem in ſpiritu patitur: quia ſi ſpiritu dives eſſet, ſpiri-…s divitiis abundaret. Nunc autem quia pauper ſpiritu eſt, verè …em ſe noſcit. Sed quis pauperem ſe noſſe poteſt abſque verarum …um cognitione? Cognoſcit igitur pauper veras illas divitias, qua-…enus eſt. Et ſi ſapienter egeſtatem ſuam ex deficientibus veris di-…ognoſcit, mox deſiderat, & quanto cognoſcit, & æſtimat, inarde-…orat, inſtat pro adquirendis divitiis veris, & pro eis conſequendis

fortiter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Fortiter perfert, nihil metuens, mitis, manſuetus, ut pauperes jurgi
convitia, vituperia modeſtè ferentes, modò conſequantur quod vid
tur bonum. Et quia divitiæ illæ ſpirituales vera vita ſunt, paupertate
ſuam, velut mortuam lugent vitam ſuam; amoris juſtitiam eſuriunt
ſitiunt; amoris juſtitiam amoris felicitas trahit ſemper, & urit cor eoru
ut nihil aliud eſuriens & ſitiens urentem ſitim ſentiat, ſemper anhel
& adſpiret. Et quia non ſatiatur, miſeriam ſuam plangens, & miſe
miſericorditer ſui miſeri miſeretur. Et ſic deſiderans, laborans, perf
rens, lugens, eſuriens, ſitiens, miſerans, plangens nimirum lavat, mu
dat cor, donec mundus corde nihil intra ſe ſordidum inveniat, qu
pacem cordis turbet. Pacatus ergo intra ſe pacem facit cum Deo ſu
cum quo pacificus eſſe non poteſt, niſi omnem adverſantem amore
amorem videlicet ſui, expurget & expugnet. Hic jam ipſi contra ſ
ipſum grandi prælio debellandum, & perſequendum accingitur & pe
ſequitur ſeipſum, neq; convertetur, donec ipſe à ſeipſo propter divi
amoris juſtitiam perſecutionem paſſus, penitus ab amore ſui deſici
hîc jamjam victor de prælio lætus invenit ſpolia multa ſuper eloqu
Domini, violentus regno vim infert & rapit ipſum, quod pauper ſp
ritu eminùs vidit & concupivit. Verè grandis hîc via quædam eſt
ardua, ſed fidelis, quæ tàm fiducialiter pauperes admittit: immò in
tat. non quaſi paupertas in ſpiritualibus bonis bona ſit; ſed grande b
num eſt pauperi noſſe & odiſſe paupertatem. Pauper enim niſi divi
as norit, nequaquàm conquerendis divitiis à torpore egeſtatis exc
tietur. Hoc igitur judicium quicunque de ſe judicat, quòd plus d
ligit ſuas tenebras quàm lucem, quia tamen hoc judicium dijudic
neceſſe eſt lucem ac tenebras dijudicet. Et ſi dijudicare pergat & in
ſtat, confidat, perveniet ad victoriam judicium ſuum. Ignavus eſt q
tantas agnitas divitias lucis non ambit. Stultus, inſipiens, cæcus, q
non cognoſcit. Militiæ ſpecies amor eſt; abſunto ſegnes. arduus
mnis exſultet & confidat. Conſideratione, attentione, dijudicatio
omnia regni illius pretioſa parantur: tantùm ab hoc itinere non
vertat, non à bonis deſiderandis oculum avertat. Facilè quiſque vi
in ſe, tantum amatorem non amare, quanta paupertas id ſit: facilè ite
ſibi quiſque de illa paupertate diſplicet. Sed ut ab hac paupert
non oculum aliorſum ad lenocinia ſordidarum conſolatiuncular
convertat, hic labor, hoc opus eſt; Verùm ei, cui parùm ſua ege
moleſta eſt, & pro tanto ſtupidus & inſenſatus.

Gratiarum actio.

QVid retribuam tibi, Domine Ieſu, pro omnibus quæ retribuiſti m
hi? Tu enim amator hominum puer natus es nobis, & filius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

nobis. Datus non ſolùm nobis; ſed & traditus pro nobis. Totus no-
batus; totus in noſtros uſus expenſus; univerſa opera tua opera tus
nobis; univerſum laborem tuum ſudaſti nobis; univerſam ſervitutem
tua ſervivisti nobis. Natus nobis, vixiſti nobis; nobis paſſus; nobis
mortuus nobis reſurrexiſti; pro nobis ſacerdos noſtra hoſtia, noſtra vi-
ctima, noſtrum ſacrificium, noſtrum pacificum, noſtrum fuiſti holocau-
ſtum, noſtrum incenſum. De te ergo, Domine Ieſu, ſuppleo, quod mi-
hi deeſt; ſi ſolvo quod habeo de meo. Immò, totum ſolvo de tuo; quia nihil habeo de
meo. O mirabilis ſolutio, qua & debitor plenè ſolvitur à debito, & ta-
men penitus pauper eſt! Amabilis perinde ſolutio non minus quàm mi-
rabilis, qua capitis reus redit in gratiam, & qui cervicem debebat, re-
cipitur in amplexus; gladius in oſculum commutatur. Quid retribuam
tibi Domine Ieſu, pro hoc tàm fido interventu? Quid retribuam Patri
tuo qui te mandavit, tradidit, dereliquit, miſit, ut ſuſcitares nos à mor-
te, ſanares à morbis, quæreres abjectos, ſub prevaricatione venditos red-
imeres, ſolveres vinctos, eriperes captivos, errantes reduceres, ſalvares
perditos, mundares ſordidos, jacentes ſublimares? Quid retribuam ja-
cens ſordidus, venditus in peccatis, vinctus in mendicitate & ferro, a-
lienatus à vita, damnatus in ira, perditus in miſeria? Quid retribuam, cu-
ncta cum quod poſſideo, poſſum, & ſum, illius à quo eſt? Quid retribuā,
quiq; retribuere poſſum, quod non ſuum eſt, quod non ab illo, aut
quod non ille donavit? Heu mihi. Ingratū eſſe non licet; oīmodis gra-
tias agere oportet. & æquum reddere vel minima ex parte impoſſibile
ergo n. & omnia mea, tua ſunt, Domine Ieſu; velim nolim, gratis
accepi; irrecompenſabiliter hæc poſſideo. Et ingratum iſta poſſide-
re prorſus ſacrilegium eſt. Quomodo igitur gratus ero? qui immenſum
debitor ſum & prorſus egenus, niſi recognoſcendo, confitendo, in illum
quod eſt referendo, admirando, amando, laudando, glorificando, dulci-
ter guſtando quoniam ſuavis es Dominus. Sed ad hæc quis idoneus?
quis ſufficiens? Nemo ſanè; niſi quem elegerit & adſumſerit, unxerit, &
ſanctificauerit, & inhabitare fecerit in atriis domus ſuæ, & dignum ha-
buerit fungi ſacerdotio in nomine ipſius offerre illi incenſum dignum.
de dignificante, niſi ſpiritu Filii? Profectò, quos ante venditos, abje-
ctos, vinctos, perditos, corruptos, mortuos lugebam, jam nunc nulla ſa-
nitate ſublimare & beatificare poſſum. Filii Dei ſunt qui ſpiritū
receperunt, quos Pater tanto dono ſui Spiritus adoptavit. In illo Spi-
ritu ſunt, quicunq; poſſe debebunt. In illo, & per illum perfectè grati
per Spiritum Patris & Filii Dei, univerſam voluntatem Patris &
Filii exſequentur, integris paſſibus in viis Dei Deum ſequentes. Dii
divinum expedient officium, non tam ipſius, quam Spiritus Dei

in ipſis. *Quare triſtis es anima mea? quare conturbas me?* tanquam perpe-
Pſal 42. tuò futurum me Deo meo inofficioſum debitorem, ſterilem colonum in
verſ. 6. explicabiliter obligandum? *Spera in Deum*, ſpecta, ſpeculare, conſidera,
deſidera, exſpecta, patienter fer, conſolare, & gaude interim in ſpe
Nihil verearis, vides quia factum eſt. Fuit enim dies, in qua mult
maximam partem debitorum tuorum creditor tuus dimiſit, chirogra
phum delevit, leges ſolvit, rigorem æquitatis relaxavit. Et nunc ad
eſt dies, quo non ſolum dimittit; ſed, quò ſecurior ſis, etiam ſolvat
exſolvat & perſolvat Deus tuus, Spiritus Patris tui creditoris, Spiritu
Filii fratris tui benefactoris. Spiritus enim ipſe interpellat pro no
bis gemitibus inenarrabilibus. Et quò nullus puſillanimitati tua
verecundiæ tuæ ſcrupulus relinquatur, aderit dies ille, & certus & c
tus aderit, quando in lumine vultus Dei videbis lumen, & per Spir
tum adhærens Deo unus ſpiritus fias cum Deo; & tu jam Deus fact⁹ div
na facultate reddes Deo vota tua, placebũt ſacrificia tua, placebũt ſubl
matori tuo regna tua, placebunt amatori tuo oſcula tua. Tunc mirabit
& dilatabitur, tunc gaudebit & adfluet cor tuum. O beatum diem
lum, cùm non diligam, ſed amabo; cùm non amabo, ſed corde tot
tota anima, toto ſpiritu amabo! Neque id ſatis erit, quòd verè am
bo & ſincerè, quòd merè amabo, ſed nervos & vires amoris incon
prehenſibiliter mihi adaugebit mihi natus, mihi datus; ut ſit am
meus ultra omnem hunc noſtrum amorem, quantum diſtat cœlu
à terra, quantum ſcintilla diſtat à Sole & cœlo, quantum granum
napis ab orbe cœli empyrei. & ſic aucto & incenſo amore meo qu
ram, eſuriam, ſitiam æſtuans & ardens Deum meum, quem ubi v
compos adprehendero ac tenuero, quis meam beatitudinem explic
quis niſi paribus votis flagrans comprehendet? Beatum igitur, & v
beatum diem illum! Sicut enim oculus non vidit, & ſicut auris n
audivit, nec in cor hominis illa illius diei beatitudo non adſcendit:
ta neque cor hominis illam amoris magnitudinem tantæ beatitu
ni congruam & neceſſariam comprehendet. Impoſſibile quenqu
beatè regnare, niſi beatè gaudentem. Impoſſibile beatificè gaude
niſi beatificè potientem. Impoſſibile beatificè potiri, niſi non d
magnificè, non dico granditer, ſed ingenter amantem. Amoris
nim ſemper menſura felicis gaudii beatitudinem individuè m
tur & comitatur. verè nuptialem diem, quando ſterile hoc noſtr
virgineum prorſus à ſe infœcundum ad conceptum & partum ab i
incomprehenſibilis amoris igne incenditur, & illius amore incaleſc
inflammabitur ad amplexum adhærentem, donec duo fiant in carne
una, plena gratiæ & veritatis. quando de plenitudine theſaurorum
pienti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

æ, gloriæ & amoris ejus, in latitudine, altitudine, magnitudine un-
auriam, donec formetur ipſe in me, totus mentem, totus intelligen-
totus voluntatem poſſideat, nihil cogitem, nihil æſtimem, nihil cu-
niſi ipſum. Solus ipſe gaudia mea ſit, ſolus ipſe gloria mea, gaudens
orioſus ipſe, beatus ipſe, gaudium, gloria & beatitudo mea erit: &
ſum regnum ſuum videre, plenum & gaudioſum regnum erit mihi.
num, quale Chaldæorum, Perſarum, Macedonum, Romanorum
ntium inſipientia non cognovit ſub cœlo: quia cœli ipſi, qui nunc
li regno indigni ſunt, quouſq; magno impetu tranſeuntes diſſolvē-
lentes, & ad futuram regni illius juſtitiam digni renoventur ſuſcipi-
. O verè felices illas nuptias, quæ regnum non tàm adferunt quàm
t; neque tàm pariunt quàm ſunt! Iam liquet, & liquidò patet, quàm
m verbum ſit; *qui adhæret Deo, unus Spiritus cum Deo ſit.* O interim
am Deo meo, puero mihi nato! ſaltem qui ſenſu neceſſario puer ſū;
n etiam malitia puer ſim. Sed quis medebitur plagam vulneris mei?
icienti mihi ubi ſim, quò projectus, ubi jaceam in ſordibus putre-
velut jumentum in ſtercore ſuo, quis lavabit ſordes meas? quis abſter
iem ſtercorum meorum, niſi puer hic natus mihi, qui divino conſi-
gineo miniſterio pannis involutus in præſepio reclinatus eſt? Quid,
, virgo divinitùs fœcundata, divinitùs mater facta, quid iſtud conſilij
quod nobis natum, nobis datum peperiſti, mox in præſepio re-
s? Ergó ne jumentis, quæ in ſtercore ſuo computruerunt na-
datum cenſes? Haud quaquam crediderim, te virginem pruden-
m, immò ſapientiſſimam, divinæ voluntatis ignaram, divino conſi-
itutam temerè quidquam, ne grande hoc myſterium feciſſe vacuum
mento. Sanè, ut magis noverim quia mihi natus, quia mihi datus,
s mihi datus, ut etiam putridas mei ſtabuli ſordes non exhorreſcat.
s abſtergendas venit in ſtabulum jumentorum: propter hoc virgo
paternę voluntatis non ignara pannis involutum, jumentis nobis
& ſordidis reclinavit in præſepio, ut inediam noſtram ipſe fœnum
paſcat, ut ſordes abſtergat, ut ſoliditatem adferat, ut in filios com-
, ut ex fœno lac nobis fiat; demum panis nobis & ſolidus cibus fu-
poſteà exaltatus à terra in ſignum ſublimis & inæſtimabilis amoris
te illo excelſo, in vertice montium elevato ſuper omnes, convivium
guium & medullatorum amorum, convivium vindemiæ defœca-
riantis & incendentis in amorem. O me beatum, ſi Filius nunc mihi
n fœnum in ſtabulo, ullo unquam die mihi convivium fiat in mon-
vivium pinguium medullatorum, & vindemiæ defœcatæ! O virgo
quę reclinaſti nobis in præſepio, fac tuo pio interventu lac nobis fiat
is, ut aliquando panis & ſolidus cibus fieri dignetur, quod ubi de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

natum fuerit,confortatis dabitur eſurire & ſitire convivium pinguioris & medullati amoris,convivium puriſſimæ vindemiæ. Tu mater primogeniti tui,primogeniti omnium filiorum Dei; mater igitur omnium filiorum Dei. Qui enim illum tibi donavit,quomodo non ſimul omnes tibi ſuos fratres donavit in filios? Tu mater Iohanni diſcipulo,quem diligebat Ieſus,mater donata,mater es omnibus fratribus ejus,cruci adſtantibus,crucifixum Filium tuum amantibus: neq; ſolùm amantibus eum data mater es,ſicut nec ſolius illius mater es. Venit ille non ſolos homines,verùm homines & jumenta ſalvare,qui panis non ſolùm,ſed & fœnum factus eſt. O tu genimen mihi genitum. O fœnum productum nobis in montibus, & altiſſimo monte ſuper omnes colles, Cherubim & Seraphim in monte Dei elevato paſce.

Permiſſio.

NOn ſolùm tibi commendo,nec ſolùm committo me tibi, ſed & permitto. Quoniam ablatis omnibus rebus anima & corpus tantùm ſupereſt. Hæc ipſa quæ de multis relicta ſunt,tibi & tuæ commendo poteſtati. Tu me tuo, quo pacto videbitur,utere atq; abutere,licebit: impunè in me quidquid libet ſtatue, dic, immò nue, atque dicto citius obtemperabo.

FINIS.

INDEX CAPITUM.

Pars I.

I. *Comparatio vitæ activæ & contemplativæ, comparatione Mariæ Magdalenæ & Marthæ.* 15

II. *Quòd contẽplationẽ vita activa præcedit, et ad eam inducit.* 15

III. *Contemplationis prærogativa beatiſſimæ virginis exemplo oſtentur.* 15

IV. *Sapientiæ & quietis,quæ per contemplationem inveniuntur,multiplices & laudabiles operationes.* 1

V. *Quanquàm inter anguſtias faciendi & patiendi conſtituti, vi-* tar

tamen exitus vera ſapientia facit, ad quã facilis eſt acceſſus. 198.
Quomodo viæ Domini obſervandæ nobis ſunt. 201.
Quòd cor noſtrum Salomon præcipit ſervandum, & quòd ſolus amor cor noſtrum ſiſtit; & differentiæ cogitationum ex amore procedunt. 203.
Quanta mala ſcalariter ex incuſtodita cogitatione conſequantur. 205.
Quòd periculum vagorum in cogitatu ſuo depingit Salomon in urbe patente & abſq; muro. 206.
Quibus mediis Pythagorici pro depuratione phantaſmatum laborabant, non tamen pro vitiis interioribus eradicandis. 207.
Pro depurandis phantaſmatibus quanta commoda ſolitudo: & fructus & ſolatio ſolitudinis quanta ſint. 207.
Quomodo veloces eſſe jubemur ad audiendum, & tardi adloquendum: & quo moderamine prædicta intelligenda. 209.
Quomodo Pythagoras in numeris philoſophatus, & quo fructu in numeris exerceri poſſumus, & quo profectu. 211.
Quòd nihil ita à phantaſmatibus depurat, ut amor, neq; neceſſarium philoſophica via; & quàm acceptus labor & exercitatio contra fluctuationem. 213.
Quòd diſſimilitudo ſtabilitatis ſanctorum arguit inſtabilitatem noſtri amoris, quæ oratione eſt impetranda. 214.
Quòd examinando cogitationes noſtras & diſcernendo, attentionẽ, docilitatem & benevolentiam poſſumus comparare. 215.
Quomodo ex attentata conſideratione & ſcrutatione poſſit aliquis paſſiones ſedare, exemplo ipſius Weſſeli. 216.
Quòd abundè nobis datum eſt quò mentem noſtram figamus & fructificemus, ſi obſervare voluerimus. 217.
Quòd ſicut in oratione, ſic & in opere noſtro ſemper finis conſtitutus attendendus, ut dignè exerceamur. 218.
Quòd non ſolùm ſtabilitas in cogitationibus ſufficit, verùm requiritur, ut cogitationes noſtræ optimæ ſint. 219.
Comparatio mentis noſtræ cum ſpeculo, quemadmodum ſpeculum imagine ſolis illuſtratur, ita mens ad Deum converſa relucet. 221.
Quomodo ſpeculum materiale & ſenſibile ſpeculo mentali comparatur, & quantus fructus mentali vivifico Sole illuſtrato. 222.
Quòd neceſſe rem illam crebrò mente revolvere, cujus efficacem cogitatum præſtò habere volumus. 224.

Pars II.

Quantùm conferunt loci Rhetoricales ad fluxum mentis refrænan-

dum, & copiæ ſeminaria quàm utilia ſapienter utentibus. 22

II. *Quanta ſit in unoquoq; verbo copia, & quàm prægnans concept-*
um noſtrorum mutuus illapſus. 22

III. *Quantam copiam adferunt implicita pluralitatis diſtantia.* 22

IV. *Quanta fœcunditas ex & in uno verbo* Theſauri. 22

V. *In omni verbo reali, ſive hiſtoriali, quanta copia & fœcundi-*
moralium & Theologicarum ſententiarum. 22

VI. *Quanta fœcunditas in anima noſtra, hoc eſt mente, intelligen-*
& voluntate, et harum familia, ut regnum Dei intra nos. 22

VII. *Quanta copia in ſermone, & quomodo omnes tres partes imagin-*
id eſt, mentem, intelligentiam, & voluntatem ambit. 23

VIII. *Quanta eſt latitudo exſuſcitationis, & quæ exſuſcitationis gen-*
ra. 2

IX. *Quàm fœcundum fidelis voluntatis officium, quod poteſt in omn-*
judicata & cognita, & quo ordine. 23

X. *Quomodo ordinatè ex cogitatione judicium, & ex judicio deſi-*
rium oritur apud efficacem conſideratorem. 2

XI. *Quæ ſunt quæ copiam adferunt. & de attributis partium rei,*
eſt, perſonæ & negotii. 2

XII. *Quæ ſunt quæ negotio attribuuntur, & quàm differenter his ut-*
tur Hiſtoriographus & Orator. 2

XIII. *Copiæ diverſæ: Parabola; Ordo fori; Ordo ſcholæ. Aſtutia*
ckam; & Proceßus Ariſtotelis. 2

XIV. *Copiæ aliæ abſolutionis; erroris; recti & obliqui. Item Distrib-*
tio, primus color ſententiarum. 2

XV. *Quod etiam Impersonalia in ordinem digeſta multùm dilat-*
orationem. 2

XVI. *Determinatio, fœcundum copiæ ſeminarium.* 2

XVII. *Quòd valdè dilatant & fluctuationem prohibent, & meditati-*
ſtabiliunt exercitationes magnis latiſq; periodis. 2

XVIII. *Quid ſit Periodus, & quomodo dividatur.* 2

XIX. *Quòd ſingulis mentibus ſunt proportionatæ periodi, & ſing-*
pro natura, tempore, exercitatione ſuum eſt metrum latæ m-
ſis. 2

XX. *Quòd periodus unicuiq; capabilis ſecundum latitudinem men-*
& perinde judicium intelligentiæ & voluntatis affectus. 24

XXI. *Quæ periodus intra ſe continere debet, & ea ſola tractanda,*
maximè ea quæ docentis intentionem illuſtrant. 24

XXII. *Recapitulatio pro attentione exercenda. & de catenis naturalib-*
conditionalium negativarum & neceſſariarum. &c. 24

Quomo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

XXIII. *Quomodo oratio creſcit: adjiciendo ſcilicet, farciendo. Item dubitatione, caſus poſitione, commendatione, introductione, numeratione, ordinatione.* 241.
XXV. *Copiæ diverſæ ex rebus, ſequela, gradibus, recapitulando.* 243.
XXVI. *Evacuationes genericæ latitudinis.* 244.
XXVII. *Collectio eorum, quæ pridem ſparſa, & ordinatio confuſorum.* 244.
XXVIII. *Magnus locus copioſæ orationis per* Dicet aliquis, *cum exemplo. Item, Conditionis poſitio.* 245.
XXIX. *In generali quædam copiæ ſeminaria.* 246.

Pars III.

De malleo indurati chalybis David prophetæ. 247.
Non obſtantia Tullij, & quomodo in ea immorandum. 248.
Expolitio Theophraſti. quid ſit Expolitio, & quib. modis ſit. 254.
Ratiocinationes Raymundi quomodo fieri debent. 256.
De Subjectione, quæ eſt unum inſtrumentum copiarum Ariſtotelis, & quomodo in ea exercendum. 264.
De Digeſtione ſecundum ordinem magnum orationis, & quomodo fieri habet. 268.
De Chiaſmo, quid ſit, & quæ latitudo ejus, & quomodo tractari debet, & in quibus exerceri. 274.
Quantus fructus ſit in Scalis, & ſcalaribus ordinibus. 279.
De Scala reali, quæ ſit, & quomodo in ea exercendum, cum exemplo. 280.

Pars IV.

De Scala rationali, & ejus præſtantia, & quare rationalis dicatur. 281.
Quis fructus in hac Scala ſe exercitantibus, quomodo ad amorem ducit, qui omnem fluctuationem reſtringit. 281.
Quòd exercitanti ſe in hac Scala dabit Dominus guſtare, quoniam ſuavis eſt Dominus. 282.
Quòd excutiendo ſe ſecundum gradus Scalæ perducitur homo ad pulcritudinem pacis, & quòd e Scripturis colligendæ quæ magis affectum noſtrum movent. 284.
Breviter enumerantur Scalæ gradus, ordine diſtincto. 285.
Quòd hæc Scala quamlibet partem interioris animæ dictat. 285.
Quòd in nobis eſt meditandi poteſtas, conſiderandi & cogitandi, et quomodo neceſſe eſt propoſitum figere. 285.
Quomodo gradus Scalæ hujus ſic diſtinguendi ſunt, ut ſciatur quicunque parti imaginis congruant. 286.

IX. Graduum Scalæ ordinatio, diſtinctio, & cujuſq; brevis diffini[tio] & explanatio. 28

X. Exemplum hujus Scalæ in B. Bernardi ſermone; & quàm la[ta] ſit hæc Scala. 29

XI. Copiæ & latitudinis Scalæ declaratio, cum tractatione cujuſlib[et] gradus in ſe, cum tractatione gradus ad gradum. 29

XII. Latitudo iſtius Scalæ ex complexione inſtrumentorum omnium c[o]piarum. 29

XIII. Latitudo iſtius Scalæ ex actu ſignato & exercito. 29

XIV. Quid de quolibet gradu dicendum, declaratur. 29

XV. De primo gradu hujus Scalæ, & de Quæſtione, & quomodo in exercendum. 29

XVI. De ſecundo gradu, via, Excuſſione, quomodo exercenda. 29

XVII. Electio, tertius gradus, quid ſit: quomodo exercenda. 29

XVIII. Commemoratio, quartus gradus, quomodo exercenda. 29

XIX. Conſideratio, quintus gradus, & ejus proprietas. 30

XX. Attentio, ſextus gradus, quid ſit: & quomodo exercetur. 30

XXI. Explanatio, ſeptimus gradus, quomodo accipitur et exercetur. 30

XXII. Tractatio, octavus gradus, quomodo exerceatur. 3

XXIII. De Dijudicatione, qui eſt primus gradus intelligentiæ. 3

XXIV. De Cauſatione, ſecundo gradu intelligentiæ. 3

XXV. De Ruminatione, tertio gradu judicij, quomodo exercenda. 3

XXVI. De Guſtatione, primo gradu affectionis & voluntatis. 3

XXVII. De Querela, ſecundo gradu affectionis ſeu voluntatis. 3

XXVIII. De Optione, tertio gradu affectionis. 3

XXIX. De Confeſſione, quarto gradu affectionis. 3

XXX. De Oratione, quinto gradu affectionis. 3

XXXI. De Menſione, ſexto gradu affectionis. 3

XXXII. De Obſervatione, ſeptimo gradu affectionis. 3

XXXIII. De Confidentia, octavo gradu affectionis. 3

XXXIV. De Gratiarum actione, primo gradu terminatorio. 3

XXXV. De Commendatione, ſecundo gradu terminatorio. 3

XXXVI. De Permiſſione, tertio gradu terminatorio. 3

XXXVII. De Complexione. 3

Exemplum primum, in quo graduum Scalæ practica & exerc[i]tio, ſecundum ſingulos gradus, piè & copioſe oſtenditur & de[clа]ratur.

Exemplum ſecundum Scalæ meditationis, cum pia explicatione [ſin]gulorum graduum Scalæ. 3

Exemplum tertium Scalæ meditationis, ad idem. 3

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

De Cauſis NCARNATIONIS:

E MAGNITVDINE & AMAritudine Dominicæ paſsionis.

LIBRI DVO.

giſtri VVESSELI Groningenſis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

QUANTUM CONFERT, *Nobilitat, vivificat & perficit vitam noſtram exercitatio vitæ & Paſſionis Domini Ieſu.*

CAPUT I.

EXilis & tenuis res quædam, velut vapor ad modicum parens, arida, ſterilis, ignobilis & vilis eſt vita noſtra hæc momentanea, niſi quantùm inter duas vitas, magnas, nobiles & præclaras, velut inter medios cleros conſtituta nobilitatur, quibus niſi eas meditãdo, æſtimando, deſiderando, nobilitari & perfici non poteſt. Harum duarum vitarum participatione vita noſtra nobilitatur, ſi eſt deſiderium unius promiſſæ in exſpectatione, vitæ ſcilicet beatæ, quæ ædificatur ut civitas, cujus participatio in idipſum, quia omnes fines ejus pax, & adeps frumenti ſatietas ejus. Alterius promiſſæ in exilio vitæ, ſcilicet jugum Regis noſtri, Prophetæ & Sacerdotis noſtri. Et quantum de ſecunda vita participat vita noſtra, (tantùm in exilio & peregrè poſita vita noſtra, immò in morte poſita vita noſtra,) tantùm, in quã vivificatur, tantumq́; in illa civitate beatificatur. Nihil enim ita efficax ad commutandas mentes hominum in bonum, ſicut pium exercitium in Dominica vita & paſſione: quoniam ſemper præſentem habet eum natum ſibi, datum ſibi, miſſum & traditum, derelictum, abjectum, conculcatum, contritum propter ſe, in quo omnis plenitudo divinæ virtutis, divinæ artis, divinæ ubertatis corporaliter inhabitat. Quid non ab illo ſperetur, ſi piè petitur, qui monet, docet, hortatur ad petendum, & magis donando gaudet, quàm nos percipiendo? Et ſicut nihil efficacius, nihil fœcundius nobis; ita nihil gratius, nihil placidius Deo tractare poſſumus. Hoc enim & Cherubin & Seraphin retribuunt Domino, juxta Prophetæ ſententiam, *pro omnibus quæ retribuit nobis* Dominus. Non ergo pro ſola venia, ſed pro

Pſ. 116. verſ. 12

gratia

...& pro gloria; quia pro omnib⁹ quæ retribuit nobis Deus
...num retribuere poſſumus, *ut calicem ſalutaris accipiamus.* verſ. 13.
...deniq; Domini noſtri Ieſu Chriſti nobis eſt arcus fœderis,
...Iacob de cœlo in terram, agnus Phaſæ, columna nubis &
...manna, exemplar ſancti ædificij in monte monſtratum, &
...ſerpentum ignitorum morſus ſerpens æneus elevatus ſu-
...gnum. Ad hunc ſerpentem reſpiciens, quocunq; ſerpen-
...neno percuſſus reſpexerit, illæſus mox reperitur & vivus.
...ignitos ſerpentes & ſcorpiones vita hæc noſtra conſtituta
...prò ſerpentem illum æneum conſideratè meditetur, me-
...m dijudicet & æſtimet, ſi meditatum & æſtimatum amet,
...nter ignita ſibila ſecurus dormiet. Quia vita Ieſu, magna
...n Domino & ſancta, datur ei, quantùm conſiderando, æ-
...ndo, amando adhæret. Nec eſt alia via ad promiſſam illam
...m, niſi hujùs columnæ nubis & ignis ducatu per deſertum
...am hanc ſolitudinem. *Ipſe enim ſolus via, veritas & vita.* Ioa. 14
...dico, noſtra hîc, in juſtificando credentes; quia ſuam vi- verſ. 6.
...onat illis qui credunt in illum: & promiſſa etiam vita erit
...nientibus beato actu hierarchici regni ſui & ſacerdotij.
...ima vita in ſe Verbo per beatam viſionem, ut ſit ipſe fi-
...ui principium fuit.

Dominus Ieſus via, veritas, & vita, & ad beatam vitam nullus nobis ...itus, niſi per carnem Ieſu ſublimatam; nec ad ſublimatam carnem, niſi per ſanctam; nec ad ſanctam ejus carnem, niſi per humiliatam: & harum ordo ad invicem.

CAPVT II.

...minus Ieſus dicit; *Ego ſum via, veritas & vita.* Si adver- Ioan. 14.
...mus quis eſt qui dicit, valdè oportet præbere attentos & verſ. 6.
...s ad id quod dicit. Dicit *Ego*. Quis ille *Ego*? Ego Verbum
...m, neceſſarium, me ipſo ſubſiſtens, mihi ſufficiens, pri-
...rimi Verbi vitam uniens in me, propter vos factū caro.
... quemadmodum à Verbo ad cuncta condita ſubſiſtendi
...us, ita & beatè cognoſcendi tranſitus beatis omnibus, ut
...Deo vidente, dictante, volente omnia, longè beatius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

omnia cognoſcant, quàm intuitivè videntes res in ſemetipſis.
Quia tamen ab hac in Verbo notitia longè dilapſi eſtis à vita,
non patet ad hanc ſublimem vitam reditus, niſi per carnem ſub-
limatam ſuper omnem reliquam creaturam. Et ad ſublimatã
carnem non datur aditus, niſi per ſanctam carnem. Ad ſan-
ctam autem carnem nullus aditus, niſi per humiliatam, con
culcatam, abjectam, derelictam & maledictam carnem. Qui
Ioan. 3. nemo adſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, Filius homi
vers. 13. nis, qui in cœlo eſt. Quid enim eſt quod adſcendit, niſi quia pri
Ephes 4. vers 9. mùm deſcendit in inferiores partes terræ? Ipſe ergo qui deſcen
dit, ipſe eſt & qui adſcendit. Et quia ipſe pro nobis maledictũ fa
ctus eſt, ac derelictus, abjectio plebis, conculcatus ab hominib'
humiliatus à Deo, & percuſſus pro nobis; per eum percuſſum
humiliatum, conculcatum, abjectum, derelictum, & pro nobi
ad hæc maledictum factum regreſſus nobis factus & apertus e
in carnem ſanctam. Quia ſi crebrò recordemur & commemo
remus, quomodo Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum in ligno r
gnavit vias latronis, cùm Salvator eſſet, qui vias latronis per o
probria, ſupplicia, tormenta patiens cuſtodivit; & in his omn
bus non ſolùm invictus, victor ac triumphator, ſed & redux v
ctor in communicationem ſuæ ſanctitatis: invenimus eum p
mè inter omnia hæc mala immaculatum Agnum, ut pote qui i
ter tàm graviter tondendum non aperuit os ſuum; ſed cùm eſ
Salvator, tanquàm latro tractat', manſuetum ſeſe Agnum ex
buit. Per carnem igitur conculcatam nimirum, tanquàm nol
evidentius conſpicuam, crebrò recogitatam, conſideratam,
judicatam, ruminatam, velut per duriorem corticem, reperim
dulcorem ſimilam ſanctæ carnis. Et quomodo ſanctæ? Sanè p
nam ſanctitatis: & adeò plenam ſanctitatis, ut de ejus plenitu
ne accipiant omnes, & ungantur ſancti omnes. In quo ſunt
mnes theſauri ſapientiæ, judicij & juſtitiæ. Hujus plenitudi
immenſitatem verbis conari explicare, quid aliud, quàm hydr
abyſſum exhaurire? Satis unicuiq; noſtrum, noſtras hydrias
nis vel ternis implere metretis ad ſummum aquę ſapientiæ ſa

tai

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

...,de abyſſo ſanctitatis ejus, hoc certum habentes, quantò
...c ſanctam carnem ejus ruminamus, tantò per ſanctam ad
...atam ſectandam & conſectandam perveniemus: & per ſub-
...tam in regno carnem, quando tradet regnum Deo & Pa-
...Filio & Spiritui Sancto, ipſe nos in Deum Patrem & Spiri-
...Sanctum. Ecce, quomodo via, & verè via, per veritatem
...itatis ad vitam beatam ducens. Ecce prætereà, quomodo
...as in vera adflictione, vera ſanctitate, vera felicitate. Præter
...quomodo vita immaculata in adflictione; quomodo vita
...oſa in ſanctitate. De vita verò in felicitate, quæ finis & fru-
...vitæ eſt, non opus monuiſſe.

...d per ſolum nomen Domini Ieſu via & aditus ad ſalutem, & in eodem nomine dignificatur ad ſuſceptionem ſanctæ Trinitatis in nobis.

CAPUT III.

...Vòd ſi hæc via, & ſola via ſalutis, quemadmodum non eſt
...aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſal-
...ieri; ita neq; alia via, per quam oportet nos ſalvos fieri; li-
...quàm expedit crebrò in ea exerceri, ut in nomine ejus ſal-
...mus. Nomen enim Ieſu nihil aliud eſt, quàm cum pietate
...a notitia Ieſu. De quo valdè notandum, quòd Pater in no- *Ioan. 14. verſ. 25.*
...Ieſu mittit Paracletum; ut ibi; *Paracletus autem, Spiritus*
...*us, quem mittet Pater in nomine meo.* Tantam enim libera-
...m, immò tantam largitatem Deus de ſeipſo facit; immò
...m amat in nobis incarnati Verbi agnitionem & fidem, ut
...nq; in rationali mente Verbi carnis facti pia agnitio fue-
...ox illi menti Spiritum ſuum infundat. Neq; ſolum Spiri-
...uum Deus donat, ſed & Filius Dei in medio eſt, ubi in no-
... Ieſu duo congregati fuerint. Quibus non propterea, quia
...egati ſunt, in medio eſt; ſed propter nomen Ieſu. Nomen
... Ieſu Paracletum habet, & Filium. Neq; ſolos hos, quoni-
...d quos Filius ingreditur, unà & Pater venit, ac tota ſimul
...itas manſione millic facit. Compendioſum ergo & bre-
...num iter in Deum, dulcis, & pia meditatio de Domino
... quoniam verè Pater, Salvator, & Paracletus felici comita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

tu ad eum veniunt, & manſionem faciunt. Quis jam civis beatæ illius & ſanctæ civitatis Hieruſalem non votivis hominem illum gaudijs inviſet, quem ſui Regis tàm ſignanter conſpicit honoratum hoſpitio? nimirum ſi Pater filium inviſat & viſitat, qui poteſtatem dedit filios Dei fieri omnibus credentibus in nomine Verbi carnis facti, habitantis in eis, pleni gratia, ſapien-
1 Cor 12 tia, judicio & juſtitia. *Nemo* enim *poteſt dicere Dominus Ieſus,*
verſ. 3. *niſi in Spiritu Sancto.* Dicere autem quia Ieſus Dominus eſt, per creatam in corde ejus notitiam fit. Et exit verbum hoc de corde dicentis, mundans omnem præcedentem ſordem in-
1. Ioan. 3 quinantem. *Omnis* enim *qui natus eſt ex Deo, non peccat*, quia
verſ. 9. generatio cœleſtis conſervat eum. Omnis autem filius Dei natus ex Deo eſt. Filius Dei eſt omnis qui credit in nomine ejus. Credit autem in eius nomine, quicunq; piè credit quia Verbum caro factum eſt, plenum gratia, ſapientia, gloria & juſtitia. Et per hoc ſacrum velut ſeminarium & fidele pignus habitat idem Verbum in eis, promiſſionem habentibus, quoniam videbunt incarnati Verbi gloriam in ſe. Qui ergo Verbum recogitat carnem factum, credens, etſi Verbi majeſtate terreatur, quia tamen caro factum eſt, & humana caro, ut ſit Filius hominis, & homo, ideò ſub lege factus, ut & ipſe mandatum acceperit proximi diligendi, tanta ei fiducia mox nimirum oritur, ut facilè prioris terroris obliviſcatur. Quis enim neſciat, pauperem ſi diviti, potenti, humano, liberali, miſericordi viro vicinus habitet, quanta illi exinde ſuarum neceſſitudinum relaxandarum fiducia ſit? Nos Domino Ieſu proximi ſumus: nos ergo diligere debet ex mandato legis, & diligit, tanquàm ſemetipſum. Et quia plenus gratiæ, ſapientiæ, gloriæ & charitatis, ideò in omni plenitudine artis & ubertatis nos diligit, niſi exiliter putabimus virtutem illam, inertem ſapientiam illam, ſterilem veritatem illam.

Quòd Dominus Ieſus verè immutabilis ſecundum divinitatem, mutabilis ſecundum humanitatem; & quomodo de Deo immutabili futurum prædicetur in conditione creaturæ, & in beatificatione rationalis creaturæ.

CAPVT IV.

V[e]rbum incarnandum Dominus inſinuavit *Exod. 3. Ego* verſ. 14.
[ſ]um qui ſum. Quod verbum tametſi ante per Septuaginta
per alios Græcos tranſlatum ſit ſignificatione præſentis;
Hieronymus eorum tranſlationem ſequutus etiam ita
lerit,credo non ſine magno Sancti Spiritus conſilio. Ve-
ur enim illi, ſicut & formidandum erat, ſi transferrent
ũ originalem veritatem, infirmas Gentium aures ſcan-
um iri. Veritus hoc idem S. Hieronymus. præſertim in
a tantis hæreſibus lacerata, quia magnam ſcandali occa-
accepiſſent ex verbo, ſi quemadmodum habetur tranſ-
. Nunc autem diſputationibus exercitata Scholaſtico-
ſacris Doctorum firmata doctrinis, omni veritate profi-
agis ſolidatur Eccleſia, neq; expedit ſuper non vera in-
atione ſanam & veram divinæ ſimplicitatis & immuta-
fundare ſententiam. Derident enim Iudæi, quod veluti
oris fundamento non ſano ſuperædificamus. Expedit
nc veritatem innoteſcere, ut dicamus nomen Dei eſſe
ero, de futuro, & abſq; pronomine *Ego*. Et in verbo ad
ael nomen Dei explicante, non dicit, *qui eſt, miſit me*
ed longè & inſolitè aliter; *ERO miſit me ad vos.* Hæc
on habent altas illas, quas paſſim Doctores adducunt,
as divinæ ſimplicitatis & imũtabilitatis. quin & fortaſſis
ulùm diverſè ſonant, licet in veritate non adverſè ſint:
gis ex illis, tanquàm à fundamento, ad earum, quæ his
omprehenduntur, ſententiarum abditam veritatem
dendum ſit. Vnde ſolido illo & indubitato divinæ im-
tatis fundamento, quo dicit, *Ego Deus, & non mutor,* Malac. 3. verſ. 6.
o, contemplandum diligenter, & multo intuitu conſi-
dm, quomodo verificentur, quæ in dictis verbis muta-
dentur ſignificari. *Ero* enim verbum futuri temporis
um aliquod ſignificans Deo, qui non mutatur. Et cùm
dicat Deus, utrumq; verum eſſe neceſſe eſt, ut & non
, & tamen ipſe futurus ſit. Grandis planè difficultas, &

non

non parvum infirmis greſſibus offendiculum, niſi explanetu
Primum facilè & creditum & confeſſum, quin & quibuſda
etiam ſcitum certum, immutabilem ſcilicet eſſe Deum. Et a
hoc eatenus uſq; Philoſophorum quidam conſenſerunt, ut e
iam neq; noſſe, neq; amare, neq; velle quidquam Deum extra
blaſphemarent; qualis fuit *Ariſtoteles* & *Averroës*, putantes à v
luntate antiqua nō poſſe opus novum procedere. Horum ſtu
titiæ & blaſphemijs credo ego revincendis non parùm verbu
hoc deſtinatum, licet etiam alia altiore & fœcundiore ſente
tia prægnet: ut videlicet explanetur, *Ero homo qui ero.* Man
feſtè enim *Azer* apud Hebræos relativum ſubſtantiæ, ſicut apu
Latinos *qui*. Tamen ſic non Deus Trinitas Moſi loquuta, ſe
ſecunda in Trinitate perſona ſolùm. Et huic alto legis myſteri
congruit, quòd Moſes non ſponſus futurus, jubetur tollere
pedibus calceamenta, quoniam locus ille ſponſi præſentia ſa
Cap. 4. ctificatus erat. Cujus legis exemplum *in Ruth*, ubi etiam nō præ
tereundum verbum mirabile & ſententia plenum, ut prophet
magis exiſtat, aut ſuperioris prophetiæ declaratio & explanati
ut in toto contextu is, cui ſponſo diſcalceatus cedit, *Goel* dicitu
hoc eſt, redemptor. Verè igitur *erit homo qui erit* is, cui Moſes
Ioſue dux jubentur diſcalceari, ſponſus unà & redemptor. N
valdè ab hac ſententia abnuit, etiamſi Trinitas univerſa Mo
loquuta fuerit; quoniam licet Verbum duntaxat caro factū ſi
& ita ſolum Verbum fuerit quod fuerit, univerſæ tamen Trin
tati Moſes credo diſcalceatus honorem ſponſi ceſſerit. Non
ſine grandi myſterio ſponſæ *in Canticis* dilectus ex dilecto tr
buitur. Actus enim amoris, quo ſponſa in ſponſum rapitur, qu
λατρεία eſt, ſapientiſſimè per ſponſam divinitus inſtitutam un
verſæ defertur Trinitati. Etiam redemptoris Verbi vocabul
licet niſi Filio tantùm congruit, & quantū libet congruit, abſ
tamen ulla perſonæ Verbi mutatione, quòd Verbum caro f
ctum eſt, carnis, non ſua factum eſt mutatione. Verùm pote
alia etiam intelligi viciſſitudo in verbis iſtis univerſæ Trinita
apud quam nulla eſt tranſmutatio aut viciſſitudinis obūbrati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

..t apud eam viciſſitudo, de qua dictum eſt, *Ero qui ero*: & nō ..pud eam viciſſitudo; quoniam Deus, qui non mutatur. De⁹ ..n eſt qui non mutatur, quia non eſt in eo viciſſitudo. Erit ..lominus qui erit, quando tranſiens miniſtrabit illis. Quib⁹ .. niſi beatis ſervis ſuis, quos cùm invenerit vigilantes faciet ..diſcumbere? Et ubi, niſi ſuper menſam Patris ſui, Patris lu..mum, apud quem non eſt viciſſitudinis obumbratio? Illic Fi..us tranſiens miniſtrabit eis. Illic Filius tranſibit, & Pater non ..ſibit? Vtiq; & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus tranſibunt. ..i enim ſedet ſuper Cherubin, idem & ambulat ſuper pen..ventorum. Quod melius ad hanc intelligentiam interpre..tur, *ſuper pennas, aut alas ſpirituum*. Tranſit enim & ambu.. ſuper alas ſpirituum, quando ſuper alas Cherubin & Sera..hi adſcendentium ad cor altū, etiam tunc exaltatur Deus, & ..bilis ſit ſcientia Dei ex eis, ideò ut ad eam confortatam nō ..int. Omnibus ergo beatis erit hæc viciſſitudo Dei: ut quan..libet norint & videant, ſemper erit quod non comprehen... Et hoc puto dictum, *Ero qui ero*. Quia quantùm adſcen.. homo ad cor altum, ſemper exaltabitur Deus, & ambu.. ſuper pennas ejus, & erit ſemper ſuper eum quod erit, & ..anſiens miniſtrabit miniſtris ſuis.

..Verbum manens æternum & immutabile, tripliciter invenitur abbrevia..: in creatura, quæ per Verbum facta; in Scriptura; in adſumta humana natura; & in eadem ſolà conſummatum.

CAPVT V.

..Erbum abbreviatum & conſummatum fecit Deus ſuper ..erram. Verbum primū, Verbum æternum, paternæ men..ternum, virtute, veritate, deitate coæquale Patri, ante o..ſecula natum. Hoc Verbum abbreviatum fuit, quando in..ius condita & inſtituta fuit creatura omnis, ut ſubſiſteret, ..deundo imitaretur, imitando repræſentaret, rationalis, ut ..ceret, & accederet, & illuminaretur ab eo. Vnde etiam ..Verbum factum eſt, cùm ante omnia ſecula non factum ..d factum eſt faciens, factū eſt illuminans creatas mentes,

factum

factum dirigens in viam, factum docens Cherubin & Seraphin
docens ſapientiam, & factum tunc primò abbreviatum, ſed nō
conſummatum. Omnis enim latiſſima latitudo ſcientiarum i
latiſſimis beatorum illorum ſpirituum mentibus, quæ tàm lat
eſt ut arena in litore maris, ſtillæ pluviarum, guttæ roris, abyſſu
maris, vix ejus comparatione exigua paucitas æſtimanda ſi
adeò tamen ſupra & extra ſe Verbi hujus magnitudinem vene
ratur, ut magno ſuo ori ſacrum ſilentium imponat, & brever
æſtimet univerſam latitudinem. Fecit non ſolùm in creatu
ſua Verbum ſuum abbreviatum, ſed etiam in Scripturis D
Pſal. 19. ſanctis *dies diei eructat verbum*, & fecit verbum. Vnde non ſ
verſ. 2. mel in eis legitur, *Verbum quod fecit Deus*. &, *Verbum quod f*
ctum eſt. &, *Verbum in manu hujus aut illius Prophetæ*. Verbu
hoc, etſi cœlo terraq; tranſituris ſtabilius ſit, tantæq; profund
tatis ac ſapientiæ, ut angeli deſiderent in ipſum proſpicere; nō
tamen conſummatum Verbum eſt, ſed multipliciter abbrevi
tum. Quàm enim abbreviatum fuerit in lege & Prophetis, d
cent graves manus Moſis, & velamen poſitū ſuper faciem eju
univerſi libri ſignati clauſiq;, integumenta, & velum oppanſ
ante faciem ſanctorum. In quibus omnibus quàm tenebro
veritatis latibulum abditum latuerit, niſi Verbum caro factu
poſuiſſet in ſole tabernaculum ſuū, ut nemo jam ſit, qui ſe a
ſcondat à fulgore ſuo, quando ab ortu ſolis uſq; ad occaſū tā
in gentibus magnum nomen Domini, ut repleta ſit terra ſcie
tia Domini, ſicut aquis maris cooperientibus. Hæc Evangelij
titudo & plenitudo docet, Verbum illud veteris teſtamenti,
metſi factum fuerit à Domino, quàm fuerit abbreviatum. M
tum enim abbreviatum pridem factum fuit, quod poſteà ta
ta ſequentis Evangelij latitudine fuit dilatatum. Sed & in Eva
gelio, ac toto novo teſtamento Verbum ipſum abbreviatu
quod quantumlibet liqueſcentis veritatis claritate reſplende
ipſum tamen Verbum parvulum factum propter nos non ad
Ioan. 21. quat. Multa ſiquidem verborū & operum Ieſu non ſūt ſcrip
quę ſi ſcriberentur, nec mundus caperet eos, qui ſcribendi eſſ
libro

s. Et cùm ſcripti eſſent, Verbum tamen incarnatum non
rent. Vtrobiq; ergo Verbum ſuum Deus Pater abbrevia-
i creatura & Scriptura; ſed neutrobiq; conſum̃avit. Quan-
tur abbreviavit & conſummavit, niſi quando parvulum
m & caro factum, plenum gratia & veritate? tanta gratia &
te plenum, ut de ejus plenitudine accipiant omnes homi-
angeli, ut ejus comparatione tota retrò creaturarum &
urarum plenitudo & latitudo brevis & arcta vacuitate ju-
r. *In ipſo* enim, quoniam caput eſt, univerſi corporis my- *Coloſſ. 2.*
bſconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Ipſe *verſ. 3.*
irtus & ſapientia, parvulus datus nobis, ſed qui crevit in
em magnum, ut impleret univerſam terram, terram dico
tium. Creſcit interim, donec creſcit regnum ejus, & cre-
o accedit ad conſum̃ationem. Sed non conſum̃abitur, niſi
lo evacuans omnem principatum, & poteſtatem, & domi-
nem, tradet regnum Deo & Patri. Tunc Verbum, quod pro
exinanitum, parvulum factum eſt, abbreviatum, ut caro
gloria & honore coronatum, in conſummatione ſeculo-
edebit in dextera virtutis & claritatis Dei. Factum a. caro
bum abbreviatum, ut de plenitudine ejus accipiant õnes.
i omnes? An omnes homines? Sanè liquet quia nõ. Mul-
idem homines vacui manent non ſolùm à gratia, ſed ple-
Dei, propter averſionem, odium & oppugnationẽ gratiæ
Qui ergo illi, qui omnes de plenitudine ejus accipiunt, ut
mprehenſi in ſocietate Iohannis Baptiſtæ? Dicit n. de ſei-
uis: *Et nos omnes de plenitudine ejus accepimus.* Certũ, quia *Ioan. 1.*
nes de hac plenitudine accepit; ſed non pro ſe ſolo diſtri- *verſ. 16.*
m dicit, *Et nos omnes.* Qui ergo ſunt, qui cum Iohanne
plenitudine acceperunt? Verùm illos facilius inveniemꝰ,
itudinem eam de qua acceperunt adſpiciamus. Videre
o portet, quæ ſit ejus plenitudo. Certè ea, quam *ſuprà* eodẽ
lo diffinit *gratiæ & veritatis plenitudinem.* Verè n. plenꝰ *verſ. 14.*
, & plenus veritatis & ſapientiæ, plenus charitatis & juſti-
ctus oleo lætitiæ præ omnibus cõſortibus ſuis. Plenitudo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

igitur ejus eſt plenitudo ſpiritus non ad menſuram dati, & ad
dati, ut univerſæ civitati ſanctæ ſufficiat fluminis hujus imp
tus ad lætificandam civitatem Dei, & ſingulis civibus ejus. Q
igitur in conſortibus ejus de flumine lætificante Dei civitate
bibunt, qui ex ipſo oleo lætitiæ unguntur, qui cives ejus ſanc
civitatis ſunt, qui regnum ejus confitentur, qui ſanctificantur
cerdotio ejus, quia ſapientiam, gloriam & juſtitiam ab eo par
cipant homines & angeli & ſancti, omnes de plenitudine Ver
abbreviati & conſummati accipiunt. Quoniam ille omniu
ſacerdos unicus, omnium Rex unicus, omnium ſponſus ur
cus, ſatians amorem, exaltans honorem, conſummans ſancti
cationem. Verè ipſe angularis lapis eſt, in quo angelorum & h
minum duo muri cœleſtis Hieruſalem uniuntur. Ipſe eſt, c
facit utraq; unum.

Quibus de cauſis Deus humanam naturam adſumpſit, & Verbum caro factum eſt.

Caput VI.

Congruus hic locus tractare, quare Deus homo factus ſ
Cur Deus homo? niſi ut ſanctum illud & ſpectabile corpu
videlicet univerſa Eccleſia triumphantium beatorum non
ſet trunca, ſed gauderet ſuo legitimo capite. *Epheſ. 1. Qui eſt*
verſ. 22. *put ſuper omnem Eccleſiam.* Et *Coloſ. 1. Ipſe eſt caput corporis E*
verſ. 18. *cleſiæ.* De Eccleſia triumphante, *Coloſſ. 2. Qui eſt caput*
verſ. 10. *mnis principatus. Cur Deus homo?* Vt ſtructura ſacri templi h
beret lapidem angularem, in quo uterq; paries, hominum
verſ. 21. angelorum, conveniret & fundaretur. De primo, *Pſal. 118. L*
pidem, quem reprobaverunt, ædificantes. & allegatur à Stepha
in Actibus, qui dicit ad ædificantes Iudæos, *hic factus eſt in cap*
anguli. De ſecundo, *1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo p*
verſ. 11. *teſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſu*
Item, *1. Cor. 10. Petra autem erat Chriſtus. Cur Deus homo*
verſ. 14. Vt haberet omnis creatura mediatorem communem Deo
verſ. 12. & ſeqq. creaturæ: *Galat. 3. Donec veniret ſemen cui promiſerat: ordina*

angelos in manu mediatoris: Mediator autem unius non eſt,
us unus eſt. 1. Tim. 2. Vnus eſt Deus, unus & mediator Dei & verſ. 5.
inum, homo Chriſtus Ieſus. Cur Deus homo? Vt haberet
verſa militia Dei & omnis populus Dei regem ſuum. *Luc. 1.* verſ. 33.
egnabit in domo Iacob in æternum. Apocal. 19. Habens in dia-
ate & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum & Dominus domi- verſ. 16.
tium. Cur Deus homo? Vt haberet Schola Dei Docto-
ſuum. *Ioel. 2. Et filiæ Sion exultate & lætamini in Domino*
ro, quia dedit vobis Doctorem juſtitiæ. &c. Cur Deus ho- verſ. 23.
? Vt haberet civitas Hieruſalem templum ſuum. *Apocal.*
Et templum non vidi in ea, Dominus Deus omnipotens tem- verſ. 22.
illius eſt, & Agnus. Cur Deus homo? Vt templum cœ-
Hieruſalem haberet ſummum ſacerdotem. *Pſal. 110.* verſ. 5.
ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Et
gatur *Hebr. 5. Cur Deus homo?* Vt invenirent om- verſ. 6.
iliæ Dei ſponſum ſuum, & amoris ſui paradigma: *Ioan. 3.*
t ſponſam, ſponſus eſt. Et *Matth. 9. Numquid poſſunt filij* verſ. 29.
i lugere, quàm diu ſponſus. &c. Cur Deus homo? Vt verſ. 15.
erent omnes in templo Dei ſacrificantes hoſtiam ſuam.
.9. Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitu-
ſperſus ſanctificat ad emundationem carnis, quantò magis verſ. 13.
uis Christi, qui per Spiritum Sanctum ſemetipſum obtulit in & 14.
lo illo non manu facto. Et ſi non hoſtias aut victimas de præ-
,pars tamen de præterito, omnes autem de præſervato &
as & victimas, & pro peccato & ignorantia, & decimas, &
itias omnes, & pacifica, & ſacrificia offerunt. Holocauſtum
m omnes & incenſum in templo, ſive homines, ſive ange-
ferunt per Ieſũ. *Cur Deus homo?* Vt haberent omnes oves
Dei ſuum communem paſtorem. *Ioan. 10. Ego ſum paſtor* verſ. 11.
s, per me ſi quis. &c. Reliquit nonaginta novẽ oves ſuas in & 9.
tibus, abiens quærere unã quæ aberraverat. Cõmunis ergo Luc. 15.
paſtor huic & illis deſtinatꝰ & prædeſtinatus fuerat; ſicut
præviſus & inviſus Lucifero Agnũ perſequenti. *Cur Deus*
? Vt haberent omnes filii Dei, & omnis creatura ſuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

vers. 29. primogenitum fratrem. *Rom.8 Vt ſit ipſe primigenitus in mul-*
vers. 15. *tis fratribus. Coloſ.1. Qui eſt imago Dei inviſibilis, primogeni-*
tus omnis creaturæ.

Quòd Deus Verbum carnem adſumſiſſet, etiamſi homo non peccaſſet.

CAPVT VII.

LIcet multa verba Sacræ Scripturæ, & Symboli Nicæni con-
feſſio ſonet pro opinione *S. Thomæ*, quòd niſi peccaſſet A-
dam prævaricando mandatum, Verbum non fuiſſe factum car-
nem. Dicit enim Synodus Nicena; *Qui propter nos homines &*
propter noſtrā ſalutē deſcendit de cælo, & homo factus eſt. Quò
ſi propter nos homines & propter noſtram ſalutem homo fact
eſt, videtur non fuiſſe futurus homo, niſi propter noſtram ſalu-
tem. Salus autem perditionis tutela eſt. Niſi ergo à perdition
tueri oporteret, non eſſet ſalvator. Sed magis urgent verba Sacr
Scripturæ, dicentis, *Parvulum natum nobis, ac datum nobis.* Ite
Eſai.9. vers.6. *quòd miſit Deus Filium ſuum in mundum, propterea miſit, ut ſal-*
Ioan.3. *varetur mundus per eum.* Sed qui propter hujuſmodi verba mo
vers.17. ventur diſcedere à ſolida veritate, qua certum eſt, creaturam ill
beatam à Verbo adſumtam in unionem hypoſtaticam, no
ſolùm ſuper omnem creaturā eſſe ſublimatam; ſed etiā ſic im
pletam gratia, juſtitia & gloria, ut ejus unius gratiarum & glori
plenitudo præponderet in judicio Dei ſuper omnem plenitud
nem univerſæ reliquæ creaturæ, ut verè magis Deo dilecta ſi
beata illa anima, quàm omnis reliqua creatura; adeò, ut ſi alter
duorū oporteret fieri, vel dilectam illam animā Chriſti, capit
Eccleſiæ, digniſſimam & gratiæ pleniſſimam ex una parte: ve
corpus Eccleſiæ, id eſt, virginem matrem cū univerſa Eccleſi
beatorū, cui ſpiritus ad menſuram datus, capiti autem Agno n
ad menſuram datus; unde majore ab æterno charitate dilectu
quàm tota Eccleſia, & incomparabiliter majore; ex altera part
redigi in nihilum. nemo tàm cœcus divinarū rerum æſtimato
qui non certum habeat quid judicet. Fit enim propter eius d
gnitatem & gratiæ plenitudinem, ut propter Chriſtum Eccleſi
dilecta ſit & ſalva facta; non Chriſtus propter Eccleſiam à De

dilectu-

[illegible]ectus. Semper enim ordinatus amor majorum bonorũ ma-[illegible]& prior eſt. Magis ergo Deus Chriſtum amavit ab æterno, & [illegible]us, quàm totã reliquam Eccleſiam. Magis ergo etiam & pri-[illegible]prædeſtinatus, quàm totum reliquum corpus. Immò nec [illegible]um reliquum corpus prædeſtinatum, niſi in ſacri capitis di-[illegible]ate. Sive enim homines, ſive angeli, ſummo & ſacratiſſimo [illegible]ternũ ſacerdotio ſuaviſſimum ſacri incenſum offerent an-[illegible]ronum Dei. In illius ergo gloriã prædeſtinati ſunt poſt illũ, [illegible] Patre data hereditas per ipſum, & in ipſo Deum hereditan-[illegible]ro eodem facit verbum de fundamento ſpiritualis ædificij, [illegible]o nemo poteſt aliud ponere præter id, quod poſitũ eſt, Do-[illegible]us Ieſus. Qui ergo propter ſuperiores rationes hanc certam [illegible]tatem dimittit, ex *præcedenti capitulo* etiam plurimum [illegible]entem, temerè ac improperè diffinit. Habet enim omnis [illegible]lis animus divinum aliquid in ſe, ut liberaliter ſe commu-[illegible]. Et quantò nobilior eſt, eò divinitatis imitantior. Vnde [illegible]a illa ac Deo dilecta anima, quia ſuper omnem creaturam [illegible] ſimillima fuit, ſeſe nimirum totam conſortibus donavit, [illegible]madmodum vidit ſibi donatum Deum. Spiritus enim San-[illegible]cùm ſit, ut Pater & Verbum, æternus, & cum Patre & Filio [illegible]lis Deus ab æterno, tamen illi beatæ animæ donũ deſtina-[illegible], ac donũ tàm plenum, ut ex plenitudine ejus accipiant o-[illegible]s conſortes & participes. Num ergo æternus Deus ab æter-[illegible]ropterea ſolùm proceſſit ex Patre & Filio, ut aliquando in [illegible]ore donum fieret animæ Chriſti, quam ungeret, impleret, [illegible]atiſſimam Deo faceret? Quis tàm abſurdus, ut ita deſipiat; [illegible]tàm impius, ut ita blaſphemet? Quoniam & Pater Spiritũ [illegible]at, & Filium dat, & ſemetipſum dabit Patrem nobis. Num [illegible], ſi propter nos hæc faciat, & nobis hæc ſit, nunc etiam ſi nos [illegible] eſſemus, Deus non eſſet? Vnde & ſi dignatione, & propen-[illegible] indulta voluntate Salvator ſit nobis, ac talis Salvator, ut ad [illegible] ſumam vitam, velut in ultimũ portum, finem & fructum [illegible]: num propterea Deus eſt, ut Salvator fiat, ac talis Salva-[illegible] Verè, quòd propter illam vitam & fructum Salvator eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Salvator, ut fiat beatificator; ſed non propterea Deus. Prop-
ter quod quodcumq; illud illi cæteris volendi cauſa eſt, ac deſi-
derandi & amandi. Omne igitur magis amatum eſt, velut prop-
ter cęteris minus amatis. *Propter* ſemper dicit ordiné volitioni

Verbum ergo non principaliter propter me caro factum e
mihi tamen prorſus Verbum caro factum eſt, mihi meiſq;
moribus datum & ab æterno deſtinatum, totum donatú qui
quid vel eſt, vel adſum ſit. Vnde ſicut Verbum non propter ca
nem factum eſt caro, ſed propter ſeipſum Verbum caro factu
eſt: ita Verbum adſumtæ carnis caro factum eſt, & Verbum in
Verbum, per ſe Verbum, propter ſe Verbum. Carni unitum i
Verbum eſt in ſe, per ſe, propter ſe, quoniam illi carni prima
mnis creaturæ gratia, ſapientia, juſtitia, viſio, æſtimatio, fruit
eſt æternæ Deitatis, qualitercumq; in ſe exſiſtentis. Illi ergo ca
ni, licet non propter illam carnem, Deus eſt quicquid eſt. Va
dè igitur cum reverentia tractandum verbum Nicænæ ſyno
quo dicitur, *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſal
tem. &c. & homo factus eſt.* Quaſi Verbú caro factum ſit pro
ter nos, aliàs non futurum caro. Non enim in cauſis finalib
eſſentialiter coordinatis is ordo, ut meliora ſint propter pejo
tanquàm, propter ſuos fines. Deus etſi ſeipſum det nobis, glo
am tamen ſuam alteri non dabit. Gloria ſua, qua Deus per
ſentiam ab æterno: Hoc nulli extra ſe dari poteſt, neq; etia
adſumtæ carni. Illa enim neq; ab æterno Deus eſſe, neq; per
am eſsentiam unus Deus eſt.

*Quomodo ſalus ſit ſine perditione, & virgo mater ſine originali & concep-
ta ſalvata: & quomodo angelorum ſalvator fuerit Dominus
Ieſus, qui nunquàm peccaverunt.*

CAPUT VIII.

Ongruus hic locus dubitationi pertractandæ, qua quæritu
utrum ſine perditione poſsit eſse ſalus? quia ſalus per perd
tionem diffinitur. Eſt enim ſalus à perditione tutela: quema
modum periculoſum vicina perditionis impendentia. Qu
buſdam videtur quòd non, qui videlicet Virgini matri Dom
nu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

n Ieſum Salvatorem trepidant confiteri , ſi nunquàm ſub
inali fuit : quaſi pro confeſſo habeant , niſi pridem perdito
eſſe Salvatorem. Sed facilè quæſtionem hanc ſolvit com-
nis navigantium & ægrotantium conſuetudo; quæ publicè,
ne adulatione, gubernatores & medicos periculis eximen-
ocat, & verè vocat, Salvatores: nautæ autem, **Beholden
ſe.** At ex hinc alia dubitatio adſurgit; *An ſit ſalus etiam
; periculo, ut Salvator dici poſſit, etiam ubi nullum impendet
culum?* Sed conceſſa primæ dubitationis rejectione, planè
et ex diffinitione ſalutis, eò magis dici Salvatorem, quò fu-
s qui ſalvatur tutior à perditione. Quantò igitur à perdi-
e longinquior, tantò eſt Salvatior, tantò ſalus verior. Ma-
gitur uniuſcujuſq; Salvator eſt Ieſus, quantò magis à pecca-
lvat. Virgini igitur matri maximè Salvator, ſi eam non ſo-
à mortali & actuali , ſed & originali ſalvavit. Hinc jam
imus quæſtioni locus; *Vtrum Dominus Ieſus etiam Ange-
lvator fuerit?* cum *B. Bernardus* Chriſtum redemptorem
angelorum, ſicut & hominum, præſervando ne venderen-
ub peccato. Vbi ſi futuræ ſuæ obedientiæ & magnitudine
æ, victimæ, decimarum, primitiarum, pacifici ſacrificij, ho-
uſti & incenſi meritum ſuffragatum illis, ut efficacius ex
ribus comprehenſores fierent; aut ſi poſteà multum de e-
lenitudine accipientes ex inconſummato ſuo conſumma-
nt, profectò ab inconſummatione ſunt ſalvati , facti conſũ-
. Quid hoc trepidamus homini Chriſto tribuere, quod
identer & piè ſibi Paulus tribuit, cùm dicit *ſe cupere, ut a-* 1. Cor. 9. verſ. 22.
os ex illis faciat ſalvos. Nũ erubeſcent Angeli ſe ſalvatos per
iſtum, qui ſe non erubeſcunt Chriſtianos per Chriſtũ? Im-
ant n. Deo *in Apocalypſi* ſalutis confeſſionem, ſicut & victo-
x honoris, dicentes; *Salus Deo noſtro, & honor, & victoria.* Cap. 19. verſ. 1.
nimò puto ego non prorſus legitimo ſuo certamine coro-
s à principio, ſed mitiore bello diſpenſatũ eis propter futu-
agni prælij participationẽ, qui potentẽ & fortẽ Dominũ in
io confitentur. Et ita etiã angelos ex periculo & prælio per
tum ſalvatos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

*Quòd Verbum incarnatum fuiſſet, etiamſi Adam non peccaſſet: & de Agn[o]
occiſo ab initio. Item, quomodo Angeli vicerunt in ſanguine Agni, pu-
gnantes cum Dracone, facti martyres Christi.*

CAPUT IX.

AGnus occiſus ab initio. Apocal. 13. Et Ioan. 8. Ille homi-
verſ. 8. cida erat ab initio, & in veritate non ſtetit. cum ijs qua
verſ 44. ibi circumſtant. *Nunc autem me quæritis interficere, homi-*
nem qui veritatem vobis loquor. Ille mendax eſt, & Pate[r]
mendacij : & voluntatem patris veſtri vultis facere in m[e]
occidendo. Ergo ille homicida erat in me ab initio, cùm non
adhuc creatus eſſet homo. Nam in originali *Ioannis* ἀνθρω-
πόκτονος dicitur, id eſt, homicida. Quando pugnavit Drac[o]
cum Michaële, non ἀνθρωπόκτονος, ſed ἀγγελόκτονος erat, id eſt, an-
gelicida. Igitur verbum ἀνθρωπόκτονος multum facit pro eo, quò[d]
Verbum incarnatum fuiſſet, etiamſi Adam non peccaſſet: quo-
niam ab initio illum naſciturum videbat, & invidebat adeò il-
lius veritatis confeſſionem, quòd cum Michaele pugnaret, &
bello mortali perſequeretur propter Agnum, quem ſupra ſ[e]
hominem gloria & honore coronatum prævidebat. Ergo à
principio, aut ab initio homicida fuit, antequàm angelicida; li-
cet omnium ruinæ complicum ipſe angelicida fuerit illorum
ſecunda invidia, propter primi hominis inviſum primatum.
Si enim homicida ab initio, & Agnus occiſus ab origine mun-
di; igitur quando fuit homicida, in Agnum fuit homicida. E[t]
quando ſe & complices apoſtaſiæ ſuæ in mortem præcipitavit
in ſe & in ſocijs ſuis, & in ſanctis etiam angelis, quando Mi-
chael & Draco pugnaverunt, quos propter odium & invidiam
Agni oppugnavit, quem invidebat hominem ſibi prælatum i[n]
unione adſumendum: & ita in cœlo Angeli perſtantes fact[i]
ſunt μάρτυρες & teſtes Agno, & Agnus teſtis illis. Illi teſtes Ag-
no, confitentes & adſtruentes Agni divinam ſimul & huma-
nam præcellentiam: Et Agnus teſtis illis veritatis, rectitudin[is]
& juſtitiæ. Agnus hic à principio fundatæ civitatis illius la-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ngularis, probatus in fundamenta Sion, ordinarius, non
uitus aut caſualis, in quem & propter quem omnis reliqua
tura, qui ſui amore conſtantes omnes cœli cives, angelos &
nines, Deo conjungit & colligat ſibi. Eſt igitur idem Ag-
utrorumq; ſalvator: illorum ſic etiam ut neq; caderent;
minum verò etiam poſtquam ceciderunt. Atq; in hunc mo-
n, tametſi non angelos, ſed ſemen Abrahæ, tùm propter an-
s etiam, qui non ceciderunt, ſemen Abrahæ adprehen-
quorum ſalvator factus eſt Agnus. Non hîc incongruè
are congruit illud *Apocal. 12. Et ipſi vicerunt illum prop-* verſ. 11.
nguinem Agni. Quod propter vocem magnam mox poſt
ectum Draconem ſequutam, convenienter de bonis ange-
atribus accuſatis, accipitur; niſi confitendo primo inſtan-
mnia creata ſimul prophetando de futura ejus criminatio-
ratribus accuſatis per Draconem hominibus intelligatur, verſ. 10.
quod dicitur, *Accuſator fratrum accuſabat illos.* Non
puto angelos opus habuiſſe ſanguine Agni; ſed duntax-
arnatione Verbi: niſi fortaſſis quis dicat, quoniam Mo-
mnia Tabernaculi in ſanguine conſecravit & expiavit, juſ-
mnia facere ſecundum exemplar in monte monſtra-
neceſſarium igitur omnia cœleſtis tabernaculi exem-
vaſa omnia ſanguine mundari. Vt ſic angeli viciſſe
catur in ſanguine Agni, & magis, ſi de angelis pugnan-
intelligatur: viciſſe, inquam, liberati à malo, ſalvati à
ulo, & vivificati à morte; non redempti & reconci-
Non enim vel captivi fuerunt aliquando, vel filij iræ;
ntandi & probandi legitimo certamine, coronandi: ideò
tionis, probationis & certaminis periculum ſubeuntes,
ti à periculo ſalvati ſint & vivificati à morte. Omnium
mortuorum exſuſcitator, & liberator, & ſalvator per ſan-
m ſuum: redemptor autem & reconciliator non, niſi
num in eodem ſanguine. Ex hoc fundamento ſacer-
m Chriſti magis prædeſtinatum eſſet à Deo, quam re-
n. Magis enim neceſſarium illis Deo conjungi per ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

cerdotem, quàm ut ſub rege amica pace uniantur: & huj
ſummi Sacerdotis ſummum ſacrificium maximè à Deo pr
Philip. 2. vers. 8. & 9. deſtinatum. Hoc autem fuit, *ut obediens uſque ad morte mortem autem crucis; propter quod etiam Deus illum exaltav & dedit illi nomen ſuper omne nomen.*

Omnibus intellectualibus creatùris, angelis, hominib unum periculum inter probandum, abire in conſilium im piorum, non obedire mandato in quo lex pendet & Pr phetæ; à quo periculo, quantum non duntaxat exemplo A ni, ſed & virtute & ſuggeſtu inter pugnandum & certandu adjuti, & quantò inter probandum imperfectum obedien illorum minus inventum eſt habens, de plenitudine ejus a cipiunt omnes. Profectò quantum in malis fuerunt libe vit, tantò etiam liberator fuit. Et ſicut oraverunt ut non tentationem introducerentur, ſic etiam ut à malo libera eos oraverunt. Erant etiam in morte antequàm pugnare quantò vel à gratia cadere poterant, vel ante confirmante gratiam nuda naturalia, etſi ſine peccato quod imputaret non tamen vivificante ſpiritu ex alto inſpirati vivebant ſic Adam. Et ita vivificati, liberati, ſalvati ſicut omnes. S calix ſanguinis effuſi in redemptionem eorum qui venund ſub peccato, pro multis; quia pro lapſis hominibus tantù Et certè utcumq; dicitur, liquet, quòd in ſententijs & conc ſionibus ex ſacris eloquijs Dei elicitis, non ſolùm trepid licet; ſed etiam in arduis cum tremore loqui oporteat & j dicium ſuſpendere: aut ſi aliquid piè adſeritur, ſicut de co porali adſumptione Virginis matris *Hieronymus* tradit, ni temere diffiniatur, quando propter obſcuriorem Scriptu ſententiam pro altera parte videntur argumenta contrar Et hinc liquidò eluceſſit, quantùm conferat Scholaſtica Th ologorum exercitatio, ubi dum argumenta contra veri tem facta ſolvuntur, adſertio veritatis, ſicut arbores vent & hyeme, roboratur. Vtrumq; igitur arduum dictu, tà ut propter eos paſſus qui non peccaverunt; & ex altera pa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quòd ſummi ſui Sacerdotis officio ſimul & ſacrificio non e-
runt: præſertim cùm dicat Apoſtolus, quòd *ſicut Chriſtus*
est pro nobis. &c. Et propter hoc Deus exaltavit illum,
dit illi nomen ſuper omne nomen, ut ſit ipſe omnium
tis civitatis civium Rex, & Sacerdos, & lux, & lucerna.
o propter obedientiam crucis uſq; ad mortem nomen
ni Sacerdotis & Regis datum eſt, pro illis non eſt paſſus,
on ſub regia ejus poteſtate triumphant, qui non ejus
icio approximant Deo, qui non ejus lumine & lucis
lore ambulant, ducatu ejus victores ſunt, principatu
acati ſunt, fraternitate ejus adoptati ſunt, & filij facti re-
jus ſublimati. Eſt enim Rex regum, & quia primoge-
mortuorum, ideò omnes mortales à morte ſpirituali per
reſurgunt, ut in novitate vitæ ambulent. Et qui in ſto-
bulant, dealbaverunt eas in ſanguine Agni occiſi ab o-
mundi per illum qui homicida fuit ab initio, qui Capitis
a cecidit de cœlo, videns & invidens ſupra ſe futuro an-
lapidi Domino Ieſu, qui omnes filios adducturus erat
riam adoptionis filiorum Dei. Huic iuvidens & detra-
veneſico livore universa ſub capite illo membra per ſe-
. Et quia in nomine illius Agni univerſum gregem
uebatur ab initio, ideò rectè quoq; ab origine Agnus
initio mundi occiſus dicitur; quia quæcunq; horum
nomine fecit, rectè ſibi fecit, de quo infrà patebit.

angeli profecerunt juſtitia & beatitudine ex paſſione & ſacrificio
ſummi Sacerdotis Chriſti Ieſu: & de duplici ſacerdotio Chriſti,
& duplici ſacerdotio angelorum.

CAPVT X.

uòd ſaltē profecerunt in Chriſto angeli ſancti, valdè vide-
r adſtruere verbū de dignitate Agni ſedētis in throno, *Apoc. 5.*
digni

digni aperire librum, quem nemo in cœlo nedum aperire, ſed neque reſpicere poterat; & poſteà aperto libro confiten tes per Agnum ſeſe factos reges & ſacerdotes. Et ſi quis cavil loſus fugiat propter verbum *redemptionis & ſanguinis*, & e.
verſ. 11. 12. & 13 *omni natione & tribu*: ſaltem quod ſequitur de angelis ad mittat: *Et vidi, & audivi vocem angelorum multorum, &c erat numerus eorum milia milium, dicentium voce magna; Di gnus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & divinita tem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & glori am, & benedictionem, & omnem creaturam quæ in cœlo eſt.* Erg angelos in ſuum ſacerdotium & regnum. Igitur illos etiam regnare fecit, & ſacrificare, & adolere. Holocauſtum enim incenſum Chriſti tale incenſum eſt, ut etiam incenſum i ſorum Seraphim incendat non ſolùm, ſed in æternum. I lorum enim Sacerdos, etiam in cruce, illos inſtaurans p
verſ. 19. & 20. crucem, quando ſecundum Apoſtolum *Coloſſ. 1. In i ſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eu reconciliari pacifica per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ terris, ſive quæ in cœlis ſunt.* Hinc jam facile videre quanto igne flagravit, quòd etiam ipſos Seraphim incend quorum Sacerdos fuit. Neque ſolùm Sacerdos magnu
Cap. 3. uti eum viderat *Zacharias* ad altare indutum ſordidis veſ mentis, quando Sathan à dextris ejus; verùm etiam Sace dos in æternum. Sed id quibus, niſi æterno populo De Populus autem Dei omnes illius beatæ civitatis cives, n minùs angeli quàm homines. Angelorum igitur etiam S cerdos in æternum. Sacrificium eſt ultimus apex pop Dei. & incenſum eſt ultimum Sacerdotij, & in eſſen libus duntaxat, ſive meritorum, ſive præmiorum. Sed troque ſacerdotio ſuo Chriſtus angelis ſacerdos fuit, & nis angelorum ſacrificus, tàm ſacerdotio in ſacrific crucis, quàm ſacerdotio in æternum. Primum ſac dotium perfectæ juſtitiæ: ſecundum, perfectæ beatitu nis. Et credo, ſicut in beatitudine per ſacerdotiu

Chri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Chriſti amplius incenſi ſunt etiam Seraphin; ſic eorum juſti-
tia interim in cœlo tantùm pependerit imperfecta in amando
Chriſto, donec incenſum amoris juſtitiæ primi ſacerdotis perfe-
ctum tantò, quantò fuit eorum juſtitia, tali propoſito exemplo
magis inflam̃ata. Profecerunt igitur angeli ſancti in utriſq; eſſẽ-
tialibus: juſtitiæ ſcilicet, & gloriæ. Habent jam in patria ſacerdo-
tium juſtitiæ & ſacerdotium gloriæ: licet non ſeparata, licet ve-
rè diſtincta. Manent enim ſapientia, judicium ſive æſtimatio
gloria, & juſtitia, quæ charitas vel amor dicitur. Ideò ſicut
fuerunt abſq; viſione & fruitione beatifica, licet minore men-
ſura, ita poſſent volente Deo incendi ad illum gradum ſapi-
entiæ, judicij & amoris abſq; viſione. Angeli enim de fortitu-
dine prædicant Regem gloriæ: & non hoc de fortitudine bea-
titudinis; ſed quòd fortis fuit in prælio. Prælium eſt ante trium-
phum; licet etiam nunc in triumpho ſit fortis. Sententiam hanc
de angelorum profectu confirmat *Magiſter in Sententijs*, di-
cens: *Conſtat omnes angelos in cognitione divinorum myſteriorũ*
proceſſu temporis profeciſſe. Unde non inconvenienter, ſed proba-
biliter dicetur eos uſq; ad judicium in ſcientia, dilectione, etiam in
beatitudine proficere. Licet enim in confirmatione beatitudinem
acceperunt, atq; perfectam, augetur tamen in eis quotidie, eò quòd
Deum magis cognoſcunt ac diligunt. Et eſt eorum charitas, qua
Deum & nos diligunt, meritum ſimul & præmium. Præmiũ, quia
per eam beati ſunt: meritum quia per eam, licet jam beati, ad ulte-
riorem jam beatitudinem proficiunt. Et *Gregorius* 18. *Moral. An-*
geli Deum vident, & videre deſiderant. Deſiderium ſine fructu
anxietatem habet, & ſatietatẽ faſtidium ſequi ſolet. Ut ergo non
ſit in deſiderio anxietas, deſiderantes ſatiantur. Ne autem ſit in
ſatietate faſtidium, ſatiati deſiderant.

Quod angeli membra Chriſti capitis vicerunt, ſalvati in ſanguine ejus, & filij
Dei & coheredes Chriſti facti profecerunt per Chriſtum in eſſentialibus, qui
pridem in Chriſto adſcenderunt in cœlo beati.

CAPUT XI.

[Di]*t Paulus Coloſ.* 1. *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos* vers. 12. & ſeqq.
[fec]*it in partem ſortis ſanctorũ in lumine. Qui eripuit nos de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

poteſtate tenebrarum; qui tranſtulit in regnum Filij dilectionis
ſuæ: in quo habemus redemtionẽ & remiſsionem peccatorum. Qui
eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam
in ipſo condita ſunt univerſa, in cœlis & in terra, viſibilia & in-
viſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive po-
teſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante
omnes, & omnia in ipſo conſtant. Et ipſe eſt caput corporis Eccle-
ſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus
ipſe primatum tenens: Hæc valdè faciunt pro ſententia, quòd
Chriſtus fuiſſet incarnatus, etiamſi homo non peccaſſet. Et
verſ 19. quod ſequitur, *Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem in-*
& 20. *habitare, & per eum reconciliari omnia in ipſo pacificans per ſan-*
guinem crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in cœlis. Valdè fa-
cit pro eo, quòd redemtor angelorum etiam ſuo ſanguine, u
verè exultet Rex in ſalutari Dei vehementer. Non Rex pri-
mus Ieſus, ſed omnis ſecundus rex, qui regnum ſuſcepit
Principe regnum terræ, terræ dico viventium. Vnde & an-
geli, credo, cùm viderent periculum ſuum in prælio cum Dra-
cone, ſalutem ſibi conſtituerunt in Salvatore aliquo, & intu
per eum Deum orantes feliciter victores facti ſunt. Et tur
vocatum ab eis nomen ejus *Ieſus* longè priuſquàm in uter
Ioan. 3. conciperetur. Et quoniam *nemo adſcendit in cœlum, niſi F-*
verſ. 13. *lius hominis qui eſt in cœlo*: ergo neq; Cherubin aut Seraphi
niſi quia membra ejus ſunt, ſuam beatitudinem cœleste
acceperunt. Igitur in ſapienti exſpectatione illius & pr
feſſione futuri Chriſti pugnaverunt cum Dracone & cont
Draconem: magnam neceſſe fuiſſe theologiam & theol
gicam ſapientiam, & arduam viam, qua tale faſtigium beatit
dinis conſcenderunt. Præterea ſancti omnes filij Dei & p
lumen lucens in tenebris poteſtatem acceperunt ut filij D
fierent. Igitur & ipſos voluntariè genuit Verbo virtutis ſu
Deus Pater, dans ſpiritum Filij ſui in corda illorum, ut in ill
etiam ipſi clament *Abba Pater*, & ſint coheredes Filij De
Et quia ex ſemine Adam adprehendendus in Filium Dei, ma

im

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

d imaginem & ſimilitudinem Dei, cui primogenito in
s fratribus, Domino dominantium, Principi regum,
nda omnis poteſtas in cœlo & in terra, cui dandum no-
ſuper omne nomen creatum, ut in nomine ejus omne
flectatur, ſuperbia etiam nolentium amare & genu
re, per iram pereuntium de via juſta. Et huic Regi
jubentur angeli levare capita, quò intret Rex gloriæ.
autem quæſierunt, *Quis iſte Rex gloriæ?* profectò Pſal 24.
rincipes eſſent portarum ſuarum elevandarum & attol-
ium, quò intraret Rex gloriæ, non eatenus portas ſuas
ant elevatas, quæ tantùm juſtitiæ illorum portæ, qua-
non adhuc Rex gloriæ per eas intraſſet; quoniam ne-
nt adhuc quis eſſet iſte Rex gloriæ. Sed cùm in He-
veritate ſolus Deus Rex gloriæ, & idem ipſe bellator
& potens in prælio, liquet beatos angelos jam tunc in
conſtitutos in eſſentialibus profeciſſe. Tunc autem
pita levant, & per eorum capita Rex gloriæ, Dominus
m, fortis & potens in prælio ingreditur ad eos, quando
entum cunctis retrò generationibus abſconditum à ſecu-
innoteſcit, quando Chriſtus illis impletur omnia in
us, deſcendens ad eos.

òd angeli beati clarificato Ieſu ampliore beatitudine Spiritum Sanctum acceperunt, & ad cœnam Agni vocati profecerunt in eſſentialibus beatitudinis.

Caput XII.

E bum illud *Ioannis; Spiritus nondum erat datus, quia Ie-* Cap. 7. verſ. 39.
nondum erat glorificatus; grande aliquid, ut æſtimo,
hendit, plus quàm præſentis menſura infirmitatis poſſit
. Sicut enim qui in præſenti militia noſtra Deo placent,
Sancto per charitatem diffuſo ac dato cooperante pla-
idimus: ita & in patria, quò felicitas illa comprehenſorũ
& beata ſit, Spiritu Sancto data placet & beata eſt. Sed
nctis veteris teſtamenti, quantumlibet charitate, virtute
& gra-

& gratia claruerint; comparatione tamen ejus plenitudinis, qu
clarificato Ieſu datus eſt Spiritus, quaſi nondum datum Spirit
adſerit ante clarificatum Ieſum. Tunc enim abundè effudit ab
undantiam hanc. Teſtatur operis magnitudo, quæ tanta fuit
ut omnia illa magnalia, *Hieremia* prodente, neq; memora
da, neq; adſcenſura ſuper cor comparatione poſterioris: & *Pſa*
miſta parabolam dicat futurorum Paſcha, mare, ſacerdotiu
templum, regnum, prophetiam, legem univerſam. ut *infra*
Paſcha. Sed quoniam comparatione verificatum Verbum, v
deamus, ſi fortè ulteriori comparatione altiùs trahi poſſit. P
teſt autem, ſi conſideremus Dominum Ieſum ab æterno deſ
natum civitati ſanctæ Hieruſalem Regem, & antequàm Ve
bum caro factum clarificaretur, non ſolùm hominibus magn
fica illa dona Sancti Spiritus non data, (quia nondum clarific
tio Ieſu) non beatificari. Sed nec angelis ipſis comprehenſo
bus datum Spiritum puto, quantùm datus fuit eis in illa Ie
clarificatione. Liquet hoc *Eſaiæ 63.* ubi de ſeipſo eis dedit S
Verſ. 1. ritum ſapientiæ & intelligentiæ, quando dixit, *Ego qui loqu*
pacem, & propugnator ſum ad ſalvandum. Ego ſic accipio
adſcendens in altum dedit dona hominibus, quòd non re
querit angelos indotatos, quibus deſideratiſſimus & exſpect
tiſſimus venit. pro cujus regno fidele quondam cum Draco
certamen certaverunt, ut nunc in triumpho Regis & regio m
re tanta Spiritus dona etiam ipſi tunc clarificato Rege accep
runt, quò donationis comparatione poſterioris neque donat
eis Spiritus Sanctus dicatur. Et quia finali clarificatione cla
ficabitur poſt judicium, quando tradet regnum Deo & Pat
quia tunc erit eatenus in Deo ſublimata creatura, ut ma
tunc ſit Deus omnia in omnibus; ideò tunc ſic dabitur Spi
tus Sanctus in illa ultima & perpetua clarificatione, ut ant
quaſi non datus dicatur. Non conturbet dicti novitas, qua
inexhauſta divitiarum abyſſus *non impoſsibile Deo* adprob
& fida beatorum exſpectatione ſuavitas odoris Scripturæ teſ
monio alludit & adplaudit. Multa longanimiter exſpecta

be

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

...i omnes, angeli & homines, & ardenter exſpectant cer-
...nè donanda, quando implebitur numerus fratrum ſuorũ.
...mparativa ergo loquutione congruenter intelligi poteſt,
...itum nondum datum Sanctũ, illa perfecta donatione, quàn-
...on per magnum illud holocauſtum & incenſum dignum,
...nguinem teſtamenti novi & æterni, per magnum conſiliũ
...æ Trinitatis abſconditum à ſeculo, per Sacerdotem æter-
... inſtaurarentur quæ in cœlo & quæ in terra, ut in ſangui-
...nctificarentur etiam exemplaria in cœlis. Diffinitum enim
...na lege, quòd ad ſummam illam ſanctitatẽ, qua Cherubin,
...raphin, & omnes cœli cives, & ſancti templi ſacerdotes ad-
...ri erant, non adſcenderent ad altare, niſi ſancto chriſma-
...cti: neq; ungerentur, niſi oblato primùm incenſo digno
...avitatem odoris. Oportebat Chriſtum pati, quantò opor-
...exemplaria in cœlis perfecta ſanctificatione conſumma-
...ta intrare in gloriam ſuam, ac tunc ordine æterno ſanctifi-
...ungere chriſmate ſancto, tantoq; dono decoratos conſũ-
...s perficere in æternum. De hac igitur feliciter conſum-
...donatione puto Spiritum Sanctum nondum datũ, quoniã
...um Ieſus glorificatus. Acceperunt quidem & beati angeli
...es, & ab exordio peregrinantis Eccleſiæ ſancti multi, do-
...nes quaſdam gratiarum; verùm ut ante glorificatum Ieſũ
...nitudine ejus per ſacrum illum ſuum principatum hie-
...icum acceperunt, non puto. Quàmdiu enim in forma ſer-
...verſam ſuam ſervitutem ſerviebat nobis, nondũ regna-
...ſed erat in medio noſtrûm ſicut qui miniſtrat, ut inſtru-
...os fide, credentes & adhærentes, mundaret & purificaret
...aſa ad accipiendum: ut cùm ita glorificatus eſſet in fide
...rum noſtrorum, ut iam adſcendiſſe ad Patrem, hoc eſt, ad
...m & æqualitatem & conſubſtantialitatem Patris, ut unus
...o Deus adoretur & glorificetur. His longè uberiùs datur
...us Patris & Filij, ſive per fidem in terra, ſive per viſionem
...m in cœlis. Quomodo enim de illius plenitudine accepe-
...quem nondum plenum viderunt? Quomodo de plenitu-

dine gloriæ ejus gloriarentur, quem nondum viderunt glorifi-
catum? Et ſi quid lætitiæ habebant in beata ejus exſpectatione
de illo fuit, non ab illo; & parum fuit ejus gaudij comparatione
quo totam Dei civitatem perfudit, quando tanta gloriæ pleni-
tudine infudit univerſos. Nobis etiam licet Spiritus ex fide Ie-
ſu detur, tantò tamen datur nobis minus paracletus, quant
non adhuc Ieſus in cordibus noſtris glorificatus. Vnde ſempe
quiſq; quantò majore & altiore corde Ieſum glorificat, etiam
tantò donati Spiritus capacior eſt. Per ſolam gloriam Ieſu, tan
quam per unici mediatoris, iter nobis & reditus ad Deum no-
ſtrum. Hæc autem gloria quid eſt? Gloria fidei noſtræ, qua i
ſacerdotio Ieſu purificamur. Hoc à nobis repoſcit Pater p
tanto munere. Hoc penſum credulitatis noſtræ ſi ſolvamu
digni habemur qui Spiritum Sanctum dono accipiamus.
per hæc duo fidiſſima pignora de Patris adoptione certiſſimi
ſecuri gaudeamus & gratias agamus.

Præterea parabola illa nuptialis *Matthæi 22.* magna alacri-
te nos perfundit, magis etiam neceſſitate obligat. Nam qui v-
cante Rege vocamur, non poſſumus abnuere; & ſi abnuim
contumaciæ judicabimur. Sed quòd *ad nuptias* dicit, alac
tatem pollicetur, & feſtivitatem, & charitatem. Sed quòd i
ventus eſt unus non habens veſtem nuptialem, præſentis E
cleſiæ ſtatus eſt, bonos congregantis & malos. In futu
etenim nuptijs, de quibus congruit ad propoſitum, nemo re
rietur qui non alacri feſtiva veſte ſponſum & ſponſam honor
Omnes illic non veſte, ſed pleni oris & cordis confeſſione in
ti, velut veſtimento nuptiali, ſponſi & ſponſæ laudes decan-
bunt, quando quæ Verbum, per quod facta ſunt omnia, factu
caro, propter quam facta ſunt omnia reliqua, geſſerit in carn
quæ dixerit, quæ paſſus eſt, velut in ſanctiſſimis, altiſſimis,
Deo digniſſimis nuptijs, narrabit omnis Eccleſia ſanctorum,
cantabit in omnibus vijs Domini, quoniã magna eſt gloria D
mini, quando magnũ hoc ſacramentũ duorũ, videlicet hum
nitatis ac divinitatis in carne, detegetur in Chriſto & in Eccle

Tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

c beati omnes, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt. c enim non ad cœnam, ſed ad prandium temporale voca. Et Rex eſt qui vocat: vocantem abnuere capitale; parêre ſſarium ſimul & beatum. Quid beatius, quàm epulari & are in regijs nuptijs? ubi etiam regio munere parata dantur s & amictus nuptialis, tantùm abſit negligentia & contem-. Verè magna Chriſtianorum vocatio, quorum cœna vita eſt magnificentia obruta & circumfuſa, perpetuam nuptia-lacritatem & ſufficientiam redolet.

Quòd angeli in adſcenſione Chriſti profecerunt per Chriſtum: ex verbis Eſaiæ.

Capvt XIII.

o profectu angelorum in eſſentialibus per Chriſtum faci-nt verba *Eſaiæ 63. Quis eſt iſte, qui venit de Edom. &c.* dnotanda per ordinem, *1. Quòd venit de Edom. 2. De Bo-inctis veſtibus. 3. Formoſus in ſtola ſua, vel glorioſus. 4. Gra-in multitudine virtutis ſuæ. 5. Loquens juſtitiam. 6. Pluri-vel multus ad ſalvandum. 7. Cujus rubrum indumentum lato ſanguine. 8. Qui adſperſus, ut calcantes in torcula-Solus torcular calcavit. 10. Ex populis nemo cum eo. lcavit in ira ſua. 12. Conculcavit in furore ſuo. 13. Adſper-nguis illorum ſuper veſtimenta illius. 14. Et omnia veſti-a ejus coinquinata ſunt. 15. Dies ultionis in corde ejus. 16. s redemptionis ejus venit. 17. Conſideravit, & non erat or. 18. Defecit, & nemo ſuſtentabat. 19. Salvavit eum bra-ſuum. 20. Suſtentavit eum furor ſuus. 21. Conculcavit po-ſuum in ira ſua. 22. Inebriavit eos furore ſuo. 23. Detra-terram ſanguinem, vel virtutem.* In his primò conſide-, quæ præcedentis humilitatis; deinde quæ præſentis ma-is; poſtremò quæ ſequentis exſpectationis. Omnia hæc fe-dem. Poſteà quęrentibus & mirantibus dicit feciſſe hæc Vnde geminũ ex his argumentũ: unũ eſt magnæ operatio-terũ beatę inſtructionis. Operatio in paraſceve; ſed inſtru-adſcenſione, quãdo venit ex Edõ tinctis veſtib' de Bozra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

In paraſceve torcular calcavit. *1. Quia adſperſus ſanguis illorũ ſu-
per veſtimenta illius. 2. Cujus omnia veſtimenta coinquinata ſũt.
3. Cujus rubrũ indumẽtũ. 4. Et veſtimenta ejus calcãtiũ in torcula-
ri.* In paraſceve ſolus torcular calcavit, *1. Quia ex populis nemo
cum eo. 2. Reſpexit, circumſpexit, & nemo adjutor. 3. Defecit, &
nemo ſuſtentavit. 4. Salvavit eum brachium ſuum. 5. Suſtenta-
vit eum furor ſuus.* Tertiò in paraſceve, *1. Calcavit in ira ſua.
2. Conculcauit in furore ſuo. 3. Vnde annus redemptionis ejus ve-
nit. 4. Et dies ultionis in corde ſuo.* Posteà in adſcenſione venit
de Edom, 1. *Tinctis veſtibus de Bozra. 2. Formoſus in ſtola ſua.
3. Gradiens in multitudine virtutis ſuæ.* 4. *Glorioſus in ſtola ſua
induta. 5. Multus ad ſalvandum.* Talis apparens alijs magis, alijs
minus, ut alterum alter de quibuſdam, ſed ipſe omnes de majo-
ribus docendis inſtrueret. Mirantur enim angeli, quomodo u-
nus & idem ſit multus ad ſalvandum; & nihilominus adſperſas
habeat veſtes, velut calcantium in torculari. Reſperſio hæc &
coinquinatio nihil aliud eſt, quàm conditio debitorum, & vin-
culum obligans eum ad ſatiſfaciendum, & exſolvendum, & pa-
tiendum pro peccato. Erat ergo rubrum veſtimentum ejus ex
perpeſſo, non ex comiſſo. Sed hanc novitatem in eo angeli mi-
rantur, quam nuſquàm ante viderant aut in angelis, aut homi-
nibus. Quibus alii magis illuminati dixerunt, eum decorum in
hac adſperſa ſtola, & gradientem, & adſcendentem in multitu-
dine virtutis propriæ. Et magis inſuper admiranda & amanda
connexio, ut idem qui calcat populum ſuum in ira ſua, idem ip-
ſe eorum eſt propugnator àd ſalvandum. Quomodo calcat in
terra, qui pugnat ad ſalutem? niſi quia dum peccato ſic iraſcitur,
ut in ſeipſo & per ſeipſum damnet illud & conculcet in ira ſua,
conculcando peccatum, & moriendo pro peccatoribus, pecca-
torum & perditorum ſaluti propugnat. In torculari laboris &
paſſionis ſuæ, in ira & vehementia Zeli ſui contra peccatũ pro-
pugnat noſtræ ſaluti. Reſpondens ergo interrogantibus angelis,
exprimit unde venit, & qualis venit. Vnde? quia de Edom. Qua-
lis? quia glorioſus, multus ad ſalvandũ. Sed ad quos venit? quod

on expreſſit, nón tamen tacuit. Ad quos autem venit, niſi s, qui admirantes quærebant, *Quis iſte, qui venit de Edom?* bus ipſe beato colloquio jungitur. Venit ergo de Edom os Iſrael: ſed eos, qui talem eum venientem videre Re- n decore ſuo digni erant, & idonei audire illum loquen- ſtitias, & juſtitias omnes. Tales autem oculi, & tales aures unt ſuper terram: in cœlis quærere oportet. Illic ſani admirantium angelorum, & perfectæ aures potentium e facere verbum juſtitiæ ejus. Illum ergo videntes & ntes beati illi cœleſtes ſpiritus, magna & ſubita admiratio- rculſi exclamant, *Quis eſt iſte, qui venit de Edom?* Ni- ſtræ dignitati ſimile miſit unquàm nobis mundus. Et per omnem æſtimationem noſtram venit hic ad nos de o. Quis iſte? Quid ſibi vult iſta conjunctio, ut ab Edom ad nos, cujus eſt ſpecies decoris ejus incomparabiliter nos? Quid calcator uvæ eſt, qui nos tanto ſuæ dignitatis e perſtringit? Hos taliter admirantes alij profundiore mplantes intuitu docuerunt eum eſſe formoſum in ſtola adientem in multitudine virtutis ſuæ. Quaſi dicerent; irtute potentes quidem ſumus facere verbum Dei noſtri; s virtus non virtus noſtra: iſte autem graditur in multi- e virtutis & fortitudinis propriæ; unde non factus nobiſ- ed ſupra nos genitus ab æterno. Et quia divina talis vir- eſt, nil mirum ſi ſtola ſua, quam induit primò quidem de- n in prælio & ſtrenuo certamine, nunc adeò formoſa & dida appareat nobis in triumpho. Exinanivit cùm in for- ei eſſet ſe, formam ſervi ſuſcipiens: propterea exaltavit il- Deus, dans ei nomen ſuper omne nomen. Valdè hoc ca- um *Eſaiæ 63.* cum ejuſdem capitulo 53. germanum eſt, erum ex altero clareſcat magis, ut facilè ſequentia poſ- x his intelligi. Quanto putamus deſiderio Regem hunc æ ac regnum ejus angelis exſpectatum? qui quantò amant, ante exſpectabant promiſſum? Non enim pu- ſanctos angelos minùs amaſſe, quàm Draco invide-

rat; quia Agnum, ut infrà patebit, ab origine perſequutus & in-
vidit. Et quantùm amarunt, tantùm etiam gaviſi venientem
exceperunt & honoraverunt. Quæ gloria, quæ laudes, qui hy-
mni, non noſtrum noſſe; ſed votivis deſideriis adparere Reg
gloriæ laudes illas veras & magnas, quas Cherubin & Seraphin
& univerſa civitas obviam effuſa venienti promebat.

Quòd angeli adepto deſiderato capite Chriſto profecerunt cognitione, amore, & gaudio, ex adeptione deſiderati: & quia membra ejus ſunt, etiamſi natus fuiſſet homine ſtante.

Caput XIV.

ANgeli ſancti Deo ſacerdotes, Agnum ſummum Sacerdo-
tem; cùm eſſent ſublimes Domino reges; Leonē de trib
Iuda, primogenitum, excelſum præ regibus terræ exſpectabant
Et cùm eſſent beatæ ſponſæ Verbi, unicam illam, formoſam
amicam, ſororem, ſponſam, amoris magiſtram anhelabant, &
ab exordio ſuę conditionis deſiderabant ſummam hierarchiam
Et in his cùm ſit illorum eſſentialis beatitudo, liquet, quoniam
in iſtis hierarchiam acceperunt, in eſſentialibus profeciſſe etiam
cùm ante ab exordio creaturæ beati eſſent; ſed non plenè beat
poſt ſuam confirmationem. Quomodo enim beati, qui tant
interim deſiderijs dilatis pendebant? Etſi feliciter pendebant
non tamen eo gaudio pendebant, quo adſcendentem ad ſe Sa-
cerdotem, venientem ad ſe Regem, progredientem innixā ſu-
per dilectum ſuum delicijs adfluentem ſponſam primam exc-
piebant. Vnde licet hoc illorum tantum deſideriū & anhelan
exſpectatio permagnum Dei donum fuit beatis illis ſpiritibu
angelicis, beatitudo tamen non erat. Sed quia hodierna lætiti
cōmutandum & remunerandū, ideo per totos interim tot mil-
lia annos meritum fuit. Nihil enim aliud meritum eſt, quàm
ſanctum Dei donum alio meliore & feliciore dono commu-
tandum. Et quoniam hæc in eſſentialibus, ideò & in eſſen-
tialibus proficere & mereri beatos confitendum. Simi-
li quoq; ratione in Chriſto, à tempore reſurrectionis uſq; in
hunc diem adſcenſionis ſuæ ad illos magnos ſacerdotes, rege

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

nſas,quanto putamus deſiderio & charitate flagraſſe ſan-
animam illam, ut univerſam illam civitatem impetu ſui
nis irrigaret & lætificaret? Et hoc ejus deſiderium quoni-
odie magna parte completũm eſt, & id in eſſentialibus do-
eò in eſſentialibus creſcere & mereri confitendum eſt. Et
ò in beatis præcipuis & eximijs illis, quid in excelſa illa ma-
,ſecunda poſt eũ ſacerdotio, regno & conjugio ſublimata?
n etiam rationis via licebit ingredi & conjectare de no-
s, univerſi ſancti cives quantò noſtrum acceſsum exſpe-
c deſiderent. Sicut enim dulce ſano capiti, ſanis mem-
cundam vitam influere, & membris dulce dulcem à ſa-
ite vitam excipere: ita & membris dulce invicem eſt
t unionis vivifica ſocietate colligari. Et qui hoc exſpectat,
m habet; petit autem, ut gaudium ſuum aliquando ple-
iat. Et hoc eſt bonum illud, quòd Deus melius aliquid
providit; ne ſine nobis conſummarentur non ſolùm bea-
s, verùm etiam præcipui principes; quin & ipſa Virgo ma-
excelſus præ regibus terræ, primogenitus, Ieſus Chriſtus
Dei, benedictus in ſecula. Vnde indigna quæſtio illorum
i quærunt, *utrum, ſi Adam non peccaſset, Verbum fuiſset*
caro? Sapiens enim ille & ſanctæ civitatis Hieruſalem
ator tantam in civibus unionem & perfectionem deſti-
t, ut naturalis illa capitis & membrorum unio minùs
a ſit ad ſignificandum. Sicut ergo ſtulta quæſtio de ul-
brachio vel tibia, utrum ſi brachium non eſſet ulcera-
trum tamen membrorum ſocietati pro ſanando brachio
m caput, aut non? Licet enim tanta ſit chariſmatum in
no Ieſu plenitudo, quò verè dignè præ tota reliqua crea-
vinitus præferatur, ut ſi alterum ſine altero foret adſu-
um, potiùs caput quàm totum corpus reliquum ſalvare-
t ſi alterum alterius jactura conſervandum, ante tota
um multitudo proijceretur, quam caput illud ſan-
um. Sed ſapientiſſimus ille conditor, cujus perfe-
t opera, ſic beatum illud corpus inſtituit ab exordio,

ut neq; caput abſq; corpore, neq; corpus abſq; capite perpet
eſſet acephalum. Quod ſi membrū ex membro, & ſocius ex ſ
cio pendet & proficit, & id in his, quibus ſocialiter conjungu
tur, nō pendebunt & invicem proficient caput membris, & m
bra capiti? Qui .n. correlativa ſic junxit & colligavit, ut niſi p
invicem diffiniri non poſſint, ut in utriſq; diffiniendis oport
utriuſq; rationib⁹ uti; ille magis res ita colligavit, ut neq; ſit ſp
ſa ſine ſponſo, neq; maritus ab uxore. Qui .n. ab initio magnū
lud ſacramētū inſtituit antequàm homo peccavit, utrūq; & ſp
ſum & ſponſā deſtinavit: licet ſponſum potius quā ſponſam,
ſponſam potius propter ſponſū, quàm ſponſū propter ſponſa
Vterq; tamen alterius conſummationi deſtinati ſunt, ut ne
ſponſus abſq; ſponſa, neq; ſponſa abſq; ſponſo conſummata e
1. Pet. 3. verſ. 11. Huic valdè conſentaneum eſt, quod *S. Petrus in ſua Canoni*
de Euangeliſando his qui in carcere per Dominum Ieſum m
gnum Evangeliſtam. Quoniā ſi tanta conſumatio & illumin
tio beatis angelis facta eſt, quare non etiā mortuis incarcerati
de quo alibi ſcripſi ad longū. Valdè etiam hinc poſſibile, ut p
ratum habeat idem redemptor, lux lucens in tenebris Verbū
vangeliſans credentibus, evangeliſare etiam infantibus. Nō
ſupervacuè creavit eos ad imaginem & ſimilitudinē ſuā. Eſſe
autem ſupervacuè, ſi non poſſint fieri filij Dei.

Propoſitiones in ſententiam naſcituri & incarnandi Verbi, etiamſi homo lapſ non fuiſſet; in ſententiam profectus angelorum in capite Christo, in quo vicerunt, & digno ut accipiat principatum, quem Lucifer odiens, Agnum, caput, ambivit homicida ab initio.

CAPVT XV.

In principio creavit Deus cœlum & terram.
In creato cœlo creavit Deus mox cœli incolas Spiritus.
Spiritus illi, qui meri Spiritus, ideò mox in latitudine mentis, & profunditate int
Noverunt igitur ſe non fuiſſe antequàm eſſent. *(lecti*
Noverunt ſe cepiſſe.
Noverunt ſe non eſſe à ſe.
Noverunt ſe ſublimes creaturas.
Noverunt creatorem ſuum ſublimem valdè & omnipotentem.

Noverun

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

…runt conditorem eorum verba & arbitria eorum condere.
…runt igitur verbo & arbitrio omnipotentem.
…unt ſeſe miniſtros debitos, & in miniſterium omnipotentis conditos.
…iſterium eorum videndo, æſtimando, amando profrui ejus voluntate.
…omnes pari celſitudine & acumine intelligentiæ conditi ſunt.
…omnes æqualiter agnitæ veritati adhæſerunt.
…nnes adhæſiſſent, cum Deo omnes unus ſpiritus fuiſſent.
…es cum Deo unus ſpiritus fuiſſent, beatam ſocietatem conſtituiſſent.
…ſocietas non niſi ſingulis beatis conſtituitur.
…illa ſocietas non fuiſſet civitas perfecta.
…illa civitas deſtinata fuit, ut eſſet regnum perfectum.
…es perſtitiſſent, nullus eorum fuiſſet rex perfectus.
…perfecto rege nullum regnum perfectum.
…um regnum, perfectæ nuptiæ pari paſſu judicantur.
…in, Cherubin, Throni beatiores.
…, Archangeli, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes beati fuerūt.
…unà in idipſum participantes lætam & beatam civitatem ædificabant.
…titudo quædam copioſa & opulenta: quædam perfecta & ultima.
…uàm adhærerent agnitæ veritati veritatem ipſam agnoverunt.
…io veritatis conſtituit eos viatores.
…erunt ſancti comprehenſores, niſi mundo, perfecto corde Deo adherentes.
…a munditia cordis non facit comprehenſores.
…atibus viæ cognoverunt beatā illam civitatem quandoq; perfectū regnū fore.
…erunt igitur dignum aliquem Regem fore.
…ucifer hunc dignū Regem ſupra ſe futurum, & invidit, dentibus fremuit, &c.
…, ſi non invidiſſet huic Regi, non tamē propterea fuiſſet ipſe rex illius regni.
… regnum nullus beatorum illorum perſtantium ſpirituum dignus rex.
…nt Cherubin & Seraphin etiam viatores librum ſignatum ſeptem ſigillis.
…nt aliquando ſignacula ſolvenda; viderunt librum aliquando eis legendum.
…ncti comprehenſores viderunt adhuc ſignatum, clauſum librum.
…t clauſum librum arcanis magnis & ſua beatitudine ſuperioribus conſcriptū.
…t hunc librū quandoq; ſuis deſiderijs aperiendum & contuendum.
…er deſiderium collium æternorum beatorum, videlicet ſpirituum illorum.
…er deſideratus cunctis gentibus illorum collium inſtar angelis.
… librū aperiendum beatis illis collibus, nullus in cœlo dignus, etiamſi omnes perſtitiſſent.
…gnatus non fruſtrà ſcriptus intus, non fruſtra deſideratus.
…on aperiendus ab indigno.
…rus libri illius ditior Cherubin & Seraphin.
…te de medio paradiſi adſcenſurus.
…ſte quandoq; aperiendus deſiderio beatorum collium æternorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Prærogativa igitur aperiendi libri reſervabatur à principio cuidam digniori.
Solus Agnus dignus aperire librum, & ſolvere ſignacula.
Solus Agnus liber ſignatus, & ſcriptus intus & foris.
Liber ſignatus, ſcriptus intus, plenitudo divitiarum, theſaurorum, ſapientiæ, & gloriæ, & charitatis Dei in Chriſto.
Hæc plenitudo theſaurorum nulli niſi Agno reſervata.
Non angelos, non homines Deus Verbum adprehendit, ſed Agnum.
Omnis plenitudo, magnitudo, altitudo divitiarum Agni, creata ſimilitudo Dei eſt.
Similitudo Dei in Agno, ſummum exemplar eſt omnibus incolis beatæ Hieruſalē.
Exemplar in monte domus Dei in vertice mōtiū monſtratū locupletius eſt omnibus.
Plenitudo divitiarum ſapientiæ, gloriæ & charitatis in Agno, fœcundus fons omnibus lignis Paradiſi.
Quàmdiu beata Seraphin non hoc fonte rigabantur, non eorum beatitudo perfecta.
Hoc irriguum promiſſum eis etiam videntibus faciem Patris.
Hoc irriguum non datum eis, niſi Agno glorificato.
Multa & grandiſſima promiſſa ſanctis hominibus & angelis beatis, quæ non mox acceperunt.
Quòd non mox acceperunt, dilatum, Deo melius aliquid providente nobis.
Omnes reliquæ regni divitiæ non poſſunt cum divitiis Agni ex æquo comparari.
Omnia in ſapientia fecit Deus. Ergo omnia propter ſemetipſum fecit altiſſimus.
Agnum, & Agni divitias propter Semetipſum fecit Dominus.
Sapiens non facit magis bonum propter minus bonum, licet majus minori conferat.
Sapienti conditori minùs bona propter magis bona ſemper ordinantur.
Magis igitur totum regnū Agni propter Agnum, quàm Agnum propter regnū.
Salus, perfectio, decus regni regno per Agnum provenerunt; ſed non finaliter propter hæc Agnus.
Agni præſtantia major & ſublimior toto reliquo regno.
Quòd ſi alterum duorum perdi oporteret, regnum aut Regem, ante Deus omnem reliquam creaturam annihilaret, quàm Agnum.
Plus adſumptam illam carnem Deus Verbum adſumens diligit, quàm univerſam reliquàm creaturam.
Quòd ſi plus illam diligit, plus illam intendit.
Plus Agni beatitudinem quàm omnium reliquorum hominum & ſpirituum Deus intendit.
Primum, & primitias omnis creaturæ Deus deſtinavit & intendit Agnum.
Agnum hominem fore deſtinavit.
Agnum Regem beatæ civitatis deſtinavit.
Hominem Agnum Regem, homines regnicolas habere congruebat.
Promiſſum habet Agnus à Patre poſtulanti ſibi dandos homines hereditatem.
Si neq; angelus neq; homo cecidiſſet, æquè Agnus eis beatus regnaſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

... men propter nos homines & propter noſtram ſalutem de cœlo deſcendit.
... o factus propter noſtram ſalutem, paſſus, mortuus, ſepultus eſt:
... atus, non prorſus propter noſtram ſalutem homo factus eſt.
... opt. noſtrā ſalutē paßus, mortuus & ſepultus eſt, hoſtia & victima factus:
... ſus propter curandos nos à perditione ſacrificiū, holocauſtum, incenſum fa-
... atis impetu raptus in Deū incēdebatur illā ſanctiſſima anima. (ctus eſt.
... ac ſibi vivebat in Deum, quàm ſalvandis omnibus nobis.

... ominus Ieſus ab initio prædeſtinatus caput Eccleſiæ, & in Chriſto præde-
... angeli omnes & homines beatificandi, etiamſi angeli non cecidiſſent.

CAPVT XVI.

... certo ergo & indubitato cunctis fidelibus, omnes qui ... iterunt angeli ab æterno prædeſtinati fuerūt, & certiſſi- ... omnes de Eccleſia Salvatoris. Certiſſimè etiam ſalvati ... prędeſtinati ſunt, & quantò majore ſalute, tantò divinio- ... ſtinatione: adeò, ut ſi alterum duorum, videlicet, ange- ... erioris ordinis aut Seraphicum ſpiritum oporteret non ... nari, potiùs inferior angelus relinqueretur quā Seraph. ... nim puto, quia ad majorem gloriam Dei prædeſtinatū ... m Baptiſtam, vel apoſtolum Paulum, quàm latronem ... one ſalvatum; & Virginem matrem, quàm reliquos. Et ... illam plenam gratiæ & veritatis adeò prædeſtinatam à ... magis quàm omnis Eccleſia ſanctorum: & ſicut in illo ... lvata eſt omnis Eccleſia ſanctorum, ita & in illo præde- ... ſt omnis Eccleſia ſanctorum, ut ſit ipſe merè lapis an- ... n fundamento Sion, angularis utriuſq; parietis, angelo- ... ominum, ſicut eſt caput univerſi corporis, angelorū & ... m, & ipſe primogenitus in multis fratribus, & ſummus ... puli Dei Sacerdos, cujus opus habent ſacerdotio æter- ... li. Dico ſacerdotio ſecundum adſumptam carnem, ad ... ipſi quidem Seraphin idonei Levitæ ſunt. Et licet Chri- ... verſæ Eccleſiæ beatorum, tàm angelorum quàm homi- ... c ſponſus unus erit, hoc tamen Verbi naturali dignita- ... er ſe ab æterno amabilis erat. Secundum .n. naturā hu- ... ter ſponſas amātes, & omniū amantiū prima, ſuper om-

nes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

nes adoleſcentulas concubinas & reginas, unica ſola columba,
ſpecioſa, dilecta, cęteris omnibus amatricibus magiſtra & exem-
plar amoris; adeò ut reginæ, illæ Seraphicæ ejus comparatione
ne adoleſcentulæ quidem ſint. Et hoc tàm ſancto incendio, tam
ſublimi magiſterio, tàm perfecti amoris exemplo caruerunt an-
geli, quouſq; volente illa ſanctiſſima ſponſa flumine pacis eju
inundarentur ſuper priorem illam beatitudinem adjecto, in ef-
ficacia militiæ eorum, in ſanctitate ſacerdotij, in felicitate nup-
tiarum. Vnde ſi tantis donis ab illo donati, & pridem ad omni
bona ſua propter illam prædeſtinati ſunt: nimirum per illun
ſalvati, illum confitentur Salvatorem, ut verè angeli, ſicut ho
mines Chriſtiani, ſint uncti ab illa ſancta anima ad militiam, a
regnum, ad ſacerdotium, & ad nuptialem thorum; ſintq; in ill
civitate cives magis homines quàm angeli. Quis enim, ſi Par
ſijs Friſones habitarent & Franci, eſſet Rex, & Regina, & majo
res regni Principes Friſones; prætereà major incolarum mult
tudo Friſonum, licet aliquot annos ante Franci habitaſſent ſol
quis, inquàm, Pariſiorum civitatem dubitaret Friſonum ap
pellare, magiſq; Friſonum quàm Francorum? Si ergo tota il
ſalvatorum Eccleſia in Chriſto prædeſtinata, & per Chriſtum
& propter Chriſtum, quis audebit dicere ſolos ab initio ang
los deſtinatos illi civitati cives, ut propter illorum ruinam re
plendam poſteà conditi ſint homines? Puto ego, quando Aſſue
rus Heſter in regnum ſublimare voluit, non pauciores illi m
niſtras Iudæas dederit pro ſuo ſolatio, quàm Perſas: neq; vel
inhumanam Heſter, aut oblivioſam, non ſuo genere plur
mùm delectatam. Credo igitur animam Chriſti verè ph
lanthropam, propter ſe magis, quàm propter angelos rep
randos dilexiſſe proximos naturæ: quia licet etiam angeli ſ
cundum mentem, ſicut homines, proximi ejus ſunt; natu
ra tamen & ſpecie potiùs homines. Quanquàm in illo ſecul
neq; homo, neq; angelus aliquid eſt; ſed ſolùm in Chriſto nov
creatura. Conjecto igitur, ſanctæ illi unicæ columbæ dat
gentes in hereditatem, gentem hominum & angelorum

;omnes ab æterno prædeſtinatas , & fortaſſis multitudi-
es,fortaſſis pro delicijs ejus homines multitudine plures.
eſtè enim ipſe eſt lapis angularis duorũ parietum, qui eti-
ares deſtinati ſunt illi ædificio,propter tamen inſtauratas
alterius plures habebit naturæ ſuæ conſortes.Nititur hæc
entatio potiſſimè in unitate lapidis angularis , in unitate
ij,in unitate paſtoris,magiſtri,Regis, Sacerdotis, corporis
,& unius illius prærogativæ decoræ gloria,& horum ple-
ne. Vnde certiſſimè conſtat utrinq; prædeſtinatos,& ge-
n ſacri illius ædificij parietem.

Domino Ieſu fuit triplex forma,ſcilicet, Dei æterna;forma ſervi propter res temporalis;& forma ſupremi plaſmatis etiã temporalis,ſed æviterna.

CAPVT XVII.

hriſto fuit forma Dei æterna; forma ſervi propter pecca-
or;,tertia forma ſupremi plaſmatis.Prima æterna ; ſecunda
ralis;tertia ęviterna.Secundã adſumpſit propter reparare
res: tertiã adſũpſiſſet, etiam ſi homo non peccaſſet. Etſi
ma intelligatur principaliter quod canit Eccleſia ; *Quem
undus non capit,portant puellæ viſcera:* verum tamen pu-
n de duabus reliquis formis,id eſt,de adſũpta carne; quã
uto gratiæ & ſapientiæ plenitudine eſſe , quòd eam uni-
liqva creaturæ univerſitas capere non poſſit. Penes pri-
ormam Patri per omnia æqualis,poteſtate,ſapientia, bo-
Nec obſtat verbum illud Domini *Marci 13. De die au-* *verſ. 32.*
t nemo ſcit:neq; angeli Dei. De quibus ſimpliciter verbũ
endum ut ſonat. Verùm quod adjungitur , *neq; Filius,*
er,non ita intelligendum uti ſonat ; ſed accipiendus ille
um intellectus ſecundum modum loquendi conſuetum
o Ieſu. Frequenter enim ſic loquitur. *Doctrina mea non* *Ioan. 7.*
, ſed ejus qui miſit me Patris. Item ; *Qui credit in me, non* *verſ. 16.*
me,ſed in eum qui me miſit. Non enim ſic accipienda *Ioan. 12.*
ota,ut putetur poſterior deſtruere priorem,ut ſit ſenſus; *verſ. 44.*
edit in me,non credit in me,nam qui credit in illum, ve-
ubriter credit in illum. Vnde eſt ſenſus ; Qui credit in

me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

me propter magnalia omnipotentiæ,ſapientiæ & beneficenti meæ,uti dignum eſt credere, credit in me: verùm ſi ſciret,qu mittente & gignente hanc omnipotentiam & infinitos æte næ ſapientiæ theſauros accepi,quod & celeriter me docente a cipiet,certè jam omnis illa ſua credendi in me pietas in gigne tem & mittentem me Patrem refertur. Dicit, *mea doctri non eſt mea, ſed ejus qui miſit me Patris:* hoc eſt, mea doctri non eſt mea,niſi quia genitus & miſſus à Patre doceo. Sic e am de illo, *Neq; Filius ſcit, niſi Pater:* hoc eſt,quod de die illa l lius ſcit,non ſcit niſi Pater; quia ſciens Pater ſcientem miſit genuit Filium. Plures tales loquutiones in Sacris literis repe untur,quæ,cùm attentè conſiderantur, non ſine magno fruc ad interiora abditorum myſteriorum Trinitatis ſcrutante introducunt. Penes ergo hanc formam primam Patri co qualis. Et penes hanc formam fuit mox à primò mome to incarnationis beatificans adſumptam naturam. Penes te tiam formam, ut & in eadem tertia forma, anima Chriſti n verit omnia quæ Verbum novit ſcientia viſionis; non aute illa quæ Verbum novit ſcientia ſimplicis notitiæ. Penes ſecu dam formam exinanivit ſe,formam ſervi ſuſcipiens. In quib igitur exinanivit ſe,aut quorum erat inanis,niſi eorum ſumm bonorum quibus impletus eſt & reſurrectione, & adſcenſion & extremo judicio? Illorum interim bonorum inanis & vac us,exſpoliavit interim ſemetipſum, quæ poſteà peracto m niſterio ſacerdotij ſui, data ſibi omni poteſtate in cœlo & terra adſumpſit, ut conſciſſo ſacco circumdaretur lætitia, impleretur lætitia cum vultu Dei. Secundum hanc ergo fo mam beatificandus erat poſt emenſum ſtadium propoſiti cu ſus, & tunc dandum ei nomen ſuper omne nomen, & tunc a cepturus regnũ & poteſtatem omnem in cœlo & in terra. S hoc regnum reddet Patri in judicio, quod ſcilicet accepit p forma ſervi. Regnũ autẽ quod habet ex perſona tertia,eſt ill de quo Gabriel ad Mariam; *Dabit illi Dominus ſedem Dav patris ſui, & regnabit in domo Iacob in æternum.* Secundu

Luc. 1. verſ. 32. & 33.

forma

rum ſecundam Dominus Ieſus mediator eſt non ſolùm hominum; ſed magis pro homine mediator eſt inter juſtum & Deum miſericordem. Neceſſarium enim erat ſam legem juſtitiæ Dei impleri, ne apex aut jota præte- lege Dei. Quæ quia per Ieſum facta ſunt, ut *infrà* pa- *le paſſione*, facile viam invenire, qua prodeat miſeri- in flumina miſerationis. Verùm ſapientia Patris vi- nc formavit artificio mediatoris, ut & materna inte- maternarum viſcerum, & juſta majeſtatis claritas inte- mul ſalvaretur.

& quãtis nos malis eripuit per adſumptam humanitatem: quibus nomi- nus & figuris juſtitiæ olim nominatus, deſignatus, & præfiguratus.

CAPVT XVIII.

gradus elongationis à Deo noſtro: *Indigena*, *Advena*, *bes*, *Peregrinus*, *Exſul*, *Servus*, *Captivus*, *Manicatus*, *Com-*, *Vinctus ſive catenatus*, *Incarceratus*, *in fovea*, *in puteo*, *in abyſſo*, *Abaddon*. *Indigena* habet jus ſocietatis & in- ; ut novitius in monaſterio. *Advena* ſocius incolatus, rticeps juris. *Hoſpes* alienationem habet; & eſt recens , qui nondum diuturnus: & ſicut hodie peregrè venit, peregrè forſan abibit. *Peregrinus* elongationem; & ongum abeſt à ſuo, & perregrinatur in alienis. *Exſul* m, qui ſuper pergrinationem addit proſcriptionẽ à ſuis. ſervitutem; & patitur jugum alienum. *Captivitas* unum dominatum & abactum. *Manicæ* prohibent ma- uſum. *Compedes* uſum pedum. *Catenæ* totius cor- ùm. *Carcer* proſpectum. *Fovea* convictum. *Puteus* rum. *Lacus*, *abyſſus*, conſiſtentiam & ſitum. *Abyſſus* *Abaddon* ſpem vitæ. Ab his omnibus unicus Ieſus briclem adnuntiatus virgini in Nazareth, ſalvator us eripiet, ſolùm ſi crebrò illum commemoraveri- Ipſe enim eſt, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo erra, àbſq; cujus nutu nec illi, qui mortis miniſterium

& im-

& imperium agunt, vel digitum in ſuos vinctos extendere poſ
ſunt. Hic dives & potens in omnes qui invocant illum. Ipſe Re
fortis, qui forti armato, omnia in pace poſſidenti, fortior ſuper
venit. Rex ſapiens, quia conſiliarius, in quo ſunt omnes theſau
ri ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Rex juſtus, qui ex Deo Patre & Vi
gine matre, de qua quod natum eſt ſanctũ vocatur, Filius De
Rex magnus, quia primogenitus, excelſus præ regibus terra
qui poſtulans accepit à Patre gentes in hereditatem regni,
terminos terræ poſſeſſionem, cujus poſſeſſio regnum eſt. Re
benignus, ut non ſolùm clemens regnicolis, aut miſericors ſi
ſed & amicus; et tautoperè amicus, ut amor ejus morte fortio
fuerit, & quo nemo magis amavit; qui animam ſuam tradidi
& adeò tradidit pro amicis ſuis. Ipſe *Verbum caro factum*
mabile amore amicitiæ & concupiſcentiæ, *Plenitudo*, *Car*
Deus, *Sacerdos*, *Hoſtia*, *Dominus*, *Angelus*, *Propheta*, *Rex*, *Iude*
Advocatus, *Via*, *Veritas*, *Vita*, *Lux*, *Paſtor*, *Pabulum*, *Paſcua*, *P*
nis. Ipſe nobis *Cælum*, *Firmamentum*, *Sol*, *Fons*, *Lignum vit*
Arca, *Arcus fœderis*, *Semen benedictionis*, *Hereditas*, *Merces*,
ger plenus cui benedixit Dominus, *Lapis ad caput quieſcen*
Scala in cælum, *Leo de tribu Iuda*, *Filius accreſcens*, *Tauri pr*
mogeniti pulchritudo ejus, *Rubus ardẽs*, *Virga magnorum operu*
Agnus Paſchæ, *Columna nubis & ignis*, *Manna de cælo*, *Lex*, *Pet*
veficiens, *Arca ſanctuariJ*, *Caper emiſſarius*, *Serpens æneus*, *Du*
inducens, *Terra fluens lac & mel*, *Fortis propugnator Samſon*, *G*
deon propulſans, *Vellus Gedeonis*, *Regnans Rex*, David *fidelis*, *R*
dix Ieſſæ, *Flos de terra*, *Iuſtum germen*, *Sacerdotium æternu*
Fons hortorum, *Puteus aquarum*, *Mons Domus Domini in vert*
ce montium, *Nubes tenuis*, *Formoſus in ſtola*, *Gradiens in virtu*
ſua, *Propugnator ad ſalvandum*, *Calcator torcularis*, *Extracto*
Ereptor, *Redemptor*, *Opifex*, *Vehiculum*, *Virtus*, *Pretium*, *Ars*, *M*
dicus, *Medela*, *Auxilium*, *Sponſus*, *Dos*. Horum quæda
ſunt primatus; quædam veritatis; quædam bonitatis. Oport
ret ergo hæc ab illis ſegregare, & ſingulorum fiſticias continge
re. Expediret præterea tacitis his horum diffinitionibus

tracta

...titibus per expoſitionem & commemorationem tractare.
...nim inſtitutæ navigationis minus temo apparebit. Ex his
...,quàm verè dictum de Domino Ieſu illud *Proverbiorum*; Cap. 21. verſ. 1.
...diviſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, ad quod-
...voluerit inclinat illud. Manifeſtè verbum hoc oſtendit,
...rſum librum Proverbiorum Propheticum eſſe. Quis .n.
...Rex, cujus cor ita diviſiones aquarum fœcundas habet, ſi-
...r Domini Ieſu? Cujus alterius cor in manu Domini, ſi-
...r Domini Ieſu? Et cujus cor ita ad omnia, ſicut cor Domi-
...ni? cujus potentia, ſapientia, judicium, juſtitia, omnia ſa-
...oderatur omnia quæ in cœlo & in terra.

...d Dominus Ieſus, ſolus inter mortuos liber, forma ſervi portas inferi adijt,
...lvens debita noſtra & portas juſtitiæ, ut nulla damnatio his qui ſunt
in Chriſto Ieſu, factis partes domus ejus.

CAPUT XIX.

...tollite portæ capita veſtra, & elevamini portæ æternales, & Pſal. 24. verſ. 7.
...troibit Rex gloriæ. Sunt portæ mortis, ſunt portæ infer-
...t portæ juſtitiæ, ſunt portæ regni & gloriæ. Portæ mor-
...oncupiſcentia, infirmitas, ſtultitia, ebrietas, ſomnolentia,
...o. Portæ inferi; obduratio, labor, dolor, calamitas, mœ-
...vor, diffidentia, deſperatio, miſeria. Et quemadmodum
...idiis & arcibus benè mũitis portæ ſunt & portæ, ut ad in-
...es, niſi per primam & ſecundam cuſtodiam tranſeuntibꝰ,
...aditus: ita in portas inferni, niſi per portas mortis non ſit
...ditu. Et quiſquis quantò profundius intraverit portas mor-
...atò, niſi reſipuerit, intrare cogetur ſubire portas inferni.
...mortis quia Dominus Ieſus per ſe non adijt; erat enim
...mortuos liber, ideò non ſuo debito tenebatur ſubire por-
...eriarum. Sed quoniam Agnus Dei ſua ſponte oblatus,
...a mundi per ſuam ſatisfactionem expianda tulit; ideò
...inferni adiens vincula debitorum noſtrum diſſolvit &
...ecit, quò jam nulla damnatio ſit his qui in Chriſto Ieſu
...Sunt autem in Chriſto, quicunq; credunt in eum, qui vi-
...eo. Iuſtus enim ex fide vivit: quia poteſtatem dat cre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

dentibus in eum filios Dei fieri, & vitam æternam habere in ſ manentem. Vult enim ut ubi ipſe eſt, illic etiam ſint creden tes in eum. Ipſe autem intravit portas juſtitiæ, & ingreſſus i eas confeſſus eſt Domino, & per eum & cum eo etiam portas ju ſtitiæ ingrediuntur credentes. Propter hoc enim in atrium fo tis ingreſſ', ipſum ſpoliavit, & ſpolia diripuit, ut pulchritudo do mus dividat ſpolia. De quo notandum, quòd licet primo adſp ctu videátur diſtantia, multùm ſibi negotium & perſona, in h autoritate Scripturæ; verum ſi conſideremus figurā hujus pro phetiæ typo præcedentem in domo regia Salomonis, & mag in templo ejus, quod ædificavit in Hieruſalem Domino, faci inveniemus, quomodo univerſa pretioſa, univerſus ille dec domus, non ex domi ſervatis theſauris, ſed ex vicinarum pro vinciarum & ſubactorum regum ſpolijs per bellatorem & m nu fortem ſpoliatorem David collectus, & per ſapientiam S lomonis ordinatus, per fidele miniſterium Hyram Tyrij adm niſtratus in illum decorem domus Dei, quem legimus diſtr butum. Nonne pulchritudo domus dividebat vicinorū Re & provinciarum ſpolia? Sic puer ille nondum ſciens reproba malum, aut per ætatem eligere bonum, feſtinus ſpoliator, i greſſus in provinciam fortis illius armati, omnia ſua in pa poſſidentis, ipſum armatum ſpoliavit, & ſpolia diſtribuit in ſp cioſas partes domus; ut alij in argentum, alij in aurum, & alij pretioſas lapides, mirabilis illius domus ædificentur. Hinc ja clarè viderè eſt, quomodo pulchritudo Dei ſpolia dividit cel ris prædatoris.

Quanti nos Deus fecit, quantæ gratiæ referendæ in acceptione calicis ſalutaris, ja commemoratione eundem retribuendo pro omnibus quæ retribuit.

CAPUT XX.

QUanti nos fecit Deus noſter, qui tàm grandia dedit in uſu noſtrum, ut ſummæ creaturæ, nedum quia omnis creat ra nobis in uſum ſerviat. Omnis enim res extra Deum data no bis, non ſolùm quæ ſocia beatitudinis, ſed & quæ dux & aucto Ieſus & Maria, ut utendum, Deo autem ſolò fruendum. Filiu

ded

...ut ſalvaret; Spiritum dabit ut fruamur. Quid igitur retri-
...mus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Certè,
..., vas factum in honorē poteſt tribuere arti & opifici; quod
...licus pabulo & paſtori; quod æger medico & medelæ; quod
...undus viæ, luci & duci; quod egenus & ejectus ſervus mer-
...& domino; quod ignarus legi & doctori; quod filius perdi-
...s hereditati & patri; quod repudiata adultera doti & ſponſo.
...l ergo retribuemus, niſi ut confiteamur Domino miſeri-
...æ ejus, quoniam bonus. Confiteamur quoniam bonus in
...s bonus; & magis confiteamur in quibus magis bonus;
...mè autem in quibus maximè ejus bonitas eluceſcit. Id
...n eſt in calice, quem dedit Filio Pater. Hunc ſi ſuſcipiamus
...moriam ejus, quia memoriam in eo fecit omnium mira-
...m ſuorum, dijudicantes corpus. Et cujus corpus? quia Do-
... Et quomodo traditum? Profectò fiet panis vivus & vivi-
...inflammans ad amorem: & tunc præcepta ejus gravia non
... . Profectò diligemus eum, & quos ipſe tantoperè dilexit
...ſos & proximos, tanquàm filios Dei. De quo eius amore
...ſſionis magnitudine deinceps ſermo.

...ESSELVS GRONINGENSIS ...e diſpenſatione Verbi incarnati, & magnitudine paſſionis.

...fuit neceſſitas Chriſto pati: quomodo oportuit ...riſtum patiendo, & qu... gloria intrare in gloriam ſuam.

CAPVT I.

...Portebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Luc. 24.
Quòd ſi oportebat, quæro, qua neceſſitate oportebat? an verſ. 26.
ſola neceſſitate volentis Dei? an etiam neceſſitate con-
...atæ voluntatis Dei? volentis quæ juſta, quæ regno ſuo de-
... uæ regno ſuo commoda, utilia, expedientia; quæ regnum
...complent, inſtaurant, conſummant, ornant, glorificant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

integrant, quæ delectant, quæ iuvant, quæ interſunt, referun
pertinent. Liquet per ea quæ ſequuntur, quoniam Rex glori
per glorioſam viam intraturus erat in regnum gloriæ ſuæ, quo
eſt regnum amoris. Manifeſtè cœlorum regnum, amoris eſt re
gnum. Oportet ergo Regem ipſum maximè eſſe amantem. Se
nihil ita glorioſum facit amatorem, quàm ut magna ferat pro a
micis. Maximum igitur amatorem in maximam gloriam no
continget ingredi, niſi maxima faciendo & patiendo. Oporteba
ergo patiendo intrare in gloriam ſuam. Et quia niſi per æqua
vias ad quamcunq; gloriam non adſcenditur. Ideò quantam cō
fitemur gloriam, tantam etiam neceſſe arduam viam. Per pro
nas enim & ignavas vias magna gloria non ambitur, neq; con
quiritur unquàm. Quæ igitur gloria, in quam intravit? San
prima gloria tantæ victoriæ. Ipſe enim forti armato atrium ſu
& omnia poſſidenti in pace fortior ſupervenit, & fortem ipſun
alligavit, & vaſa eius captiva duxit. Secunda gloria, quòd os in
qua loquentium obſtruxit, quando tanta fuit æquitas in iſta cō
penſatione, qua ſeſe redimendum tradidit, ut etiam ſuo judici
dæmones non invenirent quid obijcerent. Tertia gloria, qu
implevit ora canentium angelorum, eorum qui dicebant eun
Regem gloriæ, quia fortem & potentē viderant in prælio: adeo
ut ex merito, & æquitate, & magnitudine illius prælij præcipe
rent aperire portas iuſtitiæ æternales. Quarta eſt gloria princi
pantis juſtitiæ & ſanctitatis, qua ſacrificium ſuum Seraphico
amores, & omnium cœleſtis illius templi incenſa & amores ir
flammat. Quinta eſt gloria propriæ conſcientiæ, ac teſtimon
Pſal. 118 ſui dicentis; *Aperite mihi portas juſtitiæ: ingreſſus in eas con*
verſ. 19. *fitebor Domino.* Sexta gloria eſt Dei Patris teſtimonium d
Matt. 17 centis, *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo benè complacui.* I
verſ. 5. has omnes glorias non ſolùm introivit, ſed & patiendo in
travit: nec ſolùm intravit, ſed patiendo oportuit eum in
trare in eas. Et quoniam Dei perfecta ſunt opera, præſertin
ea quibus omnia perficiuntur, etiam in cœlo debuit hoc holo
cauſtū paſſionis omnium ſanctiſſimū eſſe, velut in quo omni

etiam

...m quæ in cœlo, holocauſta ſanctificantur. Iuxta illud; *Quid*
...ibuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem Pſal. 115
...taris accipiam, & nomen Domini invocabo. Oportuit verſ. 12.
... juxta primum iſtius eum, quoniam ipſe regnum amoris & 13.
...laturus erat, & juxta tertium in eo regno digniſſimus &
...ciosiſſimus Rex, in amore fortem eße ut mortem; Immo
...o fortiorem, ut mortem vinceret: Et æmulationem ejus du-
...ut infernum. Sed non potuit prælium ullum crudeliſſi-
...Draconi ab amantiſſimo Agno inferri, niſi patiendo. Ae-
...ntio ergo ejus, ſi dura ſicut infernus, majore fortitudine
...avit, quàm obduratiſſima eorum crudelitas inferre potu-
... ut potiùs æquè cum inferno dura & ſufferentia tanta, qua
... violentia tollere animam eius ab eo poſſet. Paßus igi-
...ſt Agnus quantùm potuit malitia & furor Draconis, quan-
...it hora eius & poteſtas tenebrarum, & Agnus illi traditus
...relictus, donec tela & framea furoris eius penitus conſum-
...ſent ac deficerent. Paſſio enim via gloriæ. Quantus
...inus Ieſus erat charitate, tantus fortitudine. quantus for-
...ine, tantus victoria. quantus victoria, tantus prælio. quan-
...ælio, tantus paſſione. A gloria Regis detractat, qui de o-
...ntia altiſſima, de paſſione acerbiſſima, de via gloriæ rectiſ-
..., qui de prælio detractat. Indignè laudatur otioſa forti-
...o, otioſus amor, otioſum ſacerdotium.

...gnitudine paſſionis pro gloria prima victoriæ Diaboli; & de malitiæ & ma- Epheſ. 6.
li inflictione Diaboli magnitudine ad cumulum gloriæ victoris. verſ. 12.

CAPVT II.

1 Pet. 5.
...per huius paſſionis magnitudine multa & varia ſunt Scrip- verſ. 8.
...ræ teſtimonia. Vt eſt illud; *Non eſt nobis colluctatio adver-* Pſal. 10.
...rnem & ſanguinem: ſed adverſus ſpiritualia nequitiæ in cæ- verſ. 9.
...us. Adverſarius tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem Eſai. 38.
...ret. Sedet in inſidijs quaſi leo. Quaſi leo contrivit omnia oßa verſ 13.
... Omnes iræ & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Sagittæ tuæ in- Pſal. 42.
...unt mihi. Et ego in flagella paratus, & dolor meus in conſpe- verſ. 10.
...eo ſemper. Item, *Quia voluit eum conterere in infirmitate,* Pſal. 38. verſ. 2. & 18. Eſaie 53. verſ. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

mandavit illi Deus Pater, dedit, tradidit, abjecit, percuſſit, dere
liquit. Ex his, & horum ſimilibus, aliqualiter neceſſitatem pa
ſionis Domini Ieſu, & menſuram, & fructum. Vt quia Dei pe
fecta ſunt opera, ut obſtrueretur os adverſariorum ejus, Draco
nis videlicet antiqui & omnium angelorum; neceſſe etiam pro
pria confeſſione ut manſuetudo Agni patientiſſima malitia
rugientis leonis, & ſapientia Agni nequitiam inſidiantis Draco
nis, & Agni tranquillitas furorem inſanientis urſi vicerit, patie
tia inſolentiam, humilitas ambitionē, obedientia arrogantia
infirmitas virtutem, ſolitudo multitudinem: ut quidquid un
verſa cohors illa tenebrarum effundere poterint, illa ſaltem h
ra impunè permiſſa, totis naturalibus viribus & induſtria ma
tioſè, nequiter, furioſè effundere potuerunt, effuderunt. Dic
ergo; ſed mortalis erat: cur nō momento primo tantorū malo
exſtinctus eſt? Sed quia ſummus ſacerdos erat, jurejurando c
ſtitutus offerre incenſum dignum Deo in odorē ſuavitatis, m
gis quàm omnia reliqua etiam cœleſtis templi ſacrificia, ſac
ficium obedientiæ illius, quæ melior eſſet quàm omnes reliq
omnium cœleſtis Hieruſalem ſacerdotum victimæ, & non c
cebat emori niſi obedienter conſummato & perfecto ſacrific
ideò datum eſt illi, ut eſſet anima ejus in manibus ejus, ut n
mo eam tolleret, quantumcunq; adfligeret, quacunq; virtu
quacunq; poteſtate, quacunq; nequitia aut malitia ſæviens &
ſaniens; ſed ſolus ipſe poteſtatem haberet ponendi animā ſ
quam nulla doloris aut mœroris vehementia extorquere po
it, niſi ipſe voluit, niſi conſummato ſacrificio. Nec conſumatu
ſacrificium, niſi obſtructa priùs ora loquentium iniqua per f
tiorem armatum ſupervenientem fortibus armatis, & diripi
tem omnia ſpolia eorū. Neq; ſolùm os adverſariorū obſtru
eſt eorum qui loquuntur iniqua, ſed & æqua loquentiū con
nos angelorū obſtructum eſt os; ut qui ante juſto Dei Zelo c
tra nos accingebantur, nunc benevola nobis adfectione junga
tur, videntes obſtructū os divinæ juſtitiæ pridem contra nos
ctantis & ſententiantis tàm ſeverè. Hoc.n. obedientiæ ſacrifi

divinæ juſtitiæ ſatisfactum eſt, ut omnis in obedientia ſi con-
iat, propitiatorium verum inveniat, & omnis adverſaria lin-
incaſſum oblatret. Pro igitur his declarandis expediet ſparſa
Scripturã argumenta colligere, nunc diabolicæ virtutis, nũc
eſtatis, nunc nequitiæ, nunc malitiæ. Item furoris, livoris, cõ-
naciæ, ſingula ſuo genere ſeorſim, & poſteà in ordinẽ digere-
quoniá poſt & extra Deũ nihil tàm ſalubriter cogitatur, neq;
aliud propiꝰ accedetur ad Deũ. Magnitudo paſſionis ex ma-
tudine certaminis & prælij colligitur, ex magnitudine chari-
, ex magnitudine ſacerdotij ejus ſupra fortitudinem & vires
nici; ex malitia inimici, ex nequitia, ex multitudine & ma-
udine inimicorũ, ex magnitudine odij & inimicitiæ, ex in-
abili illorum libidine nocendi & perdendi, ex magnitudine
ati & multitudine peccatorum temulentorum, & æquitate
us relaxandi; & univerſaliter ex omni circumſtantia patien-
paſſionis, & eorum pro quibus patiebatur.

De paſſionis magnitudine; & pro gloria Domini Jeſu patientis armis patientia contra omnes Diaboli inſidias, ut juſtè ſe victũ confiteatur; ex teſtimonijs Pſalmiſtæ.

CAPUT III.

MAgnitudinẽ, & vehementiã, & acerbitatẽ Dominicæ paſſi-
onis teſtatur Pſalmiſta diverſis locis: uti ſũt; *Circũdederunt* Pſal 18.
unes mortis. Torrentes Diaboli terruerunt me. Funes inferni verſ 5. 6
mdederũt me. Liberavit me de aquis multis, ab inimicis meis 19. & 20.
ntiſsimis, ab ijs qui oderunt me, quoniam fortiores me erant.
non fuit iſte David filius Iſai. Patet ex fine 18. *Pſalmi*, un-
ta decerpta ſunt. Dicitur enim illic; *Eripies me de contradi-* verſ. 47.
e populi, & conſtitues me in caput gentium. Populus quem 48. & 53
cognovi ſervivit mihi, auditu auris obedivit mihi. Propterea
tebor tibi in gentibus. &c. Valdè facit itẽ ad paſſionis intẽ-
ẽ & magnitudinẽ verbũ *Pſalmi; Venerunt, vel intraverũt a-* Pſal. 69.
ſq; ad animã meã. Infixus ſũ in luto profundi, nec eſt ſubſtan- verſ. 1.
eni, vel intravi in profũdũ aquarũ, & tempeſtas demerſit me. & ſeq.

Defecerunt oculi mei ſperare in Dominum. Et qui oderunt m
ſine cauſa multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei. Confortat
ſunt proſequentes me. Quia tunc fuit extrema hora & extre
ma poteſtas nequitiæ & malitiæ tenebrarum. Extremè igitu
tunc effudit omne odium ſuper Agnum, quem tantoperè c de
rat, ut ab origine occideret, & propter quem in omnes filio
Dei homicida fuit ab initio. Et propter hoc *in eodem Pſalm*
verſ. 8. & 9. ſignanter orat; *Non confundantur in me exſpectantes te. Ne*
confundantur in me qui quærũt te, Deus Iſrael. Quomodo enin
rationabilis eßet hæc oratio, niſi ipſe eſſet per quem quærerer
Deum? niſi ipſe eſſet, per cuius magnum ſacrificium, holo
cauſtum & incenſum, omnium quærentium & expectanti
Dominum ſacrificia, holocauſta & incenſa in ſumma patienti
Agni, nequitia, malitia, furor & poteſtas omnis aſpidum, baſili
corum, leonis, Draconis ita prorſus effuſa prorſus vinceretu
ut ſuo proprio judicio ſe verè & planè victum confiteatur? I
credo ego quòd hoc peccatum effuſæ nequitiæ in Agnum ha
poteſtate tenebrarum fuerit ultima completio peccati Draconi
verſ. 32. De quo *infrà in eodem Pſalmo* orat; *Da iniquitatem ſuper in*
quitatem ejus. Quia in illa hora ſuæ poteſtatis, quod ab initi
ſemper ſpiravit, omne venenum malitiæ & nequitiæ effudit.

De ejuſdem paſſionis magnitudine pro gloria Domini Jeſu, ex integra permiſ-ſione Diaboli, & validiſſimâ ejus impugnatione, quo major clareat victoria Agni vincentis patientia.

CAPUT IV.

NOn ſterile Verbum ſuper menſura malitiæ diabolicæ co
jectanda, quod in *Pſalmo* 10. *Quare, Domine, ſtas long*
Deſpicis in tempore anguſtiæ? Dum exaltatur impius, uritur pa
per. Tenebunt in cogitationibus quas æſtuaverunt. Ergo voti co
potes adfluxerunt. *Quoniam laudavit impius ſuper deſiderio*
nimæ ſuæ. Ergo placuit ſibi in deſiderio ſuo adſequuto. *Impi*
ſecundum altitudinem furoris ſui non requiret. Erit igitur alt
ſimus furor ejus. *Non eſt Deus omnibus cogitationibus ejus; pa*
turiunt viæ ejus in omni tempore. Altitudo judiciorum tuorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

…nſpectu ejus. Omnes inimicos ſuos deſpiciet.* Maximè igitur …nium. *Dixit in corde ſuo, non movebor à generatione in gene-…onem ſine malo.* Ergo ſecundum quartam & quintam. *Ma-…ctione plenum os ejus. Dolus & uſura ſub lingua ejus, labor & …uitas. Sedet in inſidijs in occulto,* vel in veſtibulis, *tanquàm leo …actu ſuo. Occidit innocentem. Oculi ejus in fortitudinem ad-…unt.* Igitur in fortē in prælio. *Inſidiabitur in occulto tanquàm …n tractu ſuo inſidiabitur ut rapiat pauperem. Rapiet paupe-…in tractu ſuo.* Quantùm autem rapiet, patet ex ſequentibus. *…ringet, ſubjiciet, irruet in fortitudine ſua valida;* vel in for-…is ſuis validis, & hoc magis propter *loth* medium. *Dixit in …e ſuo, oblitus eſt Deus. Abſcondit faciem ſuam, non videbit in …m.* Hîc præter irruentem crudelitatem quid putamus non …mmotum Zelum contra blaſphemias perſecutoris in Deum? …uibus ſubdit in oratione; *Vt quid impius blaſphemat Deum? … Quoniam tu laborem & furorem conſideras.* Labor enim, …ndo virtus quælibet graviter fert: unde ſignat grandem fuiſ-…laſphemiam inſidiantis in Deum, quando modeſtia patien-…borioſè Zelum continebat iraſcentis & ulciſcentis. Novit …a, quia ſentit impietas, quàm ſit accinctus ad judicium Ze-…ſtitiæ. Vnde quando differtur ſupplicium, proterva im-…s ebullit blaſphemias inſolenter jactans; impietate quoq; …is magis exacerbatur: licet hic Zelus pia quadam ſuſtinen-…ei reverentia retineatur. Pro magnitudine paſſionis fa-…t verba *Pſalmi; Circumdederunt me funes mortis. Torren-…elial terruerunt me. Funes inferni circumdederunt me. …venerunt me laquei mortis. Extraxit me de aquis multis. …uit me de inimicis meis fortibus, & de odientibus me fortifi-… ſuper me. Prævenerunt me in die adflictionis meæ. Accin-… me virtute ad bellum.*

…uſdem paſſionis magnitudine ex Patris traditione tradentis & derelinquen-…, quò dignè gloriatur Filij vincentis & Patris in eo complacentis victo-ria, ex Pſalmo 88. *& alijs Scripturæ locis.*

CAPVT V.

AD magnitudinem Dominicæ paſſionis conſiderandam
cognoſcendam non acerbitate ſolùm, ſed & diuturnit
te, valdè introducit *Pſalmus 88.* Illic enim *clamare die ac n*
cte. Satiata eſt anima ejus malis, vita ejus ad inferos, ut ſit æſ
manda cum deſcendentibus in lacum: quando à Patre, à ſeipſo
Spiritu Sancto ad hoc percuſſus, maledictus, traditus, derelictu
ut ad amaritudinem deſcendentium in lacum. Item; *Super m*
ſuſtentata ira tua. Hîc gradus. Item; *Omnibus fluctibus tuis a*
flixiſti me. Omnibus igitur fluctibus calamitatum & adflicti
num. Hîc numerus. *Pauper ego & calamitoſus ab adoleſcen*
mea portavi furorem tuum, & conturbatus ſum. Inde bapt
mus angoris coarctantis eum in & ab utero matris uſq; trad
tum & commendatum ſpiritum. De quo *Lucæ 12. Baptiſ*
verſ.50 *habeo baptiſari: quomodo coarctor donec conſummem?* Abſ
ſus ergo à protegente manu Dei, tanquàm vir invalidus. Ta
quam vulnerati dormientes in ſepulcro. In profundo & obſc
ris ſuſtentatus furore Domini, adflictus fluctibus iræ Dei. C
jus oculus infirmatus ab inopia: cujus animam abjecit Dei
abſcondens vultum ſuum ab eo paupere & ærumnoſo, ab ad
leſcentia ſua portante furorem Domini & conturbato, ſup
quem furores Domini tranſierunt, quem terrores Domini o
preſſerunt, circumdantes ut aqua, ſimul vallantes eum. Lic
enim latitudo mentis in eo fuerit à principio, ut verè compr
henſor eſſet; fuit nihilominùs etiam reliqua latitudinis port
ſicut latiſſima, ita ſecundum ſuperiorum verborum ſententia
adflictiſſima: & eatenus adflictiſſima, quantò ſuper omnem cr
atam mentem latiſſima. Neq; hîc oportet confugere ad inferi
rem partem rationis, de quo *infrà* patebit. Prætereà pro magn
Verſ.37. tudine paſſionis faciunt verba *Pſalmi 89. Tu repuliſti, projec*
ſti, iratus es Chriſto tuo. Vulneraſti in terram ſanctificationem
jus. Naſer lamina ſancta in fronte ſacerdotis, in ſcripta *Sanctu*
Pſa.132 *Domino*, hîc dicitur *Nezro*: ſicut in fine *Pſalmi, Memento D*
mine David. Diſperſiſti omnes inimicos ejus. Poſuiſti omn
munitiones ejus formidinem. Diripuerunt, vel rapuerunt, v

ſpo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

…averunt *eum omnes tranſeuntes viam. Factus eſt oppro-*
…m vicinis ſuis. Exaltaſti dexteram hoſtium ejus. Lætificaſti
…es inimicos ejus. Avertiſti robur gladij ejus. Et non eri-
…i eum in bello. Ceſſaſti à munditia ejus. Et ſolium ejus in
…um detraxiſti. Abbreviaſti dies occultæ adoleſcentiæ ejus. Ad
…, *Domine, obliviſceris in finem? Exardeſcet ſicut ignis fu-*
…us? Eum qui non novit peccatum pro nobis peccatum fecit.
…rro, quomodo fecit peccatum, ſi non tractavit ſicut pecca-
…nostrum tractaſſet? *Pro nobis maledictum factus eſt.* Et quo-
…do maledictum, ſi noſtra maledictione mitiùs pertulit?

…passionis magnitudine pro gloria Domini Jeſu ex ultimitate derelictionis, nedum derelicti, ſed & percuſſi: quò dignè glorietur peccata noſtra tuliſſe, & pertuliſſe dolores noſtros.

CAPUT VI.

…O eodem faciunt verba *Prophetæ Eſaiæ; Dominus voluit* Cap. 53.
…nterere eum in infirmitate. Propter ſcelus populi mei per-
…eum. Ipſe vulneratus propter peccata noſtra: Attri-
…ropter ſcelera noſtra. Oblatus quoniam ipſe voluit. Qua-
…is ad occiſionem ductus. Generationem ejus quis enarra-
… Quia abſciſus de terra viventium: Diſciplina pacis no-
…ſuper eum. Non æſtimant eum Iudæi, quia deſiderant eum
…deſpectum & noviſſimum virorum. Non æſtimavimus e-
…quia abſconditus à nobis vultus ejus. Leproſus, percuſſus,
…o humiliatus. *Livore ejus ſanati ſumus. Verè dolores no-*
…ipſe portavit. Languores noſtros ipſe tulit: Qui ponit pro
…to animam ſuam. In cujus manu voluntas Domini pro-
…tur. In ſcientia ſua ipſe miſertus juſtificat ſervos Dei mul-
… Iniquitatem illorum ipſe portat. Livore ejus ſanati ſu-
…cui non erat adſpectus, neq; decor, neq; ſpecies. Et; *Deſpe-*
…vultus ejus, omnium virorum noviſſimus. Vir ſciens
…res, qui verè dolores noſtros tulit. Hæc paſſus *qui pec-*
…m non fecit. In illo poſuit Deus *peccata omnium no-*
…m. Qui tradidit in mortem animam ſuam, &

mor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

moriendo cum impijs reputatus eſt. Et pro impijs exoravit. Hi tollit peccata multorum. *Ille in ſcientia ſua juſtificat multos Quem tu percuſſiſti, perſequuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Et totus *Pſalmus 69. Salvum me fac, Deus. Tunc quæ non rapuit exſolvit pauper, quem exſpectabant timentes Deum. Cui dederunt fel in cibum, in ſiti potaverunt eum aceto. In quem pſallebant qui ſedebant in porta & qui bibebant vina. In quem ceciderunt improperia improperantium Deo Quem comedebat Zelus domus Dei.* Et hæc cùm allegantur non creduntur.

Quòd Dominus Ieſus ſecundum humanitatem tulit peccata mundi, paſſus pro peccatis noſtris; quòd juſtificat & glorificat efficienter, non objectivè.

CAPVT VII.

Ioan. 1. verſ. 36. ECce *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Si ſit locutio non per communicationem idiomatum, ſed ita de ſecundo, ut ita tollat peccata mundi, ſicut eſt Agnus verè oblatus in adſumpto, & non in adſumente; ſic etiam in adſumpto tollat peccata mundi, & ſalvans, & juſtificans, & ſanctificans, & beatificans erit. De juſtificatione ſatis patet: quia nihil aliud eſt peccata tolli, quàm juſtificantem charitatem habere, quam qui non habet, in peccato manet. Vt ergo peccata tollat oportet juſtitiam infundat. Habet ergo etiam in adſumpta humanitate effectivam cauſalitatem ſuper juſtificatione impiorum, ſuper gratia, ſapientia, judicio & charitate, & ſuper eorum augmentis, & uſq; illorum perfectionem, & perfectorum conſummationem, hoc eſt, beatificationem. Et hoc eſt quod ei promiſſum per *Eſaiam*; *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum.* Semen enim effectivam in ſe habet cauſalitatem. Cauſalitatem dico non primam, quam ſolam ſibi in omnibus Deitas vendicat; ſed qualem habet beatus Pater in votivo Filio ſuo. Et hoc eſt nomen à Deo datum Agno ſuper omne nomen, ut illa beata humanitas non ſola peccata mundi tollat; ſed omnem totius mundi inconſummationem tàm in angelis quàm hominibus efficienter implea[t]

Cap. 53. verſ. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

…illius plenitudine, tanquàm ex uno fonte creato recipiant …es, & viſio illa clara, æſtimatio illa, fruitio beata, ſicut primò …o, ita ſecundò ab illa humanitate cauſaliter dependeāt. Nō …n puto inefficaciter eum *futuri ſeculi Patrem* dici. Efficienter …non objectivè beatificandos in humanitate, niſi ſecunda… Eſai 9. verſ. 6.
…eatitudine, non principali.

…d paſſio Domini Ieſu etiam ſacrificium pro juſtitia & vita, quantò ſacrificium pro peccato: & quòd neceſſaria fuit Patribus, licet perfectis ad introitum regni.

CAPVT VIII.

…crificium, holocauſtum, & incenſum Domini Ieſu, non ſo…m pro peccato fuit remittendo, quod commiſſum fuit in …aricatione legis Dei: quia non eſt poſſibile hoſtiam aliquā …ro peccato præterito. Quia cùm remittitur peccatum, ceſ…peccatum; & cùm ceſſat peccatum incipit juſtitia: ſicut cùm …: languor, incipit ſanitas; cùm ceſſat mors, incipit vita. …is igitur oblatio pro peccato etiam eſt oblatio pro juſtitia; …antò eſt pro juſtitia & vita, pro tanto eſt epulum & de…m edulium, uni minùs, alteri magis, prout ad majorem ju…m tribuendam pro uno quàm pro altero per ſummum …rdotem Deo offertur. Offertur Deo, ſed epulantur pro …is offertur. Hinc jam planior aliquantò via eſt ad ſolven… quæſtionem, qua quæritur; *Viri perfecti in ſanctitate & ju…, qualis Abraam, Moſes, David, Eſaias, Ioannes Baptiſta, cur, …ancti eſſent & mundo corde, non ad videndum Deum ad…bantur?* Videtur enim hoſtia pro peccato inefficax illis, …peccatum non habebant, quoniam mundo corde erant. …peccata & immunditia cordis eis non erāt. Sed ſi profundi… …æ dicta ſunt penſemus, invenimus multam illis hoc incē… …titiam & ſanctitatem acceſſiſſe, qua ſine Deo videndo di… …on erant. Incenſum enim illud oblatum quidem Deo …oriam; ſed odor ſuavitatis ejus quemadmodum Deo pla… …o, olfacientes vivificat, roborat, ſanctificat: & id quemq; …tùm Spiritus voluerit. Sicut enim beatitudo conſumma-

bitur

bitur in hominibus, quando tradet regnum Deo & Patri; ſi
ſanctitas exſpectantium conſummata, quando tradidit ſpiritum
Deo & Patri. Hîc pro ſanctitate bibit calicem quem dedit ei Pa-
ter, in ſumma ſanctitate convivas & combibentes ſanctificans;
ibi bibit novum in regno Patris, ſuos compotatores beatificans;
Matt. 26 quemadmodum promiſit, dicens; *Bibam illud novum in regno*
verſ. 29. *Patris mei.* Hîc in juſtitia; illic in lætitia.

De magnitudine paſſionis, ut verè glorietur ſalvaſſe à peccato ex magnitudine maledicti, quo maledicitur dies nativitatis noſtræ à S. Iob, *qui dies eſt regenerationis in paſſione Chriſti.*

CAPVT IX.

Iob 3. verſ. 3. Concordi ſpiritu pridem *Iob*, & poſteà *Hieremias* maledi-
cunt diei nativitatis ſuæ. Quis ergo dies iſte nativitatis, d-
Ierem. 20 verſ. 14. gnum attenta conſideratione: ne fortaſſis dies ille ſit ſpiritu-
lis regenerationis ad vitam, dies doloris & amaritudinis, di-
pavoris & anguſtiæ, dies tribulationis & maledictionis, quan-
do primogenitus omnis creaturæ, Rex gloriæ, Chriſtus Ieſu
maledictum pro nobis factus, uſque ad ſtateram æquitatis,
noſtra nos maledictione redempturus & regeneraturus. N-
ſtræ igitur nativitatis illius dies verè maledictus, quando ſum-
mum Dominum Ieſum oportuit ſordibus reatuum & miſ-
riarum noſtrarum veſtibus indutum, ſecundum illud *Zach-
verſ. 3. riæ* 3. capite; *Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis*, tra-
Sathanæ ſtanti à dextris ejus, parato adverſari ac turbare u-
niverſum officium redemptionis ejus; quando Agnus Dei, u-
ſuprà dictum eſt, univerſæ libidini Draconis derelictus eſt, u-
faceret in eum quidquid excogitare poſſet. Verè magn-
maledicto plenus dies ille; ſed non minore benedictione præ-
gnabat, quoniam in illis doloribus & anguſtijs deſiderabili
ſancto partu editi ſumus. Hoc maledictum non tàm Ev-
Geneſ. 3. matri, quàm animæ ſanctæ Ieſu repoſitum & impoſitum fu-
verſ. 16. à principio, quando mulieri dixit Deus; *In dolore parturi-*
Ioan. 16. verſ. 21. *filios tuos.* Sacramentum enim hoc magnum in Chriſto, i

qu

ſponſus æternus ille Dei Filius, & adſumpta natura ſponſa,
n carne una, quando in unitate perſonæ adhæſit uxori, per
genuit filios & filias. Verùm poſt partum non memi-
mnis preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in
dum. Plurimum etiam ponderandum verbum *Iob*,
in perſona ſua propria verè dicere non potuit, propter
ma verba Scripturæ in contrarium, de flagellis tribulato-
perſonalibus. Capitalis igitur illa calamitas Chriſti in hoc
ſuo, qua inquit; *Vtinam appenderentur tanquàm in ſtate-* *Iob 6. verſ. 2. & 3.*
cata mea, quibus iram merui, & calamitas quàm patior: ve-
rena maris hac gravior appareret. Peccata ejus, peccata
a omnium. Immò ipſe Agnus Dei, ſponſor factus pro
llendis intervenit. Calamitas quam patiebatur appenſa
n ſtatera. Statera fuit crux. Et ubi veritas hujus verbi per
n nobis claruerit, & nobis clarè apparebit, quòd longè ſu-
ravitatem arenæ maris calamitas in ſtatera crucis præpon-
. Verè, qui tunc talem ſponſorem, ſponſum Agnum Ie-
non amat, corde durus eſt, & obdurat cor ſuum, dignus
dignatus & iratus Agnus juret in ira ſua non introiturum
quiem & regnum Agni.

magnitudine paſſionis Domini Ieſu, quia dolores noſtros portavit, quos ut dignè glorietur tuliſſe, oportet quod in latitudine mentis tulit omnes quos nos ſuſtinuiſſemus.

CAPUT X.

On exile vel parvum ſignificare voluit *Eſaias*, quando *Cap. 53. verſ. 4.*
xclamans dixit, quod ſuprà præcedenti capitulo; *Ve-*
guores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe porta-
Quæro igitur, quos noſtros dolores, quos noſtros lan-
s? An quos patimur, an quos pati deberemus? Clari-
iet, ſi conſideremus quare nobis dolores & languores im-
. Facile namq; dolores & languores tollere, quorum non
liqua cauſa cogens dolere & languere. Donec igitur
uſa ſubeſt nobis, noſtri dolores & languores ſunt, qui le-

gibus

gibus Dei æternis & neceſſarijs nobis repoſiti, quantumlibet n
langueamus aut non doleamus. Miſerentis diſpenſatio eſt, quò
non mox, quantùm debemus, unà cum patrato peccato dol
mus. Et hic dolor debitus noſter dolor eſt, quem ſi verè Agn
Dei tollens peccata mundi pro nobis portavit, in tanta menſ
ra & metro portavit, quantus diſtricto divinæ juſtitiæ judic
repoſitus pro omnibus omnium noſtrûm peccatis, quos red
mit à morte, languore & dolore. Faciunt pro his & mentis ei
latitudo, & charitatis ejus inſuperabilis fortitudo, quam nul
reſtringere potuit pœnarum amaritudo, etiá quantiſlibet gr
dibus intenſionum cumulata. Facit ad idem, de quo *infrà* p
tebit, ſublimis illa prædicatio, quâ Regem gloriæ admirantes
ſupra ſuum judicium attollendo quærentes dicunt; *Quis*
iſte Rex gloriæ? Sed in omnipotentiam Dei tantam fortitu
Pſal 24. verſ. 8. nem referentes dicunt; *Quia Dominus virtutum, Dominus for*
& potens, Dominus potens in prælio. Facit ad hoc datum ſac
dotium à Deo, & mandatum perfectum. Et facit ad hoc per
cta ſuſcipientis obedientia, qui ſicut mandatum dedit ei Pat
ſic fecit. Facit perpetua & integra omniũ redemptorum grat
rum actio. Facit igitur integra & perfecta omnium redemt
de quibus *infrà* patebit. Sed ſuperat omnia inexorabilis divi
rum legum neceſſitas, quibus inevitabiliter ſtatutum, nihil
naliter indecorum futurum in regno deſtinato. Non jam
ſupplicijs inferni, quibus dæmones, vel dæmonum ſimiles c
ciantur in æternum, obijciat. Nullus enim per Chriſtum
demptus unquàm meruit tali ſupplicio cruciari: quia nullus
demptorum in illam obſtinaciam obdurati cordis prolapſus
ſed infirmitate & ignorantia, non obdurata malitia contem
tum lapſorum in profundum, ut jurejurando ſententiam ſta
liret, non introituros in requiem ſuam. Licet igitur dicam
multos mortaliter peccare in noſtra hac humana infirmit
& cæcitate, & pronitate, & pravitate; nemo tamen per hæc p
cat uſq; ad mortem. Sunt igitur peccata noſtra mortalia, ſed
mortua: ſicut nos mortales & non mortui. Sed ut magis ad c
forma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

nitatem ſacræ Scripturæ loquamur, *uſq; ad mortem*; de
us alibi ſcripſi peccatis. Quæ autem mortalia tantùm ſunt,
ndum uſq; ad mortem, quanta pœna divinis, æternis legi-
epoſita ſit, non puto cuiquam notum eſſe mortalium. Iuſtè
in judicio particulari & univerſali Dominus Ieſus contra
es perditos cauſabitur, tantam ejus adflictionem, dolorem,
orem, angorem & luctum pro eis adſumptum, ut juſto Deĩ
io ad omnem pœnam pro omniũ eorũ & ſingulorũ pec-
bolendis ſufficere judicetur, & eos contempſiſſe. Præterea
ngulis ſalvandis tantùm Deo obtulit, quantùm pro illius
t abolitione. Voluit autem quantùm apti. Apti autẽ quan-
mundi & conformes Chriſto. Intentio enim Chriſti fuit
idua; quia ſolis prædeſtinatis: & limitata, quia præciſè tan-
quantùm cuiq; in ſuum locum & ordinem, juxta verbum
ſtoli; *Secundum menſuram donationis Ieſu Chriſti.* Chriſtus *Epheſ. 4. verſ. 7.*
n in cruce non ſolùm pro omnibus, verùm etiam pro ſin-
proprias cuiq; ſuas menſuras donavit, ut quiſq; ſalvandus
iam illic ſuam amaritudinis pro ſe perpeſſæ aſſem ex libra
iat. Nobis .n. & pro nobis paſſus. Nobis, inquam, redem-
iſſus, & ſalvator, & ſatiſfactor, nobis omnibus & ſingulis
gla ſuæ amaritudinis, anxietatis, triſtitiæ & mœroris opera-
t: quemadmodum principium illud *Pſalmi 16. Cuſtodi me,*
quoniam ſperavi in te, dicens Deo, Dominus meus es tu, bene
mihi eſt ſine te, licet ſuſtineri poſſit cum Hebraica veritate,
n illud ſententiæ robur & pondus non explicat, quod Iu-
n ea graviſſimum eſt. Dicit enim; *Cuſtodi me, Deus, quia*
vi in te: dixi Domino, Deus meus es tu, bonitas mea non ad te.
ſi dicat, Obedientia mea, quam tibi humiliter & piè offero
ma ſervi hoſtia factus, uſq; ad mortem, mortem autẽ cru-
on ad te. Sed ut pondus verbi clariùs intelligamus, adjun-
ox, ad quos hæc ſua bonitas deſtinata ſit; *Sanctis qui in ter-*
t illis. Quaſi dicat, Univerſa hæc mea bonitas illis ſanctis
n terra ſunt, & mirificis illis omnes voluntates meæ in eis.
ſanctis in cœlis quanquàm Rex ſit & Sacerdos, non tamen

illis, aut ad illos datus redemptor in formam ſervi, aut ad Deũ ſed ſanctis qui ſunt in terra. *Nobis natus, nobis datus.* Quia jux-
Cap. 26. vers. 12 ta *Eſaiæ* vaticinium, *univerſa opera ſua operatus nobis.* Et ho
illi verbo *Danielis*, quo dicitur capite 9. *Occidetur Chriſtus*
vers. 26. *& non ſibi.* Sed quod *S. Hieronymus* dicit; *Occidetur Chriſtus, & non erit ejus populus qui eum negaturus*, explanatio eſt magis quã interpretatio: & hæc ſecundum mentem S. Hieronymi. Textu enim Danielis ſolùm habet tres ſyllabas iſtas, *Ve En Lo*, quæ Latinè ſunt ſyncategorematicè ſonantes. *Et non ei:* aut magis propriè, *Et non ſibi.* Quaſi dicat; *Occidetur Chriſtus non ſibi ſed nobis.* Ipſe enim, quanquàm ſit inter mortuos & ita mortuus, liber tamen fuit, quia non debitor. Nos enim, quia noſtro debito morimur omnes, ideò cùm morimur, nobiſipſis morimur: ipſe verò, quia peccatum non fecit, nec dolus inventus in ore ejus, liber fuit à debito moriendi, & mors ejus non ſibi, ſed nobis condonata; Vt quòd inſtauranda lege minus erat morte noſtra quã debentes ſolvimus, & nihilominus manemus debitores: ipſe verò moriens, & inter mortuos liber, nos debito mortis & media morte adhuc debitores liberaret. Et hanc ſententiam volun verba Danielis, *Occidetur Chriſtus, & non ſibi.*

De magnitudine paſſionis, & quomodo ſalvator ſit ſua paſſione confitentium, exemplo latronis confitentis: ex ſolenni; titulo crucis, tribus linguis cruci inſcripto.

CAPVT XI.

NOn incuriè, non diſſimulanter, non negligenter, licet brevis illa prophetia accipienda, quam in excelſo loco, clar meridie, inſigni articulo, tribus principalibus omnium gentiun linguis tàm ſignanter Sanctus prophetiæ Spiritus quatuor duntaxat verbis eructavit: *Iheſua Hanozri melech hajehudim.* Ἰησοῦς ὁ ναζωραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων. *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum Iheſua*, ſalvator. *Hanozri*, floridus. *melech*, rex. *Hajehudim*, Iudæi, ſive confitentes. Floridus ille Ieſus confitentium Rex eſt. Ideò dictus Ieſus, angelo teſte & interprete, *quia ipſe ſalvum fa-*
Matth. 1. vers. 21. *ciet populum ſuum à peccatis eorum.* Et quis populus ejus, niſi quorum ipſe Rex eſt? Et quorum ipſe Rex, niſi, ut palàm in ti-

tulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

exprimitur, *confitentium*? De populo igitur ſuo, de regno
unt,qui confitentur eum Regem. Proximo & ad manum
mento miſer pridem latro, & adhuc inter tormenta blaſ-
mus,miſer de miſero regno Aquilonis, & Babylonis adhuc
quando crucifigebatur & blaſphemabat;felix nunc civis in
nti regno Salvatoris. Et quare tàm ſubitò inſcriptus civis,
quia verus,ſincerus,& merus confeſſor? Et quid confiteba-
anè merus confeſſor integræ confeſſionis exemplar factus,
mi loco elevatus,omnibus de regnoSalvatoris eſſe cupien-
; & confiteri volentibus adſumendæ confeſſionis formam
cripſit. Primò,ſeſe dignum eorum ſuppliciorum quæ pa-
tur.Secundò,Dominum Ieſum immaculatum Agnum in-
tè patientem. Tertiò,patientem illum verè Regem eſſe,
gnū tribuebat. Quarto,Regem per paſſionem velut per
in regnum ſuum euntem. Quintò confeſſus eſt, quòd per
eſſiones iſtas omnes volentes inſcribi cives illius regni,mox
ibantur,quando petijt ut Rex ille regū regnum ingreſſus,
gno ſuo ſui confeſſoris memor eſſet. Et hujus quintæ ſuæ
eſſionis & fiduciæ mox à Rege ſuo confirmationem rece-
urejurando ſtabilitam, *Amen*, inquienti, *hodie mecum eris in* *Luc. 23.*
diſo. Regem ergo confitebatur,ſed qui nondum regnaret; *verſ. 43.*
madmodum abjecto Saule David per Samuelem inunctus,
ic ferè adoleſcens, jure quidem & petitorio iam rex erat;
multis annis,multis laboribus,ſudoribus, periculis & angu-
acceſſurus ad poſſeſſorium regni:ſic Regem noſtrum,cùm
verè Rex eſſet, & in hoc natus eſſet, oportebat nihilomi-
um pati,& ita intrare in gloriam ſuam. Et hanc viam re-
fidelis illa latronis ſapientia, & ſapiens occulta fides ejus
ovit, & fideliter confeſſa regni municipem conſtituit. O
m verè margaritam regiam! verè pretioſam ſapientiam
occultis & abditis trahendam! verè victricem hujus
di! quæ tàm potenter ex ultimorum pelago & carce-
malorum fidelem tui confeſſorem in regnum revocaſti.
d præter infernum ante parvum temporis huic miſero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

decerat,in famato, capto, quæſtionato, convicto, confeſſo, reo,
damnato,ducto,crucifixo, doloroſo, deſpecto, ſcelerato, blaſ
phemo? Quid,inquam,huic miſero,quò miſeriarum cumulu
perfectus eſſet,reſtabat? niſi ut infelicem animam exhalans il
lò transferretur,ubi ſempiternus horror inhabitat. Sed poten
& victorioſa fides accedens & illuminans, omnes miſeriarū næ
vos deterſit,in lucem & gratiam reſtituens: ut quem hians in
ferni porta exſpectabat,illi mors carnis in pretioſam januā re
gni commutetur. Sed eſt hîc verbum unum in hoc fauſto & fe
lici titulo difficile aliquantò intellectu, ſcilicet quo dicitur *Ha*
nozri, hoc eſt, *floridus*. Numquid ſpinæ flores? Numquid clav
& crux flores? Numquid flagella, vincula, illuſiones, opprobria
contumeliæ, blaſphemię, vulnera, vulnerū tumores, livores, do
lores, mœrores, adflixiones, anxietates, anguſtiæ, quibus ad ple
nū ſatiatus eſt, numquid hæc flores æſtimanda ſunt, ut propte
hæc *Ieſus floridus* dicatur? Sanè ſic: ſed apud ſapientem judicem
Quid enim impedit in medijs his florentem dicere, quando Pa
ter eum his incenſum ſuaviſſimi odoris gratiſſimum acceptat
quando Propheta calicem hunc tàm pretioſū habet, ut pro om
nibus Dei donis dignum ſolùm reputet retribuendū Domino
quādo vas electionis tàm glorioſam crucem amplectitur, quòd
unicè in ea ſibi diffiniat gaudiū, tamq; dulcem inveniat, ut eju
comparatione cuncta mundi ſolatia crucis inſtar? Verùm ſine
hac, tanta gloria, tanta dignitas, tanta fragrantia, niſi amantibus
non innoteſcit. Niſi enim ſapienter amantis oculus horridū illu
externarum calamitatum corticē penetret, ad flores crucifixi nō
perueniet. Qui igitur ſūt flores iſti propter quos Rex & ſalvato
Hanozri, hoc eſt, *Nazarenus* & *floridus* dicitur? Clarius id & ape
tius faciemus ubi quæ florum natura & ratio ſit explicuerimus
Videmus .n. flores fructui præābulos, & fauſta pollicitatione ſe
quentē fructū promittere. Sic univerſa ſanctitas, quam ſub adpa
rente foris externarum calamitatū horrido cortice pleno perfe
ctoq; decore exhibuit, integra charitas, profūdiſſima humilitas
fortiſſima patientia, conſumata perſeverantia. Et in omnibus hi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

mior auriga, divina ſapientia fideliter adſpecti, clarè perſpe-
gaciter olfacti, veri ſanctæ crucis & crucifixi flores inveni-
r; quia non intra laborioſos exinanitæ ſanctitatis terminos
uri, ſed mox per gloriam Patris in plenum fructum votivę
tudinis tranſituri, quando poſt epotum calicem non am-
de genimine vitis illius bibiturũ ſe dixit, quoaduſq; novũ
et in regno Patris. Tu ergo, Ieſu Nazarene Rex Iudæorũ,
lute ſalva, tuis floribus illuſtra, tuo regno inſcribe, tua con-
one vivifica, ut poſt flores tuæ crucis beatitudinis fructus
s oriatur, creſcat, & matureſcat in æternum.

*tùm gloriandum & gratulandum in judicijs mirabilibus & ſalutaribus Do-
ni Jeſu, Propheta prophetando exclamat & provocat.* CAPVT. XII.

Etentur filiæ Iudæ propter Iudicia tua, Domine. Verũ quid Pſal. 48. verſ. 10.
Deus meus, quid in judicijs vidit vir ſanctus, vir ſecundum
uum, ut tàm effuſo gaudio exclamaret, *Iubilate Deo omnis* Pſal 98. verſ. 6. & ſeqq.
, *vociferate, laudate & canite. Canite Domino in cithara &*
carminis, in buccina & clangore tubæ. Iubilate coràm Rege
ino, tonet mare & plenitudo ejus, orbis & inhabitatores ejus.
ina plaudent manu ſimul. Montes laudabunt Dominum,
iam venit judicare terram. Quid tantoperè tripudiat? Num
a cauſa ſecurus, de ſodalium periculis exſultat? Abſit; ſed, ut
niſit, *Iudicia hæc judicia ſunt Salvatoris*, qui naſcens prop-
à vocatus eſt Ieſus, quia populum ſuum primò ſalvum fa-
à peccatis eorum, & poſteà illorum judex erit. Neq; longa
tet inter ſatiſfactionem & judicium tempora intercidant,
licantis, ſanantis, & ſalvantis. Argumento Zachæus, argu-
nto Matthæus, argumento publicanus, argumento mulier
dulterio deprehenſa, argumento Magdalena etiam eodem
mento in amoris accepta contubernium. Ah, de latrone ip-
uis non laudet, plaudat, & totis præcordijs gaudeat judiciũ
m, Deus meus! Meritò igitur *cantari Domino* jubet *Pſaltes*
canticum novum, quia notum feciſti ſalutare tuum in con-
tu gentium, ſic ut jam viderint omnes fines terræ ſalutare Deì
ri. Venit judicare pro manſuetis terræ, & animas pauperum
rum ſuo judicio ſalvas facere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quàm mirabiliter connectebat juſtitiam & miſericordiam Dominus Ieſus, ut pro gloria Domini Ieſu ex imagine paſſionis ſtante veritate juſtitiæ juſtè ſalvaretur homo. CAPVT XIII.

P*Ropter veritatem & manſuetudinem, & juſtitiam deducet te*
mirabiliter dextera tua. Quis hic, niſi quem præmiſit ſpecio-
Pſal. 45. ſum forma præ filijs hominum, & gratiam effuſam in labijs ſuis?
verſ. 6. Habuerunt multi filij hominũ juſtitiam in labijs ſuis; quemad-
modũ Phariſæi, mulierẽ in adulterio deprehenſam accuſantes
juſtitiam ſervare videbantur, dicentes; *Moſes mandavit hujuſmo-*
di lapidare. Videbantur autẽ & veritatem ſervare, quando teſtifi-
Ioan. 8. cabantur de proximo adulterio deprehenſã adduci. Manſuetu-
verſ. 5. dinem autem tentabant ejus, quem accuſationũ laqueis invol-
vere ſperabant, ipſi prorſus omni humanitate alieni. Quidã ſibi
humanitatis & manſuetudinis reliquum fecerant, qui etiam de
manſuetudine mortalẽ & capitalẽ calumniã texebãt. Sed vera
manſuetus & juſtus legifer uno mirabili divinæ ſapientiæ artifi-
cio tùm illorũ injuſtitiam, crudelitatem & falſitatem confuta-
vit, calũniatores declarans qui ſeſe Zelatores legis ingerebant
Hypocritæ, velut ſimulacra mortuorũ foris dealbata, intus autem
pleni omni ſpurcitia & im̃unditia, qui pleni eſtis rapina & dolo
& omni malitia, eijcite primùm trabes de oculis veſtris, quàm
fragilem ſexum de carnis infirmitate accuſetis. Si Zelas pro lege,
ſi legẽ ęmularis, illic accingere ad vindictam ubi prima tibi prę-
varicatio innoteſcit. Corrige mendaciũ in te, qui ſimulata legis
æmulatione Deo mentiri non erubeſcis, qui magiſtrũ vocas, in
nequiſſimo aſtu tanquã ignaro & inſipienti laqueos paras. Quã-
tùm oretenus legis veritatẽ allegas, quantũq; verè prævaricatri-
cem accuſas, tantò etiam ſi proficere ſperares, mendacijs oppu-
gnares. Teſtantur hoc inſidiæ & calũniæ, quas exſtruis manſue-
tudini; ſed magis ipſa latentiũ in corde tuo ſcelerũ im̃anitas, quæ
tibi ante oculos poſita te mutũ confudit & mutũ abire coëgit, ut
veritas & manſuetudo & juſtitia liberè & mirabiliter potenti ſi-
mul ac ſapienti ducatu ducant. Non in hoc ſolùm judicio, quo
inter Phariſæos hypocritas falſè juſtos, & mulierculam adulterã
verè peccatricem, verax, miſericors & juſtus Dominus mirabili-

allem regni inceſſit, & integrũ regni decorem ſervavit, ta-
ſi mirabiliter eum deduxerit gratia diffuſa in labijs ejus; lon-
tamen altius mirandum judiciũ ejus, quod inter miſerũ ho-
ē & nequiſſimum dæmonē, hinc accuſantē, illinc iuſtè pa-
tem decidit: maximè verò admirandũ, quomodo decorem
inis illibatũ ſervare potuit, ut in divino Sacræ Trinitatis ar-
io prævaricator divini mandati ſalvaretur, & nihilominùs
veritas, Deiq; iuſtitia ſalvæ manerent. Hoc .n. mirabile eſt,
nem reliquam vincens admirationē. In primis .n. duobus
ructũ eſt os loquentium iniqua; ſed in tertio etiam obſtru-
m eſt os juſtitias judicantis, ut non habeat etiam juſtitia ipſa
d cauſetur adverſus prævaricatorem: & veritas ipſa, quæ du-
æterno vinculo firmoq; pacto juſtitiæ cohærebat, & ſimul cũ
itia prævaricatorē perſequebatur, nũc per promiſſiones Dei
ſilia in mitius referat, & pro mãſuetudine interpellet, & ad-
ata facta injuriarũ manſuetudinis, juſtitiam doceat rigorem
m temperare. Neq; hoc grave putemus juſtitiæ, ut ubi per ve
tē cognoverit, qualis facta ſit manſuetudini injuria, ſtatim e-
ſua ſponte, ſua natura, mãſuetudini reconcilietur nõ modò,
& adficiatur, & ad reparandum accingatur & ſatiſfaciendũ.
ùm quia grande hoc & arcanum myſterium, licet mirabile
pheta dixit, tamen breviter complexus eſt.

*magnitudine paſſionis ex magnitudine redemptionis à peccatis, à manu tri-
ulantis, ab ira perſequentis juſtitiæ, ut de omnibus glorietur perfectè Domi-
nus Jeſus contra Sathanam in conſpectu Patris.*

CAPUT XIV.

ſus iſte venit quærere & ſalvare. &c. Quòd ſi venit quærere, *Luc. 19.*
anare, ſalvare, neq; hoc niſi redimendo. Deus cùm eſſet, & *verſ. 10.*
i perfecta ſunt opera, quò perfectè ſanaret, & ſalvaret, & per-
è liberaret, oportuit ut redimeret. Redemptio autem ut re-
aptio ſit juſtã poſcit æquãq; ſatiſfactionē. Ereptionē .n. nõ re
tionē dicendũ magis, quãdo qui poſſidet jure traditũ quẽpiã,
n pari jure amittit poſſeſſum. Iuſtiſſimo autē iure, & æquiſſi-
ſumi Imperatoris mandato, inſolentiſſimi lictoris manibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Adam prævaricator traditus & venundatus erat, vinciendus ab
ducendus, moleſtandus includendus, illudendus, conſpuend
colaphis & alapis, pugnis concidendus, vellendus, contumeli
interrogandus, opprobrijs ſaturandus, flagellandus, & ſecun
dum omnem libidinem nequiſſimi carnificis pertractandu
Hæc etſi non ſuo jure inimicus in hominem prævaricatore
infeſtiſſimus effunderet: & licet alios minùs, alios magis, u
Regis arbitrio permittebatur, vitijs interim, poſteà ſupplici
obruebat; jure tamen faciebat. Iure, inquam, juſto contra præ
varicatorem latæ ſententiæ. Hujus juſtitiæ, hujus juris vincul
velut inſolubili catena ligatus homo, niſi liberaretur, non reſti
tueretur. Vt autē liberaretur, opus fuit redemptore. Non eni
obſtrueretur os loquentium iniqua, niſi per æquam & indebi
obedientiam qui gratis venundatus fuerat redimeretur. Qu
modo enim ad excelſum illud honoris & dignitatis culmen r
ſtitueretur, qui nullo jure reſtitueretur? Quod enim jure fit, æ
quo & bono fieri perhibetur. Igitur ut jure prævaricator reſt
tueretur, æquo & bono oportebat ut reſtitueretur. Omnes erg
indiſsolubiles illæ catenæ, quibus deſperatè vinctus tenebatu
ut diſrumperentur & confringerentur, non æquo (quoniam p
in parem non agit, & niſi fortiore virtute congrediatur non ſ
perat,) ſed majore bono priorum ſolvit jura catenarum. Iuris
& juſtitiæ vincula ſunt quæ & debitorum. Debita verò bona ſū
Et qualium debitorum, tales & debitores. Et pro qualitate co
trahentium, ſic & genus debitorum. Magna quadam & ſanct
ſima lege contraxerat homo cum Deo ſuo, & prævaricator pa
factus, factus eſt non ſolùm debitor pactorum bonorum, ſed
reus contumaciæ, ut non jam una debitorum catena, ſed & r
atuum offenſa ſuperaddita duabus catenis vinciretur: à quib
ut redimeretur, majore opus fuit obedientia Deum honori
cante, quàm fuerit omnium hominū contumacia in contum
liam. Majore enim plenitudine divitiarum, ſapientiæ, virtutis,
gloriæ Dei (ejuſmodi enim bona, velut fidelis Dominici ag
colonus, perpetuò feliciter exſolvenda cum Deo ſuo, ſanctis

ate & corde ſuo ſcriptis legibus extraxerat homo) quàm
nnes homines in originali iuſtitia perſtitiſſent, in æternum
lvere potuiſſent. Hinc jam tenuiter & exiliter ſuſpicari po-
quàm grādi ſacerdotio, quàm copioſo ſacrificio, quàm ſub-
officio medius inter Deum & homines intervenerit, quan-
everam illam, & contra nos accenſam juſtitiam & accinctā,
o, juſto, dignoq; iure, adeò ut ſeſe victam, ſedatam, pacatam
itetur, obvius excepit. Verè omnes theſauri ſapientiæ. ſcien-
virtutis Dei fuerunt in illo. Verè non ad menſuram datus ei
itus. Verè Deus erat in Chriſto mundū reconcilians ſibi. Qui
ſolùm redemit, ut noſtra pro nobis debita exſolveret, quin
per contumelioſæ offenſæ reatum expiaret; niſi fortaſſis de-
dicamus non ſolùm in tribuendis bonis, verùm etiam in
erendis malis, & infernalibus malis æternùm perferendis.
a revera debitores ſumus, non ſolùm eorū bonorū, ad quæ
tanda ex prima lege mentibus noſtris inſcripta tenebamur;
etiam ſecundæ legis non minùs eiſdē mentibus noſtris Dei
to inſcriptæ, qua dictatur & diſcernitur capitis reꝰ, qui primæ
iſſimæ legis contemptor fuerit; ut qui debitor erat ſecundū
nā legem, debitor primæ legis; & qui debitor ſecūdæ legis, &
tor penes ſecundam legē, ut qui ſuum æs non ſolvit, alienū
let, & qui majeſtatem lædit, æquitatis decreto capitis reus
tur, igni & aqua interdictus proſcribatur, toto imperio hoſtis
tur, vita indignus, morti traditus. Hujuſmodi ſunt vincula
debitorum noſtrorum, quæ divino interventu ſuo media-
Dei & hominum non minùs æqua redemptione, quàm po-
i virtute Chriſtus diſrupit atq; diſſolvit. De virtute quidem
ientia nemo fidelium dubitat. De æquitate quis ambigat,
olùm in homine ſecundū cor ſuum, ſed etiam in infante &
nte Deū, ſi congrediatur, facilè nequitiam confutare poſſe,
alitiam cōterere? Sed ut verſutiſſimi illius interpellatoris &
ſatoris fratrum os æquitate obſtruatur, ut nō haberet aperi-
& gañire; ut etiā proprio ſuo iudicio hoſtilis illa ſua nocē-
bido recto jure & æquo coërcita ſit; ut ingenuam frontem

ſuam abſq; ullo nævo prioris ignominiæ levare poſſit in co-
ſpectu divinæ juſtitiæ,decoris & dignitatis avidus homo,vid-
cet nō ſolùm ſuo judicio,ſed & divini tribunalis rigori pro
pro ōni debito ſatiſfactū. Grande neceſſe,& valdè grande no
non ſolùm in hoc tenebrarum carcere,ſed & angelicis obtut
incomprehenſibile puto ſacrificiū. Quis .n. angelorum div
ad plenum in dijudicandis ſceleribus juſtitiam comprehend
Quis ergo illius hoſtiæ magnitudinē,qua divina juſtitia pla
retur,præter illum,qui obtulit,intellectu dimenſus eſt? Fix
tamen hoc habet fidei noſtræ pietas,tàm ſublime, tàm exce
tàm dignum,tamq; acceptum fuiſſe ſacrificiū Ieſu, ut ētiā j
judicia Dei legum juſtitiæ abſolveret ab actione ſeveriſſima
ſtitiæ,ab impetitione importuniſſima redimeret, quę, niſi c
nibus debitis,quæ *ſuprà* coīmemoravi, copioſè ſolutis,non
ret,non pacaretur,non conquieſceret. Æquitas .n. germana
ſtitiæ eſt,& quā iniquiſſimè ſibi ſuſtinet avelli;adeò ut,niſi æ
tatem videat vultus eius,nullatenus conquieſcat. Sed iſta,q
niam in arcano & interiore Regis palatio acta ſunt, & ſanct
mis adytis templi intra ſancta ſanctorū, ubi niſi ſumus ſacer
intrat nemo,quis hæc ad plenū eloqui præſumat? quis expli
quàm mirabiliter Sacerdotē iſtum dextera operationum ſu
duxerit, propter in diverſum convenientes,hinc veritatē p
miſſionū & cōminationum,iſthinc manſuetudinem paſſio
Pſal 45. illinc juſtitiam iudiciorum? Dicit .n.; *Propter veritatem, & m*
verſ. 6. *ſuetudinem, & juſtitiam deducet te mirabiliter dextera tua.* C
nium enim mirabilium nō in poſtremis hoc mirabile, quon
do eadem iuſtitia,quæ divinis & æternis legibus contra hom
accingitur, inter iudicandum non gladiū, ſed etiam ſentent
retractat; & quem damnare decreverat, non modò abſolv
ſed dignificare,ſed ſublimare,ſed glorificare dictet. Quis v
tatem comminationum in veritatem promiſſionum comm
tatam,& utrobiq; ſalvam veritatem non admiretur? Has t
diſtantes res una Agni māſuetudo germanè colligavit:nimi
ipſe Deus,ipſe Sacerdos, ipſe hoſtia pro ſe de ſe ſibi ſatiſfe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

…enim Dominus ſit,& ſibi liceat quod voluerit facere;quia …n Regem eum conſtituit iuſtum, ſapientem, regnantem, …cientem judicium & juſtitiam in terra,& iureiurando Do…us non pœnitens fecit eum Sacerdotem in æternū,& ſum… Sacerdotem oportuit planè præ cęteris ſacerdotibus indui …ia,& eò ſublimius, quò differentius præ illis ſacerdotium …it.Sum̄am ergo juſtitiam,velut ſtolam gloriæ,induit, qua …è veſtitus ſancta intraret. Dignè dico,non eo judicio, quo …n hac noſtra caligine iudicamus;neq; eo judicio,quo ange… …uce illa beatifica clarè vident; neq; etiam eo, quo Throni, …rubin, atq; Seraphin beatiſſimè iudicant, ſcrutantur & gu…:ſed ſuo ipſius iudicio, quo ipſe omnium ſum̄us & primus …x juſtiſſimus ſimul & ſapientiſſimus dignè pro ſuo officio, …è pro divino jure,vera in conſpectu Dei gloria gloriatur,ut …ſua ſapiētia & juſtitia coràm Deo,coràm Eccleſia illa ma… …verè Rex gloriæ coronam gloriæ portet,omnium confeſſi… …dignus portare illam.Hæc erit illa magna confeſſio,hæc te… …nia Domini, hæc judicia Domini recta, juſtificata in ſe… …pſis,quibus ipſe ſapientiſſimus & juſtiſſimus de ſeipſo dig… …ſtificatur & judicat.Verè habet huius veræ glorię judicium …timonium Dei Patris & Filij & Spiritus Sancti, per omnia … complacentis in illum,& quieſcentis. Grandis redem… …qua de manu & jugo tribulantis redempti ſumus; ſed ma… …qua de iniquitatibus Iſrael redemptus eſt:maxima omnium, …ub ira perſequentis juſtitiæ ſuæ Deus nos redemit, ut jam …ſentiamus, neq; etiam timere oporteat juſtitiam perſe…tem.Nihil enim diabolus poſſet,niſi juſto Dei judicio per…iente,neceſſarioq; perſequente. Inde omnis nobis miſeria, …ùm ſatiſfactum fuit, coërcita nequitia.

…e magnitudine paſſionis ex magnitudine juſtitiæ declaratæ, ex magnitudine paſſionis ſuſceptæ pro juſtitia, propter verba legis, charitatis, teſtamenti, magni conſilij propter nos.

CAPVT XV.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Pſal. 17. verſ. 5. ADhujus ſacrificij & paſſionis magnitudinē granditer fac verbum *Pſalmi*; *Propter verba labiorum tuorum ego cuſt divi vias latronis*. Hoc ſicut Latinè ponitur, ab omnibus fidel bus congruenter dicitur non minùs, quàm à Domino Ieſu. V rùm in originali Hebraicæ veritatis nulli competere poteſt ve bum, niſi Domino Ieſu. Dicitur .n. ibi non *vias duras*, ſed vi *latronis*. Quis enim tantoperè amavit omnia verba labiorū D ut propter ea integranda & complenda ſervet & ambulet vi latronis? Verba labiorum Dei lex tota, ſecundū omnem juſti amoris in Deum, dilectionis in amicos Dei, ſive beatos, ſive ctos, ſive pios, ſive miſericorditer exſpectatos. Item, verba m gni conſilij Dei ſuper nos, quæ ſolus angelus magni conſilij n vit; unde propter ea nemo alius potuit cuſtodire vias latron Item, verba teſtamenti Dei. Teſtamentū enim donatio vive tis adhuc, ſed non firma, niſi per mortem teſtatoris. Verba i tur teſtamenti Dei, Dei teſtatoris verba ſunt, & niſi vanè & cuè Deus conderet teſtamentum, neceſſe erit mori Deum. quomodo morietur Deus, niſi in Chriſtū? Et qualiter prop verba teſtamenti illius complenda & verificanda cuſtodivit v latronis, niſi cum latronibus & præ latronibus ductus ad ſup cium, bajulans inſigne principatus latronum, crucem? In me latronum, velut princeps latronum, & ſupra latrones excel crucifixus fuit. Hæ ſunt viæ latronis, quas propter verba te menti Dei complenda cuſtodivit, exſolvens pro latronibus nunquàm cúm latronibus rapuerat, conſors mortuorum, munis à reatu mortuorū. Verè inter mortuos, quia mortu rè tamen liber, quia liber à reatu mortis. O vera via vitæ, quę rè cuſtodiſti & perfectè cuſtodiſti vias latronis, dirige vias me converte pedes meos in teſtimonia tua.

De magnitudine paſſionis ex magnitudine juſtitiæ, & magnitudine gloriæ qu travit: & quòd ea non obſtante etiam ſine magna paſſione redimere potuiſſ

CAPVT XVI.

PRo magnitudine & incōprehēſibilitate paſſionis Domin valdè facit verbū *Pſalmiſtæ* pręallegatū in ātepręcedéti capitu

Pro

...ter manſuetudinem, & iuſtitiam, & veritatem deducet te Pſal 45. verſ. 6.
...biliter dextera tua. Vbi tàm mirabiliter eum duxit dexte-
...a, quòd etiam angeli mirantur & non comprehendunt. Itē; Math. 3. verſ. 15.
...ecet nos implere omnem iuſtitiam. Item, verbum *ſuprà* alle-
...m; *Oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.*; Luc. 24. verſ. 26.
...d ſi ita, id eſt, patiendo intravit in gloriam tantam, igitur
...tebit confiteri paſſionem, quantam dignificantibus gloriã
...entem: quoniam aliàs non glorioſa gloria. Magno amori
...na gloria. Digno amori digna gloria. Sancto amori ſancta
...a. Magnæ gloriæ magnum judicium. Magno judicio ma-
...m officium. Magno officio magnum exercitiũ. Magno ex-
...o magna exercitatio. Magnę exercitationi magna probatio,
...i per magnam gloriã nemo coronabitur, niſi qui legitimè
...verit. Gloria non eſt corporalis, ſed viva corona. Ex his ali-
...ter de amore Domini Ieſu circa *Pſalmum 22.* quàm gran-
...fuit exercitatus. Item; *Charitatem nemo maiorem habuit,* Ioan 15. verſ. 13.
...ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis. Poſuit igitur ita hu-
...tus animam ſuam, ut nemo ſanctorum aut beatorum, etiã
...morum Seraphin, non dico majore, ſed neq; pari; de quo
...patebit. Nihil huic obſtat importuna magis, quàm valida,
...undam quæſtio, qua quærunt; *Si Deus voluiſſet, numquid*
...ſtum fuiſſet, ut per unam guttam ſanguinis redemiſſet? Pari
...ratione progredi poſſem, & quærere; *Si ſine omni ſanguine*
...nere voluiſſet, numquid fuiſſet iniuſtum. Immò, ſi ſolo ſuſpi-
...Immò, ſi parvo riſu? Immò, ſi voluptate aliqua, vel gaudio?
...ò, ſi ſine omni decore illorum, vel ſuo, vel Patris? Immò, ſi ſi-
...omni honore & gloria? numquid ingloriam & indecorum? Li-
...enim, quia licet increatæ æternæ gloriæ ſit Rex, huius ta-
...ex hoc opere magni holocauſti atq; magni certaminis ma-
...gloriam non haberet, neq; illius gloriæ Rex eſſet, neq; iſta
...rtudine fortis, neq; iſta juſtitia juſtus, neq; iſtum decorem in
...s decorus eſt. Iniquè ferunt quidam, ſi quandoq; veritatis
...re ſanctis patribus diſſentiatur, quemadmodum nunc non
...ntiendo verbis *B. Bernardi*, volentis unâ tantùm pro nobis

effuſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

effuſi ſanguinis guttam in remiſſionem ac redemptionem ſi-
feciſſe propter præcedentia; quemadmodum etiam idem
Bernardus, in comparatione obedientiæ angelicæ & S. Marti-
pluris facit obedientiam, & majorem, & potiorem, S. Marti-
quàm angelorum; cùm tamen omnis magna obedientia ex m-
gno amore, & maxima ex maximo amore. Quòd ſi ex timo-
aliquando & reverentia, quoniam hæc non inſunt niſi ex am-
re, ideò ex aliquo amore procedere neceſſe eſt. Et quoniam c-
prehenſorum omnium amor major & ardentior eſt cujuſq;
atoris, ideò & paratior & promptior omnis comprehẽſor M-
Eſai. 6. *verſ.* 1. tino viatore. Sed & *in ſermone ultimo de viſione Eſaiæ*, propt-
defectum interpretis, verbum illud; *vidi Dominum ſedente*-
propter congruentiam dominationis & ſeſſionis trahit exp-
nationem ſuam ad præſidentiam dominantis: cùm tamen o-
ginalis Hebraica veritas non *Adonay* habeat, ſed *Iohavah* tet-
grammaton, abſolutum naturæ Dei nomen, abſq; ulla domi-
tionis connotatione.

Quòd Chriſtus in ſuperiori parte rationis paſſus: & quomodo minoratus ab an-
lis: & quomodo adimpletus lætitia vultus Dei poſt paſſionem;
& de triplici latitudine mentis.

CAPUT XVII.

Pſalm. 8. *verſ.* 6. *Philip.* 2. *verſ.* 7. MAnifeſtè *Propheta* dicit *filium hominis minoratum ab an-*
gelis: & *Apoſtolus*, *exinanitũ in formam ſervi.* Et unive-
ſchola theologorũ ſicut verũ à principio comprehẽſorẽ, ita
rè viatorem, & ſuper omnes viatores viatorem, quia exſultav-
ut gigantem ad currendam viam. Ex his liquet ita verè ſecun-
ſupremã rationis portionẽ Chriſtum fuiſſe viatorẽ, ſicut co-
prehenſorem. Et quia viator fuit pro nobis, non ſibi; ita etiã p-
nobis exinanitus à gloria comprehẽſionis, & in hanc gloriæ ſ-
partem oportuit eũ patiendo intrare, qua propter nos inter-
viator caruit exinanitus. Duæ igitur nũc in Chriſto gloriæ: V-
quam Verbo unitus mox comprehenſor accepit; Altera, qua t-
to tempore exinanitionis caruit, & in quam non niſi patien-
illum intrare oportuit. Et hæc vera eſſentialis beatitudo fuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ima. Dicit .n. expreſſè *Petrus* in ipſo Pentecoſtes, allegans *Act. 2. verſ. 28.*
Pſalmi 16. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectatio- in dextera tua in finē, manifeſtè tunc accepto Spiritu San-
cens; *David in Chriſtum illud prophetaſſe.* Adimplebis igi- *verſ. 31.*
ibus exinanitus & minoratus. Minoratus .n. ab angelis,
xinanitus formā ſervi ſuſcipiens. Sed quibus exinanitus &
ratus, niſi quibus impletus eſt poſteà, vel ſatiatus poti⁹? Sa-
autē lętitijs & delectationibus; ergo ante paſſionē his ex-
tus fuit. Sed quare hoc grave verbū, niſi propter id quod ſe-
r, *cū vultu tuo*? Si .n. ſatiatus gaudio vultus Dei, ante igitur
audio minoratus ab angelis: quod cōmunis Doctorū ſen-
non añuit, volentium ſuperiorē portionē in Chriſto ſēper
nunquàm viatricem Manifeſtè hæc animæ ſuę portio, quę
Dei lætificante impleta vel ſatiata eſt, ſuperior fuit. Igitur
nitū illud, quod propter nos exinanitū fuit, beatifica viſio-
atifica æſtimatione, beatifica fruitione vultus Dei adim-
fuit in eo. Et ſicut ſecundū hanc partem pro nobis exina-
juſtitiam omnem ſui ſacrificij, holocauſti, & incenſi nobis
tus, ſicut omnia opera ſua operatus eſt nobis: ita quoq; be-
i hanc adimpletionē adimpletus eſt nobis, qui, ſecundū *A- Epheſ. 4.*
um, omnia in omnibus adimpletur. Oportuit enim caput no- *verſ. 10.*
non ſolùm ſibi adimpleri beata illa plenitudine ſua perſo-
propria: ſed ſicut erat caput primò in juſtitia viæ, & po-
præmio regni; ita etiam in gloria capitis coronati propter
s exinaniti. Valdè propoſito iſti cōgruit & quadrat opinio
itudine mentis, juxta verbum *Eſaiæ*; *Mirabitur & dilatabi- Cap. 60.*
r tuum, & adfluet. Si igitur dilatata mente potuiſſe & hoc & *verſ. 5.*
ſtatuamus, facilè quæ dicta ſunt intelligemus. Multa hinc
ora videbuntur, ſi tales latitudinis portiones ponamus; ut,
Chriſtus Deus verè Dominus oīm regnorū; Chriſtus cō-
enſor verè ſuper oīa regna; Chriſtus exinanit⁹ viator prop-
os pauper ſpiritu, verū exemplar oīs perfectionis, verè ulti-
aupertatè pauper fuit, ut nō haberet ubi caput ſuū reclina-
acilius igitur utrumq; confitebimur, quòd & plenitudinē

ſapien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſapientiæ habuerit à principio incarnationis,& quòd puer Ieſu
crevit ætate & ſapientia apud Deum & homines; non ſapien
tia illa prima comprehenſoris; non ſapientia ſecunda poſt pri
mam ſapientiam,dico viatoris, repletus ſpiritu ſapientiæ: ſe
propter nos exinanitus temporali experientia, ſicut & actib
temporalis charitatis crevit, quando ex non ea faciente fact
eſt ea faciens. Nihil enim inconveniens magis illum taliter ſap
entia,quàm juſtitia creſcere. Crevit autem in juſtitia,quando
proponente ſacrificare incenſum illud grande, factus eſt ſacri
cans. Eſt alia deſiderabilis & non indigna quæſtio, de duabus
lis latiſſimæ mentis comparatione, quæ illarum portionum
tior ſit? quæ dignior? Sed,ut videtur, quoniam prima perſona
eſt; ſecunda officialis,quia capitis: ideò primam anteferenda
Vnde quòd mediator Dei & hominum fuerit, hoc tertio lo
ordinandum. Pro præmiſſa quoq; notandũ,quòd Chriſtus V
bum Deus æternus, Verbum caro,homo comprehenſor,per
na una per ſe, & pro ſe beatus. Verbum caro ſicut ſancta in
ita humiliata & exinanita propter nos,caput noſtrum, caput
1.Cor.9. ſtitiæ noſtræ,poſteà futurum caput gloriæ noſtræ. *Quis en*
verſ.7. *paſcit gregem,& de lacte ejus non manducet? Quis plantat vi*
am,& de fructu ejus non edit? Fructum igitur vineæ ſuæ, ſ
manibus,ſuis laboribus,& ſudoribus plantatæ. Primus enim
ſe comedit, ſed fructum, qui tantæ charitatis capiti debebat
Deinde ex hac ejus plenitudine omnia membra accipiunt,
quæ in cœlo,& quæ in terra. Dat igitur & capit,& quod ipſe d
id idem ipſe recipit. Neq; hoc in illa vindemia difficile; quon
in intelligibili regione rectum actum reflexus integrat & p
ficit:ut qui in charitate donat,idem ex eadẽ charitate benov
gaudeat. Primò ſerit & plantat;ſecundò metit & vindemiat. P
mò paſcit gregem;ſecundò de lacte ejus ipſe primò manduc
Sic omnia flumina unde exeunt revertuntur, ut iterùm flu
multò maximè. Felix ille circulus in fluminibus interioris h
minis,ut quæ dono Dei effluunt, confeſſione,gratiarum act
ne,fido amore,integra juſtitia iterùm fluant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quæ ſit differentia portionis ſuperioris & inferioris in anima; & quæ ſit hæc ſuperior pars, in qua paßus eſt: & quomodo in ea paſſus.

CAPVT. XVIII.

Ponunt noſtri theologi ſuperiorem partem rationis aut mē-
s,ſicut patuit,& inferiorem: ponuntq; Chriſtum compre-
orem ſecundum ſuperiorem; viatorem ſecundum inferio-
Et revera partes illæ latitudinis mentalis in Chriſto de dıf-
atibus bonis exercebantur: beatitudinis illa, meritorum iſta.
irum oportebat apud ſtudioſos veritatis aliquibus nomi-
s ſignari, ut vocarentur portiones: non quòd alia hæc & a-
a mentis pars fuerit,& in duas exſiſtentes diverſas mens di-
ur,aut etiam ex eis conſtituatur, ſicut manus palma ac di-
ſed eſt latitudo illa,quemadmodum eſt latitudo potentia-
aut habituum,aut virtutum. Verbi gratia; Iuſtitiæ latitudo,
ortitudinis latitudo, ut fideliter, fortiter & ſapienter in pe-
is & laboribus obſiſtat,inſiſtat,& perſiſtat. Eſt altera latitu-
ejus portio,ut vincat,trophæa ſtatuat, & triumphet. Hîc
fortitudinis diverſitas,ut altera æqua portio luctetur,altera
metur: ſed eadem virtus diverſis actibus invicem & juſto or-
ſuccedentibus eſt. Et in decoro hoc ordine varietas latitu-
ocatur,& partes ordinis portiones. Et licet ſpecioſior ſit po-
a quàm prima,ac per hoc & ſuperior portio dicenda; quia
s: & prima inferior portio; quia propter illam. Viro autem
& verè juſto poſterior niſi decoro ſuccederet ordine, mal-
ſtè vincere quàm injuſtè triumphare. Quid igitur horum
ficio fortis viri ſuperius,quid inferius, judicandū. In Chri-
aq; fortiſſimo & juſtiſſimo, ſi finis per eum intentus, ſi fru-
inde ſequutus,ſi operis & certaminis magnitudo,ſi compē-
meritorum & præmiorum ęquitas,ſi oblati incenſi fragran-
odoris ſuavitas conſiderentur, in quibus poſt Deum ipſū
emplandum ſumma eßet contemplationis & oblectationis
canditas,invenietur fortaſſis qui trepidet hanc officij ſui, ſa-
otij ſui partem dicere inferiorem in ſuperiori; Ergo parte
endum neceſſe quod obtulit incenſum dignū hūc in odorē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſuavitatis, ſuper omne creatum ſacrificium & ſacerdotium
quia ſacerdotium eſt in ſuperiore portione. Talis enim eſt e
pars officij & ſacerdotij ejus, ut licet momento tranſierit mom
mento, tamen inter omnia Dei opera ſtabilis in conſpectu D
firmaq; permaneat, ut non ſolùm Paulo hîc in vita præſenti al
ſit gloriari niſi in cruce Domini; ſed illic multò maximè, ubi ſa
crificij illius magnitudo non ſolùm & vix perfectè cognoſc
tur. Illuc ergo maximè ſanctis omnibus in ulla re creata abſ
gloriari, niſi in cruce Domini Ieſu, per quem, licet in toto rel
quo mundo multa ejus gloria ſit, comparatione tamen illu
quæ per ſactificium crucis eſt illis, reliquus eis mundus tot
Pſal 116. crucifixus eſt. In eandem ſententiam eſt *Pſalmiſta*, qui p
verſ. 13 omnibus donis Dei putat hoc retribuere, ut calicem ſaluta
accipiat. Valdè facit ad hanc ſententiam illud; *Sed ut ſciat mu
dus quia diligo Patrem; & ſicut mandatum dedit mihi Pater,*
verſ. 30. *facio. Ioannis 14.* de quo *infrà.*

De magnitudine paſſionis ex præcepto Patris, quam præcepto dignam hab & ex fortitudine patientis, quo dignè glorietur in conſpectu angelorum extollentium fortitudinem, & proficientium ejus amoris fortitudine, tanquàm propoſito exemplo.

CAPVT XIX.

QVantam neceſſe eſt fuiſſe magnæ victimæ illius obedien
am, quam & Pater præcepto ſuo dignam habuit, & ad q
explendam, ut *infrà* patebit, fortiſſimus ille gigas præ amari
dine exhorruit; nec mediocriter exhorruit, ſed ut ſanguin
ſudaret: de qua, velut ex incenſo digniſſimo, ſuaviſſimus o
placuit in conſpectu Dei ſuper reliqua ſanctæ civitatis & tem
Dei incenſa; tàm fortis enim amor Dei fuit in illo Patris p
cepto, in illa non dico unigeniti ab æterno, ſed in illa primo
niti omnium filiorum Dei obedientia, & incenſo oblata pati
do, ut digno gradus ordine cunctis beati templi non ſolùm p
ferretur incenſis, verùm etiam univerſa reliqua incenſa ſancti
cet. Paſſus igitur nō ſolùm hominibus incōprehenſibilia, & a
gelis admirabilia; ſed quæ divinam juſtitiam dulciſſimo ſui
ce

…ſi odore placaret, ut juſtè Rex gloriæ coronaretur. Iſtam …dem, iſtam coronam nemo cæterorum filiorum Dei, ſed ſo… ipſe portabit Rex gloriæ, Dominus fortis & potens in præ… Hujus incenſi odorem Seraphin & Cherubin attollunt, ubi …gem fortem prædicant in prælio. Permagnum nimirùm fu… neceſſe eſt, quo non ſolùm totius mundi compenſatur ju…a, ſed cum ſumma gloria juſtitia donatur: quoniam & quod …imiùs eſt, etiam beatorũ angelorũ gloria cumulatur. Quo… calix iſte ſalutaris, ut *ſuprà præcedenti capitulo*, accipiendus …omnibus quæ retribuit nobis, non pro ſola venia peccato…, non tantùm pro gratia donorum accipiendus erit; ſed & …lonata gloria etiam beatis comprehenſoribus in patria ac…endus erit: & ita communiter accipiendus hominibus & an…; neq; hoc palpanti æſtimatione, ſed veriſſimo judicio ve… gloriam Regi gloriæ tribuentium. De plenitudine enim …accipient homines & angeli: & fructu operum ejus ſatia…r terra viventium. Si enim in ullo opere Dei, fortitudo Dei …ruit, illa in victoria crucis coruſcavit, quam tantoperè an…beati extulerunt, quando quærentibus, *Quis eſt iſte Rex* Pſal. 24.
…æ? illuminatiores alij *Dominum fortem & potentem in* verſ. 8.
…*ipſum eſſe Regem gloriæ.* Quaſi dicant, illius prælij po…em fortitudinem juſtum titulum eſſe tantæ gloriæ. Si…rgo gloria ejus eſt ſuper omnem gloriam, ita fortitudo e…rælij ſuper omnem fortitudinem, & prælium ſuper omne …ium. Neceſſe eſt ergo Dominum in homine talem pugnã, …prælium pugnaſſe, ut victori glorioſum ſit in æternum, in …is omnium beatificè, ſapienter, dignè judicantium. Gran…itur viderunt acutiſſimi illi obtutus prælium, ex cujus vi…a tantoperè Regem gloriæ non adulatoriè, ſed perfe… decore laudandum judicarunt potentem in prælio, ſu… humana paſſum, ſuper humana ferentem. Mortem …m corporalem, & corporalis mortis dolores contem… & ſubire non adeò magnum, ut Seraphin & Che…a id præcipuum gloriæ præconium putent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Videmus enim reges gentium,& Romanorũ Imperatores pr
ſalute ſui populi ſeſe morti obtuliſſe. *Codrus*, *Decius* exempl
ſunt, qui non triduana tantùm exanimatione,ſed perpetuo æv
mortui;non poſt triduum amicis majore gaudio reddendi, no
æterna immortalitate & felicitate mox exaltandi, non divin
clara,certa ſapientia illuſtrandi,non ſpirituali deſiderio inflan
mati: quæ omnia ſicut operis dignitatem & magnitudinem a
tollunt,ſic fortitudinis & amaritudinis non ita. Neceſſe eſt ig
tur alijs evidentijs prælij magnitudinem adſtruere, ut angelic
virtutibus prælium illud glorioſum in conſpectu Dei attoll
tur. Quẽ mirabili manſuetudine in juſtitia & patientia pugna
tem angeli patientia ſua, funes inferni, torrentes omnes diab
licæ poteſtatis,nequitiæ & malitiæ vincentem, dæmones & a
geli admirati ſunt. Illi obſtructo ore coácti confiteri, quia D
minus Ieſus dignè eſt in gloria Patris,perpetuò videntes & in
dentes,dentibus frementes & contabeſcentes: iſti gaudentes,a
mirantes,prædicantes. Sacrificium ergo illud magnum ſum
Sacerdotis,quod obtulit in odorem ſuavitatis, factus obedie
Patri præcipienti, non fuit ſolùm obedientia uſq; ad morte
ſed fuit obedientia ebibendi calicis magni,qui tàm grandis ha
ſtu fuit, ut omnium animalium fortiſſimus ille leo de tribu I
da,qui ad nullius pavebat occurſum, ſubiturus miniſterium
crificij huius,ſordidis indutus veſtibus, ſciens Sathanam à de
tris ejus cum plena illa ſua nequiſſima arte, cum tota mali
integra poteſtate liberè permiſſâ, effuſo odio quo flagrarit à
culo,expavit,nimirum tanti mœroris,tanti doloris, tanti ang
ris magnitudinem,quæ tantò graviora, quantò verè perfere
da:tantoq; veriùs perferenda,quantò patiens ipſe ſeipſum de
liquit,nullo conſolationis genere relevatum; ut cùm hoc vic
ret hoſtis,malitia, velut hamo,ineſcatus, effuſiore libidine ma
tiæ nihil prætériret,nihil omitteret nequiſſimæ poteſtatis. Ve
maximum omnium certaminum fuit hoc certamen Draco
& Agni: Draconis omnem furorem effundentis,& Agni in
cta patientia cuncta perferentis. Certamen æternis in cœ
ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[...]nalibus relegendum, perpetuę fortitudinis præconio efferen- [...]m ab angelis, adeò ut creatori fortitudo illa tribuenda ſit, ad- [...]antibus Dominum fortem in prælio, non quo Dominus [...]pertulit in ſe, ſed in adſumpto Agno. Tanta tamen fortitudo [...]ut ſoli Deo victorię illius tribuenda cenſeatur, quemadmo- [...] & ſalus & virtus. Et quoniam totus labor & ſudor illius [...]ij nobis datus: omnia enim opera ſua operatus eſt nobis, & [...]erſam ſervitutem ſuam ſervivit nobis; ideò nos in illo præ- [...]ictores; nec habet ultrà diabolus, quo poſſet διαβάλλειν, hoc [...]riminari contra nos. Victus enim totus & confractus, ut ob- [...]ctum ſit os loquētium iniqua, *ut ſuprà* patuit. Iniquè loque- [...]r contra Agnum, nequiter contra hœdos; nunc autem Agni [...]re perfuſi, nativum horridum fœtorem hœdorum abluti, [...]imus in Agnos. Oderat hœdos, oderat Agnum, & gemino [...] ſæviebat in Agnum, & utroq; victus jacet. Et quoniā calix [...]on modò victima vel hoſtia pro peccato fuit, ſed & incen- [...]dignum in odorem ſuavitatis, ideò gratiam & gloriam ad- [...]eſperſis omnibus. Revera dignum incenſum, beatis omni- [...]dolendum & olfaciendum in ęternum, ut verè digneq; cla- [...]nt in æternum reminiſcentes; *Quid retribuam Domino pro* *[...]bus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen* *Psal. 116. verſ. 12. & 13.* *[...]ini invocabo.* Quoniam puto ego non ſolos homines in [...]lo cœleſtis Hieruſalem beatum hoc incenſum adoleturos; [...]niam & angelos Cherubin & Seraphin ſui fulgoris & ardo- [...]onſumationem ex hoc incenſo ſortiri; quod *Apoſtolus Pau* [...]inſinuat, quādo exaltans granditer paſſionem Domini dicit, *Ephes. 1. verſ. 10.* *[...]am inſtaurare omnia quæ in cœlo & quæ in terra.*

[...] agnitudine paſſionis ex magnitudine amoris ſupra amorem nedum Seraphin, [...] & amorem Seraphin incendentis; de ſacrificio angelorum poſt Chriſtum.

CAPVT XX.

[D]Ominus Ieſus omnibus diligentibus Deū diligentior, neq; [...]ſolùm diligens, verùm in vertice & cacumine dilectionis [...]ſtitutus, Dei & omniū amantiū amantiſſimus, adeò ut amor [...]phicus, ejus amoris comparatione, languens quidā tepor ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

bendus ſit: imò omnis amor ſanctus & beatorũ velut ſtillæ ſitul
ad abyſſum illius amoris creati. Sed hujus amoris magnitudin
Dominus Ieſus æſtimandá ex magnitudine obedientiæ ſuę, qu
oportuit eũ pati, & ita intrare in gloriam ſuam, deſignavit, quan
do biturus calicem, quem dedit ei Pater, dixit; *Sed ut ſciat mun*
Ioan. 14. vers. 30. *dus quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic fa*
cio. Pauca quidem verba, ſuperficie plana, ſed profunda intrinſe
cus & impenetrabilia grandibus, & homini ineffabilibus præ
gnantia myſterijs, explicantia grandem quandam vim, ingen
pondus, & efficax argumentum ſumæ illius, quæ inter Filium &
Patrem flagrat, dilectionis. Illa. n. obedientia qua obedivit face
re ſic mandatum Patris, quemadmodũ dedit ei Pater, erat ſum
ſacerdotij ejus incenſum ſumum quoad juſtitiam, plenè divin
amoris in latitudine mentis, intelligentiæ, & voluntatis, ſup
omne reliquum ſacrificium, non ſolùm ſanctis & beatis etiá S
raphin, ſed & ipſi Deo, cui offerebatur, juſtiſſimè & ſapientiſſim
judicanti incenſum dignum Deo non ſolùm, ſed omnium
templo Dei ſacerdotum & incenſorum digniſſimũ. Neq; id ſo
lùm ex dignitate offerentis, ſed ex dignitate oblati incenſi, quo
etiam amorem Seraphicum incenderet. Factus enim erat Fili
Dei ſub lege, ſub lege maxima, lege quæ de ſolo ſumo Sacerdo
erat. Hæc lex continebat mandatum illud, quod dictũ eſt, *ſic*
mandatum dedit mihi Pater. &c. Sed quid illud mandatũ, niſi
ipſe ſumus Sacerdos ſanctiſſimo ritu perfectiſſimum holocau
ſacrificaret, ut immaculatiſſimá & perfectiſſimá & acceptiſſim
hoſtiam Deo offerat? Oportebat igitur, quia nullum perfectio
& acceptiorem, quàm ſeipſum, inveniebat. Ipſe enim Patris
Mat. 17. ſtimonio Filius ejus dilectus erat, in quo ſibi benè complacu
vers. 5. Oportebat, inquam, ut ipſe ſeipſum offerret; ſed quia manda
tertio ut ſanctiſſimo ritu. Chriſtus ergo homo incendit Sera
ſupremum; ſed Chriſtus Deus incendit ſuum creatum amo
omnium primũ, ardentiſſimũ ac digniſſimum ſui exemplar
amante Deo reperientem, & amanti Deo juſtam imaginẽ in
reddentẽ, quam cęteris omnibus amantibus exemplarẽ prop

ſu,

,ad quam in eandem imaginem reformentur. Hunc amorē
Dei,quem non dico ipſe ungenitus ab æterno, ſed & ipſe pri-
mogenitus omnium filiorū Dei, in Patris præcepto & obedien-
tia patiēdo tā fortē,ut digno grad⁹ ordine cunctis beati tēpli non
tantùm præferretur incenſis,verùm etiam univerſa reliqua incē-
ſa ſanctificet. Hunc,inquam, ſublimitatis gradū ſervis Dei dan-
dum idem primogenitus inſinuare voluit,quando dixit; *Sed ut
cognoſcat mundus.* Hunc voluit ex obedientia impoſiti mandati
adſtruere, quemadmodum ipſe diſcipulis in cæna pridem dixe-
rat; *Si me diligitis,mandata mea ſervate.* Quaſi dicat; Veſtræ di- *Ioan. 14. verſ. 15.*
lectionis argumenta erunt ſervata mea mandata, & menſura
ſervati mandati argumentum erit menſurans dilectionem. Hūc
amorem voluit ut poſt eum omnes offerrent. Quo enim alio
fructu voluit hunc amorem mundum ſcire, quia diligebat Pa-
trem,& ſicut mandatum dedit ei Pater ſic faciebat,niſi ut fructū
ſuæ paſſionis & metam ſtadij noſtri oſtēdat? Non enim alio fru-
ctu voluit cognoſcere diligentem ſe Patrem, niſi ut ſciat eum
omniū virorum optimum, juſtiſſimum, ſanctiſſimum, diviniſ-
ſimū,& tamen talē eum cognoſcit. Nū ut ſolùm cognoſcat, an
ut amet,& perfectè amet? Quòd ſi ut perfectè amet, perfectè in
omnibus adhærebit amato,gaudebit cum gaudente, dolebit cū
dolente,& erit ei amor vulnerans. Audiens igitur; *Et ſicut man-* *verſ. 30.*
datum dedit mihi Pater, ſic facio, mox jubetur *ſurgere & ire*, &
videre quid hoc mandatū durū & grande, quod fortiſſimus ille
Dei Patris amantiſſimus pavere cepit, tędere, contriſtari uſq; ad
mortē,anxiari uſq; ſanguineū ſudorē, quanta nunquàm in ho-
mine anxietas comperta,deficere, deſolari,deſtitui, donec opus
ſit angelo confortante. Nimirū ſi perfectè amat,cùm hæc tàm
horrenda audiat,amore anxietur, & ideò amarius quò amātior
& amore ardentior,ſicut Magdalena. Et quid hic ſi ſcierit,quia
propter ſe redimēdū tātus amator tàm acerba pertulit? Gemina-
tur vulnus amanti. Verùm ubi audierit iſta mandaſſe, & ſicut
mandatū dedit Pater,ſic obedienter Patrē diligit,& ſupra omnē
hominē & angelū diligit,adeò amavit,& perfectè amavit ut Ieſu

vulnera ſua vulnera fierent. Nunc audiens quia Deus Pater iſta præcepit, eodem amoris amariſſimo fune uritur, & urgetur velle quòd ſic faciat. Angelorum verò ſacerdotio poſt Chriſtum, & comprehenſorum, niſi violenter retorqueantur ad ſacerdotium viatorum, videtur ex intentione & ſerie textus congruere verba *Pſalmi*; *Introibo in domum tuam in holocauſtis*. Et poſteà *Holocauſta medullata holocauſtabo tibi*. Quia licet viatores etiam intrant in domum Dei, magis tamen hoc habitaculum tabernaculum dicendum; quia domus dicitur quæ fundata eſt & fixa. Potiùs igitur illa patriæ domus Dei dicenda. Et in illam qui ingrediuntur, verè medullata holocauſta holocauſtant, ut pror- ſus illic ſeſe totos etiam beatos & medullatos Deo offerant, nihil ſibi retinentes, quando verè perfectè Deum amant, hoc eſt ſuper omnia ex toto corde & propter illum ſolum perfectè diligunt, parati propter hunc amorem in omnem ejus voluntatem: Abraham obedivit in holocauſtum filij; Virgo mater in holocauſtum talis filij; Dominus Ieſus in holocauſtum ſui ipſius. Et credo illius templi ſacerdotes perfectum ſeſe holocauſtum oblaturos Deo; tantus eſt beatus ille amor eorum. Quare Sanctum illum mellifluum Doctorem *Bernardum in Sermone de B. Martino*, S. Martini obedientiam obedientiæ angelorum præferentem, potiùs exhortatoriè, quàm diſputatoriè loquutū exiſtimo. Non enim puto cujuſquam cominus viatoris obedientiam vel infimi comprehenſoris obedientiæ comparandam, taceo præferendam. Quod autem ſacerdotiū & beatitudo angelorū etiam per ſanguinem Agni beatior inſtaurata ſit, adſtruit *Paulus Eph. 1* quando vehementer paſſionem Domini exaltans, dicit *per eam omnia inſtaurari, tùm quæ in cœlo & quæ in terra*. Dicit.n.; *Sacramentum voluntatis ſuæ ſecundum benè-placitum ejus, quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporū inſtaurare in Chriſto omnia quæ in cœlis & quæ in terra*. Inſtaurare dicit, non reſtaurare. Hîc quoq; notandum, quòd quæ in beatis angelis immediatè Deus per ſeipſum operabatur ante incarnationem, ut ſcilicet Seraphin & Cherubin beatifica viſione, æſtimatione &

Pſal. 66. verſ. 12. & 14.

verſ. 9. & 10.

...ruitione complecterentur, eadem per glorificatum Filium ...minis reſurgentem, per adſumptam naturam hominis o-...atur, ut etiam beatitudinis illorum author & mediator ſit ...ſalis. Non enim fruſtrà dictum; *Data eſt mihi omnis poteſtas ...elo & in terra.* Matt. 28 verſ. 18.

...magnitudine amoris Domini Ieſu in Patrem ex magnitudine paſſionis probata, & è converſo: & quibus indicijs hanc paſſionis magnitudinem conſectandam oſtendit.

CAPUT XXI.

...ON eſt inter omnia divinæ potentiæ, ſapientiæ & bonitatis ...opera ullum tàm grande incentivum amoris omnibus fi-...ratiæ, neq; alia tàm grandis materia gloriæ, quàm eſt opus ...exinanivit ſemetipſum, formam ſervi ſuſcipiens, factus o-...ens uſq; ad mortem, mortem autem crucis. *Propter quod ...eus exaltavit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne ...en, ut in nomine ejus. &c.* Phil. 2. verſ. 9. & 10. Quod Dominus Ieſus ipſe in-...re videtur in fine cænæ, quando dixit Apoſtolis *Ioannis ...Venit enim princeps mundi hujus & in me non habet quid-...; ſed ut cognoſcat mundus quia diligo Patrem, & ſicut man-...m dedit mihi Pater ſic facio.* verſ. 29. & 30. Quid iſtorum conjunctio? ...è non irrationabilis. Primò, de principe hujus mundi veni-... Et quo principe, niſi Dracone, principe & rege ſuper om-...lios ſuperbiæ? Et quò veniente, niſi ad comparendum ...filios Dei? Et ad quid veniente, niſi ut interpellet adver-...gnum? ſicut aliquando interpellavit adverſus virum ſim-...cm, rectum, timentem Deum, recedentem à malo. Iob. 1. & 2. Neq; ...ruit eum ſingularis illa ſanctitas, qua non erat ei vir ſi-...l in terra: immò quantò vidit eum ſanctiorem, tantò in-... vehementiùs, & expetivit cribrare longè ſæviùs. Vnde ... Iob & Petrum incomparabiliter ferociùs furebat, & ex-...bat Agnum, in quo nihil penitus habebat; qui ſolùm invi-... & odium pro cauſa habebat. Niſi igitur Agnus Patrem ...s dilexit quàm Iob, non veriſimile Sathanam inſtantiùs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

expetiſſe Agnum quàm Iob. Cùm igitur in Iob & omnibus fi-
lijs Agnum perſequutus,& ab origine mundi in eis, quantum
in ſe fuit, occidit, rationabiliſſimè adventus principis mund
adducitur in argumentum demonſtrandæ dilectionis paternæ
ſimul & obedientiæ;ſicut neq; fortem animum Iob noſſemus
niſi tanta patientia militem legitimè fidelem oſtendiſſet. Dici
ergo;*Sed ut cognoſcat mundus.&c.* Tria hæc verba grandia com
prehendunt.Primum,grandem Patris in mundum dilectioné
qui adeò mundũ dilexit, ut unigenito Filio ſuo,ac per hoc ne
ſibi pepercit: quoniam Filium ex dilectione ad mundum tàn
gravi mandato premeret,ut obedientia mandati dignum eſſe
argumentum de digna & magna dilectione. Secundum,grand
eſt argumentum paternæ dilectionis, qua Patrem Dominus Ie
ſus dilexit,& tàm ardenter dilexit, ex gravi impoſito mandat
& obedientia ſuſcepta relucens. Relinquitur igitur tertiò, tàı
acerbam,duram,amaram obedientiam, tàm terribilem & ve
hementem fuiſſe irruentis in eum principis mundi impetur
& furorem, què ſicut nulla dilectionis cognoſcendæ utrin
comparatio eſt;ſic nulla ſit ejus calamitatum hinc inde compa
ratio,ut idoneum mundo ejus paſſio argumentum magnæ dil
ctionis eſſet cognoſcendæ. Quæ ſi tanta fuit,verè durum & a
duum mandatum fuit;ſed fortibus humeris tantæ charitatis in
poſitum.Teſtantur huic ſententiæ verba Domini.Primò, *Ba*
Luc. 12. *tiſmo habeo baptiſari, & quomodo coarctor, donec illum conſun*
verſ. 50. *mem?* Et hic baptiſmus fuit toto tempore vitæ ſuæ. Item,pave
obedientiam præcedens. Tædium item,& animi triſtitia. C
pit enim pavere, tædere,contriſtari,ſive mœſtus eſſe, adeò,
confiteretur triſtem eſſe animam ſuam uſq; ad mortem.Ag
nia prætereà tàm vehemens, ut quod nuſquàm compertun
quantumlibet lubrica & illecebroſa carne, quantalibet ſpe ſ
lutis deſtitutus, quantumlibet adflictus, ſimilem agoniam
ſubeunda & urente jam morte quiſquam perpeſſus ſit, ut c
anguſtia ſanguinem ſudaret. Quo vel exiliter ſuſpicari pot
rimus de menſura illius paſſionis ejus, cujus & ſpiritus pron
ti

s erat,& caro,utpote nulli maledicto obnoxia,nullatenus in-
ma,ſed ad omne bonum paratiſſima, longè magis quàm cę-
os homines traheret adfectio naturalis in vota ſua. Quæ
tur tantæ agoniæ cauſa ſuſpicanda, niſi laboris, doloris,
goris & mœroris magnitudo, pondere & mole ſua carnis
ritate & gratia plenè virtutem ſuperantis? Hoc enim ſuſ-
pti mandati obedientia exigebat, ſic ad perfectum obedien-
m implere uſq; ad mortem, ut obedientiæ ſuæ ſacrificium
mnibus reliquis holocauſtis melius eſſet. Et hoc de iſta obedi-
tia verè dictum ſit, meliorem eam eſſe quàm victimam: imò
àm omnes reliquæ victimæ,ſacrificia,holocauſta. Niſi enim
s fuiſſet hæc victima holocauſti, non eſſet idonea, quæ rea-
m,fraudem,defectum corrupti noſtri ſacerdotij tollere poſ-
. Peccavimus enim omnes polluto,coinquinato & contami-
to ſacerdotio, non ſolùm quod Baal ſacrificavimus; verùm
am quia Deo non ſuas hoſtias, ſuas victimas, ſuas decimas,
s primitias,ſua pacifica, ſua ſacrificia, ſua holocauſta, ſua in-
ſa obtulimus. Et quia per hanc dignam hoſtiam & immu-
ab idololatria & à ſuperſtitione mundi ſancto omnes offi-
reſtituimur,oportebit hanc obedientiæ victimam omnibus
locauſtis eſſe potiorem, neq; ſolam oblationem fuiſſe pro
ccato,ſed ſacrificium,holocauſtum & incenſum.Neq; ab hac
tentia moveat legis diverſitas, quæ in oblatione pro peccato
s vetat adponi; ſecus in holocauſto & incenſo. Lex enim,
æ figuralis erat, & velut primis elementis auditorem in-
ens, diverſis etiam figuris diverſas intentiones deſigna-
ſæpius in re una. Quemadmodum duorum caprorum
r emiſſarius foràs deducebatur in ſolitudinem, alter ſua
te tranſijt in holocauſtum; cùm tamen uterq; ejuſdem
mini Ieſu figura eſſet oblati, quia ipſe voluit: ita in obla-
ne pro peccato prohibetur thus, non quin ex vera cha-
te poſſit quis averti à peccato, & converti ad Deum, & ſe-
tipſum offerre Deo; ſed quia communiter ſuæ turpitu-
is conſideratione peccator ſeſe indignum reputat qui
oculos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

oculos levet ad cœlum , ſordere & fœtere coràm Deo ruderem & fœtorem ſuum;ideò non thus ponit in oblatione. Chriſt verò oblatio,quia tota erat pro peccato alieno , & pro toto peccato,& ex charitate tùm Dei,tùm fratrum,& propter Deum, utiq;ſuaviſſimo odore complacuit in conſpectu Dei. Neceſſe ergo tantam fuiße oblationem illam , ut omnium omißorum ſacrificiorum,holocauſtorum, incenſorum damna reſarciret , & eandem nihilominùs pro peccato cum thure ſuaveolenti.Quãta igitur ſapientia,judicium, & charitas offerentis, tanta & oblata obedientia: & quanta oblata obedientia,tanta per obedientiam ſuſcepta laboris, doloris, languoris, mœroris, angoris magnitudo.Non ergo ſolius amaritudinis & calicis illius ebibend memoria ſanguinem ſudavit in agonia; quin etiam operis illiu & incenſi digni magnitudo ſancto quodam timore ac reverentia vehementiſſimè concutiebat. Non enim puto fortiſſimum illum leonem occurſu illius truculentiſſimæ beluæ Dracon anxium duntaxat ſolito expaviſſe; licet in omnem poteſtaten illius tenebrarum traditus fuerit, paſſurus calamitatem omn quã poſſit naturaliter ejus facultas nequiſſimè ac malitioſiſſim concitare:neq; tàm præſenſæ calamitatis prælibando magnitudinem agoniſaſſe.Verùm eſto,ſicut & eſt certum,hoc tamẽ e magis eum ſollicitum fuiſſe dignitati holocauſti & incenſi,qu ſuæ calamitati.Teſtatur & hujus obedientiæ magnitudinẽ m ternus mœror patienter & ſponte ſuſceptus,ac Deo majore d lectione ſacrificatus. Super omnia verò maximè, quòd fortiſſ mus ille,qui fortibus omnibus columna fortitudinis,quia vel murus & antemurale toti urbi fortitudinis poſitus Salvator,v lut gigas ad currendam viam : immò qui petra & rupes toti refugij, adeò derelinqui voluit, exinanire ſemetipſum , fati ſcens ſub onere,ut ei opus angelo confortante de cœlo, ſic ei opus fuit ſuſtentari à Martha pane.Nũquid vel ipſe ſimula defecit,vel angelus adulatoriè confortavit ? Abſit. Sed ve & veraciter omnia geſta ſunt , ut cognoſceret mundus , qu niam tale illi mandatum dedit Pater , quo & integerrim

dilectio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

dilectione obediret, & veriſſima amaritudine pateretur; neq; ma-ximè perfecta dilectio obedientis quidquam auferret ab amaritudine patientis; quò & mœrore & amaritudine patientis major obedientia, majorem ac digniorem dilectionem coargueret & ſublimiorem gloriam obedienti cumularet, & perfectiore ſacrificio peccata mundi tolleret. Potuit enim utrumq; pro arbitrio moderari, ut & perfecta charitate obediret, & acerbiſſima pateretur amaritudine. Vnde nimirùm probatiſſima myrrha in-cenſi ejus fuit, quam perfectus ignis amoris adolevit obedientia. Neq; tamen ſenſum doloris diminuit vis amoris, quod ... contra naturam fuit, ut ſeſe Deo quereretur derelictum. ... ijs non ita; quia vis amoris vim doloris exſtinxit; & id eò magis, quò fuerit amor ardentior. *Si enim dederit homo univerſam ſubſtantiam ſuam pro amore, quaſi nihil æſtimabit eam.* Cant. 8. verſ. 7.

De magnitudine obedientiæ & dilectionis Domini Jeſu in Patrem æſtimanda ex magnitudine paſſionis: & de magnitudine paſſionis ex magnitudine exaltationis, & accepti nominis & gloriæ propter paſſionem, ex verbis Apoſtoli; Chriſtus factus eſt pro nobis obediens.

CAPUT XXII.

Quod hujus præcedentis capituli ſententiam Apoſtolus evidentiùs urget & cogit, cauſaliter arguens, dùm dicit; *Chriſtus factus eſt pro nobis obediens Deo Patri uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod Deus illum exaltavit.* Sed quantùm exaltavit illum? an non ſuper omnem reliquam creaturam, ut ſit primogenitus omnis creaturæ, ſicut eſt unigenitus Patris ab æterno? Igitur ſi tantùm exaltatus, & manifeſtè liquet ſecundum plenitudinem illam, qua Patrem dilexit, exaltatum ſuper omnia. Et ſi propter obedientiam ſuper omnia exaltatus, oportet obedientiam parem fuiſſe charitati obedientis. Sequitur: *Et dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.* Copulativè connectitur ad præcedentem clauſulam exaltationis; ergo cauſaliter ad obedientiam. Vnde neceſſe tantam fuiſſe obedientiam, quantùm nomē obedientis. Nomen autem ejus eſt ſuper omne nomen. Igitur obedientia ejus ſuper omnem obedientiam, & Philip. 2. verſ. 8. & 9.

exina-

e[illegible]anitio ſuper omnem exinanitionem, & humiliatio ſupe
omnem humiliationem. Fuit igitur mandatum durum &grav
ſuper omne mandatum. Non enim vult Deus Pater imperfect
eſſe aut adulatoriam Filij ſui gloriam. Tantum enim neceſſe fu
iſſe ignem incenſi ejus, quantus eſt odor ſuavitatis ejus. Non e
nim poterit minus eſſe opus juſtificationis in hoſtia, quàm ſi
opus gratiam & gloriam referentium in juſtificatis; quin mag
è diverſo quantumcunq; glorificent juſtificantem, verè ſe ſem
per cognoſcunt debitores. Non ergo Seraphica charitas, quan
tumlibet ardens & ex toto corde amans Deum, tantam tàm a
duam obedientiam adolevit. Hæc igitur fuit obedientia cæter
pacificis ſacrificijs, holocauſtis, incenſis melior. Et ſummum in
cenſum à ſumo Sacerdote offerri oportuit, & omniū cęteroru
ſacerdotū in templo Dei miniſteria & ſacrificia illius ſacrific
ſanctificari. Alioquin quomodo congrueret, quòd magnoru
illorum, Cherubin loquor & Seraphin, genua in nomine ſui
hujus Sacerdotis Ieſu flecterentur? Sic .n. cauſaliter ſuperiori
coñectitur; *Et dedit ei nomen ſuper omne nomen, ut in nomine Ie*
omne genu flectatur cœleſtium. Illorum igitur promta charita
quantò charitate minor hac plenitudine & pelago charitatis, c
qua accipiunt omnes, tanti etiam obedientiæ ſacrificium infe
nus genua flectit in nomine Ieſu. Valdè hoc loco congruit
pinio quorundam de Evangelio magno. Dicens enim *cœleſt*
& infernorum, liquidò damnatos & beatos, velut extremos, c
prehendit. Medios igitur *terreſtres* voluit intelligere, nondu
vel damnatos vel beatos. Oportet igitur omnē factū ad imagi
& ſimilitudinē Dei, qui nondū vel cœleſtis eſt, vel infernus e
nomen accipere quod eſt ſuper omne nomē; alioquin verū n
eſſet nomē ei datū ſuper omne nomē, ut omne nomē in nom
ne Ieſu flectatur. Si igitur omne genu terreſtriū in nomine Ie
flectetur, ſicut cœleſtiū & infernorū oportet flectetur, licet n
quantùm genua cœleſtiū & infernorum. In cœlo menſura fl
ctendi genua, menſura eſt charitatis. In inferno genua flectūt
ad menſuram odij. Quantùm enim ſuperbia eorum, qui odiun
Patre

trem Dominũ Deum, adſcendit, ſemper tanto claro fulgure
gni nominis ejus, velint nolint, naturali evidentia veritatis
victi, velut ardenti ſpina in oculo, cogũtur ei genu flectere:
ntò invident gloriæ Agni, tantò torquentur invidiæ & livo-
gne, ut nunquàm pravitas malitioſæ voluntatis invideat, jã
ẽ cui invideat claritatẽ agnoſcat: & quia omne Agno bonũ
det, omne bonum in Agno cognoſcat. Et quia cognitionẽ
raliter judicium & æſtimatio ſequitur, ideò, velit nolit, in
de ſuo lividiſſimo gloriam Agni extollit ſuper omne nomẽ.
quia naturalem cognitionem & naturalem æſtimationẽ præ-
iberam volitionem naturalis quædam adfectio naturaliter
itur, ideò lividiſſimus ille Draco quantùm cognoſcit & æſti-
naturaliter, ſicut beatitudinẽ adpetit, ita naturaliter Agno,
t nolit, adficitur. Et hujus naturalis adfectionis inclinatio
u flectere; ſed quia naturaliter tantùm id facit, & non fide-
tegra, & pia voluntate, & eam in ſe odiens, exſecrans, dete-
s; ideò non cœleſte genu, ſed infernũ genu. Omnibus igitur
maginem Dei factis, etiam infantibus in utero, dabitur no-
Ieſu tàm clarum, ut in nomine Ieſu genu flectant: & ſi na-
lem adfectionem libera voluntas non repellat, fiet genu
eſte. Si verò cor ſuum obduret, fiet genu infernum: quo-
n obduranti Deus in ira ſua jurat non introiturum in re-
m ſuam. Nomen ergo illud magnum, quod Lucifer de
ſo habet, ſolùm ex perverſa & obdurata voluntate, menda-
ſertione: non ſeductione, vel ignorantia veri. Perinde ſimi-
omnibus obdurantibus corda ſua, ſicut non ſunt juxta ver-
Apoſtoli φιλόθεοι, hoc eſt, *amatores Dei*, ſed φίλαυτοι, hoc 2 *Tim.* 3. *verſ.* 2.
matores ſui ipſius, hoc eis accidit ex vanitate & mendacio
avatæ voluntatis, qua obdurati nolunt ſequi naturalem
ctionem, quæ naturaliter ſequitur tanti nominis cogni-
em. Naturaliter dico, non quia natura poſſit eam ſolam effi-
quanta eſt; ſed quia tantam habens de Domino Ieſu, ſicut
bunt quãdo dabitur eis de Domino Ieſu nomen ſuper om-
omen, quaſi naturaliter ſequitur ſublimis illa æſtimatio de
Domino,

Domino,ut carnem à Verbo adſumptam neceßariò confitean
tur dignam honore ſuper omnem creaturam: & id propter ſu
premam Dei ſapientiam in eo, ſupremam Dei gloriam in eo
propter ſupremam Dei charitatem in eo, & ſupremam Dei be
atificam fruitionem in eo. Et mirabile opus Dei in illis,ut ſapi
entiam ejus tàm ſublimiter cognoſcentes non ſint ſapiente
Quemadmodum igitur ſapientiam cognoſcentes non ſunt ſa
pientes;facilè jam liquet, quomodò glorioſum confitentes no
glorificent:quia quem ſummè bonum cognoſcunt in creatur
Agnum non amant;ſed perverſa voluntate à principio menda
perſequitur,& ab origine occidit homicida, etiam in angeli
quia in illis,ut in hominibus,Agnum hominem perſequebat
à principio.

De magnitudine paſſionis ex magnitudine nominis adſequuti,ex calcatione vin furoris,qua calcaturus in judicio contemtores in ira furoris ſui;
Ex verbis Apocalypſis.

CAPVT XXIII.

verſ. 12. 13. 14. & 15. ITem *Apocalypſis 19.* dicitur;*Habens nomen quod nemo nov*
niſi ipſe: & veſtitus erat veſte adſperſa, & vocabitur nom
ejus Verbum Dei. *Et exercitus qui ſunt in cælo ſequebantur e*
in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo. Et de ore ejus proce
gladius ex utraq; parte acutus, ut in ipſo percutiat gentes: & i
reget eas in virga ferrea, & calcat torcular vini furoris iræ D
Hæc ſi ſale primi verbi, quo præmittitur habere nomen qu
nemo novit,condiamus,& juxta *Apoſtolum* conferamus hoc
ſe nomen ſuper omne nomen;ſimul etiam recolamus cauſal
Philip. 2. *verſ.* 8. & 9. illam adſertionem *Apoſtoli*; *Chriſtum factum obedientem*
Patri uſq; ad mortem,mortem autem crucis. Propter quod Deus
altavit illum,& dedit illi nomen ſuper omne nomen. Quòd ſi p
pterea datum nomen ſuper omne nomen, liquet obedienti
illam fuiſſe ſupra omnem obedientiam. Si propterea nom
quòd nemo novit niſi ipſe in gloria,puto ego in juſtitia ſacer
tij ſui fuiße obedientiam, quam nemo novit niſi ipſe. Nō e
æſtimo ſeveriùs cum calcaturum torcular vini furoris iræ ſ
qu

..m portaverit ipſe iram Domini, pro eis torcular calcans.
..per enim juſtitia liberalior in dextram beneficentiæ, quàm
..niſtram zeli & ultionis. Altiorem igitur in perpetuis an-
..bus relegentes in pacifico ſacrificio, holocauſto & incenſo
..i cauſam gratiarum agendarum reperiunt ſalvati, quàm ze-
..uſtæ ſuæ perditionis damnati, coruſcantis veritatis eviden-
..acti confiteri, quia Dominus Ieſus in gloria eſt Dei Patris.
..irum ille calix erat, quem bibiturus pavere cepit & tædere,
.., ut diceret animam ſuam triſtem eſſe uſq; ad mortem, &
..onia factus orabat Patrem, ut, ſi poſſibile eſſet, tranſiret ab
..lix ille. Sed hæc, ut altiſſimam in ſacrificio ſuo obedientiã,
..bendi calicis amaritudine qualitercunq; conjectaremus.
..l enim hæc ejus oratio de altitudine obedientiæ diminuit.
..e mox ſubdidit; *Verum tamen non mea, ſed tua voluntas fiat.* Luc 22. verſ. 42.
..mantiſſimus Rex incomprehenſibilis calicis pro eis exo-
..i amaritudinem commendat & exaggerat. Quantam puta-
..gloriam Dei pendere in illo cardine calicis & paſſionis, in
..Pater, ut ſuum amorem nobis in æternum novo, & ſemper
.. teſtamento oſtenderet, proprio tàm dilecto Filio ſuo non
..rcit, non exaudivit orantem, ſed miſso angelo ſolùm con-
..vit? Et quomodo? Certè ut ex agonia ſanguinem ſudaret.
..ma verò querela prorſus cogit; *Quare me dereliquiſti?* ut *in-*
..tebit. Item, pro magnitudine obedientiæ facit illud *Apo-* Mat, 27. verſ. 46.
.. *Eum qui non fecit peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Qua- 2. Cor. 5. verſ. 21.
..quomodo fecit peccatum, ſi non, ſicut noſtrum peccatum
..aßet, pro nobis maledictum factus eſt? Et quomodo male-
..m, ſi noſtra maledictione minùs pertulit?

..plici amore Domini Jeſu, quo incenſum ſuum obtulit æſtimando, ex amore matris Domini Jeſu, quæ prima poſt eum hos amores obtulit.

CAPUT XXIV.

.. magnitudine prælij ratiocinari licet magnitudinem re-
..emtionis, & ex magnitudine redemtionis magnitudinem
..j. Pretium autem pretioſus immaculati Agni ſanguis, quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

verè pretioſus, & in conſpectu Domini pretioſus, quia ſanctu
ſuper omnem creaturam, tantùm igitur amabilis etiam ſibiipſi
Vnde verè plus ipſe ſeipſum amavit, quàm omnes eum ſanct
homines & angeli. Sed hic amor quantò major fuit, ut illius a
more ſuum hunc amorem offerret, ſicut Abraham unigenitun
filium, tantò acceptior. Ipſe enim unum eſt catholicæ fidel
um Eccleſiæ ſacrificium, holocauſtum, & incenſum acceptiſſ
mum, quod ipſe idem ſanctiſſimus & ſummus Sacerdos, qui e
incenſum, tribus amoribus, duobus quidem, ut aromatiſanti
bus, thure ac thymiamate; tertio verò, ut igne incendente, ob
tulit. Primus amor, quo Dominus Ieſus, ut dictum eſt, juſte
rectè, ſanctè ſeipſum talem tantùm dilexit, quantùm æquu
ac dignum talem ac tantum diligi. Secundus amor in totan
Eccleſiam ſuorum fidelium. Et hi duo amores, quia juſti & ſa
cti, conſtat omnem voluntatis motum exinde naturaliter ſ
quentem juſtum & rectum fuiſſe. Rectè igitur voluit ſibiipſ
ſuis fidelibus, quæ ſibiipſi pacem in Deo, delectationem in De
lætitiam & gaudium in Spiritu Sancto. Sed ut ſciret mund
quia diligebat Patrem perfectè, voluit facere ſicut Pater dedit
mandatum, qui ſic dilexit mundum, ut unigenitum Filium ſu
daret pro mundo, præcipiens ei, ut hos duos amores tertio D
amore majore incenderet, conflagraret, & incineraret, & conſ
meret, uti conſumitur incenſum in igne thuribuli; ut ſic ince
ſum trib⁹ compoſitum amoribus odor ſuaviſſimus fieret. Vn
non minuũt primi duo amores de ſuavitate incẽſi, quando te
tius inde amor non minuitur, ſed magis admirabili ſuavitate r
pit contemplantem, ut majore honore Deum honoret, qui m
jorem ſui & ſuorum amorem ex amore Dei victimat. Hoc m
niſterium, tale ſacerdotium, & ſacerdotii mandatum, ut *ſupr*
Pater Domino Ieſu dedit, ut ſciremus qualiter Pater mundu
dilexit. Qualiter etiam Filius Patrem dilexit, magno argume
to arduæ illius obedientiæ uſq; ad mortem inſinuare voluit, d
Ioan 14. vers. 30. cens; *Sed ut cognoſcat mundus*. Et quid cognoſcet mundus, n
quia diligo Patrem? Ergo ne, ô magne Doctor, docere nos p
ti

quia diligis Patrem? Et quis ad illam ſublimem dilectionẽ, qua tu excelſus excelſum Patrem diligis, cognoſcendam attingere poterit, niſi fuerit ipſe in excelſam dilectionis altitudinem ſublimatus? Quemadmodum ſapientię amorem, niſi ipſe quoq; ſapientiæ amator fuerit, cognoſcere nemo poteſt. Verùm etſi magnus illius amoris hîc ſcire non poſſumus, quod tamẽ aliquatenus nos ſcire voluit, ſciemus tamen poſteà amplius, licet non perfectè & plenè, quando poterimus portare multa illa quæ habet adhuc dicere nobis, quando Spiritus paraclet⁹ diriget nos in omnem veritatem & charitatem. Hîc interim creatura vanitati ſubjecta eſt. Aliqualiter tamen, quoniam univerſum tabernaculi ædificium ſecũdum exemplar in monte monſtratum regulatum, ex holocauſto B. Virginis conjectare poterimus & amore in cruce præſentis. Videntes enim Virginem matrem in illa animæ anguſtia, quando amarus ille & omni morte amarior gladius animam ejus pertranſivit. Non ſolùm vidit, ſed & perſenſit filium dilectum uteri ſui, & benedictum fructum ventris ſui, pretioſiſſimum theſaurum & gaudiũ cordis ſui, coronã capitis & inſignem florem fœcundæ virginitatis & virgineæ fœcunditatis ſuæ derelictum, abjectum, conculcatum: & hæc ita fieri, quia ſic Deus voluit & præcepit, & quia Virgini matri hoc durũ verbum. Ideò, ut cognoſcamus Virgo mater quomodo Deũ dilexerit, quæ tanta cordis amaritudine conſenſit obedire & facere mandatum quod Pater illi de benedicto fructu ventris ejus mandaverit ut offerret, obtulit ipſa compaſſa, quod ipſe ſenſu corporis patiebatur. Maria ergo ipſa duos hos amores poſt Chriſtum potiſſimè flagravit, ut longè etiam Chriſtum etiam hominem ſupra ſeipſam dignè ſancteq; amaverit, & poſt eum omnem Eccleſiam ſanctorum, in qua ſibi præ ceteris omnibus magna facta confitebatur, utroſq; juſtos & ſanctos hos amores conformiter Chriſto, per tertium divini amoris ignem fideliter, integrè, ſanctè Deo incendit, quando pendentem in cruce derelictum à Deo dedit & audivit. Nimirum ejus amor acutiſſimo gladio abſciſſus eſt, & hæc amaritudo

omni morte Virgini matri amarior fuit, ut congruentiſſima a
Luc. 2. vers. 35. pellatione per Simeonē gladius nominaretur animam ejus pe
tranſiturus. Quemadmodum igitur Virgo mater hanc ſuam
maritudinem juſtiſſimam & ſanctiſſimam juſtiore & ſanctio
igne divini amoris Deo, velut incenſum ſpontaneæ & prom
patientiæ, integra voluntate offerens & perferens oſtendit m
do, & pergrandi ingentis obedientiæ argumento oſtendit: ſic
quis juſtam illam & grandem dilectionem Chriſti hominis
ſe perfectè cognoſceret, quæ nobis non tàm facilè cognoſcibi
eſt, quàm flagrans Virginis matris in unicum filium, ac talem
lium; & ſi quis calicis illius amaritudinem cognoſceret, & pe
fectam obedientiam, ille poßet aliqualiter majorem ejus in P
trem cognoſcere dilectionem.

De amore Domini Ieſu æſtimando ex amore magno compatientis Magdalen

CAPUT XXV.

SImili, licet longo intervallo, non æquo, ſed ſimili amore V
ginis flagraße Magdalenam credo, ut vero & multo amo
Dominum Ieſum dilexerit longè ſupra ſeipſam, & ideò mo
entem videre longe graviùs tulerit, quàm ſeſe morituram:
more tamen Dei & amore, ut cunq; in Dei voluntatē refere
hanc ſuam amaritudinem & amariſſimum cordis vulnus pe
tulerit, & ita de ſum̄o poſt Deum amore ſuo dignum Deo i
cenſum obtulerit. Et propter hanc ejus multam dilectione
promeruiſſe, ut ubicunq; prædicatum fuerit hoc Evangeliu
Mat. 26. vers. 13. regni, ibi dicetur de ea, quòd hoc fuerit in ejus com̄emoratio
Sed quare voluit Salvator Ieſus ita nomen Magdalenæ ſuo r
mini colligatum, niſi ut evidentiſſimo amore Magdalenæ do
ret nos, neminem per paſſionis holocauſtum finaliter placi
rum Deo Patri, niſi ſimili amore flagrans, ut ſimile ſub cru
cordiale vulnus patiens, ſimili divino amore ſuum illū in Ch
ſtum amorem chariorem ſibi ſeipſo, ac & per hoc & ſeipſū D
incenſum offerat? Hoc ſacrificium aliqualiter elucidat pace
cœleſtis Hieruſalem, quæ exſuperat omnem ſenſum. Neq; h
dignum incenſum quiſquam ſe putet oblaturum, niſi ordina
in

...habuerit charitatem, ut primò dignè Deum amet, & exin- ...ropter Deum omnia diligat; & magis divina magis diligat, ...m quàm ſeipſum: ſed ſic, quòd in omnibus divinam volun- ...m præſtare velit, etiam quodcunq; cæteris accidere oporte- ... Hoc incenſum pro majore Dei honore Moſes & Paulus, ut ...ì patebit, adoleverunt; & creduntur magis amaſſe Dominũ ...m quàm ſe, & feciſſe de illo incenſum Deo non minùs quã ...dalena. licet magis de Magdalena conſtet: maximè autem ...irgine matre, cujus amor præ omnibus & virtus ejus vige- ...oſt eum, qui Dei virtus erat, tantò, quantò ad majorem prę ...ris gloriam deſtinata fuerat; ſuper omnia autem virtus & ſa- ...tia Dei in Chriſto quemadmodum ſumma erat, & ad ſum- ... gloriam duro calle exercitata. Magnam en. virtutem ſic- ...agnæ gloriæ deſtinatam, ſic per arduam viam deſtinatæ ...næ accedere oportere neceſſe. Nos ergo, quàmdiu non ...ominum Ieſum amaverimus, neque tale incenſum ob- ...imus, adhuc proficere oportet & creſcere in virum perfe- ... ætatis plenitudinis Chriſti. Igitur ignavo mihi, pronum i- ...oluranti, quis tandem agonis fructus maneat, quæ ſpes fina- ...poſita ſit, per placita repens tenera mea mollicies convincit. ...endum, ne timenti mihi pruinam veniat ſuper me nix & ...idum gelu.

...ſex vulneratis ex paſſione Domini Ieſu, & ſingulorum vulnerum modis, cauſis, & ordine.

CAPVT XXVI.

... vulneribus Domini Ieſu ſex invenio vulneratos, quorum ...extum vulnus eſt extra numerum ſalutarium vulnerum. ...uq; enim fuerant præcipua ſancti corporis vulnera: & ſecun- ... hoc etiam quinq; genera ſalubriter vulneratorum. Vuln⁹ ...it latro crucifixus, ſed ſalutare, quando dixit; *Nos quidem ...a factis accipimus.* Vulnus habuit Petrus, graviter enim Luc. 23. verſ. 41. ...eratus in corde, quando flevit amarè. Vulnus habuit Ioãnes ...ipulus quẽ diligebat Ieſus. Cordiale vuln⁹ Magdalena. Sed

maximè omnium vulnerata Virgo mater, quando viſo unigen-
to uteri ſui, ſpecioſo præ filiis hominum, tanquàm leproſo, gl-
dius doloris animam ejus pertranſivit. Cuiq; horum vulne-
ſecundum ardorem amoris. Latronis dolor ex amore ſaluti
Petri amaræ lachrymæ ex dulciſſima prioris convictus intere-
pti & interrupti commemoratione. Ioannis ex tantæ dilection
in finem conſuetudine. Magdalena, quæ à primis officiis teſt-
monium habuit, quia dilexit multùm, per ſingula momẽta cr-
ſcens in amore tota flagrabat, ut neq; principes animadverter-
neq; angelos. contra decretum principum hominem per co-
tumeliam habitum, tanquàm pro blaſphemia condemnatu-
& crucifixum incunctanter Dominum, ác Dominum ſuũ v-
cans, angelos jam tertiò viſos & auditos teſtes reſurrectionis:
hoc de cœlo miſſos non advertit: adeò mens ejus in amorẽ r-
pta nihil ceterorum ſentiebat, unum tantùm in corde vulnus
moris, ad omnia reliqua inſenſibilis, velut pulicum punctu-
parvipendit. Hoc loco ſextum vulnus, quo adeò perdoluit pr-
ditor, ut abiens laqueo ſe ſuſpenderet, quia nõ ex amore pro-
it, letale fuit. Sanguinem enim juſtum tradidit Iudas; ſed
ſanguinem juſtum effudit Cain, ſuſcepit terra, judicavit Do-
nus. Et quia nequiter patrarunt, inevitabiliter ſeſe teſtes neq-
tiæ ſuæ circumferebant & judicabant. Hic; *Peccavi tradens ſa-*
Mat. 27. vers. 4. *guinem juſtum.* Ille; *Major eſt iniquitas mea, quàm ut venia*
Geneſ. 4. vers. 13. *merear.* Perverſa voluntate in terram ac terrorem converſi,
vagus ac profugus à Domino, in terram donec deſperans ve-
at in profundum malorum abijt ille. Iſte contemnens D-
um benignè ſe offerentem, ſalubriter monentem, parrici-
ales in ſe manus inijciens ipſe ſe juſto judicio jugulat. Qu-
enim juſtius judiciũ, quàm ut nequiſſimus reus nequiſſimo t-
datur tortori?

Magnitudinem paſſionis Domini adgravabat amor ejus in Iudæos, conjectanda ex amore B. Pauli & Moſis in Judæos, & mœrore continuo ex hoc amore.

CAPUT XXVII.

vers. 3. & 4. IN *Pſalmo 109.* loquitur Propheta in perſona Domini Ie-

eo quòd diligebam adverſabantur.* Et poſteà; *Odium pro di-
ione mea.* Hæc ut Iudæorum peccatum gravius intelligatur
it. Neceſſe igitur dilectionem Domini Ieſu in eis non per-
ctoriam fuiſſe, aut, ut dici ſolet, ſuperficialem. Et licet hîc
n dicatur quanta fuerit, magna tamen ex fideli ſervo ejus &
ili diſcipulo, officioſo comite Paulo, conjecturæ noſtræ ape-
r feneſtra. Is enim quantùm amaverit, ex verbis ejus qui ve-
tem loquens coràm Domino non mentitur, teſtimonium
eddente conſcientia ſua in Spiritu Sancto, adaperit in magna
triſtitia & continuo cordis dolore, quando amor ejus adfli-
omnem doloris cruciatum parvifaciebat, quando inferni &
rnalis ignis ardorem perpetuũ eligibiliorem, quàm ſui amo-
n Iſraëlitas fracta deſideria ſentiebat, dùm dicebat; *Optabam* Rom 9.
go anathema fieri pro fratribus. Verè magna hæc dilectio: verſ. 3.
ſervi, ſed diſcipuli, haud quaquam paris illi, quo nemo ma-
m habuit charitatem, qui omnibus filijs Dei dilectionis ex-
plar præpoſitus & datus magiſter. Num ergo ſicut Paulus à
iſto, ſic etiam Chriſtus à Deo anathema fieri optabat? Abſit.
n enim oportet ut ſi Chriſtus Paulo magis amavit, ideò et-
omnia quæ Paulus paſſus eſt patiatur. Ex charitate & zelo
h adeò paſſionem illam ignominiæ in Sodomitis deteſtaba- Gen. 19.
ut aliquid humanum paſſus filias offerret proſtituere. Et verſ. 8.
ſes pro impetranda grandis peccati remiſſione adeò incan- Exod. 32.
, zelatus gloriam nominis Dei, ut haberet parùm deleri ex verſ. 32.
o vitæ. Hujuſcemodi fervorem charitatis habuerunt San-
ex Spiritu Sancto: in quo ſi humanum aliquid intermedium
i ſunt, ideò fuit, quia datus illis ſpiritus ad menſuram. &
od in illis imperfectionis fuit non imputabatur, quia non in
teſtate erat. Chriſtus autem non ad menſuram accepit Spiri-
n Sanctum: unde nihil tale paſſus; licet ei dilectione ſua, qua
orẽ nemo habuit ad inimicos, triſtitia ex magna, & dolor cõ-
nus cordi ejus incomparabiliter magis quàm Paulo, quia in-
arabiliter õni humano dolore acerbius perpeſſus. Et quia ſu-
oẽm dolorẽ, mœrorẽ, angorẽ, adflictionẽ amaricat' amor eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſumma illi ſupra omnium hominum omnem dolorem, mœro
rem, angorem, adflictionem amaritudo fuit caßati amoris in
comprehenſibiliter magis quàm Paulo. Quanta enim amab
charitate, qua majorem nemo habuit, tantò ſuper omnem ho
minem ejus amor omnibus malis noſtris offendebatur.
Videre eſt hoc in carnali amore mulieris integro amore a
dentis, quæ nulla ſui mentione habita vellet omnia adverſa pr
illo pati quem amat. adeò illi amara eſt amati viri adflictio, ſit i
la timoris, mœroris, ignominiæ, damnorum, incommodo
rum, dolorum, periculorum, anguſtiarum, adflictionum:
quidquid ille patitur, gravius iſtius amor perpetiatur. Adeò e
amor omnis amaritudinis ſpongia & ſentina. Quiſquis erg
paſſionis Chriſti amaritudinem menſurare volet, primò in
more exercitatum oculum offerat: ſecundò, Chriſti amore
ad homines ad æquum metiatur: tertiò, diabolicæ nequitiæ, c
traditus & derelictus, ad ultimum nequitiæ & malitiæ ſuæ,
effundenda venenata jacula: quartò, ſanctiſſimi incenſi ſuaviſ
mum odorem & acceptationem dimetiatur, ut & malitia Di
conis victam ſe, & juſtitiæ rigor ſatisfactum confiteatur, & æte
ni Regis decor integrè reſtauratus. Magnam habes hoc loco f
neſtram ad introſpiciendum & cognoſcendum cor & anim
cogitationes, conſilia, anguſtias, & continuos mœrores cor
ejus, & orationes, & planctus à primo incarnationis momen
ſq; in horam emiſſi ſpiritus. Magis enim Chriſto quàm Pau
olor continuus; quia erat ei latitudo mentis, ſicut arena in
tore maris. Igitur, ſicut *eodem Pſalmo*, ſemper diligebat, triſ
batur, dolebat, orabat compunctus corde, vulneratus intrin
cus. Pro omnibus. Igitur & pro me. Talis fuit in tota vita C
minus Ieſus etiam pro ſingulis. Huc legenda, quæ de luctu f
verſ. 17. tris & matris ſuper unigenito ſuo. Quale eſt illud *Pſalmi*
Tanquàm amicus, tanquàm frater inceßi, tanquàm matrem
verſ 15. *gens.* Et illud *Pſalmi 22. Factum eſt cor meum tanquàm cera*
queſcens in medio ventris mei. Sed maximè omnium princi
verſ. 1. um *Pſalmi 19. Diligam te Domine.* ubi in Hæbræo habetur
hanic

icha: hoc eſt, matercaliter amabo te Domine; vel, materca-
r movebor in te; aut, matercaliter miſerabor tui Domine.
o pro eo quod diligebat, adverſabantur. Et odium pro dile-
ine ſua.

rdine magnitudinis peccati crucifigentium Dominum; Pilati, principum, & populi, quòd non excuſantur Dei voluntate.

CAPUT XXVIII.

Andem legum æquitatem judex diffinit, lictor exſequitur,
latro perpetitur. Aequus judex, nequam lictor, miſer latro.
òd enim juſtè patitur, non propterea vel mitior ejus crucia-
vel ſpectaculum honoratius. Neq; lictoris libido crudelis
mactando, & inhumana cordis durities juſtitiæ laudem pro-
um ſpectatorum judicio merebitur, ſi miſer ille meritus pa-
ur, aut quod agit, juſtus judex decernit. Non enim legum
tiam ſpectat, ſed ſuam crudelem libidinẽ carnifex exercet,
q; minùs miſero illo odioſus bonis judicibus. Sunt in uno li-
ris hujus facto penitùs opera duo. Primum, quòd in miſero
s legis exercet; & in illo judici ſervit. Alterum, quòd interi-
equiter de crudelitate delectatur. Secundum hoc eſt, quo
is odioſus eſt. Sic in uno facto Iudæorum duo erant opera.
mum paſſionis, qua ſe Deo Chriſtus hoſtiam obtulit lictoris
mentis adactus. Alterum Iudaicæ crudelitatis, qua videntes
i deſpectum & noviſſimum virorum, percuſſum à Deo &
miliatum, tanta nihilominus exarſerunt crudelitate, ut ſpe-
ulo calamitatis ejus libidinẽ ſuam paſcerent; quia deſidera-
unt eum deſpectum & noviſſimum virorum. Mirabilis hîc
entiæ opulentia, quæ divini conſilii abyſſo, quando tale ſa-
ficium ſacrificare decrevit, invenit ut homo Deus pro deifi-
dis hominib. per homines à diabolo concitatos hoſtia ma-
etur; quò & ſancta ex immolante, & perfecta propter ma-
tis crudelitatem, ut oportunum incenſum, ferventiſſimo
concrematum, ſuaviſſimum ſemper diffunderet odorem.
corum crudelitas ubi agninam adterit mãſuetudinem, con-
e juſti ſpectatoris iram acuit, ut ad ultionẽ provocet juſtitiã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

potentis ulciſci, & redimat oppreſſum, & injuriam reparet ca-
lumniato;ut uno in facto juſtus utrobiq; reperiatur, humilian
calumniatorem, reparans calumniatum, glorioſus in utroq
ſpectator Deus.

Quòd judicium mundi apparuit in paſſione, in conamine diaboli, Judæorum, & Dei mirabili ordinatione.

CAPUT XXIX.

HAnc mirabilem ſapientiam Dominus Ieſus ipſo die Palma-
Ioan 12. verſ. 31. rum expreſſit, dicens; *Nunc judicium eſt mundi hujus*. quan
do divini alitudine conſilij negotium redemtionis & reparatio
nis agebatur. Quando enim diſſecabantur cordibus ſuis Phari
ſæi, Saducæi, & principes ſacerdotum, videntes totum mundum
abire poſt eum, ei benedictionis olivas & victrices palmas defe
ri, divinas laudes concini, fidelia ſacræ ſponſionis teſtimoni
congruere, neq; ſuis mandatis, minis, inſidijs, conſilijs quidqu
proficere, ſed palàm inſuper, velut ſaxis in frontem, Scripturę te
ſtimonijs confutari, nimirum æſtuantes, furentes, patris ſui vo
luntatem facere conabantur. Et nihilominus, dùm communem
ſuam & patris diaboli impietatem, inſtigante diabolo patre, vi
perina proles venenatis conſilijs perficere geſtiunt, judiciorum
ſuorum, quibus illaqueentur & jugulentur, nexunt funes. qu
dùm nectuntur, dùm parantur ab impijs, quia non ſine vide
judicante, ordinante Deo geruntur, ut quod illi impiè cupiun
divina diſpoſitione in ſalutem piorum qui in mundo ſunt, & i
dicium impiorum diſpenſetur. Tunc ergo judiciũ fuit mund
quando in iſta æſtuatione, curſitatione Iudæorum, fluctuation
trepidatione, temeritate, tentatione, & improbo auſu dæmoni
rum, occulto Dei arbitrio, ſecreto moderamine cuncta ſic ord
nabantur, ut univerſo mundo, licet inſcrutabili abyſſo ſapient
judiciorum Dei, exinde cuiq; ſua jura ſalvarentur: Gloria De
gaudium angelis, conſolatio deſolatis, ſalus periclitantibus, m
dicina ægris, panis eſurientibus, confuſio dæmonibus, deſpect
ſuperbis hominibus. Verè tunc in arcano divinæ ſapientiæ co
ſilio abyſſus multa agebatur & tractabatur, quam toto ævo ſcr
tandan

..dam, ſed nunquàm exhauriendam , omnis omnium filio-
..n Dei ſapientia comtemplanda accepit. In illo judicio Draco
..diatus, exagitata ſynagoga, paratus ad victimam Agnus, u-
..nq; tùm à ſe, tùm ab inimicis morti deſtinatus, verùm non
..,quàm temporis plenitudo legalis obſervantiæ congruen-
..conſecraret, exaltandus, & tunc omnia tracturus ad ſe, judi-
..m ſuum uſq; in finem ſeculi diſponendo de amicis & inimi-
..paulatim confirmaret. Non ergo putandum judicium in-
..taneum illius fuiſſe momenti, quando dixit; *Nunc judicium*
..mundi. Non enim puto principem mundi illo momento di-
..almarum fuiſſe ejectum; ſed ejectionis tunc per eum cauſas
..ti. Neq; id ſub oculis non videntis, aut non judicantis Dei, &
..ernentis, & deſtinantis ejectio agebatur, quæ ab initio mun-
.. finem agitur; ſed in exaltatione Filij hominis maxima par-
..mundo innotuit.

Quomodo paſſio Domini juſtè Deo ordinante, nihilominùs magno peccato Judæorum differenter acta. CAPVT XXX.

NON moveat quenquam, quòd dixi paſſionem non ſine
Deo ordinante geri, cùm ab Eſaia dicitur *à Deo percuſſus &* Cap. 53.
..miliatus, ut *ſuprà*. Et *1. Reg. 22. Dominus præcepit ſpiritui men-* vers. 4.
..,quia dixit ſe fore ſpiritum mendacem in ore omnium prophe- vers. 22.
..m Achab, ut egrederetur & ita faceret: inquiens, decipies &
..valebis. Idem enim opus à Deo volente & præcipiente ſimul
.. prava voluntate exſequendo peccante perficitur. Deus juſto
.. ſapienter ordinando præcipit ſpiritui mendacij; turpiter vo-
..lo exſequitur. Vterq; finis in agendo actum qualificat; ſicut
..paſſione Domini expreßè confitetur Eccleſia fidelium,
..ns; *Convenerunt verè in civitate iſta adverſus puerum ſan-* Act. 4.
.. tuum Ieſum, quem unxiſti, Herodes & Pontius Pilatus cum vers. 27.
..ibus & populis Iſrael, facere quæ manus & conſilium tu- & 28.
.. decreverunt fieri. Quòd ſi in opere magni illius holo-
..ti tàm neceſſario ſtatuto, deliberato, conſulto, decreto,
..cepto per Patrem Filio, Iudæi & gentes exſecutores pec-
..runt, alio id fine Deo decernente & præcipiente, &
alio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

alio fine Iudæis exſequentibus atq; peccantibus. beneficus Deus
præcipiens Filio mortem crucis; malefici & malevoli Iudæi cru-
cifigentes: nihil inconveniens dicere, non ſine ordinante Deo
candem geri; & quemadmodum præceptum ſpiritui mendac
decipere Achab, ſic mortem & crucem præciperet Filio, & cru
cifixoribus eodem decreto data poteſtas tenebrarum. Hac quo
que intentione ſicut Spiritus Domini cum ſancto ſanctus, cun
dulci dulcis, cum ſuavi ſuavis, quid prohibet, ſicut cum amant
amans, ſic cum perverſo perverſus, & cum malo malus dicatur
Sic Spiritus Domini malus malo Sauli regi, quandò malè & ini
1 Sam 16 verſ. 23. & cap 18 verſ. 10. què de David, & impiè contra Dominum eligentem, ungen
tem, proſperantem, adjuvantem David cogitavit. Sicut enim
ubi operatur & illabitur omni creaturæ perſonaliter & eſſentia
liter præſens eſt, ita etiam cauſaliter. Et hæc ejus eſſentiali
perſonalis, cauſalis, actualis adſiſtentia tertiæ perſonæ Spirati
dicitur. Sed quia effectus productus malæ volitionis in ipſ
Saul, licet ut volitio eßet à Saul malè volente producebatur;
ut ens eſſet à ſolo Deo producebatur, volente ut miſerum adfl
geret ordinatè & juſtè: malitia hæc, ſi propter mali ordinem
adſiſtentiam Spiritum Domini malum denominet, nihil inc
veniens perſpicaciter attendenti. Sic tamen quò denominat
vè malus, denominativè ab effectu, qui non malus inquantu
ab eo dependens; ſed qui malus eſt malitia volũtatis in qua ſul
jectatur. Sic pueri Alamannorum patrem aut matrem irata
dicunt malam eſſe, quia virgam ab eis paratam dicunt eße mal
Si ergo pater malus aut mater mala, ſimili ratione Spiritu
Dei malum dicere quid impedit? cùm dicat expreßè Scriptu
Amos. 3. verſ. 6. *non eße malum in civitate, quod Dominus non fecerit*. etiam l
quendo de malo culpæ poſitivę commiſſionis, ſive id fuit in v
ſive in introitu viæ. Neq; abnuo de ſpiritu malo expoſitione
exponentium de dæmone in Saule, Saulem exagitante.

Quomodo peccatum crucifigentium Dominum Jeſum tradente Patre præſign
myſticè in lege: & quæ differentia peccati Pilati, principum ſacerdotum & vu

CAPUT XXXI.

Abditu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Bditum & myſterium grande legiſlator Moſes involvit, Levit.6.
quando primum ſacerdotem offerentem hoſtiam pro pec-
juſſit propter contractam ex offerendo immundiciam ve-
mutare; & aqua luſtrationis adſpergi, & ſic mundatum in-
caſtra; quia propter mandatum legis immundus fieret, qui
per ſervatam legem mundus eſſe non poterat. Quid ergo,
legem exſequendo jubetur eſſe immundus? Neq; hoc ſo-
in hoſtia pro peccato, ſed in cinere vitulæ luſtrationis, & in Num.19.
emiſſario ſimiliter decernitur. Quid hoc novum, niſi ut Levit.16.
catis admiratio ſtudium acuat inquiſitionis? Admiratio en-
cicet ad inquirendum. Quid ergo ſibi vult, niſi quòd Iudai-
populus cum principibus, quando magnam hoſtiam in lege
etatam, & myſticis hoſtiis præſignatam, ſecundum præ-
tiam & voluntatem Dei Patris, non propter voluntatem
ſed propter ſuam impiorum invidiam & nocendi libidinē
entes, extra caſtra victimaverunt? hoſtiam quidem ſanctā
ctificantem immolarunt im̄undi impii peccatores, & ma-
peccatores, quò in ſanctificantem Agnum impias manus
lupi, leones, urſi, canes crudeles Agnum laceraverunt & la-
nt. Vnde hujus myſticum involucrum *David propheta* ad- Pſal.110.
s dixit; *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, thereph de-* verſ.4.
mentibus ſe. Eſt autem *thereph* caro propterea immunda
dum legem, quia lacerata occiſa à feris. Vnde & Moſes
legem hoſtiæ pro peccato, in fine mandati, velut ex abru-
t videtur, ſuperioribus duo verba adjicit, dicens; *thereph je-*
ch. quaſi idem ambo parturiant edere, & myſterio invol-
r. Quid enim aliud Moſes videtur velle, niſi ut hoſti-
o peccato brevi diffiniat carnem à feris laceratam & oc-
? Et hoc *thereph* datum timentibus. Mirabili enim
uentia paſſio Domini dirigebatur in tempore, ut Ro-
judicante, ſacerdotibus æmulantibus Chriſtum, &
o livore flagrantibus in Chriſtum, & neceſſario me-
pulum timentibus, ut non lapidaretur, ſed crucifigere-
. Lapidare quidem licebat ex pacto cum Romanis, in his Act.7.
verſ.59.
quæ

quæ jure religionis erant. unde & Stephanum lapidabant. I
valdè cupiebant lapidare, ſed non audebant; quia timebant pl
bem, ne fortaſſis ipſi à plebe lapidarentur. Quem ergo val
perdere flagrabant, & ipſi non audebant, neceſſariò præſidi R
mano cogebantur offerre, ut magis illorum malitia atq; calun
nia detegeretur, & mundo publicaretur. Oportuit ergo tale
huic tempori præſidem divinitùs diſponi, qui non tàm im
pius, ut ſocius criminis calumniam occultaret, neq; tàm virt
te fortis & juſti tenax eſſet, ut virtute in ęquitatem pervincere
& nequiſſimum illorum conatum perfringens tutaret innoce
tiùs, & veri *Phaſæ* immolationem impediret. Non quòd h
jus holocauſti neceſſitas eum talem fecerit; ſed cùm Roma
Reſpublica plena ſuaptę corruptis civibus, equitibꝰ, patritiis, ſ
natoribus, prætorianis & conſularibus viris provincias deſid
rantibus, eum talem huic tempori atq; divino conſilio congr
entem divina ſapientia præſidem Iudææ magis delegit, quà
Tiberius. Grande quoq; verbum contra eos, qui nulla legiti
poteſtate, nulla rationabili cauſa, nulla honeſtate, nulla pieta
ſed ſolo odiorũ & invidiæ libidine tradiderunt pręſidi conde
nandum, quod ait Dominus Ieſus; *Non haberes adverſum m*
Ioan.19. verſ.11. *poteſtatem ullam, niſi tibi traditum eſſet deſuper.* Qui quia
officio ſibi credito tenebatur audire & judicare, & quia pro vi
bus ſatagebat liberare, ideò minus peccatum habuit. Loquit
ergo Dominus Ieſus ad Pilatum de poteſtate Romana credi
ſibi à Tiberio Auguſto. Et propter hanc ordinariam poteſta
inquiſitio Pilati fuit ordinaria & legitima; Iudæorum autem a
cuſatio libidinoſa & factioſa: & ideò longè minus peccatum P
lati. Sed quòd poſteà poſcentibus iſtis in mortem & judican
Pilato crucifixus, longè minus Pilati peccatum quàm Iudæo
fuit, quia minùs voluit quàm Iudæi, licet, cùm judex eſſet, m
gis debuiſſet innocentem tueri, quàm privatus. Sed privato
conditio non tàm attenuabat, quàm debitum Iudęorum adgr
vabat, propter præſentem Meſſiam. Item, quòd ſummi ſace
dotes quærentes occidere Ieſum timebant populum, quantù

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

…populo, tantùm ex bono, etiam ex Deo; quoniam ex Deo,
…d populus pendebat ex verbis Domini Ieſu. Hæc ſatis pa-
…ex ſequentibus, ubi dicitur, Sathanam intraſſe in Iudam
…ntem ad ſacerdotes, offerentem ſe proditurum, unde ga-
…unt. Hoc gaudium tùm ex parte Iudæ, tùm ex parte ſum-
…um ſacerdotum, ex diabolo fuit; ſed ordinante ac moderan-
…o cuncta illorum, ſicut & cuncta dæmoniorum. Non er-
…pulus peccavit, quòd invitis Pontificibus ac legiſperitis in
…e fuit; ſed peccavit, quòd non magis coercuit & compe-
… cùm potuiſſet: quoniam in hoc præſtandum debitor fuit
…orruptis præſidibus.

…lici ſapientia, & qua ſapientia dæmones Dominum gloriæ ignorabant, qui-
…us principaliter ab Apoſtolo crucifixio Domini adſcribitur: & quòd
Magdalena ea ſapientia diabolis ſapientior.

Caput XXXII.

…mo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ 1. Cor 2.
…ientiæ verbis fuit, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis fuit, verſ. 4.
…s veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. & 5.
…olus duplicem ergo quandam ſecernit ſapientiam: alterā,
…ipſe loquitur inter perfectos, ſapientiam non hujus ſeculi,
…eq; principum hujus ſeculi, qui deſtruuntur. Et hæc eſt
…pientia in myſterio abſcondita, in exemplari monſtrata.
…en. exemplar ſummę charitatis in monte monſtratum,
…terium veræ ſapientiæ prædeſtinatæ fidelibus in gloriam.
… non ſolùm hic mundus cognoſcere non poteſt, ſed neq;
…mundi principes, quantalibet mentis latitudine & intel-
…æ acumine cognoſcere poſſunt. Et probat hoc *Apoſtolus*
…um contrarium, qui cum illa vera myſtica ſapientia ſtare
…poteſt, inquiens; *Si cognoviſſent iſtam in myſterio abſcondi-* verſ. 8.
…ſapientiam, nunquàm Dominum gloriæ crucifixiſſent. Quid Ibid.
…ctu, *ſi cognoviſſent*, niſi ſi dæmones illam ſapientiam pie-
… dicisſēt ab exēplari, hoc eſt, à Chriſto, in ſum̄o charitatis
… paſſo mortem crucis, & in illa paſſione docente veram
ſapientiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſapientiam Dei, quæ eſt in mandato primo de perfecta dilectio
Ioan 14. ne? de qua dictum eſt *ſuprà*; *Sed ut ſciat mundus quia diligo P*
verſ.30. *trem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio.* factus obed
ens uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Et qualem morten
ſcire non poſſumus, niſi cognoſcamus crucifixores ejus; quia
malitia crucifigentium calamitas patientis magis cognoſcitu
Sed Apoſtolus non tàm hominibus in hoc mundo crucifixi
nem tribuit, quàm principibus hujus mundi. Dæmones erg
crucifixerunt, & maximè Draco, primus hujus mundi princep
qui in Agnum traditum ſibi ac derelictum, cum nihil juris h
beret in eum, derelictum tamen ac traditum ſibi, non ſolu
in mẽbris ejus ab origine homicida fuit; ſed magis, ubi poteſ
tenebrarum permiſſa & improhibita ſinebatur; effrenis graſ
batur. Quoniam illius invidia, illius odium, illius ſuperbia
hil tàm ſitiebat, quàm Agnum ipſum, Regem omnium fil
rum Dei, ad ultimum uſq; feritatis & malitiæ tractare. Hic n
ſterium abſconditæ ſapientiæ Agni, cognoſcere, æſtimare, d
derare, omnia mandata Dei, quantumlibet ardua, exſeq
Hoc exemplar in monte monſtratum. De hoc exemplari n
gis Magdalena in monte calvarię ſapuit, & ſapienter cogno
quàm Draco, callidior cunctis animantibus. Neſciebat for
ſis Magdalena ſub cruce hanc paſſionis acerbitatem & pati
tis acerbitatem. Et benè ſciebat efferatus ille ac nequiſſin
Draco, quanta mitem Agnum amaritudine obruebat; ſed M
gdalenę veram ſapientiam, dico pietatis, & per charitatem
ſcentis, donec ad retributionem vicarię retributionis anir
retur, ut vero & perfecto tandem amore ac ſapientia pro c
nibus quæ retribuit ei Dominus hoc unum retribuerit, ut
licem ſalutaris accipiens nomen Domini invocaret, ad ſequ
dum veſtigia exemplaris. Hanc igitur ſapientiam Draco &
mnes angeli ejus neque cognoſcere neque diſcere potuert
Hæc iterum ſapientia duplex eſt: quædam viæ, quædam pat
Quæ patriæ eſt, perfecta eſt. Sed quæ in via datur fideli
cum imperfectione multa ſæpè permixta eſt, & in quibuſd
p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

...n quibuſdam minùs, prout voluerit Spiritus ſapientiæ, di-
...iens ſingulis prout vult. Nondum enim in ſapientia Ma-
...næ Dominus Ieſus, cùm eſſet unicus ab æterno Patris Fili-
...ndum adſcenderat ad Patrem; quò cùm adſcenderet, lon-
...ore ſapientia amor ejus ferveſceret in dilectum. Hæc eſt
...tia viæ, veritatis, & vitæ. Hæc ſola vera myſtica theologia,
...m per fidem ambulans, quàm diu oculus non videt, neq;
...udit quæ Deus præparavit diligentibus ſe. Immò, neq; ipſi
..., niſi cùm ſapientia hæc in myſterio abſcondita perfecta
...quanta præparare oportet ad retribuendum Domino ta-
...paranti. In magnam laudem ſapientiæ Pauli dictum ad
...iam; *Ego oſtendam illi, quanta oporteat eum pati pro nomine* Actor. 9. verſ. 16.
... quaſi hoc non omnibus oſtenſum ſit. Abrahæ ſolùm tunc
...ùm, quando tentatus fuit. Et Leo Papa in tabo polypina-
...leproſi, qui ſolùm lugendo juvari poterat.

...uor tentationibus Chriſti, ſecundũ S. Bernardum. *Et de magnitudine*
...nis Domini Ieſu ex eo, quod omni genere paſſionis tentatus: & quando
paſſiones tentationum peccata, quando gloriæ, & victoriæ, ex
verbis Apoſtoli; Tentatum per omnia.

Capvt XXXIII.

...ermone quartodecimo ſuper *Qui habitat* ſcribit venerabilis
...nardus Clarevallenſis, loquens de quatuor beneficijs, &
...or tentationibus impedientibus quadrifariam gratiarum
...ē, dicens; *Cave ſerpentis aſtutias, obſerva inimici inſidias:*
... quadruplici tentamento quadrifariam impedire conatur
...em quam exegeris gratiarum. Tentatus eſt in his omnibus
...us, ut veraciter ab Apoſtolo ſcriberetur; Tentatus eſt per o-
...oro ſimilitudine abſq; peccato. Erit fortè qui miretur, & di- Hebr. 4. verſ. 15.
...artā ſeſe tentationem Domini non legiſſe. Verùm ut ego arbi-
...on hæc diceret, ſi legiſſe meminiſſet; Quoniam tentatio vita Iob 7. verſ. 1.
...us ſuper terram. Hoc enim qui meminit, non ea tantùm tripli- Matt. 4.
...atione tentatum fuiſſe Dominum arbitratur, quæ facta eſt
...nio deſerti, in pinnaculo templi, in vertice montis. Sanè in
...nibus erat manifeſta tentatio: verùm illa quæ ex tunc &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

deinceps uſque ad mortem crucis ei non defuit, etſi occultior, ve
hementior tamen fuit. Hæc ille. Grande verbum *Apoſtoli*, qu
dicit *Dominum Ieſum tentatum per omnia pro ſimilitudine abſq*
peccato. Pro ſimilitudine fratrum; quia eodum genere tent
tionis. Quia tamen pro fratribus tentationem ferebat, ide
non metro fratrum, ſed longè ſupra fratres. Vnde quia quo
in natura plantatum eſt opus, eſt manus Dei, quod neceſſe mu
dum à peccato confiteri. Vnde concupiſcentia ac deſider
peccatum cùm non conceperint, peccatum non pariunt. Con
cipiunt autem, quando rectum rationis judicium pervertunt
corrumpunt. Quando autem feruntur, & recto judicio diff
runtur, tentationes duntaxat ſunt, ſicut fames & ſitis. Domi
autem Ieſus, quando ſtanti à dextris ejus Sathanæ traditus & d
relictus fuit, nimirum ſordidis indutus fuit veſtibus, quando
naturali latitudine ſua mentis omnes omnium commodoru
concupiſcentias ac deſideria admiſit, & in ſummo fervore pe
miſit; & ea non ſolùm immiſit ei diabolus, verùm & ipſe ſuſc
pit & pertulit: adeò, ut incentor intuitivè videret eas in men
tentati receptas. Præterea ſciebat, quantùm ea dilata patien
animum adfligerent, & quando vidit paſſionum omnium il
rum æſtum ſuſcitatum, qui ſine peccato eſſe non poteſt. Id
dicit *Apoſtolus*, *tentatum per omnia pro ſimilitudine abſq*
peccato. Paſſiones enim, quantumlibet urant & æſtuent quan
non deliciunt patientem in adſenſum, tantùm tentationes
victoriæ ſunt inſtrumenta: quemadmodum dolores martyru
& mœrores & angores perplexorum ac triſtium, quantò ma
res, tantò perlati laudabiliores apud judicem Deum. Videns
go concupiſcentiarum ac deſideriorum incentor diabolus, n
ſolùm æſtu pugnavit negatorum ac dilatorum deſideriou
ſed & contrariorum incommodorum amaricatione obruit,
in omnibus incitata incenſa deſideria contrariis amaritudin
replerentur, ut ſatiatus aceto, felle, myrrha, abſynthio, tota
mentis ejus latitudo acerbiſſima amaritudine repleretur. Ve
neq; deſideria illiciebant, neq; dilata adfligentia cogebant, ne
amaric

...ricata vicerunt, ut per omnia tentatus invictus manens abſ-
...peccato, verum noſtrum prælium ipſe fortis in prælio vice-
...obis, & noſtram tentationem tentatus fortitudinem nobis
...itam ipſe meruerit. Attentè conſiderandum hîc verbum,
...ationes non eſſe peccata: alioquin Chriſtus non eas in ſe per-
...ſſet, qui tamen in ſuo ſacrificio pavorem, tædium, triſtitiam
... mediocrem, non quamlibet, ſed extremam, & uſq; ad mor-
..., in ſeipſo, in anima ſua ſancta pertulit, & agoniam tàm gra-
..., ut ſanguineum ſudorem eliquaret.

...agnitudine paſſionis ex magnitudine tentationis: & de magnitudine tentationis ex magnitudine obedientiæ & patientiæ in nobis.

CAPVT XXXIV.

...Rande ergo argumentum magnæ paſſionis adfert *Apoſto-* Cap. 4.
...lus ad Hebræos, cùm dicit; *Non habemus pontificem non po-* verſ. 15.
...em compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia pro ſi-
...itudine abſq; peccato. Et *ſequenti capite* ſubdens ad eandem verſ. 8.
...ntionem; *Qui exſiſtens Filius Dei didicit ex his quæ paſſus*
...bedientiam. Si igitur habemus pontificem potentem com-
... infirmitatibus noſtris; tentatum igitur in omnibus infirmi-
...us noſtris. Si propterea potentem compati, quia tentatum;
...tentem compati omnibus infirmitatibus noſtris: tentatum
... per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. Igitur natura-
...s adfectionibus, paſſionibus & concupiſcentiis iræ, odii,
...roris, timoris, puſillanimitatis, dejectionis, deſolationis,
...lictionis tentatus abſq; conſenſu. Et quia non ſolum inter-
...or miſericors tentatus eſt, ſed & propugnator fortis & vi-
... effectus nobis enervans inimicum; ideò magis tentatus per
... abſq; peccato. Itē, Si tentatus per omnia; igitur per oīa tradi-
...entatori. Si per oīa traditꝰ tentatori, tentatorē per oīa paſſꝰ
... Si per omnia paſſus tentatoré, oīa tentationū genera potuit
... ī tētator. Si oīm tētationū genera tentator in illū potuit, ſæ-
...imè ſuá tyrannidé in Agnū exercuit, ab origine in Agnnum
...nicida fuit. Si ab origine propter Agnum deſçvit in cul-
...s Agni, magis igitur in traditum Agnum. Neceſſe igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

agonia illa contrariarum voluntatum: naturæ hinc, & gratiæ il
linc. Voluntate naturæ tradita in manus tentatoris. Sed non ſo
lùm paßus eſt Agnus, ut miſericors fieret; verùm etiam didici
ex his quæ paſſus eſt obedientiam. Paßus eſt igitur ſupra quàn
poſſet malitia Draconis. Longè enim aliud & altius eſt obedi
entiæ bonum, quàm victoria de diabolo. Obedientia enim to
tius legis in charitate confirmatorum. Mandatum dedit Deu
Agno, ut offerret incenſum dignum Deo; ut offerret incenſun
dignum ſuo ſummo ſacerdotio; ut offerret incenſum dignũ re
gno ſuo & æternis nuptijs; ut offerret incenſum dignũ templ
cœleſtis Hieruſalem & ſabbato magno; ut offerret incenſum di
gnum feſto Paſchæ magno. Horum omnium præceptorum obe
dientiam didicit ex his quæ paſſus eſt. Didicit, inquam, ex per
endo & ſubeundo; non ſciendo quod ante neſciverat. Mandat
dedit magno Sacerdoti Deus, miſericotditer errantibus & igno
rantibus. Illius mandati obedientiam didicit ex his quæ paſſu
eſt. Didicit quàm gravis tentatio; quàm infirma caro derelicta
quando ipſe non à gratia, ſed à conſolatione derelictus, tàm gra
viter & amarè patiebatur. Mandatum accepit per omnia fratr
bus adſimilari, ut miſericors & fidelis pontifex. Mandatũ acce
pit ut miſericors eßet pontifex. Mandatum dedit ei Pater, ut e
his quæ pateretur miſericordiam fidelis pontificis diſceret. In
cenſum ſumi Sacerdotis Domini Ieſu, incenſum ſuaviſſimi c
doris in patientia, humiliatione, charitate & obedientia. Igitu
his ipſis per ſe, & non per accidens digniſſimum & acceptiſſimi
Igitur non ſecundum non cauſam ut cauſam. Igitur per ea qu
pridẽ, & ante, & extra ſacrificandũ, holocauſtandũ & adolendi

Quòd Dominus Ieſus per Iob traditum in manus Sathanæ præfiguratus non minùs in horto & in cruce, immò multò amplius tentatus, quàm in deſerto: & quis ordo harum tentationum ad invicem.

CAPUT XXXV.

IOB datus in manus Sathanæ poſcenti, datus à Deo glorian
Iob. 1. & 2. in fortitudine Iob, & ſciente quantùm portare potuit, qui no
minem patietur ſupra id quod poteſt, ſed etiam facit cum ten

tation

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

one proventum. Liquet igitur eum, qui Dei virtus eſt, à
itu Dei ductum in tentationem, ſupra omnem reliquã mili-
Dei, ut probatus fidelis inveniretur in gloriam ſuam & Pa-
in ſalutem credentium illi, in confuſionem obſiſtentis &
ctoris inimici. Quia ergo de ſimplicitate, rectitudine, &
re Iob gloriatus eſt apud Sathanam, de Chriſto non puta-
gloriatus? Et qui Iob tradidit, Chriſtum non tradidit? Hîc
iderandum etiam de anima Iob ſervata, & de morte & ani-
Chriſti poſita in voluntate & arbitrio morientis. Neq; etiam
rto & in cruce minùs à Spiritu ductus Dominus Ieſus ut à
olo tentaretur. Et magis in horto tentatus, quàm in deſer-
in lecto doloris, id eſt, in cruce magis, quàm in horto. Nã
ſerto tentavit oſtendendo omnem gloriam omnium re-
um; ſed in nullo per movit adfectivam. In horto autẽ per-
is in adfectionem, adeò ut paveret, tæderet, contriſtaretur
ad mortem, agoniſaret & anxiaretur uſq; ad ſudorem ſan-
eum, donec opus illi confortatione angelica. Sed in unico
c ſummo ſui ſacerdotij ſacrificio maximè credendus Satha-
letiſſe adverſus eum, & ut plenè adverſaretur ei omnes ne-
æ & malitiæ furorum habenas effudiſſe, ut ſimul cogitativã
ata meditatione, & volitivam concuſſa adfectione, graviſſi-
x maxima tentatione irrueret, ut & de inimicis ſuis juſtè ad
m interpellaverit, & meritò conqueſtus ſit de in tàm gravi
io derelictione. Vt quantò permiſſæ nequitiæ inſolentia
or, tantò fuit & multò trophæum & triumphus glorioſior.
e præſcius horum laborum nil mirum, quód ante congreſ-
anxius trepidavit. Et inter victimandum omnia quæ hu-
iter perferebat, in opprobrijs, in labore, languore, vulne-
s, livore, dolore, mœrore & angore, quanquàm humanarũ
mitatum maximæ fuerint, & verè dignę, quæ grato amantis
no devotè commemorentur; collatione earum tamen, quas
s ab accuſatore fratrum & homicida ab initio in Agnum,
lo harum tentationum calamitates fuiſſe incomparabiles, ut
ntum ad ea quæ Sathanas in mentem ejus, verè turbatus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

conturbatus, perturbatus, anxiatus, deſolatus, derelictus, affli-
Pſal. 41. ctus, ut verè ei dixerit inimicus; *Vbi eſt Deus tuus?* Quòd ſi per-
verſ. 15. tæſus pavebat, & triſtis fuit anima ejus uſq; ad mortem ante o-
pus, & fuit agonia ante laborem, quid ergo, quando derelictus
verſ. 10. ſolus laboravit & dolebat? *Pſalmo 10. Oculi ejus in fortem tuum*
non *in fortes tuos* dicitur, & majore myſterio. Et infrà; *Tibi de-*
verſ. 17. *relictus fortis tuus*, ut conſonet verbo, *Quare me dereliquiſti?*
Alij enim ſancti in media perſequutione non derelicti ſunt. Ita
enim interna conſolatione confortati, ut centuplum etiam in
perſequutione acciperent. Item *Pſalmo 10. Quare Domine ſtas*
verſ. 6. *longè?* verbum illud, *Longè judicia tua à facie ejus*, in original
habetur, *Altum, vel altitudo judiciorum ex conſpectu ejus:* vel ma-
gis etiam, *coràm eo* Et quaſi cadit in ſententiam *Hieronymi*: niſi
quòd Spiritus Sanctus plus ponit quàm judicia. Dicit enim *alti-*
judiciorum; fortaſſis *abyſſum* dicere volens.

De magnitudine tentationis Domini Ieſu in horto æſtimanda ex magnitudine mœroris, pavoris, tædij, angoris: & quæ diffinitiones harum paſſionum & ordo ad invicem.

CAPVT XXXVI.

DOminus Ieſus congreſſurus cum principe tenebrarum, ut congreſſus amaritudinem conijcere daret, & tentationi illius in lecto doloris ſui in cruce, cepit pavere, tædere, mœſtu eſſe ſive triſtis uſq; ad mortem, agoniſare, anxiari, anguſtiari, moleſtari, laborare, laſſare, ſanguinem ſudare, deficere, neceſſariò conſolationem ab angelo mendicare. Eſt autem *pavor* ſubiti terroris concuſſio: & ſupra timorem exſpectantē addit impendentiam ferè præſentis mali. *Tædium* eſt ferè victa ſufferentia; & habet oppreſſam virtutem. *Triſtitia uſq; ad mortem* eſt mœror, qui ſi major eſſet occideret. Vel ſic; Triſtitia uſq; ad mortem eſt mœror gravis uſq; gravitatem eorum malorum quæ mortis inſtar ſunt. *Agonia* eſt lucta virtutis cum paſſione. Vel ſic; Eſt ſanctæ voluntatis cum natura æquata, vel poſſibilitate naturæ. *Anxietas* eſt virtus anxia neceſſitata. Vel; eſt agoni-

anguſtia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſtiæ proxima. *Anguſtia* eſt cujus nullus facilè patet exitus. eſt virtus derelicta. Anguſtia animi, perinde ſicut corporis, is, dùm hinc altus & præceps fluvius, illinc rupes prærupta ſſarium tranſitum prohibet, quantalibet ante latitudo eſſerit, fit animi anguſtia in rebus gerendis. Sic capitaliter omi latenti domicilium etſi latebra ſit; quia tamen pro rendo primus ſuſpicioni illic locus eſt; unde & fugere ne- rium, & palari periculo pœnæ, quò ſic inter manendum giendum anguſtietur. Et ideò gravius, quò alterutrum inti grandius malum impendit. Sic Domino Ieſu angu- inc, paſſum iri ſe omnia hoſticæ libidinis: illinc verò, non ntum iri benedictos Patris ſui à miſeria, ſi non pateretur. ec ſimilis Virgini matri anguſtia, præſenti & videnti o-, cùm præ omnibus amaret illum & opus ejus. Vnde anguſtiæ ſunt ubi tanta difficultas obſtat, quanta neceſſi- npellit. Et hæc propriè anguſtia eſt animarum. Et eſt an- gradus proximus miſeriæ. Nam ſicut in miſeria perfert non vult, ſic in anguſtia de proximo exſpectat quod non Vnde fidelis amicus & prudens conſiliarius cenſendus, ter hujuſcemodi anguſtias certam evadendi ſpem aperi- Quod omnibus nobis præſtitit Dominus Ieſus, qui nguſtijs hanc nobis latitudinem peperit, ut vel gemitu maximas anguſtias evadamus, duntaxat velimus & opte-

Moleſtia eſt virtus obruta, vel prægravata virtus, vel gravata. *Labor* eſt fatiſcens virtus: vel, eſt virtus ferè uſta. Concatenatio patet in hoc, quando ſarcina eſt virtutem, tunc neceſſe eſt laborare. *Laſsitudo* eſt fati- laborantis: vel; eſt virtus exhauſta. *Sudor ſanguineus* ? qui ſanguinem, uti communis aquam. Qualis? ru- & groſſus. Vnde cauſatus? ex agonia. *Defectio* eſt ſuc- ens virtus: vel, quò non plus poſſet. *Neceſsitas aliunde ndæ conſolationis*, qua ſicut pauper opus habuit eleemo-, ita laſſus, fatiſcens, deſertus, externa opus habuit latione; quia minoratus ab angelis mendicare voluit

& oportuit confortationem ab angelis. Mirabile myſteriũ hujus Dominicæ paſſionis, & mirabiliter minoratus ab angelis quando ad agonem certaminis & magni prælij Rex gloriæ ab angelo, qui non ipſe robur, id eſt, nervos habuit ad prælium illud ſubeundum, confortatus eſt. ſed ut aliquatenus conjecte mus in tenebris, quemadmodum ſapiens ex occaſione nonnun quàm fit ſapientior.

De magnitudine paſſionis & tentationis Domini Jeſu in cruce, ex derelictione eju extrema, nedum in ſenſu exteriori; ſed etiam in interiori ad tentatoris omnem libidinem perferendam & malitiam.

CAPUT XXXVII.

QUale putandum fuiſſe certamen, ubi Dei virtus derelicta e ut pateretur, & malignus penitùs permiſſus ut perſequere tur. Effudit ille omnem impetum, velut leo rugiens & draco pa ratus ad eſcam ſuper Agnũ, cujus ſanguinem æſtuantiſſimè ſitie bat: pertulit Agnus mitiſſimus univerſã furoris ejus tempeſtatẽ Pugnavit Draco poteſtate, quam ambivit: pertulit Agnus hum litate quam docuit mitis & humilis corde. Oppugnavit callid nunc per linguas Phariſæorũ, nunc per ſomnia uxoris Pilati, nũ miſeratione Præſidis, nunc lachrymis mulierum loquentium Sed ſapientia patientis, omnium victrix, vidit & prævidit priu quàm hoſtis intentaret. Hoc ergo certamen tempeſtate max mum, eventu certiſſimum. Effudit enim Draco quod potui cujus poteſtati non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetu ei: ſed mitis Agni humilitas, quia fortior eſt omni malitia, (ſ pientia enim vicit malitiam) certo eventu victoriæ contriv malitiam, confutavit nequitiam, donec veniret ad victoriam judicium ejus. Magnum & evidens hujus magnæ paſſionis a gumentum eſt ex verbo *Prophetæ*, dicentis; *Ad quid obliviſcer*

Pſal. 13. vers. 1. Pſal. 22. vers. 1.

mei in finem? Quod enim alio loco *derelictum*, ubi dicit; *Deu Deus meus, quare me dereliquiſti?* grave ſatis argumentum. Sc quia gravius eſt, oblivioni traditum, quàm auxilio deſtitutum & non ſolùm oblitum, ſed oblitum in finem; majorem tradit deſtituti, derelicti ſignificat calamitatem: quando ſic derelictu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

eq; in memoria ſit ejus, in quem multò maximè ſpem ſuam
nit, penitùs projectus in illum ex utero, & ab uberibus matris
Nemo, cùm ad Prophetas legendos & intelligendos acce-
atenùs craſſo & inexercitato ſenſu accedat, ut credat vel
um oblitum, vel hominem illum plus calumniæ pertuliſſe
m ſperaverit, aut in graviores calamitates derelictus incide-
quàm in abdito Sanctæ Trinitatis conſilio magni conſilij
lus perferendas obedienter conſenſerit. Quòd ergo dicit
m oblitum in finem, quomodo ſit paſſus explicat. Sic enim
lictus, ut in manus inimicorum ſuorum, non ſolùm Iudæo-
, ſed & qui verè inimici erant, ut *ſuprà*, angelorum Sathanæ,
incipis eorum primi Sathanæ, qui maximè ſanguinem A-
itiebat & æſtuabat: ut gloriam ejus in pulverem deduceret
abat, laborabat, agitabat, & in omnibus viribus tumultua-
r, ut quē ab origine mundi, ab initio creaturæ perſequutus
at, & in membris quantùm potuit occiderat, Agnum occi-
t. Et quia non tàm corporalem Agni vitam, non tempora-
gni honores invidia dignos æſtimabat, quàm ſublimem
n & ſanctum principatum, quo ſecundū hominem primas
ium filiorum Dei, primogenitus omnis creaturæ, ſublimis
celſus præ omnibus regibus terræ viventium, non tàm do-
& cruciatu credendum Sathanam elaboraſſe, licet ea, quan-
nequitia & malitia potuerit, acerbiſſima fecerit. Rationa-
enim eſt, acutiſſimis fumorum & vaporum ſalibus omnia
llatæ, confixæ, tranſfoſſæ carnis vulnera, livores, nervos &
ales humores conſperſiſſe, per totum corpus pendentis
perſiſſe integrè, plenè. Novit hæc omnia nequiſſimus ini-
s, plenè patravit, nullo prohibitus improbiſſimus ac im-
imus hoſtis. Quòd autem in nullo fuerit hic ſæviſſimus
o prohibitus, liquidò ex adſumtis patet argumentis. Fuit
traditus à Deo: & quia Dei perfecta ſunt opera, perfe-
aditus, perfectè ergo derelictus à Deo, adeò ut nihil ſe-
quàm ſi eſſet oblitus Deus. Et quia certamen hoc non ad-
us carnem & ſanguinem ſolùm fuit, ſed magis adverſus

ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, non puto ſolùm ad perferendum in carne ſenſibiles dolores traditum, ut in ultimis doloribus duntaxat certamen hoc maximum Deo ſpectaculum eſſet. Sed quemadmodum dolor ſolùm in infimo ſenſu, qui tactus eſt; ita & hoc dolorum certamen omnium dolorum ſuorum cum hoſte acerrimo congreßuum infimum fuerit: unde occultis illũ artificijs amarißimo linguam ſapore, teterrimo nares fœtore, fœdiſſimo aures improperio, paventiſſimo viſum adſpectu irruiße laboranti. Nihil enim horum illi difficile, ſi permittatur,
Exod. 7. qui potuit occultis vijs virgas Magorum mox intra jaciendum
vers. 12. in dracones commutare vivos & veros. aut qui potuit in eundẽ
Luc. 4. Dominum Ieſum in monte permiſſus ut oſtenderet omnia re-
vers. 5. gna mundi in momento. Qui permiſſus hoc fecit ut pelliceret: quid congreſſum credendum effudiſſe in derelictum & oblivi-
Psal. 69. oni traditum, ut deijceret ac devoraret? Hæc ut vel ex parte ſu-
vers. 24. ſpicaremur, ipſe quodam loco dicit; *Improperium contrivit cor meum & miſeria.* Ecce graviorem improperiorum quàm dolorum paſſionem. Nam ſi improperia moverunt juſtam indignationem ejus, & eam commotam perferebat: ſic enim ſacrificii patientis incendebant improperia, ut quantò majore malitia prodibant, magis movebant. Quid ergo de improperijs dæmoniorum, quæ ex extrema malitia, & neceſſariò omni humano improperio incomparabiliter graviora? Sed altioribus hæc argumentis eruentur in lucem, ubi æquitatis & juſtitiæ materiam dijudicare ceperimus. Conſtat hac victima, univerſæ Sacræ paginæ veteris ac novi teſtamenti teſtimonio, ab inferni nos miſerijs liberari. Inferni autem miſeriæ non ſolo ſenſibili dolore ſunt. Neq; ſic ab inferni doloribus redemit, ut ad reliquas infernalis miſeriæ calamitates abſq; dolore maneremus adſtricti perferendos. Qui ergo totos totaliter redemit, ſicut pro dolituris indoluit, ita pro infernaliter turbandis turbatus eſt, pro anguſtiandis etiam diabolico & inviſibili artificio anguſtiatus, pro deſolandis deſolatus, ut nullus fuerit ſanctæ illius animæ angulus neq; in carne neq; in mente, quò non diabolicæ malitiæ inſult

pene-

...etravit, illo ſolo non paſſus in homine redemtore, quo non ... paſſurus apud inferos redimendus. Sed quid eſt, quòd di... *... finem?* quis hic finis? Vltimum planè quoddam eſt finis ... ſed non temporis. Non enim oblitus eſt Deus eum uſq; in ...nus Sathanæ: & quia plenus gratia & veritate, cujus non erat ...milis ſuper terram, traditus eſt in manus Sathanæ, & dere...s, & oblitus *uſq; in finem*, hoc eſt, uſq; ad ultimum poteſta... furoris diabolici. traditus ut conculcaretur; derelictus ut ...retur omnia hoſticæ libidinis: quia plenus gratia & fortitu...a, certus ne vinceretur. Hoc enim habet virtus cum felicita... ...mmune, ut non vincatur. Habet item commune cum mi...ri, ut patiatur; ſed ut felicitas non ſuperatur. Derelictus ergo ...ſtus in paſſione, ſicut in certamine fortitudo; quæ oppu...gi poſſet, vinci non poſſet. Et hæc de magnitudine paſſionis ...diter oſtendunt verba *Pſalmi*; *Memoriam fecit mirabilium ...rum, thereph dedit timentibus ſe. Thereph* autem non ſimplex Pſal. 111. verſ. 4. ... ſed à feris lacerata. *Thereph* ergo dedit, id eſt, carnem vel ...m à beſtijs, dæmonibus ſcilicet, laceratam in memoriam ...um mirabilium.

...ſitiones de prælio Agni & Draconis, continentes Draconis effuſam omnem ...alitiam in Agnum, & Agni per patientiam mirabilem victoriam.

Caput XXXVIII.

...itiſſimum omnium animantium Agnus.
... Sæviſſimum vel lividiſſimum omnium animantium vaſtus Draco.
...ima neceſſitas, ubi cum Dracone cogitur Agnus decertare.
...o mandato neceſſitatus Agnus cum Dracone vaſtiſſimo præliari.
...us Agnum nuptialiter amantibus acerbiſſimum ejus prælij cum Dracone ...culum.
...ælij ſpectaculum clarum, non eſt apud homines in lumine lucernæ poſſibile. ...men orientis Luciferi magnitudo prælij clarè innoteſcit, non auſim diffinire. ... eſt, quòd ad lumen adſpirantis diei, ad lumen rutilantis auroræ, ante ortum ...clariſſimo ſpectaculo & amariſſimo conſpectu.
...ni & capitales inimici Agnus & Draco in creaturis.
...o Zelo & odio Deum Draco primum exodit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Poſt Deum nihil ita odivit, ut Draco Agnum.

Nulla tanta creata charitas in Deum, ut primogenita charitas Agni.

Major charitas Agni in Deum, quàm tota reliqua totius creaturæ ſanctæ atq; be- (ata.

Deus Pater mandatum dedit Agno pro gloria Dei præliari cum Dracone.

Mandatum hoc Deus tota Trinitas Agno ſic limitavit, ut ſolis legibus, moribus & armis Agni cum Dracone præliaretur.

Mores Agni, tremere, pavere, formidari, contriſtari, anguſtiari, deſolari, uſq; ad mortem perferre carnificem.

Leges Agni & arma, obedientia, patientia, humilitas, charitas, manſuetudo, parata promtitudo.

Arma Draconis, crudelitas, nequitia, ſævitia, malitia, & ſumma naturalis potentia, niſi prohibeatur.

Magnus Agnus, qui idem dominator Dominus.

Dominator Dominus, etiam Draconis Dominus, prælium agninis legibus & armis tranſigendum ſuſcepit.

In illo prælio perfectè Agnus cum Dracone præliatus eſt.

In illo ergo prælio Draco omnem nequitiam, omnem malitiam perfectè, ſecundum omnem naturalem ſuam potentiam, effudit.

Draconi, licet nequiſſimo & lividiſſimo, totis naturalibus viribus in Agnum r- enti, per omnia Deus cooperatus eſt.

Impoſſibile quidquam à quoquam, niſi cooperante Deo, fieri.

Draconi cooperans Deus Agnum percuſſit.

Cap. 53. Et propter hoc ab Eſaia percuſſus à Deo dicitur.

verſ. 4. Ita quòd non tàm à Dracone, quàm à Deo percuſſus & humiliatus eſt Agnus.

Agnum in illo prælio Deus dereliquit in finem; Agnus exinanivit & abnegavit ſe prorſus in finem.

Agnum Deus dereliquit in illo prælio, ut pateretur in finem.

Non dereliquit ut vinceretur, vel in minimo.

Lex data Agno, vincere patientia, & prorſus vincere truculentiam Draconis.

In illo prælio ſolis legibus & armis Agni truculentiſſimus Draco perfectè victus

Si prorſus pugnans Draco & perfectè victus ab Agno; ergo totus in Agnũ deſæ-

Si Draco in Agnũ deſævit; igitur perfectè ſolutus & expeditus pugnavit cũ Ag-

Magnitudinem prælij illius nemo poteſt intelligere, qui non ſoluti Draconis ne- quitiam & malitiam cognovit.

Hora prælij illius erat poteſtas tenebrarum.

Si perfectè ſolutus Draco pugnavit; igitur omnibus naturalibus facultatibus inhibitus, potens, & validus fuit.

Naturali facultate & ordine ſpiritus naturaliter poteſt in omnes paſſione- (mun- nimæ, quando ſuæ facultati liberè permittitur.

Sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum Filium ſuum juratum teſtatorem de-

Unig-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

nitum Filium Dei, juratum teſtatorem, oportuit fieri angelum teſtamenti, & iſtrum novi teſtamenti, non angelos, ſed ſemen Abrahæ adprehendentem.
mentum nondum valet quàm diu non mortuus eſt qui teſtatus eſt.
us dilexit mundum, ut unigenitum Filium ſuum faceret ſemen Abrahæ, pri-genitum omnis creaturæ.
us dilexit mundum, ut Agno dominatori, primogenito omnium filiorum n parceret.
us dilexit mundum, quòd Agnum duri prælij neceſſitate obligavit.
mogenitus omnis crraturæ, caro ſcilicet adſumta à Verbo, Patrem dilexit, um ſoluti Draconis agninis tantùm legibus ſuſciperet præliandum, & ad le-ni prælium cum Dracone ſubiret.
t, *inquiens*, mundus, quia diligo Patrē, & ſicut mandatum dedit mihi ſic facio. *Ioan. 14. verſ. 30.*
ntiſſimas itaq; truculentiſſimus Draco paſſiones in animā Agni concitavit.
gitur genus acerbiſſimi doloris, pavoris, tædij, mœroris, triſtitiæ, agoniæ, tur-, deſolationis, puſill animitatis, iracundiæ, indignationis, & amaritudinis in oncitavit.
nullo retinente ſolutis naturalibus omnibus plena facultate ſuper carnem uſus eſt.
uit in momento omnia regna mundi & omnem gloriam eorum oſtendere, ut (*pelliceret;*
ngreſſum credendum eſt effudiſſe in derelictum & oblivioni traditum, ut ac devoraret?
us Draco certavit cum Agno, ſed univerſa ſimul cohors tenebrarum De-ntium & Agnum, itaquòd unà cum Dracone omnes angeli ejus ſimul n oppugnaverunt.
ic victus eſt in illo certamine cum univerſa cohorte poteſtatis tenebrarum; ius judicio evidenter & clarè ſeſe victum ſciat.
proprio judicio Draco ſe victum ſciret, non eſſet perfectè obſtructum os lo-n iniqua.
am perfectè obſtructum eſt os loquentium iniqua, neceſſe non ſolùm Dra-gibus, & moribus, & armis Agni; ſed & omnes angelos ejus perfectè vi-us omnibus præliantibus mitis Agnus in latitudine mentis intelligentiæ tatis expoſitus.
mni omnium illorum inſania, nequitia, malitia integris Agni legibus pugnavit.
clarè patet, quomodo Agnus per omnia pro ſimilitudine fratrum, per o-miſſiones malorum angelorum tentatus eſt, abſq; peccato.
& omnes immiſſiones quantæcunq;, qualeſcunq; per angelos malos non ſu-bſq; voluntatis conſenſu; ſed virtutis & victoriæ materia.
li homini iſta paſſionum magnitudo & multitudo incomprehenſibilis.

Ini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

In omni hac paſſionum magnitudine & multitudine confirmatum cor Agni,
commoveretur.
Agnus vicit, Agnus trophæa ſtatuit, ut omne genu infernorum Agno in æternu
flectatur, & in æternum Agnus triumphat calcans colla ſuperborum, & verit
tem confitentur coacti ab Agno ſe victos.
Et Agni triumphum angeli canunt, dicentes; Dominus fortis, & potens Do
Pſal.24. nus, potens in prælio, ipſe introibit Rex gloriæ.
verſ.8. Et clariſſimè novit Draco per omnia ſeſe victum.
& ſeq. Hæc victoriæ evidentia Draconi quantò timebat & invidebat, eatenus idem ve
ignis in oculis eſt.
Secunda igitur Draconi miſeria eſt, clara evidentia hujus victoriæ.
Velit nolit Draco, omne genu etiam infernorum curvatur in nomine Jeſu per hu
victoriæ claram apud inferos evidentiam.
Nulla major miſeria, quàm ſemper clariſſimè videre quod ſemper nolis.
Maxima & prima miſeria Draconi, evidenter ſcire quoniam Deus æternè be
in ſeipſo eſt.
Secunda itaq; ejus miſeria, videre etiam in ſeipſo & in omnibus, quoniam dedit
gno victori nomen ſuper omne nomen.
Tertia ejus miſeria, quòd ipſe Draco cum omni cohorte tenebrarum hanc A
coronam fabricavit.
A primo inſtanti conceptionis in utero matris novit Agnus hoc ingens prælium
(& baptiſand
humeris impoſitum.
Propter hunc tàm amarum calicem, tàm acerbũ baptiſmum neceſſario haben
Agnus incomprehenſibiliter nobis coarctabatur per totam vitam ſuam. Hujus
arctationis & angoris menſuram aliqualiter inſinuavit, quando dixit; Bapti
Luc. 12. habeo baptiſari & quomodo coarctor, donec conſummem illud?
verſ. 50. Clarius aliquantò ſignificavit, quando cepit in horto pavere & tædere.
Magis autem expreſſit, quando dixit animam ſuam triſtem eſſe uſq; ad mor
Amplius adhuc, quando ex agonia ſanguinem ſudavit: quia talis agonia nul
unquàm hominem coarctavit.
Adhuc magis, quando dixit; Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliqu
Matt.27 Omnium autem maximè, quando dixit ei pleniſſimè; Animam meam n
verſ 46. tollet à me.
Ioan. 10. Quia nulla tanta poteſtas tenebrarum, quantumcunq; ſoluta, obruere poterat
verſ 18. gnum ut occideret.
Ipſe, qui habebat poteſtatem ponendi animam ſuam, non erat poſiturus eã, niſi
mo ſummi Sacerdotis perfectè conſummato pacifico ſacrificio, holocauſto incen
Non ſimile de militia & ſacrificio ceterorũ ſanctorũ; quia non ſic prorſus dere
Neq; parem & reliqui ſancti mentis latitudinem habuerunt.
Quia non omnium rerum intuitivam notitiam, ut Agnus habuerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſto non ad menſuram ſpiritus datus eſt.
oſecundam menſuram & plenitudinem dati ſpiritus à Patre præceptum di-
erdotij & ſacrificij ſecundum perfectionem omnem legalium ſacrificiorum.
it ſummũ Sacerdotem ſumma fortitudine indui, priuſquã ſummo induceretur
nia igitur genera Chriſti oblatio fuit ſuaviſſimi odoris. (decore.
ſſimus odor hic, judicium, æſtimatio, acceptio in oculis Dei, & admiratio õni-
ctorum beatorum.
lotium Thronorum, Cherubin, & Seraphin, & Virginis matris, Chriſti ſa-
io ſanctificatius & perfectius factum.
illorum incenſum incenſo Chriſti longè redolentius factum & conſummatum.
t Deo per crucem, hoc eſt, per ſacerdotium & ſacrificium inſtaurare omnia
cœlo & in terra.
us ut intraret in perfectam gloriam ſuam, gloriam dico perfecti triumphi ſui,
a fortitudine præliatus eſt.
us ut perfectè reconciliaret exſules in iram projectos oportuit ut perfectè di-
juſtitiam pacaret.
itudo amaritudinis myrrhæ in illo incenſo tanta fuit, non ſolùm quòd obſtru-
loquentium iniqua, ſed & myrrha incenſi illius replevit & ſuperimplevit ora
tium beatorum angelorum in æternum.
rha incenſi illius perfectè inſignivit Regem ſummum, perfectè induit & de-
t ſummum Sacerdotem, dignificavit incenſum.
um illud æquavit legem, pacavit juſtitiam, placavit æquiſſimum & ſæviſſimũ
orem; quia legem perfectè integravit & implevit.
rit; Utinam adpenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitates Cap. 6.
tior in ſtatera; velut arena maris hæc gravior adpareret. (in cruce. verſ. 2.
erbum ad rigorem & ad unguem nemini convenire poteſt, niſi Domino Ieſu & 3.
icet Dominus Ieſus peccatum non fecerit; quia tamen obſidem & pignus ſei-
ro peccatoribus dedit, illorum peccata ſua facta ſunt.
us pretium & pignus redemtionis noſtræ paterno mandato factus eſt.
us peccatum noſtrum, anathema noſtrum, adeò & maledictum noſtrum fa-
ando in cruce, velut in ſtatera, ſuſpenſus eſt.
itatem ergo graviorem paſſus eſt, quàm omnium hominum peccata meruerũt
contentus æquare calamitatem cum peccatis noſtris; ſed conferta, coägitata,
luente menſura, & ſuperabundante, pro peccato mundi ſatiſfacere.
noſtrum delictum & peccatum ſuperabundavit, longè velut arena maris
gratia Dei mortem guſtantis ſuperabundaret. (Zacharias.
carne foris tantùm, nec in quinq; ſenſibus exterioribus paſſum ſignificavit Cap. 3.
potentijs organicis interioribus duntaxat ſignificavit paſſum Ieſum, Sacer-
magnum, ad altare ſtantem ſordidis veſtibus indutum.
rias vidit Sathanam ſtantem à dextris Ieſu, ut adverſaretur illi.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Non igitur in ſolis paſſionibus animalibus ejus.
Dextera hæc Agni, dextera ſanctitatis Agni fuit viatoris; non dextera beatæ f
itionis comprehenſoris.
Manifeſtè enim quædam pars dextera in Agno reſtabat, implenda gaudio
lætitia cum vultu Dei.
Huic dexteræ Agni Sathanas adverſans ſtabat.
Hæc dextera quantò major quàm dextera Michaëlis præliantis cum Dracon
tantò & prælium Agni prælio Michaëlis gravius fuit, & magis Agno quàm
Michaëli prælium intulit.
Draco in prælio Michaëlis tertiam partem ſtellarum traxit.
In prælio Draconis cum Michaële non animalibus aut organicis paſſionibus
gnatum eſt.
Non itaq; certamen Agni & colluctatio ejus ſolùm adverſus carnem & ſangu
Hoc certamen Agni vulneribus & ſanguine confectum. (Ag
Sanguis Agni in limine fuſus præcipitur ſuper utrumq; poſtem & in ſuperlimin
cruciformiter adſpergi.
Salvatur domus ab exterminatore ubi ſanguis Agni legitimè adſperſus eſt.
Iſraël redimitur à dura ferreæ fornacis Ægypti ſervitute legitimo ritu Phaſæ A
Liberatur à ſervitute corruptionis quicunq; veſtimenta ſua lavat in ſanguine A
Sanantur ab omni veneno mortifero ignitorum ſerpentum quicunq; exaltatum
pentem æneum adſpiciunt.
Agnus exaltatus à terra exemplar eſt in alto monte monſtratum, omnium
rum Iſraël oculos trahens ad ſe, ad cujus imitationem omnia ſacri ædificij, ſacri
& ſacerdotij facienda.
Qui habent oculos videndi, reſpiciunt exemplar exaltatum à terra.
Qui reſpiciunt exemplar exaltatum à terra, exaltant & ipſi à terra in exem
exaltatum oculos ſuos.
Qui reſpiciunt, exemplar habent ipſum, & amplectuntur ipſum pro ſummo ex
plari ducatus, redemtionis, directionis.
Quiq; habent pro ducatu adhærent, qui pro directione imitantur, qui pro reden
ne diligunt & amant.
Quicunq; adeò adhæret ut ſequatur & imitetur, jam lavat veſtimenta ſua in
guine Agni.
Quicunq; lavat veſtimenta ſua in ſanguine Agni, ſi retroſpiciat, non adhu
gnus tanti exemplaris ſpectator eſt.
Quicunq; dignè lavat veſtimenta ſua in ſanguine Agni, ſuper nivem dealb
Veſtis lota in ſanguine Agni ſuper nivem dealbata, ſola veſtis nuptialis eſt.
In nuptijs Agni nulla veſtis nuptialis, niſi amor Agni.
Non dignè lavat veſtimenta ſua in ſanguine Agni, qui non dignè amat Ag
talem amatorem.

Secun

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

...um Apoſtolum, qui non amat Dominum Ieſum anathema eſt. 1. Cor 16 verſ. 22.
...ualibet Agni dilectio amor eſt.
...lle Agnum amare cenſetur, qui adeò paſſum pro ſe Agnum diligit, quòd
...vulnera illi amariora ſint quàm ſua propria.
...fficit ad puritatem amoris Agni, ut vulnera Agni acerbiora ſint aman-
...m ſua.
...huc ſua vulnera, & quàm diu, vel aliquantò licet minùs quàm Agni vulne-
...ra, tantò & tàm diu, adhuc ſui amator.
... amor Agni, licet minimo ſui amore, fermentum adhuc vetuſtatis in ſe
... impurus eſt.
...uiſq; ſuo judicio dinoſcere poteſt, in Agnum ſincerè amat, an non.
...us ac ſincerus amor noſter in Agnum, nihil amanti acerbum aut amarum,
...lores & acerbitates Agni.
...s amor Agni niſi merus fuerit, non adhuc Agno amatore dignus.
...erus perfectus amor Agni perfectè & ſanctè crucifigit amatorem Agni.
...o amatori Agni crux eſt, quidquid Agno crux eſt.
...nor ſui & omne peccatum cruce amarius fuit: quia Agnus pro peccato di-
...rucem amplexus eſt.
...fectus dignus amor Agni agninos & Agni amatores perfectis legibus, mo-
... armis Agni agninos facit.
...us merè agninis concupiſcentia carnis cruce amarior eſt.
... amatoribus Agni mundus, & omnis mundi concupiſcentia crux eſt.
...s amator cognito Agni regno, plus regnat Agni regno quàm ſuo.
...lo Agni regno regnat, & nullo ſuo, ſi Agnum perfectè amat & non ſe, ſicut
...e Agni cruciatur & crucifigitur.
... Agni ſolus ignis eſt, quem venit Dominus mittere in terram, volens ut
...tur.
... ignis ubi perfectè accenſus fuerit, perfectè lignum, fœnū, ſtipulam exurit.
...uid ab illo igne exuritur, detrimentum eſt.
... Agnum crucifixum perfectus ubi fuerit, perfecta clavis regni eſt.
...gni regnantis ubi merus & perfectus fuerit, non tàm clavis regni cœlorum,
...lium & conſeſſus regni.
... perfecti amoris Agni omnem ſui amorem radicitùs exurens, prorſus totum
... & Agno ſacrificat.
... talem amorem Apoſtolus *omnes nos deſpondet, virginem caſtam, non* 2. Cor. 11. verſ. 2.
...m maculam, neq; rugam, nec aliquid hujuſmodi, exhibere.
...morem Agni quàm diu non perfectè habent, non merè adhuc virgines
...ſatio hæc Apoſtoli per verba de futuris nuptijs eſt. (caſtæ ſunt.
...ſatio per verba de præſenti non conſummabitur, niſi dignè, merè, perfectè,
...mantibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Deſponſatio per verba de futuro, etiam ſalutaris, ſtat cum anathemate nuptic
Qui non amat merè Dominum Jeſum, ab illis nuptijs anathema eſt. (de præſent
Amor Agni merus merè poſſidet regnum Agni, ſicut in ſolio reſidens. Et eſt clav
propria ad aperiendum regnum Dei.
In mediatore duo regna ſunt: regnum Agni primogeniti omnis creaturæ; & regn
unigeniti ante omnem creaturam.
Regnum unigeniti Filij Dei ſupra regnum Agni primogeniti omnis creaturæ.
Virgo mater ſub cruce non regnavit votivo regno amantiſſimi filij ſui, quando gl
dius animam ipſius pertranſivit. Similiter nec Magdalena.
Virgo mater meritiſſimè amans Agnum, & ſciens illum plenè regnare poſt reſurr
ctionem, plenè cum illo, & in illo regnavit.
Immortaliter vivente Agno Magdalena regnavit cum Agno.
Amor Agni eſt amor ſanctiſſimæ & beatiſſimæ creaturæ.
Amor in Agnum pefectus via eſt in charitatem perfectam.
Charitas perfecta eſt amor Dei perfectus.
Charitas perfecta omnem creaturam Deo adolet incenſum, etiam & primam ill
quam ſanctè amat.
Nemo perfectè poteſt amare Agnum, qui non perfectè cognoſcit Agnum.
Qui non perfectè cognoſcit duo illa fundamenta duarum civitatum, de quibus
Auguſtinus lib. 14. de civitate Dei, capite ultimo, non poteſt noſſe prælior
Agni magnitudinem.
Magnitudinem illius prælij nemo dignè æſtimat, niſi qui duorum illorum am
Zelos dignè æſtimat.
Zelus Agni in Deum, & pro domo Dei tantus, quanta dilectio ejus in Deum, qu
tum odium ejus quo odivit iniquitatem.
Zelus Draconis tantus, quantus amor ejus in ſeipſum, & quantum odium ejus c
tra Deum & Agnum.
Hi duo Zeli velut ardentiſſimi arduiſſimo prælio præliati ſunt.
Zelus Draconis contra Deum & Agnum furentiſſimus.
Zelus Agni pro gloria Dei ac domo Dei ardentiſſimus.
Tantum igitur prælium Agni cum Dracone, quantum altrinſecus duorum præli
tium zelus æſtuantiſſimus prælium conſlare potuit.

Quantæ nobis propitiationis fiducia in Domino Jeſu, ſacrificio & Sacerdote noſt qui præcipit ſe pro peccato offerri: & quis ordo, quæ differentia hoſtiarum exter narum & internarum noſtrarum, & Domini Ieſu, hoſtiæ hoſtiarũ, paſſi pro nobis ad noſtram expiationẽ & juſtitiam. CAPUT XXXIX.

Lev. 4. PRæcipit in lege Dominus, *eum qui peccaverat, ſive ſacerdo ſive principem, ſive populum, ſive popularem, offerre hoſtia pro peccato.* Magnum ſperandæ propitiationis argumentũ. Qu eni

m pro peccato offerre præcipit abolitionem, promittit pro-
ationem. Neceſſe eſt igitur, ut hoſtia reſtituat in integrum:
re & à peccato mundat, à debito redimit, ſolvit à vinculis, e-
t à carcere, liberat à ſervitute, reconciliat in gratiam, ſanctifi-
dignitate, ſublimat gradu, adoptat in filios, deificat æterno
ſortio. Grandia hæc, & ferè incredibilia, in externis illis lega-
s hoſtijs quidem, involutis verbis paſſim tota veteris inſtru-
nti pagina ſparſis inveniebant: ut aliquãdo dicatur hoſtia pro
ccato, aliquando victima, aliquando oblatio, aliquando mu-
s; nunc decimæ, nunc primitiæ, nunc pacifica, nunc gratiarũ
io, nunc votum, nunc ſpontaneum, nunc ſacrificium, nunc
ocauſtum, nunc incenſum. Quorum verborum alternante
ietate, vel tenuiter in divinis rebus exercitatus, facilè novit
ndem quandam & gratam ſanctorum deſideriorum fœcun-
tem intelligendam. Verùm quia legales hoſtiæ corporales
nt & externæ, quæ autem in lege iñuitur, aut ſignificatur, aut
cipitur deſideriorum varietas, mentalis interna prorſùs &
ritualis eſt, tametſi per legem promittatur & præcipiatur, non
men in lege aut legalibus invenitur. Æqualiter enim legalia
nera duo fratres, Cain & Abel, obtulerunt, qui tamen non
ualiter placuerunt. Hoc de primis humani generis lex com-
minit, ut ſciamus, internas Deo magis acceptas, quàm exter-
s: quoniam abſq; internis quando offerũtur, exſecrabiles Deo
e, & magis in peccatum. Vnde & hæc reſpuens dicit; *Quò* Eſai. 1.
hi multitudinem victimarum veſtrarum? holocauſta arietum, verſ. 11.
pem pinguium nolui. Ne offeratis ultrà ſacrificium fruſtrà: in- & 13.
ſum abominatio eſt mihi. Quare hæc, niſi *quia iniqui ſunt* verſ. 14.
tus veſtri? ut intelligamus legales externas non ſolùm inu-
es eſſe, ſed & exſecrabiles Deo abſq; internis mentem Deo
ponentibus. Vnde verè *impoſſibile eſt auferri peccata ſan-* Heb. 10.
gine taurorum aut hircorum, ſecundum *Apoſtolum*. Quæ verſ. 4.
rba Apoſtoli ſi attentè conſiderentur, & ad quod propoſitum
oſtolus adducat, faciunt pro ſchola cujuſdam Doctoris
btilis *Ioannis Weſaliæ*. Non enim ignorabat Apoſtolus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

legalia ceremonialia divinitùs fuiſſe inſtituta, & eodem autho-
re, quo novæ legis ſacramenta. Vnde & quæcunq; ſacramenta
placita eſſent, Filius neceſſe erat ut veniret, de quo in capite Bi-
Geneſ. 1. bliæ ſcriptum eſt; *In principio creavit*, & in principio recreavit
verſ. 1. *Deus cœlum & terram.* quia ille, cui rejectis hoſtijs & ſacrificijs
corpus aptavit, venit, ut ſingulari ſacrificio placens faceret Dei
ſui voluntatem. Vnde niſi ille eſſet, de quo in capite libri ſcri-
ptum, non eſſet placitum, nec opportunè abjectis, rejectis hoſtijs
veniret. Eadẽ ex ratione de ſacramentis novæ legis. Adeò enim
impoſſibile eſt aqua vel oleo peccata auferri, quatenus hircorũ
ſanguine. & eodem authore inſtituta ſunt: de quo *alibi* ſcripſi.
Num ergo ſpirituales & internæ hoſtiæ noſtræ præſtabunt, quod
legales innuunt non ſolùm, ſed & promittunt? Sanè, ſi ſuperi-
ora conſideremus diſtrictèq; penſemus, etiam ipſæ ſpirituales
hoſtiæ noſtræ inſufficientes invenientur, quæ mundent à pec-
cato, quæ reatum aboleant, quæ debitum exſolvant, debitorem
redimant, vincula ſolvant, à carcere eripiant, liberent à ſervitu-
te, juſtificent in judicio, reconcilient ab offenſa, in gratiam re-
ſtituant, gradu ſacerdotali ſãctificent, regali dignitate ſublimẽt,
in jus hereditatis filiorũ adoptent, æternęq; divini conſortij cõ-
tubernio deificent, & unione conjungant. Ad hæc enim nedum
omnia vel ſingula, ſed vel pauca, vel horum minima, patranda
atq; præſtanda omnes juſtitiæ noſtræ inſufficientes & inidoneæ
ſunt: quippe quæ omnes velut pannus menſtruatæ; unde per eas
in judicium tractus non juſtificabitur in conſpectu Dei omnis
vivens. Nec tamen ideò prætereundæ juſtitiæ noſtræ, neq; ne-
gligendæ. Sicut enim externæ patrum hoſtiæ placuerunt per in-
ternas, & quantumlibet cruentæ & carnales eſſent, uſu quodam
ſpiritus & pietatis piæ ac ſpirituales fiebant: ſic & internæ hoſtiæ
noſtræ, quantumlibet inſufficientes & imperfectæ ſint, ſubli-
mioribus quibuſdam hoſtijs dignificatæ gratificantur. Sed quæ
ſunt tales hæ hoſtiæ, quibus incredibile & incomprehenſibile
tantum bonum obtineatur? Profectò hæ ſunt, quas obtulit ſum-
mus ille Sacerdos jurejurãdo divinitus conſtitutus ſuper domũ
Domini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

mini ſacerdos in æternum, ſecundũ ordinem Melchiſedech,
obtulit Deo Patri, velut Agnus im̃aculatus, obediens fact⁹
ad mortem, mortem autem crucis, perpetuò añ o ſemel per
riũ ſanguinem introiens in ſancta, ſepties velum, quodinter
m & nos mediabat, adſpergens, mundi peccata tollẽs & ad-
s ea cruci. Vnã enim perfectam hoſtiam offerens, quia per-
fuit hoſtia ſemel offerens, in ſempiternũ conſum̃avit ſan-
atos. Hęc enim hoſtia im̃aculata fuit, quia ex matre Virgine,
Deo: hinc & ſancta. Propter enim ſupervenientem ſanctiſ-
Virgini Spiritum Sanctum, & obumbrantem Deum, quod
de Deo natum, juſtè ſanctum vocabitur. Fuit ergo victima
la & ſancta, æqua nõ ſolùm, ſed & omni debito noſtro ma-
regnans viribus, efficax virtute, libera debito, dives munere,
donis, digna jure, Deus natura; qui nõ ſolùm potenter, ſed
è obtulit, & copioſè redemit. Hæc eſt verè digna hoſtia,
ns, placans, placentes hoſtias noſtras faciẽs, integrè efficiẽs
legales im̃uebant & promittebant, conferens quod interne
ales hoſtiæ noſtræ adſpirant. Per hãc & mẽtales in conſpe-
ei, etiam in judicium ingredientis cum ſervo ſuo, juſtificã-
pſe hoſtia noſtra, ipſe ara noſtra, ipſe Sacerdos noſter, ipſe
oſter, ipſe ſi pro nobis quis contra nos? Ipſe ſi juſtificat quis
ui condemnet? Iuſtificat, inquam, non cruentis & carnalib⁹
hoſtijs externis, non menſtruatis humanæ juſtitiæ hoſtijs
nis; verùm una conſum̃atæ juſtitiæ hoſtia, de qua qui per fi-
participant & confitentur, etiam Dei in judicium cũ ſervis
trantis exacto judicio juſtificatos, & perfectè juſtificatos
ipſe dicet & abſolvet. Debitũ, peccatum, ſacerdotium, grã-
quandam colligantiam invicem habent; ſed non converti-
r. Omne enim debitum niſi ſolvatur, aut perinde ut ſolu-
mittatur, peccatum fit. Sed peccatum omne non ſoluti im-
i & exacti debiti eſt. Sacerdos autẽ pro hominibus ad Deũ,
quibus homo debitor eſt Deo. Debitor autem eſt homo
uo in omnibus, in quibus charitas & amor homini ſuadere
t in Deum. Vnde debitor eſt ad oĩa, quæ verus, merus amor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

contemti Dei, neglecti Dei, benefici Dei, patientis Dei, exſpe-
ctantis Dei, parcentis Dei, revocantis Dei, recipientis Dei, acce-
ptantis Dei, reſtituentis Dei, amantis Dei, patris Dei, unienti
Dei dictat. Sacerdos enim et pro peccatis repoſitis hoſtias & vi-
ctimas, primitias & decimas, pacifica & ſacrificia, holocauſta & in-
cenſa offerre pro populo divinitùs conſtituitur. Deus igitur po-
puli debita ſacerdotis officio compenſat. Magnum profectò ſa-
crificium illius Sacerdotis, cujus officio cuncta hæc debita ſolut
ſunt. Sacerdos ergo divinorum ex lege amorum à populo debi-
torum ſatiſfactorius eſt ſponſor. Grande profectò, & ſupergran-
de ſusceptu, nec minùs effectu. Omnia enim quæ ſolvẽda ſuſce-
pit, vera plenitudine, non æquivalenter, ſed abundè explevi
Hujus enim oblationis juſtitia tantoperè in gloriam Dei redun-
davit, & ut vera gloria eſſet magis in Dei gloriam exuberavit u-
nius hujus hominis ſacerdotium & latria, quàm derogaverun
omnium hominum peccata, impietates & debita. Quod quem-
admodum factum ſit etſi noſtræ anguſtæ cognitioni compre-
hendere impoſſibile ſit, ſaltem tenuiter & exiliter conjectare l
cebit, ſi quomodocunq; naturalem noſtræ mentis latitudine
poſſimus veſtigare. Habet enim noſtra mens latitudinem n
turalem, habet gratuitam, habet beatificam. Naturalis ej
latitudo, quam in ſe habere debet mens noſtra, partim ex op
rationibus, partim ex divinarum Scripturarum teſtimonio dat
conjectare. de quibus in *de futura ſeculo* ſcripſi. Quòd ſi nat
ralis tanta erit, gratuita ipſa quanta ſuſpicanda? & de ea, quæ i
comprehenſibiliter ſuper illam eſt, beatifica quid æſtimandu
Et hæc in filijs regni. Quàm ergo in Rege ipſo, quem unxit D
oleo lætitiæ præ omnibus conſortibus ſuis, primogenitum
excelſum ſuper omnes reges terræ, viventium hominũ omi-
um & angelorum non modò Regem, ſed & Dominum, in q
omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi? Ipſe eni
cùm ſit Dei virtus & ſapientia, nequitiam & malitiam pertu
& contrivit: pertulit magno conamine; contrivit victoria for
ac felici triumpho confutavit.

Qu

Quòd omnia Chriſtianæ religionis abdita in ritu Iudæorum complectebantur: & quomodo idem ſacerdos hoſtia, & cui offertur in novo teſtamento, diverſimodè in veteri teſtamento præfiguratus.

CAPVT XL.

QVàm patenter, quàm veraciter, quàm abditè ultima Chri-
ſtianæ religionis fundamenta in ritu Iudæorũ complecte-
batur! Illorum enim ſacrificia mortem, cibum, propitiationẽ,
reconciliationẽ, & ſanctificationem, & ſacerdotium, & ſancti-
tatem complectebantur. Si quo ergo loco Scripturæ doceri po-
tuit, idem eſſe hoſtia & ſacerdos, quod ex *Pſalmo* 2. & *Eſaiæ* 53.
ſalè poteſt, & *Pſalmo* 111. quantæ Evangelicæ veritates erum-
pet quis non videat? Si verò eundem Sacerdotem offerentem,
hoſtiam oblatam, altare oblationis, ac Dei cui offertur, docere
poſſumus, jam quid adſtruunt Chriſtiani, quod non ex hac rerũ
connexione ſequatur? Ipſe, quia poſuit pro iniquitate animam
ſuam, Sacerdos eſt & hoſtia. Sacerdos, quia poſuit; hoſtia, quia a-
nima ſua pro peccato poſita eſt. Et in *Pſalmo* 2. *Ego libatus*, vel, verſ. 6.
libavi *Regem meum*. Habes ergo hoſtiam, habes & Sacerdo-
tem, jurejurando æterno conſtitutum Sacerdotem, habes eundẽ
hoſtiam. Stipendia ſunt hæc: ſed non hîc ſiſtendum; quia Sa-
cerdos iſte memoriã fecit mirabiliũ ſuorum, eſcã dedit timenti- Pſal. 111.
bus ſe. Eſcam dedit non ſimplicem; ſed feris laceratam carnem,
Thereph dedit timentibus ſe. Quis, niſi miſericors & miſerator
Dominus, qui *ſequenti Pſalmo*, multis literarũ earũ veſtigijs idẽ Pſal. 112.
beatus vir deſcribitur. Sacerdos ergo in æternum ſumus, & poſt
abrogatam legem ſacerdos, per omnia perfectæ & infirmæ legis
veſtigia deſignatus & conteſtatus, quod legali ſacerdoti impoſſi-
bile fuit, tradẽs in manus impiorũ ſemetipſũ, obtulit pro impijs
iuſtificãdis ſemetipſũ ſibi, & horũ oĩm mirabiliũ grande fecit
memoriale, dans ſemetipſum memorialem cibũ his qui timent
eum. Mortuus igitur, quia ſacrificiũ. *Thereph*, quoniã ab impijs
lacerata. Sacerdos, quia conſtitutus à Deo. Iuſtitiam igitur in-
dutus eſt ſuper omnes. Erit igitur & ipſe cibus, ipſe hoſtia, ipſe
ſacerdos, ipſe Deus, ipſe panis propoſitionis, ipſe nutriens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

roborans, confortans, transformans. Et quia tulit infirmitates noſtras, ipſe eſt medicina noſtra. Miſit enim Verbum ſuum Deus, & ſanavit eos. Et quia omnes nos quaſi oves erravimus, ipſe quaſi paſtor gregem ſuum paſcit. Et quia erramus & ignoramus, ipſe doctor & magiſter. Et quoniam à veritate elongati & alienati, ideò Propheta & angelus Domini. Et quoniam ab hoſte captivi, ideò Dominus fortis & potens in prælio, Rex gloriæ, per ſuum forte prælium his, pro quibus certavit, veram regni gloriam collaturus; quia gratiam daturus & virtutem populo ſuo. Virtutem gratia, gratiam gloria comitatur. Ad virtutem pietas, ad pietatem ſcientia, ad ſcientiam propitiationis fiducia. Igitur per ſacerdotium propitiatio, per propitiationem veniæ fiducia. Venia pietatem, pietas virtutem, virtus gratiam & pulcritudinem, gratia gloriam parit. Ita ſacrificium ſuſcitat, pignus animat, libamen exhilarat, panis confirmat, odor incenſi trahit, unctio ſanctificat, amictus ornat, cidara coronat. Hoc eſt regnum Dei, quod ſuſcitare venit, quod primò omnium quærere juſſit, quod ſi quæramus, qui propter hoc cœlum & terram & omnia quæ in eis condidit, omnia facilè adijciet.

Quòd ſacrificij Domini Ieſu participamus ſepties ſacerdote digito ſanguine intincto adſpergendo: quod fit commemorando, acuendo, conſiderando.

Capvt XLI.

SVmmi Sacerdotis ſacrificium in ſanguine Agni immaculati peccata tollit offerentium, ſi mandato legis intincto digito ſuo ſacerdos in ſanguine hoſtiæ ſepties offerentem adſpergat. Hic ille Sacerdos in æternum, ſecundum ordinē Melchiſedech ab homine à Deo in teſtimonium miſſo perhibetur baptiſare in Spiritu Sancto, tanquàm digito Dei, corda noſtra reſpergens fide lavat accedentes ab operibus mortuis. Reliqua omnia ſati-
liquent. Vnum verbum ſcrupulum adfert quæſtionis, quomo-
do ſcilicet reſpergat ſanguinem hoſtiæ ſuæ ſuper nos? Hoc Pau-
Hebr. 10 lus brevi, ſed prægnanti verbo explicavit, quando dixit; *Fide ac-*
verſ. 22. *cedentes.* Et alio loco; *Credere oportet accedentem ad Deum.* Fide
Hebr. 11. igitur acceditur. Fide creditur, credendo agnòſcitur, agnoſcen-
verſ. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

onfiditur, confidendo diligitur, diligendo adproximatur,
retur, participatur. Significavit hoc Dominus Ieſus, quan-
xit; *Hoc quotieſcunq; feceritis in mei facite commemoratio-* Luc. 22.
Commemorando igitur manducamus, commemorando verſ. 19.
rgimur. Et ſi commemorationem acuamus ut conſidere-
ut conferamus, ut dijudicemus, ut vacemus, ruminemus,
mus quoniam ſuavis eſt Dominus, & concupiſcamus, &
mus, ſitiamus, deficiamus, amemus, amore langueamus,
arùm, non parva guttula reſpergemur; ſed pleno proflu-
cri fluenti lateris, pectoris, cordis ejus irrigabimur, inun-
ur, mundabimur, dealbabimur, fœcundabimur, vivifica-
r, paſcemur, roborabimur, exhilarabimur, inflam̃abimur,
mpemus & laudabimus. Vis igitur ſacro hoc rore reſper-
ebrò commemora, conſidera, congrega, conſerva, confer,
ca, vaca, vide, rumina; ut guſtes, eſurias, ſitias, concupiſcas,
s, reficiaris, ames, amore langueas, certus quia ſacer lan-
tuus tenerrimo ſuper dilectum innixu ſuſtentabitur. Ad
eatitudinem, hanc meſſem uberrimam parva illa guttu-
næ adſperſionis promiſit non ſolùm veraciter, ſed adfert
efficaciter.

...us paſſionis particeps oportet jugum Domini leve ſuſcipere: & quomodo leve Chriſti jugum ex charitate redditur.

CAPVT XLII.

are adpenditis argentum veſtrum, & non in panibus? labo- Eſai 55. verſ. 2.
es veſtros, & non in ſaturitatem? Venite ad me omnes qui Matt. 11.
tis & onerati eſtis, & ego vos reficiam; & invenietis requiẽ verſ. 28.
bus veſtris: quia onus meum leve, & jugum meum ſuave. In & 30.
c onere bovem & aſinum vocat, allicit, & conſolatur. Vo-
monendo ærumnarum & miſeriæ; allicit pollicitatione
s & refectionis; conſolatur oneris levitate & jugi ſuavita-
us aſini eſt, & jugum bovis. Aſinus ſeorſum ſuam ſarcinã
nta animi pronitate, ut ad eam ferendam natus eſſe vide-
ec mirum, qui crucem à nativitate præfert in dorſo, à capi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

te deorſum, & à dextro in ſiniſtrum; adeoq; id ſervat ex gener
ut etiam adulterina proles ejus mulus omnis, niſi totus niger ſi
crucem in dorſo mox natus præferat. Bos autem, etſi non perp
tua cruce ſignatus ſit, ubi tamen ad arandum ſocialiter jungitu
ſemper tranſverſale jugum amborum cum temone medio du-
bus in crucis formam ſuſpendit arator. Sive igitur laborante
bovem, ſive aſinum oneratum, quo leuiter, ſuaviter laboret,
leve onus crucis, ad ſuave jugum crucis invitat. Crucis autem
ve jugum, ſive onus, ei qui primus tulit amoris jugum & on
fuit. Ex amore laboranti levia omnia atq; ſuavia ſunt. Ad am-
ris igitur jugum vocat, conſolatur & invitat. Nam ſi ex prim
maledicto omnibus laborandum eſt, & onus grave ſuper hum-
ros filiorum Adam, quid optatius venundatis ſub peccato,
tàm dira ac dura ſervitute preſſis, quã ut ad leve, ſuave, refect-
nis plenũ amoris jugum, non tàm jugum, quàm perpetui am-
ris divinum conjugium, tanta dignatione, tanta liberalit
vocarentur? *Beati* proinde, *qui ſeminant ſuper aquas, immitt-*
tes pedem bovis & aſini. quoniam tametſi boves & aſini ſint
tanquàm jumenta in ſtercoribus ſuis computruerunt oner
& jugali ſervitute preſſi, ſi tamen ad leve onus crucis, ad ſua
jugum cum Chriſto ſecundum fortitudinem & hebetudin
ſuam tranſferant, divinæ dignitatis & celſitudinis conſort
participes ſuavi, felici, æterno conjugio, à ſervitute ad regnu
à jugo ad conjugium, à ſtabulo ad thalamum ſuſtollent. Be
Cap.32 verſ.20. igitur clamavit *Eſaias, beatos eſſe qui ſeminant in lachrymis*
per omnes aquas, immittentes pedem bovis & aſini. quoniam
per crucem ſeminant, etſi in lachrymis ſeminent, euntes
flentes, tamen venientes venient cum exultatione, portan
manipulos ſuos. Mirabilis proinde perſpicacitas & virtus D
quæ penetrat & vincit mundum. Vincit, inquam, judicand
Mundus enim magnus ſuavis apparet: è diverſo crux Chriſti
lis, horrida, deteſtanda, quantùm exteriore duro cortice pro
citur, æſtimatur. Sed divino lumine vigorata, vanis pompis m
danis contumelioſum præfert improperium crucis Chriſti, n

ſolu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

nim veritatem vanitati pluris facientis;ſed adeò,ut cum Pau-
erè fidelibus omnibus mundus crucifixus ſit, & crux Chriſti
loria ſit,ut dicant; *Mihi abſit gloriari;niſi in crue Domini noſtri* Gal. 6.
Chriſti. Et verè dignum & juſtum in illa gloriari, ex qua verſ. 14.
ximè noſtra dignitas innoteſcit. Quis unquàm crederet
ortalium tanti eſſe hominem & in oculis Dei? At nunc quis
redere poteſt,ubi videt tantam majeſtatem pro homine cru-
xam? Verè dignum & juſtum in illa gloriari & ſuperbire, per
m ſecura nobis fiducia & pignus datur ad noſtram illam di-
tatem, quæ nobis per crucem innotuit certiſſimè reditura.
rè jam non ignominioſum ſupplicium crux eſt, ſed glorio-
a,ſed ſuperbum trophæum;quando licet jumenta ſimus aſi-
a ſtoliditate degentes, ſi tamen in cruce gloriamur,ad digni-
m ejus,qui pro nobis in cruce vilis, abjectus,deſpectus fact⁹
cendamus,reges ſub Rege, dij ſub Deo ſublimati. Hîc quoq;
ſiderare expedit,non eſſe contrariæ ſententiæ verbũ præal-
atũ; *Beati qui ſeminant ſuper omnes aquas,immittentes pedem*
is & aſini: & ex altera parte; *Nõ arabis in bove & aſino.* Quòd Deut 22.
m prohibetur non arandum in bove & aſino, de diſparitate verſ. 10.
ndorum & iṁundorũ intelligitur. Aſinus enim neq; ungu-
dividit, neq; ruminat. immundus eſt igitur: neq; partẽ fru-
habens cum bove arante,qui & ungulam dividit,ſecernen-
dextrum à ſiniſtro;& memor bonitatis benevolentiæ Domi-
x quanta facit animæ ſuæ, & quanta promiſit benefacere in
one viventium, ruminat, & retractat, & delectatur in craſſi-
ne anima ejus: quorum nihil aſinus facit, ut meritò ad bo-
rituram adſpirare non poſſit. Quòd verò beati dicuntur ſe-
antes ſuper omnes aquas, immittẽtes pedem bovis & aſini,
tropo dicitur. Pes enim profectus eſt gradientis, qui ſi aſini
it aut bovis,erit & progreſſus in via tollentium crucem ſu-
& ſequentium Chriſtum crucifixum. ut,ſicut aſinus omnis
cruce natus eſt,quia crucem habet in dorſo;& bos omnis ad
cem natus, quando ad jugum ferendum natus: cùm,ut
à, non poteſt ferre jugum cum altero niſi ſub cruce.

Beatus

Beatus autem omnis eſt, qui in omnibus vijs ſuis crucis jugū
immittit. Sic enim verè pedem bovis & aſini immittit.

*Quòd jubemur & noſtram & Domini crucem portare, volentes fieri diſcipuli D
mini Ieſu & ejus eſſe digni: & quòd eadem crux & Domini & noſtrum factū ſi
& quomodo differenter conferant bajulata crux Domini, & crux noſtra.*

CAPUT XLIII.

verſ.27. *QVi non bajulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt me*
eſſe diſcipulus. Lucæ 14. Quomodo, Domine Ieſu, præcip
Hebr. 13 tollere & bajulare crucem noſtram, & venire poſt te? *Apoſtol*
verſ.13. tuus præcipit exire extra caſtra ad te, portantes improperium tu
um, non noſtrum. Quanquàm enim juſtum nos, qui peccav
mus, luere ſupplicium noſtrum, & improperium noſtrum no
pſos portare: quia tamen in morte noſtra nulla nobis eſt ſalus, i
tua autem cruce vita nobis, & ſalus, & reſurrectio ex mortuis e
ſalubrius nobis erit improperiuum tuum, quàm crucem noſt
bajulare. Noſtra enim crux, quæ noſtris impietatibus juſto D
judicio repoſita eſt, æterna perditio eſt, omni morte amarior,
qua perferenda miſeria tota & miſericordia nulla. Quin & ip
mors carnis noſtræ inevitabile peccati improperium grave, nu
lum adfert miſeris miſeriæ refugium, niſi quibus ipſa mor
amaritudo ſanctæ tuæ crucis ligno interveniente dulcoretu
Exod 15 Hoc illud lignum divinitus monſtratum, quod Moſes amar
verſ.26. aquis Mareth injecit, & confeſtim toti populo potabiles dulc
ravit. Hoc ergo improperium Paulus bajulandum monet, &
te extra caſtra exeundum. Quomodo ergo, & quo fructu n
ſtrorum, noſtram nobis crucem bajulandū præcipitur, niſi qu
non ſolùm noſtram crucem bajulandum præcipis, quin & pe
te veniendum præcipis? quod & Apoſtolus exeundū ad te, qu
tenus te paſſo in carne, nos tua veſtigia ſequentes eadem cog
tatione armemur. Quem enim non armabit tui in carne pa
cogitatio, niſi fortè cogitando non cogitet? quales incurij, cog
tant quidem ſed non conſiderant, non guſtant quòd ſuav
eſt Dominus; propterea audiunt quidem, & ſinunt veru
eſſe, ſed non accinguntur ut ſequantur, quia nihil ad ec
Quib

…ibus autem æterna ſua mors amara & terribilis eſt, his mox
…catum exſecrabile; his Agnus Dei tollens peccata & mortẽ,
…cati tributum, omnibus deſideriorum brachijs quærendus,
…plectendus, tenendus eſt. Et quoniam per crucem peccati
…tes mundavit, per crucem impoſitæ mortis jugum damna-
…per crucem ad juſtitiam & juſtorum vitam reſuſcitavit, per
…cem nobis juſtitiæ gloriam paravit, omnium deſideriorum
…hijs crux Regis fideli eſt militi complectenda, in ea velut u-
…honoris inſigni gloriandum, ut ex totis animi noſtri medul-
…camus; *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu* Gal. 6.
…*ri.* Hoc ſi fecerimus, ejus improperium portamus, & no- verſ. 14.
…n crucem bajulamus. Ejus enim improperium non tàm ſuũ
…quàm noſtrum. Ipſe enim dicit Deo ſuo, improperia, quæ
…bant ſuſtinere qui Deo improperaverant, cecidiſſe ſuper
… Improperium ignominioſa lues eſt, quam luere debet is
…ninùs improperavit. Improperavit ſerpens invidiam Deo,
…uàm propterea vetuiſſet edere de ligno vitæ, quia Dei ſimi-
…inem edentibus invideret. Non ſolùm autem ſerpens qui
…lixit: ſed & progenitores noſtri, qui talia improperanti cõ-
…runt, & nos, qui in Adam peccavimus, invidiam Deo im-
…ravimus; & hodie quoq; dùm concupiſcentiam ſequimur
…s quàm Dei mandatum, ſemper Deo improperioſi ſumus
…ntumelioſi, contumaciter mandatorem contemnentes.
…m quæ pro hac contumacia, pro his contumelijs & impro-
…ionibus in eum jactis improperia nobis repoſita erant, o-
…ſuper eum ceciderũt. Ipſe pro nobis toleravit, ut majeſta-
…os Patri reconciliaret. Suum ergo eſt improperium & no-
…: ſuum labore; noſtrum fructu & proventu. noſtrum de-
…uum ſuccurſu. Omnis peccator improperat Deo. *Stultus* Pſal 14.
…*n corde ſuo, non eſt Deus.* Alius dicit; *Non videbit Deus.* verſ. 1.
…us dicit; *Non requiret Deus.* Quartus: *Lingua noſtra à nobis* Pſal. 94.
…*is noſter Dominus?* Alius; *Neſcio Dominum.* Omnes in De- verſ. 7.
…ontumelioſi: licet primus exilitatem & infirmitatem; ſe- Pſal. 12.
…us inſipientiam; tertius injuſtitiam; ſerpens Deo invidiam. verſ. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Ariſtoteles omne decus Deo abſtulit; omnipotentiam, ſapie-
tiam, benevolentiam omnem, quando dicit, *eum nihil noſſe, n*
velle extra ſe. Pejus omni hæreſe, quia omnem exſtinguit pie-
tem. Minus *Averroës*, qui *ex voluntate antiqua negavit poſſ*
pus novum procedere: & ita nihil facere.

Quòd improperium Chriſti tantò noſtrum factum eſt, quòd omnibus ſalus in
properio & cruce Chriſti credentibus per fidem; & ſola ſalus in paſſione Chri-
ſti, quantumlibet opera juſtitia inveniantur in nobis.

CAPUT XLIV.

Q*Vi mortuus eſt propter peccata noſtra, reſurrexit propter*
ſtificationem noſtram. Chriſtus factus ex ſemine David
cundum carnem, prædeſtinatus Filius Dei in virtute, ſecund
ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chr
Domini noſtri. Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino no
Ieſu Chriſto. Ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro cor
illo, etiamſi primum mandatum legis opere compleat, prop
teà juſtus erit in conſpectu Dei; ſed omnis juſtitiæ ſufficienti
Deo per Verbum incarnatum, gratiæ & veritatis plenũ, in Sp
tu Sancto, per Chriſtum Sacerdotem. *Per legem* enim *cogn*
peccati. Nunc autem ſine lege juſtitia Dei manifeſtata, teſtifi
in lege & Prophetis. *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti ſ*
omnes qui crediderunt. Omnes peccaverunt, & egent gloria
juſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemtionem quæ eſ
Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fidem i
guine ipſius, ad oſtenſionem juſtitiæ ſui, propter remiſſionem
cedentiũ delictorũ, *in ſuſtentatione Dei.* Ad oſtenſionem j
tiæ ejus in hoc tempore, *ut ſit ipſe juſtus, & juſtificans eum*
ex fide eſt Ieſu Chriſti. Roman. 3. Per legem ergo fidei omnis
riatio facientis & operantis excluſa eſt. *Abraham, ſi ex oper*
juſtificatus eſt, habet gloriam; ſed non apud Deum. Sed credidi
braham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Credidit in i
qui iuſtificat impium credentem in ſe. Iuſtitia hęc fidei etiam
in præputio Abrahæ. Ejuſdem juſtitiæ ſignaculum facta eſt
cumciſio. Vtrobiq; ergo fides juſtificat: non circumciſio, nẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

fides prior utiq; juſtificat, non ex merito credentis, ſed propoſito & acceptatione Dei in quē credidit. quoniam patrē multarum gentium conſtitui te ante Dominum, in quem credidiſti, qui vocat ea quæ non ſunt tanquàm ea quæ ſunt. *Per Dominū Ieſum acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam, ſcilicet iuſtificationis: & in hac gratia ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorū*

Neq; ergo fides noſtra, qua vel in Chriſtum, vel in Deum credentem Chriſtum, neq; ſacrificium Chriſti: ſed propoſitum Dei acceptantis ſacrificium Chriſti, & per Chriſtum acceptantis ſacrificiū Chriſtianorum juſtitia noſtra eſt. *Commendat Deus charitatem ſuam in nobis. &c. Iuſtificati in ſanguine ipſius ſalvi erimus ab ira per ipſum.* Ergo in ſanguine non ſolùm peccatorū remiſſio, ſed juſtificatio & ſalus. *Cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filij.* Ergo per mortem reconciliatio. Multò magis nunc reconciliati ſalvi erimus in vita ipſius. Ergo vita Chriſti magis nunc in ſalutem, quàm ante mors eſt. Non ſolum autem ſi his tantis Dei donis Dei in nobis charitatem ſentiamur, ſed inſuper gloriamur in Deo, licet per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Gloriamur ergo in fide Chriſti. Gloriamur in ſpe filiorum Dei. Gloriamur in tribulationibus noſtris. Gloriamur in morte & cruce Chriſti. Gloriamur in vita & reſurrectione Chriſti. Gloriamur in reconciliatione per eum. Gloriamur in electo homine. Sed ſuper omnia gloriamur in Deo per Chriſtū ſuam in nobis charitatem. &c. Sicut enim omnia hæc ad juſtificationem noſtram, quæ tamen finaliter in ſolo conſiſtit propoſito Dei; ita etiam gloria noſtra ad ultimum duntaxat eſt in Deo ſuam in nobis charitatem commendante. Si enim unius delicto multi mortui ſunt, multò magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Chriſti Ieſu in plures abundavit. Et nō ſicut per unum peccantem ita & donum; nam judicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in juſtificationem. Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multò magis abundantiā gratiæ Dei & donationis juſtitiæ accipientes

in

in vita regnabunt per unum Ieſum Chriſtum. Ergo ſicut p unius delictum in omnes homines in condemnationem; i per unius juſtitiam in omnes homines in juſtificationem vit Hîc manifeſtè ſacrificium juſtitiæ Sacerdotis Chriſti juſtific & ſanctificat populum Dei. Et ſicut per unius inobedientia peccatores conſtituti ſunt multi;ita per unius obedientiam ju conſtituuntur multi. ut ſicut peccatum regnavit in mortem; & gratia regnet in vitam æternam per Ieſum Chriſtum Dom num noſtrum.

Quomodo non adverſum dicunt Paulus, *adſerens, ſola fide, ſine operibus juſtific credentes in Chriſtum per ejus improperium;&* Iacobus, *dicens fidem ſine operibus mortuam.*

CAPVT XLV.

Rom. 3. *ARbitramur hominem juſtificari per fidem Ieſu Chriſti, ab*
verſ. 28. *operibus.* Et; *Fides ſine operibus mortua eſt.* Diverſum dic
Iacob. 2. *Apoſtolus Paulus & Iacobus*; verùm non adverſum. Commu
verſ. 27. utriq; ſententia eſt, *Iuſtum ex fide vivere*; fide, inquam, *per di ctionem operante.* Operibus enim vitæ corpus docetur, q niſi exercet mortuum judicatur. Et ſi nullas vitales actiones e erceret in corpore, uti ſunt, halitus, & pulſus; & præcordio calor, prorſus mortuum haberetur. His actionibus vivere ju catur: non tamen his actionibus vivit; ſed harum actionum f te vivit, anima videlicet. Et quantò pluribus, ac majoribus, nobilioribus actionibus eliciendis operam dat, tantò ampl vivit. Et quia omnium actionum nobiliſſima eſt amor, ideò hac peregrinatione potiſſima vita amantis eſt, etiamſi ſede vacet, nullo externo operi effuſus ut Martha; ſed videt, & gu quoniam ſuavis eſt Dominus, ut Maria, optimam partem ſo ta non auferendam ab ea. Nullum enim officium amantis p cet amatori, niſi quando ex amoris fonte prodiit. Amor igi ſuper officia acceptus eſt. Et quoniam amoris principium fid ideò fides etiam propter prolem accepta eſt; ſed quæ tanta ſit creditorum deſiderium & exſpectationem excitare poſſit. D ſiderare enim & exſpectare magnæ fidei & vivificæ fidei arg men

a ſunt & germana ſeminaria dilectionis. Dilectio autem ſideranti & fixo oculo feratur, velit nolit, convertetur & ur in amorem; ad quem ſi non perveniat in hac peregri- ne fides noſtra, tamen vivit vita inhabitantis gratiæ & Spi- Sancti: quia ſaltem credita dona deſiderat & exſpectat; & exſpectet, vellet ſaltem exſpectare. Et hoc ipſum vivificã- ritui ſatis eſt ad inhabitandum & vivificandum animá cre- s, licet infirmam & ægrotantem; quoniam ſaltem aliquam vitalem actionem oſtendit. Et iſtæ ſunt operationes vel les, vel objectales, de quibus, ubi deſunt, vult *Apoſtolus Ia-* dem prorſus ſterilem, etiam prorſus mortuam eſſe. *Pauli* ententia huic non obviat, ſed apertiùs gratiam Dei com- at & explicat. Pro quo ſciendum, duplicem eſſe juſtitiam: propriam, quæ ex rectitudine & integritate operantis ni- beat quo diſpliceat, vel divinæ legi difforme invenitur. juſtitia juſtificati ſunt angeli, & juſtificati fuiſſent homi- in originali juſtitia perſtitiſſent. Sed poſtquàm per præva- onem ruinis per ruinas confracti ſunt, impoſſibilis eſt ho- alis operum rectitudo & integritas, ut per opera ſua place- n poſſit: ac de talibus operibus dicit *Paulus, arbitrari homi- juſtificari per fidem Ieſu Chriſti, abſq; operibus*. Non quòd credentis tantoperè placeat, ut angelorum rectitudinem egritatem æquet; ſed quia complacuit Deo, credentibus juſtitiam, rectitudinem & integritatem majorem, quàm ſit a angelorum. Donat enim ſatiſfactionem illam ſacerdotij i, quo Chriſtus cõſtitutus Sacerdos magnus obtulit hoſtiã, nam, decimas, primitias, pacifica, ſacrificia, holocauſtum & ſum Deo. E horum omnium juſtitiam donavit credenti- uam qui tantoperè credunt ut vel deſiderent vel deſidera- lent, ut exſpectent vel exſpectare vellent, aut orent ut ex- ent, omnes accipiunt, & verè juſti ſunt, licet perfectam ju- m non operentur. Et ita ſanè talibus operibus perſonalibus oprijs juſtificantur. Nullum igitur homini fœcundius ad n juſtificationem exercitiũ eſt, quàm frequens Dominica

paſſionis meditatio & commemoratio. quoniam qui propte
commemorat,ut illorum ſacrificiorũ particeps fiat, palàm q
credit confitetur,deſiderat,optat & exſpectat, & ſedet ad pe
Ieſu,& partem optimam elegit cum Maria, quæ nunquàm au
retur ab eo. Et hæc fides quantò vivacior ad credendum,com
morandum,conſiderandum,dijudicandum,conferendum,
minandum,guſtandum,deſiderandum,eſuriendum, ſitiend
anhelandum,concupiſcendum, deficiendum,amore langue
dum ardentior fuerit,etiam tantò juſtior, & hoc ſacerdotio j
ſtificatior erit. An ſine opere eſt qui credit,qui deſiderat, qui
ptat,qui orat, qui loquitur linguis novis, dæmonia eijcit,ſup
ægros manus imponit,ſine nocumento mortiferum bibit?

Quòd omnes juſtitiæ, quantumlibet ex fide, niſi gratia & benevolentia Dei interceſſit, inſufficientes ſint, quo juſti ſimus in conſpectu Dei.

CAPVT XLVI.

OMnes juſtitiæ noſtræ,velut pannus menſtruatæ ſunt, qua
do in ſtatera diſtricti judicij examinentur. Iuſtitiæ nãq; n
ſtræ officia ſunt & penſa conditionis noſtræ. Sed hujus noſt
conditionis debito quàm ſumus per ſingula momenta quotid
penſum noſtrũ exſolvendo infirmitate,fragilitate & neceſſita
præpediti:ſed & quod longè gravius eſt,ubi in officio ſummi ſ
cerdotij quantò poſſumus alacri mente adſiſtimus coràm D
mino,quis neſciat quãtò ſit pañoſꝰ ornatus noſtri ſacrificij, qu
obliviosa mens noſtra,quàm caligans oculus noſter, quàm t
pens & algens adfectio noſtra,cùm deberemus tota mente,to
intelligentia,tota virtute venerari, honorare Dominũ Deũ P
trem,ut verè ſi in his,quibus juſtificamur,intraret in judicio D
us,non juſtificaremur in conſpectu ejus: quia non ex operib
juſtitiæ quæ fecimus nos,ſed ſecundũ magnã miſericordiã ſuã
ſalvos nos facit. Magna igitur illa miſericordia fuit calix obed
entiæ paternæ,quem Filius Deo obtulit. Et hæ miſericordiæ i
æternũ cantandæ,quia calicem ſalutaris accepimus, & hoc retr
buemus pro omnibus,tanquàm juſtam retributionẽ. Præterea
omnes juſtitiæ noſtræ ſunt velut pañus menſtruatæ; & ſapienti
quan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

...m loquitur Apoſtolus inter perfectos, eodē Apoſtolo con- 1. Cor. 3. verſ. 19.
...nte, ſtultitia eſt prædicationis, media quædam via inter ſapi-
...am hujus mundi, & ſapientiam Dei, in qua ſapientes hujus
...ndi Deum cognoſcere non potuerunt. Potuerunt autē præ-
...tionis & fidei verbo, quantùm placuit per Spiritum Dei re-
...re, ut & cognoſcerent: & hanc ipſam cognitionem, quoniā
...s & nō clara eſt, ſtultitiam prædicationis Apoſtolus appellat;
... etſi comprehenſorū beatæ ſapientiæ comparata tantò diſ-
...nveniatur, ut obſcuritate & exilitate ſua rectè per Apoſto-
... ſtultitia cenſeatur, in via tamen ſi qua vera ſapientia eſt, ea
...eſt, quæ prædicationis Evāgelicæ luce allata eſt. Reſtat igitur
...em ſapientiæ & juſtitiæ, gratiam ſcilicet viæ, tantò inferiorē
... gratia patriæ, quantò ſapientia viatorū ſubter eſt ſapientia
...prehenſorū, & juſtitia ſeu amor viatorū ſubeſt beato amo-
...mprehenſorū. Et per hanc viam lucidè ſatis ac tolerabiliter
...onitur verbum Domini de Ioanne Baptiſta; *Qui minor eſt in* Matt. 11. verſ. 11.
...*o cœlorum, major eſt illo.* licet etiam de Domino Ieſu accipi
...it verbum, quia minor populari opinione, & amore vulgari
...ore fuit gradu ac dignitate. Primo tamen intellectu magis
...gruit verbū illud, *Et gratiam pro gratia*: quia gratiā compre- Ioan. 1. verſ. 16.
...ſorū pro gratia viæ. Qui per opera ſua juſtificari putat, non
...it quid ſit juſtus. Iuſtus eſt, qui unicuiq; quod ſuum eſt tri-
... Sed quis homo unquàm abſolvit, ut Deo eſſet qualis eſſe
...et? omni homini ſit qualis eſſe debet? Neſcit quod ſit ſuū de-
..., neſcit etiam quanta ſit futurorū bonorū exſpectatio, quam
...is operibus æquare poteſt: neq; ſolùm hac ignorantia errat,
...& ſacrilegij, gloriā juſtificationis non Deo, ſed ſibi tribuēs.
...i verò Evangelium audiens credit, deſiderat, ſperat, confidit
...eta nuntia, præterea amat evangeliſatum juſtificantē & bea-
...antem, quantalibet pro conſequendo faciat & patiatur, non
... opera, non ſe operantem extollit; ſed extentus totus & pro-
...ſus in eū quē amat, à quo credit, cupit, ſperat, confidit, juſti-
...tur, nihil ſibi ipſi tribuit, qui ſcit nihil habere ex ſe. Scit ergo,
...ihil habet niſi quod acceperit, nō de ſuo gloriādū quaſi non

acceperit; ſed in eo gloriandum qui donat. Verè omnes juſtit
noſtræ velut pañus menſtruatæ, quando tantæ divinitati tàm
reventes, tantæ majeſtati tàm impudentes, tantæ charitati tà
torpentes, ut verè non tàm juſti, ſed merè injuſti plectendiq; c
vincamur, neq; perfectè juſti eſſe poſſumus. Quis æquam piet
tem, ut ſit qualis eſſe debet, reddet Deo, Domino, Patri, fratri,
matori, ſponſo, Sacerdoti, redemtori, propugnatori?

Quòd lex veteris teſtamenti etſi perfectionem præcipiat, nihil tamen ad perfectum adduxit, omnia perfectionis in finem legis reſervans, qui eſt Chriſtus Jeſu, in q per fidem ſolo perfectio & ſalus priorum Patrum & nunc credentium.

CAPVT XLVII.

JVſtitia finis eſt legis. Lex enim niſi ſervata juſtificet, lex nc
eſt. Vt igitur veræ legis nomen habeat, oportet ut ſervata ju
ſtitiam præſtet. Sed illud impoſſibile erat legi Moſis, quoniam
impoſſibilia præcepit. Præcepit enim, quod juſtiſſimum erat ho
Deut. 6. vers. 5. mini, Deum diligere ex toto corde. &c. Sed hoc impoſſibile ho
mini. Verè grave jugum ſuper humeros hominum, quod ne
Acto. 15. vers. 10. ipſi Apoſtoli, neq; patres eorum unquàm portare potuerun
Præcepit igitur lex perfectionem, ſed nihil adduxit ad perfectu
Sed quid? Num Evangelium duxit ad perfectum? Vtiq;. Quen
igitur? Omnem credentem. quoniam omni credenti Chriſtu
finis legis eſt ad juſtitiam, & fructus: quoniã ipſe eſt, qui dat po
teſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus. Cre
dendo verbo adhærent Verbo. Verbum Deus eſt. Credendo ig
tur Deo adhærent. Et adhærere Deo bonum eſt; quia qui adha
ret Deo, unus cum eo ſpiritus fit: cum juſto juſtus, cum ſanct
ſanctus. Sed Abraham credidit. Ergo & ipſe ad perfectum addu
ctus fuit. Et Prophetæ crediderunt. Crediderunt quidem, ſed i
eum qui venturus erat, & conſummatæ juſtitię ſacrificium acce
ptum oblaturus. qui cùm adhuc ſtante lege non venit, non ob
tulit juſtificantis holocauſti promiſſionem accipere. Fidelẽ ex
ſpectationem pręſtare poterant, accipere quod non erat non po
terant. Eundem cibum ſpiritualem nobiſcum manducaverunt
exſpectando dandum illis; nos percipiendo datum nobis. No
igitu

tur ſtatim lex ducit ad perfectum. Quanquàm ergo dicit
; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. &c.* et multa
, quæ in eandem ſententiam ſunt: ut; *In toto corde exquiſi-* *Pſal. 119. verſ. 10.*
re. Et; *In toto corde exquirite illum.* præterea quæ vel in *Pro-*
bijs vel in *Canticis* ad ultimum amoris & ſapientiæ conten- *Ibid. verſ. 2.*
t; nihil tamen perfectum lex adduxit: non ſolùm, quoni-
quibus in rebus lex cum Evangelio convenit, jam non lex eſt,
Evangelium, quemadmodum de multis *Eſaiæ* teſtimonijs
ronymus ſentit; ſed magis, quia quantumlibet perfectionem
haritatis & ſapientiæ ſuadeat lex, perfectionem tamen illam
entiæ & charitatis, qua coruſcat & fervet Evangelium, lex nõ
ert. Et, quod potiſſimum eſt, finem ad juſtitiam non ſolùm
denti per legem, ſed omni credenti, hoc eſt; & per legem &
Evangelium credenti in Chriſtum, lex quidem promittit, ſed
ngelium exhibet. Lex per tenebroſam aquam in nubibus aë-
deò ſiquidem obſcurè & obnubilatè ſcripſerunt Prophetæ,
iſi credentes Evangelio clariſſima legis teſtimonia ſtudioſiſ-
i & acutiſſimi viri fluctuanter accipiant. Teſtis eſt Eunuchus
Candacis Reginæ Æthiopum, tanta religione, ut ab Æthio-
Hieroſolymam conſcenderet; tanta dignitate apud Deum,
ngelus de cœlo ejus curaret fidem inſtruendam. Hic tamen
tus vir in paſſu legis clariſſimo dubitavit, utrum Propheta *Actor. 8.*
eipſo diceret verba illa, vel de alio. Eatenus igitur lex imper-
a fuit: & quod imperfectum eſt ex ſe, non ducit ad perfectũ,
eſt, per ſe non perficit. Verùm eſt aliud perfectum, quo tàm
um, qui ſub Evangelica perfectione, quàm qui ſub lege de-
t, imperfectum perfioi & conſummari exſpectat. Si enim
nes juſtitiæ noſtræ velut pannus menſtruatæ, ut dictnm eſt
cedenti capitulo; imò, ſi faceremus omnia quæ præcepta ſunt
bis, quod nemo poteſt, nihilominùs confitendũ nobis, quia
vi ſumus inutiles. Nõ enim eſt volentis aut currentis, ſed mi-
antis duntaxat Dei eſt, gignentis ac dantis nobis Filium ſu-
Ieſum Chriſtum, ad juſtitiam omni credenti, ut non ex ope-
us juſtitiæ quæ facimus ſalvos nos faciat, ſed effuſo & profuſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſuo in nos cruore. Hanc Dei charitatem perficientem etſi le-
nutibus quibuſdam inſinuat, etſi promittit, non exhibet: nihi
ergo ad perfectum lex adducit. Debemus item eſſe perfectè ju
ſti, qui perfectè juſtorum gloriam ſperare jubemur. Sed quan
debemus perfectam juſtitiã & ſanctitatẽ obtulit & exſolvit ſum̃
Sacerdos: & hujus ſum̃i Sacerdotis holocauſtũ ſuum facit quiſ
quis credit in nomine illius, ſive Iudæus, ſive gentilis, quantum
libet murmuret Iudæus. Quotieſcunq; cum pietate nomen ſum̃
Sacerdotis recolimꝰ, illius munere juſti ſumus. Data eſt illi õni
poteſtas in cœlo & in terra, qui vult ut ubicunq; ipſe eſt, ſit & mi
niſter ejus. Miniſtrat autem illi omnis filius Dei, tanquàm pri
mogenito. Quotquot recipiunt eum, id eſt, quotquot credun
in nomine ejus, poteſtatem accipiunt filij Dei fieri. In omni ſu
ſceptione ſacramentali, ſi dignè ſuſcipimus holocauſtum ſum̃
Sacerdotis, noſtrum facimus. In omni commemoratione Ieſ
ſummum illud conſummatæ ſanctitatis incenſũ offerimus. qu
qui non manducat, non habet vitã in ſe; & qui credit, habet vit
æternam: ergo manducat, ac dignè manducat, cùm tamen n
hil noſtrum de condigno juſtè tantis poſſit comparari.

Quòd ſancti Patres veteris teſtamenti omnes in fide venturi ſalvabantur, cogn ſcentes ſacramenta veteris inſtrumenti omnia eſſe de Chriſto, & ordinate in Chriſtum: & quòd eandem eſcam ſpiritalem manducaverunt: & de facili ſuſceptione gentium in fide.

Caput XLVIII.

Mat. 20. IN parabola illa patriſfamilias operarios in vineam conducen
tis facilè cetera congruunt etiam ad hiſtoricam veritatem, n
ſi quòd murmur priorum non ad literam quadrat. Quadrat
autem ad unguem, ſi denarium diurnum ponamus ſpiritum a
optionis cum Paulo, aut finem legis ad juſtitiam omni crede
ti Chriſtum. Sic enim Patres veteris teſtamenti à primis hor
conducti, & gentes uſq; noviſſimam horam otioſæ, ſuper ſo
miſericordia Deum honorantes, & ipſæ in vineam vocatæ, eu
dem denarium diurnum, Chriſtum juſtificantem, acceperũt. I

illi

ſic ad literam prædixit Dominus Iudæos murmuraturos con-
tra Deum, quòd gentes tàm facilè juſtificaret, pares eos faci-
ens legis obſervatoribus. Revera murmuraverunt legis æmu-
latores, quando contra Petrum de baptiſmo Cornelij calumni- *Actor.* 11.
am ſtruebant. Sed injuſtè: quia contra Dominum, qui merum
habebat dominium, cui jus eſt quidquid voluerit. Vnde dicit;
An non licet mihi de meo facere quod volo? Sed & Patres no- *Mat.* 20.
ſtri eandem eſcam ſpiritalem manducabant, & eundem po- *verſ.* 15.
tum ſpiritalem biberunt. biberunt autem de ſpiritali conſe- 1. *Cor.* 10
quenti eos petra. Sed quomodo poterant bibere de ſequente
eos petra, niſi cognoſcerent petram, & crederent in petram? Co-
gnoverunt igitur quid agnus paſchalis typicus, quid petra illa ſi-
gnificaret. Et ſicut hodie præter Canonem pleriq; Doctorũ cõ-
mentarij ſunt apud nos pro gregarijs paſtoribus & prædicatori-
bus; ita tunc ſub Moſe & poſt Moſen pro Levitis de Legali ſan-
ctione commentarij libri erant, quibus illorum prædicatores
populum de ſacramentis legis erudirent, ut eodem nobiſcum
baptiſmo, cibo, potu, unctione Spiritus in unitatem fidei conve-
nirent. Hæc autem non Canone ſcripta ſunt, quæ ſi ſcripta eſſent
non hodie teſtimonia fidei noſtræ ſervata manerent apud ho-
ſtes fidei noſtræ. Oportuit igitur vetus teſtamentum tali tropo
conſcribi, quò non hoſtes veritatis abijcerent. Grandem autem
fuiſſe quondam apud priſcos Patres verorum futurorum per
Chriſtum bonorum, non parùm declarant nomina Hebron,
Kiriatherbe, Betlehem. Iam tempore Iacob Ephrata binomia
erat, ut patet ex verbis ejus ad filium Ioſeph dicentis; *Et Ephrata,* *Gen.* 48.
quod vocaretur Betlehem. Iam ergo vulgarius hoc illi nomen *verſ* 7.
quàm Ephrata: quia per hoc nomen magis clarum voluit facere
quod intendebat. Sciebat ergo panem illum vivum de cœlo de-
ſcenſurum illic inveniendum. Et hunc fidei faucibus eſurien-
tes in deſiderio animæ non ſine confortato corde ruminabant,
eandem nobiſcum, immò præ nobis, ſpiritalem eſcam mandu-
cantes. Atq; utinam tali nos deſiderio nunc miſſum, quo illi
promiſſum, deguſtemus!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quòd lex myſtica figura fuit exemplaris in monte monſtrati Domino Ieſu, quæ deſiyt adveniente eodem Domino Ieſu figurato, & abolita eſt plenitudine temporis, ex manducatione Petri non lotis manibus: & quia plura legis obſervatu impoſſibilia

CAPVT XLIX.

MIrabile de S. Petro, qui in viſione vaſis lintei Deo loquens tàm integrè loquutus eſt; *Commune & immundum non introierunt in os meum.* Hic in diſcipulatu ſuo derelicto mandato ſeniorum non lotis manibus manducavit: niſi fortaſſis traditio ſeniorum ſolùm erat ad majorem legis munditiæ obſervandæ cautelam & tutelam, quam civiles & opulenti laboribus & neceſſitatibus adſtricti ſervare poterant; quibus autem domeſtica neceſſitas jugem laborem indixit, ab hujuſmodi obſervantia excuſabantur. Phariſæi autem quando ſcandaliſabantur jam Petrus relicto rete & navi labore vacabat, & in eorum tranſivit numerum qui iſta poſſent obſervare. Vnde & ipſe obligatum æſtimans ſe ad obſervantiam petijt edoceri, quomodo non eſt immundorum coinquinaretur. Accipiendum igitur divini conſilij diſpoſitione geſtum, ut prioris licentiæ, quam neceſſitas pepererat, conſuetudine provectũ Petrũ non lotis ediſſe manibus ut per ſuperſtitioſum ſcandalum Phariſæorum congruentiſſima occaſione, & credita ſibi abutentium authoritate, impuritas, veraq; innocentia, juſtitia aperiretur; & exinde, velut inſigni articulo, tùm abolendæ legis neceſſitas, tùm publicandæ veritatis Evangelicæ importunitas inſinuaretur. Nam ſi lex multis ceremonijs data populo, ut per ejus obſervantiam juſtificatus placeret Domino, liquet omnia Deum propter juſtitiam præcepiſſe. Lex igitur in omnibus mãdatis vero juſtitiæ ſeminario prægnat, quæ ſi nihil ſecus à Phariſæorum ſententia contineat, jam non exemplaris in monte monſtrati myſtica figura erit; ſed ut nihil ex ea ſervata reliquum intelligatur, ſed ſuis duntaxat limitibus accipiatur. Hoc ſi verum, profectò laudanda eſſet illa Phariſæorum diligentia, qua non ſolùm ab immundo devitando, ſed etiam cavendo monebant; ut non modò abeſſet immunditia, ſed omnis inſuper inquinamenti ſuſpicio, eßetq; non tuta mo-

Act. 10. verſ. 14.

dò

…ed & ſecura lex in terminis ſuis. Verùm quia lex propter
…tiam colendam nata erat, myſterijs illam ſignificantibus &
…teſtantibus plena, non tàm ſervandis figuris, quàm intelli-
…lis invigilandum fuerat. Multa enim lex conteſtatur, quo-
…ſignificationi & veritati plena obſervantia impoſſibilis eſt:
…e eſt, de ſempiterno ſacerdotio ejus qui ex Sion; quòd ſin-
… annis ter comparerent in Hieruſalem omnes qui legem eſ-
…obſervaturi. Hoc enim & Hiſpanis, & Æthiopibus, & Li-
…x Indis, & Scythis impoſſibile; cùm tamen dicat, omnes fi-
…erræ ad Dominum convertendos. Hoc igitur aut cum le-
…bſervantia; quod ſi nequit, aut abolita lege, ut videmus, im-
…m. Legem abolitam poſt ingreſſum Chriſti in mundum
…uatur *Marci* 1. ubi ait; *Quoniam impletum eſt tempus & ap-* verſ. 15.
…*nquat regnum Dei.* Quid enim hoc aliud, quàm illud *Apo-* Gal. 4.
…*Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum* verſ. 4.
…*uliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret?* & 5.
…d illud impletum tempus? quæ illa temporis plenitudo?
…uæ perfectæ legis jugum innotuit. Lex premebat, ſive illa
…per Moſen, ſive ſcripta in cordibus omnium hominũ. Pre-
…t, inquam, ſed non juſtificabat. Opus ergo fuit lege non
…ente, paterna lege, dulci amoris lege juſtificante, quam ob-
…ntes filij fierent, & regnum hereditarent. Hæc lex Evange-
…aſt, unde & Euangelium regni dicitur: quod quia non tem-
…ia promittit, ideò poſt impletum tempus, poſt plenitudinẽ
…oris effertur, ſupra tempus oculum levare monens, & ſpem
…ens ad æterna.

…òd legem abolitam per Chriſtum, veritatem & finem legis, ſignat Spiritus Sanctus, quando mane reſurrectionis veſperam appellavit, dicens; Veſpere a. Sabbati, &c.

CAPVT L.

…On ſine magno myſterio & myſterij ratione Spiritus San-
…ctus ſanctum illud mane diei Dominicæ reſurrectionis veſ-
…appellavit, dicens; *Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in* Matt. 28.
…*a Sabbati*, illic novo calculo principiũ diei ponens, & veteri verſ. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

compellatione principium diei veſpere appellans, à media noc
diem incipiens, & in mediū noctis ſequentis terminans. Qu
etiam per alium Evangeliſtam idem Spiritus Sanctus non tacu
Ioan. 20. verſ. 19. dicens; *Cùm eſſet ſerò die illa, venit Ieſus. &c.* Secundum en
cauſas commoditatum, aut alias juſtarum rationum, alius co
putus ab ortu Solis, alius ab occaſu, alius à meridie, alius à me
nocte incipit. Et quia cum reſurgente Chriſto Spiritus Sanct
legem, & ritum, & mores voluit innovata ſignificare, veteri v
cabulo novum diei principium veſpere appellavit. Igitur i
nox temporis, quæ ab occaſu Sabbati, ut in ortum Dominicæ
etſi caligine continuata una fuerit, calculo tamen duarum
verſarum noctium partes habuit. quo fit, ut quoniam die a
Sabbatum, Sabbato, & Dominica in ſepulcro fuit, tribus dieb
facilè apud omnes confeſſè fuerit: quoniam diei nomine plu
ma compellatione firmamenti revolutio ſignificatur; noctis v
rò nomine ablati Solis lumine privatū tempus. Igitur illa cali
ne tenebroſi temporis, quod inter occaſum Sabbati & ortum S
lis in Dominicam medium fuit, duas noctium diverſarum p
tes planè Spiritus Sanctus nomine veſpere luceſcentis in pri
Sabbati explicavit. Nulla enim priorū temporum veſpera lu
ſcebat manè, ſed noctu caligabat Solis occaſu. In illo ergo te
pore medio inter Sabbatum & Dominicam, ſecundū volun
tem ejus qui Dominus eſt Sabbati, calculus legis mutatus eſt,
verè fuit in ſepulcro duabus noctibus Dominus Ieſus.

Pro eadem ſententia, ex verbis Domini; Sabbatum propter homines. *Sab batum propter Chriſtum, Dominum Sabbati.*

CAPUT LI.

HVic quoq; ſententiæ de tranſlata lege & abolita in Chri
non inconvenienter aptantur verba Domini Ieſu; *Sab*
Mar. 2. verſ. 27. *tum propter hominem, non homo propter Sabbatum.* Et licet va
mirabile videatur, quomodo non homo propter Sabbatū, cū
ſit homo propter interioris hominis perfectionem, quæ poti
mè in ſanctificatione nominis Dei conſiſtit, & omnis ille Sab
tiſmi ritus nihil aliud quàm nominis Dei ſanctificatio ſit; S
battu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

m tamen propter hominem, & non homo propter Sabba-
Si dicamus eſſe & Sabbatum, Sabbatum primum legalis
rvantiæ, ceremonias habens exterioris ritus, umbra quæ-
futurorum quandoq; tollenda, cùm illuceſceret lux verita-
Deus & homo, Dominus Ieſus, Dominus etiam Sabbathi,
univerſæ legis Moſis & gratiæ Dominus eſt. Alterum eſt
atum, cujus meminit *Apoſtolus ad Hebræos 4.* dicens; *Itaq;* vers. 9. & 10.
quitur Sabbatiſmus populo Dei, quando ingreſſurus eſt in re-
n illam opulentam. Primum Sabbatum propter hominem
ſtituendum; & propter ſecundum Sabbatũ inſtituendus eſt
o. Ergo ſi Sabbatum propter hominem, & homo propter
atum, nihil inconveniens, ut dicamus etiam Sabbatum pro-
Sabbatum: non ſolùm legale Sabbatum propter mentale
piritualę; ſed etiam inter ſpiritualia Sabbata gradus quoſ-
eſſe dignioris ac ſanctioris Sabbati, ac minùs digni, ut ſit
atum ſpirituale minùs dignum ac ſanctum, propter Sabba-
ſanctius. Et hoc modo ſi hominem capiamus ſapientem,
m, juſtum, perfectũ & ſanctum, hujus hominis ſublimitas
excelſa, tàm digna, quòd Sabbatum legis in illum ſicut in fi-
ordinetur, & ejus libertati ſpirituali ſubijciatur, ut etiam
o ſanctus in illa ſua libertate ſpiritus Dominus ſit Sabbati,
ctè nunc ſabbatizet cum Maria optimam partem eligente;
ſanctè negotietur cum ſorore ejus Martha. Hoc enim ve-
minari, in libertate Spiritus operari & contractari.

legem abolitam per Chriſtum, finem legis, ſignavit myſticè Dominus Jeſus mulière in adulterio deprehenſa, quando legem perfectiſſimo ritu in ſeipſo implevit: & quàm mirabiliter legem in ſe ſuſcipiendo adulteram liberam abire præcepit.

CAPUT LII.

lege noſtra Moſes præcepit hujuſmodi lapidare. Num pro- Ioan. 8.
reà legis & mandati vim habebat, quia Moſes præcepit? & vers. 5.
potiùs, quia Deus per Moſen? Sed *Moſis legem quis ir-* Hebr. 10.
faciens, duobus aut tribus teſtibus convictus, abſque vers. 28.

ulla

ulla miſeratione moritur. Illud Moſes. Iſtud Paulus. Immò Do-
minus per Moſen & Paulum. Sed videamus, nũ per Dominu
Ieſum idem Deus confirmet, ut ſine ulla miſeratione moriatu,
an potiùs miſericorditer relaxetur? Dicit enim; *Qui ſine pecca*
Ioan. 8. *eſt veſtrûm, primus lapidem mittat.* Mitigaſſe videtur legis rig-
verſ. 7. rem, non abſtuliſſe. Lenivit enim, quando propriorum peccat-
rum cõmemoratione rejecit: magis autem, quando conſcien
ſua convictos confutavit; licet conſervandæ legi favorem dar,
cùm dixit, *primus lapidem mittat.* Sed nunquid hujus mand
legem ſervãdam voluit? Certè non. Docent ea quæ fecit ope,
docent quæ dixit verbo. Ipſe enim, cùm eſſet ſanctus ſancto,
profectò ſine peccato fuit, neq; tamen quod verbo dixerat o-
re complevit, ut primus lapidem mitteret. Quin potiùs dulci-
mo decreto juſtiſſimi mandati legem duram, ſed ſanctam, p-
tùs abrogaret, inquiens; *Neq; ego te condemnabo.* ut verè po
Ibid. dixit *Paulus; Nulla ergo damnatio his qui ſunt in Chriſto Ieſu.* Si
verſ. 11. autem in eo omnes qui credunt in illum. Quod enim adult
Rom. 8. dixit, peccatoribus omnibus, & juſtiſſimè condemnandis p-
verſ. 1. catoribus, ſed in eum credentibus, dixit; *Neq; ego te condemna*
Verùm ex hac ſacrorum Dei eloquiorũ varietate dubitaret f-
ſan aliquis; num ſibi invicem eloquia Dei contraria ſunt, ut a-
rum ex altero revincatur? Planè quia non. Eloquia ſiquidem
eloquia caſta ſunt omnia, ſicut argentum igne examinatum p-
gatum à terra, purgatum ſeptuplum. Igitur quæ in Scriptur
rigorem juſtitiæ dicuntur, ea omnia debitũ peccatoris eluci
quid peccator juſta lege meruerit, & juſtè pati debuerit.
quoniam huic legi etſi peccator ſubjectus eſt, legiſlator tam
ſubjectus non eſt: licet eidem ſuo plaſmati benignitatem, be-
volentiam, liberalitatem, largitatem ſuam facere quã vult. Q
Deum conſtituet debitorem? Sed hæc licet vera de Deo ac D-
mino ſunt, & uſquequaq; confeſſa; tamẽ de eo, qui ſub lege f
non venit ſolvere legẽ, ſed adimplere, gravi difficultate fluc
veritatis inquiſitor. Quomodo n. legẽ implevit, qui, ut dictũ
Legẽ abolevit & abrogavit? Si dicamus, geminã in uno ſuppo
geſ

...iſſe perſonam, Dei ſcilicet & hominis; potuit quidem pleno
...dicere, *neq; ego te condemno*. Sed quòd is, qui ſub lege factus
...implere venerat, non adimpleret, trepidam videtur adfer-
...ntentiam. Verùm ſi penetrantiùs verba Domini Ieſu con-
...emus, inveniemus eum copioſè impleſſe legem, quando
...rfectum legis duxit ad perfectum. Quod juſtitiæ Dei dee-
...l ſalvandos eos qui perierant, pleniore ſinu charitatis &
...æ collegit, ne perirent. Sed hæc licet verba Domini Ieſu ſa-
...planent, nihilominùs penes verbum Apoſtoli Dominus
... remanet ſub lege. Debuit ergo ſervire legi, & ſervare legẽ.
...im quia Verbũ caro factum fuit ſub lege, debuit implere le-
...ſecundum ſanctiſſimam ejus interpretationem. In omni-
...rgo mandatis legis debuit cardini legis, quo tota lex pen-
...fficioſus & intentus eſſe: quoniam ſine duob⁹ illis manda-
...iverſa lex mortua eſt & ſterilis. Quando igitur ex charita-
...Deũ & obedientia ſalutem operans imperfectũ legis imple-
...ofectò non propterea ſub lege fuit, quando legis verba
...rendo, & ponderando reduxit in finem & cardinem legis.
...ui ſine peccato erat latam de ea legem non ſolvit; ſed in
... pleniſſimam legis juſtitiam lapidationis implevit, omnia
...rævaricationis ſupplicia in ſe ſumens & exſolvens, qui et-
...eccata mundi tulit, ſecundũ illud; *Eum, qui non novit pec-* 2. Cor. 5. verſ. 21.
..., *pro nobis peccatum fecit*, quando ſic eũ perſequutus pro-
...eccatores, quemadmodũ propter peccatũ perſequitur De⁹
...ores. Et mirabile tàm puram ſententiam ſub tàm duplici
...rum forma latere. Sed hoc illis, qui non advertunt omnes
...gentiæ, argumentationis, diſtinctionis, & diſcretionis dif-
...as ex uno divini luminis fonte manare. Verùm ſi latentiũ
...ma ſimplicitatis latentem abyſſum videre daretur, tantũ
...iæ & intelligentiæ lumen in literis Sacris inveniremus,
...anæ loquutionis tropi vix digni reperiantur, qui ad cœ-
...ud arcanũ admittantur. Quia ergo ſupplicia mulieris &
...i in ſe tulit, efficaciter, utiliter, ſalubriter primus in eam
...n jecit, quo legi ſatisfecit. Legitimè coronata, quia in illũ

credens legitimè certavit in illo & vicit, quando per fidem a
certante & vincenre manſit plenè juſtificata in conſpectu D
credens & adhærens juſtificanti.

Quantis prærogativis lex Chriſti præcellat legem Moſis & naturæ, perfecti ſima fine & fructu. CAPUT LIII.

QVàm grande aliquid ſuſpicandũ de lege Chriſti, cujus t
lex Moſis, & hagiographa, & Scripturæ Prophetarũ niſi
ſtimonia fuerunt. Grande pro hac ſententia, neq; tranſeun
verſ. 1. legendũ verbũ illud *Pſalmi 78. Audite popule meus legem m*
& 2. *inclinate aurem veſtram ad verba oris mei. Aperiam in parab*
os meum, & in ænigmate os meum. Igitur Prophetalis lex & æ
gmatica eſt alterius ſignificativa. Vnde cùm omnia pridem
tribus geſta texat ad longum, conſtat omnia hæc, ut *Apoſt*
1. Cor. 10 confirmat, in figura contigiſſe illis: aliam igitur, non parab
verſ 6. rem aut ænigmaticam ſignificabant hæc exſpectandam. Ita
illa non niſi teſtimonia & ænigmata, magna valdè res ipſa
teſtamenti, cujus illa teſtimonium eſt. Omnium legum cu
cunq; gentis, ſive primæ, id eſt naturæ; ſive ſecundæ, id eſt
ſis; harum tertia, id eſt, lex Chriſti eſt *perfectiſſima* fine & fru
quia reditum ad Deum, quia peccata remittit, quia habet pe
ctum ſacrificium. *Altiſſima*, quo ad juſtitiam. *Pleniſſima*,
ad ſpem. *Humaniſſima*, quo ad obſervantiam. *Conteſtantiſſ*
oraculis Prophetarum, teſtimonio miraculorum, ſanguine m
tyrum. *Adprobatiſſima*, conſenſu adverſariorum. *Latiſſ*
profeſſione & multitudine proficientium. *Firmiſſima*, quæ
ſequutione crevit, & luxu intepeſcit, ſicut omnia ſanctæ
gionis bona. *Sanctiſſima*, quia prophanis ſolis odioſa. *Nobil*
ma, origine; quia à Deo tradita. Lex verò Hebræorum per
ſen aut angelum. *Glorioſiſſima*, ordine; quia ſancta lex Moſ
ejus obſequium præmiſſa. *Doctiſſima*, quia doctrinæ pleniſſ
poſtulat ſtudium, & aliæ ſtudium vetant. *Mirabiliſſima*, à p
cipio & incremẽto, quia à paucis pauperibus & indoctis. *Ful*
tiſſima, cui omnium ſeculorum, omniũ regnorum diverſit
non ſolùm congruunt, ſed etiam propter eam ordinantur.

magn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

…entiſsima, quia ubiq; poteſt Chriſtianus legem ſuam ſerva-
…on Iudæus. *Fideliſsima*, quia omnia credit Deo. Item, *Inno-*
…iſsima. Congruentiſsima veritati antiquæ, ferè ſingulis perio-
…ngula teſtimonia ferenti, ut patet per ſecundam. *Commo-*
…ma item, ut quæ contra inobedientiam prævaricatoris &
…riorum ejus unicam & debitam medicinam adfert, obedi-
…m Filij, qui cùm ex his quæ paſſus eſt obedientiam didi-
… verſus Patrem & Deum, factus eſt omnibus ſibi obedien-
… cauſa ſalutis æternæ. Et ſi quis illi obedientibus propter il-
… obediat, illi obedire cenſetur.

*Dominus Ieſus, quò legem ſuam doceret, immobilis manens, homo factus, mi-
… claruit, pijs quidem lumen lucens & illuminans; impijs, qui lucem non rece-
…unt, in offendiculum & in petram ſcandali factus.* CAPUT LIV.

…Eritas, quæ loco non movetur, deſcendit de cœlo, locum
… non mutando, ſed noſtras has tenebras illuſtrando. Venit
…s in tenebris. Et ea quorundam tenebræ illuminatæ, quē-
…odum docilis & ingenioſi diſcipuli ignorantia ſub ſapien-
… giſtro fugatur, dignanti illapſu ſapientiæ in animam diſci-
… quorundam autem tenebræ, velut ſtupidæ mentis, incaſſa-
…nent: aliorum autem, & quorum tenebræ altiùs radicatæ
… cæcutiunt expellentes lucem. In horum ergo medium
… veritas ipſa, & ſapientia primogenita ante omnem creatu-
…ocens vera, docens ſalubria, evangeliſans hoc evangelium
… Et quidem non reliquit ſe abſq; teſtimonio, ſed opera vir-
… perhibebant teſtimonium veritati, omnium eam eſſe
…rem. Verùm quia ſtultis odioſa eſt ſapientia, hinc eſt quòd
…tiæ veritas odium parit apud ſtultos, ſicut lux ægris ocu-
… e ſanis eſt amabilis: hinc furioſo impetu malorum cohors
… n eam, ſperans conculcare & ſuffocare quam revincere
…oſſet. Scriptum eſt in *Pſalmo 83. Quoniam conciliati ſunt* verſ. 5.
…ariter, & adverſus te fœdus percuſſerunt. ubi in originali
… ponitur. Sed difficile videtur, ut *Berith* teſtamentum ſit,
…dmodum tranſtulerunt *Septuaginta*; niſi fortè ſic intelli-
…, ut fœdus non ſit fœdus, niſi fœderatorum communi

conſen-

conſenſu uſq; in mortem incluſivè ſervandum paciſcantur. I
ita commodè *Septuaginta* tranſtulerunt *Berith* in διαθήκην. Qu
n. refert, ſive præcedente, ſive conſequente morte contract
vallatur? Hîc n. ſocietatis tutela communiter omnib9 pacta mo
te vallatur, & qui pro jurata tutela moriuntur, quod ante pe
ſtiterunt, ſequenti morte fideliter confirmant. Verum igitur t
ſtamentum fœdus illud: quare non debet offendere, quòd S
ptuaginta Berith in διαθήκην tranſtulerũt. Verè enim fœdus mo
tis ac teſtamentum perditionis omnibus cum diabolo obſtin
tis, adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus, quando e
in medijs miſerijs mortis contumaces obſiſtunt: ut *infrà* pa
bit. Omne igitur fœdus cum morte terminũ & limitem hab
ergo neq; διαθήκη, neq; firmum ſtat fœdus, niſi in mortuis. Fœ
ergo & teſtamentum malorum cohors percuſſerunt adver
veritatem, ſperans conculcare & ſuffocare, quam revincere n
poſſet. Sed mentita eſt iniquitas eorum ſibi. Veritas enim, q
veniens ut ſalubria doceret ſeſe virtutum operibus omniũ fo
tiſſimam conteſtata eſt, ut pote quæ mortuos potuit ſuſcita
morte quoq; ſe invicibilem arguens, quò ſuo exemplo viam
ritatis doceret; cùm in vinculis eſſet ſemetipſam dereliquit,
metipſam deſtituit, non virtute, ſed defenſione ſemetipſam
inanivit, donec inſanus furor omnem venenatæ nequitię & m
litiæ impetum exæſtuaret, diſſimulavit, exſpectavit, ut perfe
virtus in maximo prælio ſpectatiore triumpho eniteſceret. V
ritatis autem, ſicut virtutis victoria, ſicut nec lucta, nec palæſt
non adverſus beſtias & bruta, non adverſus brutales & beſtial
Primum enim contra ſtultitiam ſapientiæ certamen eſt. S
quia ſtulti ea quæ ſibi noxia ſunt cupiunt, ſapientiæ & veri
bellum indicunt; & quod non poſſunt veritati & ſapientiæ, q
revincere non poßunt, carni & ſanguini bellũ intentant. Qu
quis igitur cum longo & alto animo cũ ſapientia tandem vin
re, cum veritate interim pati contentus & animatus eſt, vide
provideat & circumſpiciat in hoc incolatu, quos inter verſat
vel non ſcandaliſet, vel non provocet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[illegible]modo intelligatur idem Dominus Ieſus impijs petra ſcandali, & lapis offenſi[illegible], pijs autem petra refugij, lapis adjutorij, & rupes æterni fundamenti. Et quomodo idem lapis cadat ſuper impios: quomodo impij ſuper lapidem cadere dicuntur.

CAPUT LV.

[illegible]Ominus Ieſus veritas hæc eſt, qui pijs, & ſapientibus, & hu[illegible]milibus petra refugij, & lapis adjutorii, & rupes æterni fũ[illegible]nti. Sed idem ipſe etiam impijs & inſipientibus lapis eſt of[illegible]onis & petra ſcandali, ut qui ceciderit ſuper eum contera[illegible] ſuper quem ceciderit comminuet eum. Et hæc duo, quæ [illegible]riſim dicuntur, quaſi nunc aliquis cadat ſuper lapidẽ hunc [illegible]ionis, aliquando autem ſuper illum lapis offenſionis ca[illegible]uaſi aliud ſit cadere ſuper lapidem, & aliud obrui à lapide, [illegible]c ſeparanda ſunt, ut propter ſermonis varietatem etiam [illegible]nalem varietatem ſuſpicemur. Tota enim varietas atq; di[illegible]s in cauſali integritate ſalvatur, ut ſcilicet ex duritia con[illegible]ium intelligamus per offenſionem impios cadere ſuper [illegible]m; & in juſtitia ſententiæ & judiciorum Dei intelligamus [illegible] in Domino Ieſu per eorum offenſam & contradictionẽ [illegible] illis lapidem offenſionis & petram ſcandali, gravi contri[illegible]caſuram ſuper eoſdem per inexorabilem rigorem & ſeve[illegible]n judiciorũ ſuorum: ut verè ſicut in peccato conteruntur [illegible]ione, ſic æquitate conterantur, confringantur, comminu[illegible]n pœna. Lapideis cordibus lapis eſt & petra, qui mitibus, [illegible]ibus, & ſuavibus mel de petra, oleumq; unctionis de ſaxo [illegible]mo: ut quales nos Deo, talis etiam ſit nobis Deus noſter, [illegible]s cum ſanctis, perverſus cum pervertentibus cor ſuũ; quẽ[illegible]dum eadem lex coronat obſervantem, plectit contem[illegible], diverſa diverſis, cùm ſit ipſa eadeam in ſe nihil diverſita[illegible]ens, ut per omnia liceat eadem verba de lege dicere, quæ [illegible]ſlatore. Qui enim prævaricator ceciderit ſuper legem, [illegible]inuitur; & lex vera ſuper nullum, niſi impium, cadit. Et [illegible]per impium cadit lex juſta, quantò conterat eũ jam pri[illegible] npietate ſua contritum nemo qui neſciat. Iuſtus autem

rex, qui legem juſtitiæ, legem Dei habet in corde ſuo. Lex ani
mata eſt efficaciùs conterens contemtores, quàm lex ulla ſcri
pta in tabulis vel mēbranis. Omnis ergo qui ceciderit ſuper la
pidem iſtum confringetur, & ſuper quem ceciderit comminue
tur. Nec cadit lapis iſte ſuper quenquam comminuendum in ju
dicio & ſupplicio, niſi qui priùs offenderit in lapidem ſcandal
offenſionis & confractionis contumaciter contemnendo: u
verè & juſtè ſignum Filij hominis tunc appareat in cœlo, quād
videbunt in quē transfixerunt, quādo dabit illi Deus nomē ver
exaltatum ſuper omne nomen, etiam in cordibus reproborum
tàm excelſum & majeſtatis plenum, ut illi flectantur genua in
fernorum. Verè tunc poſitus in ſignum populorum, cui con
tradixerunt pridem, tunc judicandi, & frangendi, & converten
di. Nonne magnum ſignum Thomæ fuerunt recentia ſtigmat
Ioan. 20. paſſionis, quando ſignis illis convictus dixit; *Dominus meus, &*
verſ. 28. *Deus meus?* Eiſdem ſignis reſervatis convincentur & confuta
buntur qui transfixerunt & qui contradixerunt, quando vide
bunt in quem transfixerunt. Non igitur oportebit propter hæ
verba ad materiale lignum crucis reſervandum confugere, lice
reſervandum lignum putare nullum errorem implicat, & mul
torum pietatem fovet.

Quomodo Iudæi inexcuſabiles ſint de non credendo in Chriſtum. Ioannem miſſu
in teſtimonium Chriſti non propter Chriſtum, ſed propter credentes; quo non
obſtante adhuc in duritia permanſerunt, juſtè damnandi. &
de excæcata malitia Iudæorum, neq; miraculis Chriſti,
neq; teſtimonio Ioannis motorum.

CAPVT LVI.

Ioan. 1. *FVit homo miſſus à Deo in teſtimonium, qui teſtimonium perhi*
verſ. 6. *beret de lumine, cui nomen erat Ioannes.* Et proculdubio, quo
& 7. niam Ioannes miſſus ut teſtimonium perhiberet lumini, & vi
cinus lumini, neq; indignus tanto officio deputatus divinitùs
ſed talis, quo poſt Virginem matrem inter natos mulierum ma
jor non ſurrexit, ut & ipſe Chriſtus crederetur; primùm, cùm
ipſe eſſet angelus miſſus ante faciem Chriſti præparare viam an

te fa

..aciem ejus, neq; ipſe commiſſionis & officij ignarus eſſet, nõ
..cuit ipſe dubitare de quæſtione, quam per diſcipulos miſit ad
..um. Nam ſi Simeon paſſurum, Virgini matri de gladio ani-
..m ejus pertranſituro prædicens cognovit, Ioannes viam ei
..dicaturo præparans in hoc mundo, & paſſurum, & moritu-
..m, & ad inferos deſcenſurum præcurrens & prænuntians, viá
..tiam apud inferos præparavit, excelſos jam & ſublimiter e-
..litos viam Dei ſublimiùs eruditurus. Non igitur in illa quæ-
..ne per diſcipulos miſſa Ioannes dubitavit; ſicut nec Domi-
..s Ieſus, quando duobus euntibus in Emmaus itineris come
..rantibus quæſivit; *Qui ſunt hi ſermones?* Hic igitur Ioañes ſin
..are quidpiam conſtantis gratiæ in Domino Ieſu conteſtatu
..quando dixit; *Qui me miſit baptiſare, ille mihi dixit, Super*
..*m videris Spiritum Sanctum deſcendentem & manentem, ille*
..*qui baptiſat in Spiritu Sancto.* ut conſtantiæ prærogativa
..vilegium indicaret unionis. Liquet ergo in illo verbo, *Et*
..*nentem*, nulli ſanctorum illam fuiſſe manentis in ſe Spiritus
..ſtantiam; quia præter Chriſtum, Deum & hominem, ne-
.. baptiſat in Spiritu Sancto: baptiſarent autem in Spiritu San-
..,ſi videret Ioannes manentem ſuper illos Spiritum. Sed quid
.. qui miſſus à Deo? Certè, ſi à Deo, non ab re miſſus. Et ſi
..ſſus in teſtimonium perhibendum de lumine, lumen ergo
..imonio opus habuit. Sed lumen teſtimonio hominis opus
..n habuit; ſed homines credituri per illum ejus teſtimonio in-
..uerunt. Sicut illi, qui viſa ſáctitate Ioañis abſq; ullo miraculo
..n clara, qua illũ Meſſiam eſſe crederent, credita item venturi
..ſſiæ ſignorũ magnificentia, quæ præſẽtibus Chriſti ſignis ma-
..a fore non poterant, conferentes iſta Chriſti cũ vehemẽti de
..u teſtimonio Ioañis, nihil diffugij invenire potuerũt, quò mi
..s in Chriſtũ crederẽt. Hominibus igitur, nõ lumini neceſſariò
..ſſus homo, qui teſtimoniũ hominibus perhiberet de lumine.
..d valdè contra Iudæos non credẽtes neq; Chriſto, neq; Ioañi,
..verbum Domini Ieſu, *Matth. 11. Cui adſimilabo generationem* *verſ. 16.*
..*c? Similes pueris in foro ludentibus.* Quæ verba ut intelligãtur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

vehementer adſtruunt, leges humanæ loquutionis adhibendæ
intelligendis literis Sacris. Per denominationem enim oporte
generationem pro ſocietate humanæ communionis, qui tun
ſimul erant in Iudæa, ſive docentes veritatem, ſive audientes ea
Sic enim parabola continet utraſq; partes, tùm puerorum quibus
cinerunt & planxerunt; tùm puerorum quibus planxerunt &
cecinerunt, qui tamen neq; ſalierunt neq; lamentati ſunt. E
in ediſſerendo parabolam ſimiliter utraſq; partes explicat. Nam
hinc non recipientes & nihil motos, quomodolibet dicentibu
Domino Ieſu & Ioanne, ut verè juſtificata ſit ſapientia in judi
cio filiorum ſapientiæ: quia nihil omiſit eorum quæ facienda e
rant pro ſalute pereuntium, in exponendo utroſq;, in proponen
do magis docentes, in diſſerendo magis contemnentes, utroſq
tùm toto contextu involvit. Sed mirabilis Iudæorum duritia
qui poſt tale Ioannis teſtimonium, poſt tanta Chriſti miracula
quando ejecit vendentes & ementes de templo Dominus Ieſus
Matt 21 dixerunt; *In qua poteſtate hæc facis? Et quis dedit hanc poteſtatem*
verſ. 23. *tibi, ut hæc facias?* Quàm ſtulta quæſtio nequiſſimorum homi
num? quæ mox ex ipſa re quæſita refelli poterat. Quod enim
fecerat ante decem dies Lazarum reſuſcitando, propter quod
Ibid. pueri clamabant in templo; *Benedictum regnum David; Hoſanna*
verſ. 15. *in excelſis*, hoc evidens & grande opus erat, ut per ſeipſum con
teſtaretur: adeò ut qui quæreret, in qua poteſtate hæc facis? qui
dedit tibi hanc poteſtatem, ut mortuum quatriduanũ jam fœ
tentem reſuſcites? dementiæ refelleretur ab omnibus potiùs
quàm diligentiæ. Iam enim intra ſe confeſſi fuerant multa ill
ſigna facere, & ſi dimitterent eum ſic, omnes crederent in illũ
Multa ſigna. Cujus multa ſigna, niſi veræ divinitatis? Omnes cre
dent in illum Deum propter ſigna divinitatis. Quod ſciebant
omnes credituros, ipſi, cùm credere cogerentur, noluerunt cre
dere: adeò fuit voluntas eorũ quàm intelligentia nequior. Se
non mirum, veritas & ſapientia confutant & confundũt nequi
tiam, ut ubi volet reſiſtere non poſſet reſiſtere. dico, clara veri
tate, licet graßante perverſitate turpiter quandoq; reſiſter
permit

mittatur. Sic dictum eſt *Marci* 11. de Phariſæis & Herodianis;
mirabantur ſuper eo, quando contra ſpem ſuam tale reſponſũ verſ. 18.
ceperunt inſidiatores, in quo omnis eorum nequitia & malitia
ari poterat. Et hæc admiratio non ſolùm in reprobis homini-
; quin multò maximè in dæmonibus, quando obſtruet os
entium iniqua, ut quaquaverſum ſe volvant nihil habeant
d ſpecietenus oblatrent: ſed cogetur ambitioſa corũ nequi-
biq; deprehenſa & confuſa, exæſtuante malitia impudenter
mnibus contra ſtimulũ calcitrare, ſicut inſanus furor capite
m illidere quærens. Verùm hæc non miranda. Veritas, & a-
io veritatis, & deſiderium cognoſcendi veritatem, & ſcruti-
n, & inquiſitio, & comprehenſio, & incomprehenſibilitas
lorum ejus, & admiratio incomprehenſorum modorum de
na veritate, omnia merè naturalia ſunt, adeoq; contraria ma-
luntas, ut non poſſit ea ſedare, ſed velut igneam ſpinam in
o cogatur eam perferre.

uòd Dominus Ieſus omnibus lumen ſignatum ſuper eos, ne excuſationem habeant de non credendo; quò minùs damnentur increduli; quia intellectus bonus omnibus facientibus eum.

Capvt LVII.

Icit Dominus Ieſus *Ioannis* 16. de Spiritu Sancto; *Arguet* verſ. 9.
mundum de peccato, quia non crediderunt in me. Non quò ſo-
incredulitas peccatum ſit: eſt enim & ſuperbia, & invidia, &
daciũ, præter incredulitatem. Sed hoc peccatũ ita cõmemo-
quaſi ſolum ſit peccatum: quoniam id quàmdiu manet oĩa
ata manent, & cum eo diſcedente omnia peccata reliqua diſ-
nt, ut nõ manente infidelitate omnia etiam peccata dimit-
ur. Arguet ergo mundum de peccato ſuo: ſed & arguet de
tia aliena, veſtra ſcilicet, quę per fidem eſt credentium in me
em dura & ardua & arcta hac via & difficili ad Patrem cre-
ium iſta & non videntium hæc. Credetis enim hæc de me,
dendo de me mihi juſtificanti adhærebitis, & juſti eritis, cũ
me hæc facientem videbitis, aut videre poteritis. De judi-
utem arguetur mundus ex electione oblationis Pilati. In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

omnibus enim nobis, in omni loco, omni momento intra no:
agitur, nobis offertur quod Iudæis Pilatus interrogans, *Quem*
Mat. 27. vers. 17. *vultis ex duobus dimittam vobis, Barrabam, an Ieſum qui dicitur*
Chriſtus? Velut enim è diverſo ſemper nos circumſtãt hinc multitudines, confuſio à ſiniſtris, & ſalus à dextris. *Barrabah* filius multitudinis, inſigniter ſeditioſus, vinctus, homicida, latro, morti deſtinatus, *phaſeh* fit & tranſitus miſeris à præſenti vanitate in æternam miſeriæ calamitatem; Ieſum autem petentibus, mitem & humilem Agnum, immaculatam hoſtiam vivificam, ipſe *phaſeh* fit & tranſitus in ſalutem & vitam. Quantumlibet enim fluctuet multitudo, quantumlibet obſtrepant excuſare volentes &
Pſal. 4. vers. 6. queruli quærant, *Quis oſtendet nobis bona?* inexcuſabiles tamen ſumus. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Idem en Verbum, quod illis viſibiliter cum Barrabah ſenſibus in carne oblatum apparebat, omnibus hominibus lumen vultus Dei eſt ſignatum ſuper nos, cui ſi adhęreamus, obtemperemus, & ſequamur, lux erit & dux, & via directionis, & via, & viaticum, & baculus laſſitudinem ſuſtentans, donec fiat veritas nobis & vit in ſalutem; Barrabah ſingulis ſua quærentibus, diverſis, diſcordibus, ſeditioſis, tumultuantibus, laceßentibus & perimentib homicidis, primùm in ſe, demùm in proximos mutuis vulneribus & morte concidentibus, ut dejiciantur in perditionem; hau quaquam dignus, ut cum Ieſu in ſortem electionis offeratur, ni ſi quia in populo Iſrael Annas, Caiphas, Phariſæi, & inveterat dierum malorum corrupti Seniores erant, non minùs quàm diſcipulæ, Magdalena, Suſanna, mulieres de facultatib⁹ miniſtrãtes, illum ſequutæ à Galilæa. In hac propoſitione, in hujus propoſitionis reſponſione judiciũ eſt mundi; ex hac electione mũd judicabitur univerſus. Omnis n. homo ſimilitudine ſortem accipit: quia delectus & deſtinatio ſeparant inter filios perditionis & ſalutis.

Quanta bonitatis ſuæ exemplum poſuit Dominus Ieſus in ſole, quo omnibus obicem non ponentibus liberaliter luceat: et quantillam fidem ſuſcipiat ad ſalutem, ſed non ad gloriam.

Magnus

CAPVT LVIII.

MAgnum ſuæ bonitatis exemplum & ſimulacrum Deus in ſole conſtituit, ut, ubicunq; non obicem invenerit, mox lis radios fundat,& ſol ſuæ beneficentiæ regnũ erigat. Et quare obis hoc ſimulacrum omnibꝰ perpetuò propoſitum, niſi ut ſi- iliter de Deo noſtro ſentiamus nuſquàm ſuæ beneficentiæ re- num deeſſe, niſi quando obicem invenit? Et hoc præcurſor omini apertè dixit, clamans; *Pœnitentiam agite*, hoc eſt, à pec- *Marc. 1. verſ. 15.* ando ceſſate, fugite peccatum, odite peccare, & eo ipſo jam re- num Dei adpropinquat. Et quantò magis hoc egerimus, tan- magis regnabimus: adeò, ut ſi perfectè oderimus, perfectè re- nemus. quia nemo perfectè poteſt odire peccatũ, niſi qui per- ctè Deum amat: & illi ſoli perfectè regnum cœlorum, regnum diorum Dei adpropinquat. Et quia in hac vita nemo perfectè ccatum odit, ideò nemo perfectè regnat, neq; regno perfectè propinquat quàmdiu non perfectè in nobis eſt; neque hoc e- , niſi quando perfectè ſancti fuerimus. Poſteà perfectè beati gnabimus in cœlis. Præſens vita ſtatus optandæ ſalutis eſt; pa- diſus conquirendæ ſanctitatis, donec perfecta fiat. In ſtatu ſa- tis omnis bona voluntas actualis, malitiæ, nequitiæ, ſtultitiæ alem obicem non ponens, juxta verbum Domini ad Iacobum Ioannem; *Nolite prohibere, vobiſcum eſt qui non eſt contra* *Luc. 9. verſ. 30.* *os*. Magis autem hoc adſtruit ſententia, ſi regni hujus Regem ujuſmodi ſit conſideremus. Ipſe enim eſt, quem Ioannes, hujꝰ gni prævius præco, Agnum indice monſtravit, qui ſic regnare enit, ut mundi in maligno poſiti peccata tolleret. Et Pater e- s talis, qui non ſolùm in tali Filio complaceret, ſed etiam ſic undum dilexit, ut huic tali Agno, unigenito ſuo, non parce- t, ſed pro omnibus traderet illum in hoſtiam, victimam, pri- itias, decimas, pacificum, ſacrificium, holocauſtum & incen- um pro mundo; ut verè qualis Filius, talis Pater cognoſcatur. mmò, quia Filius ex Patre, non Pater ex Filio, potiꝰ qualis Pater, lis Filius; licet nobis miſſus à Patre Filius priùs iñoteſcit, ut per gninam ejus manſuetudinẽ etiam Patris in tali Filio cõplacẽtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

benignitatem, imò ex natura talis talem generantis cognoſcamus. Iam verò, quò nullus hoc loco ſcrupulus timori relinquatur, ſed univerſum Dei regnum benevolentia occupet, talis Agni, & Patris communis Columba eſt. Quid, quæſo, mitius poteſt homo de Deo ſuo regnum offerente cogitare? & per talem viam offerente, ut baptiſmo aquæ ſemel, deinde credendo Evãgelio tantùm & ceſſando à vitijs perverſis; & quàm diu ceßat à perverſa via, in via ſalutis ſit & ſalvus. Verè pax hominibus bonæ voluntatis.

Quòd timor Dei, quo ira Dei timetur, initium patentis ſapientiæ, fidei, & judicium, qui tamen naturalis etiam eſſe poteſt abſq; gratia.

CAPUT LIX.

NAturaliter filij iræ ſumus: quia licet ad veram ſapientiam conditi ſumus, abſq; tamen ſapientia ſumus, quàm diu id ſolùm ſumus quod naturaliter ſumus. Et quàmdiu abſq; ſapientia ſumus, naturaliter nos ipſos amamus. Hic amor ſi ſibi derelinquitur, quæ ſua ſint quæret. Liquet igitur quàm naturaliter filij ſumus iræ. Et hic propinquus articulus, ut cum vivacitate naturalis intelligentiæ ſuæ ſecundum inceptorem *Ockam*, derelicto lumine illo interno ſimul ac derelictus angelus apoſtata mox à primo inſtanti ſuperbierit, quæ ſua ſunt quærens. Verùm ſi ſapientiæ lumen luceat huic filio iræ, monſtrans irã doceat & ducat in adſenſum veritatis, jam initiatam ſapientiam habet. Sed ea initiata & parvula adhuc ſapientia vix dinoſci poterit, niſi conſentiens Evangelio de ira terribile judicet incidere in manus irati Dei viventis. Neq; vel ille ſenſus Evangelij, vel hoc judicium æſtimationis vera ſapientia vel judicij rectitudo habebitur, niſi hanc iram viventis Dei timeat, & contra poſt concupiſcentias ſuas non abeat, ſed metu iræ Dei carnem ſuam contra concupiſcentias caſtiget & in ſervitutem redigat. Hoc veræ & vivæ ſapiẽtiæ primum notionale argumentum eſt, & ſapientię cognoſcendæ principium dicitur. Naſcentis igitur & imperfectæ ſapientia principiũ eſt in eis qui naturaliter filij iræ ſunt: & hic timor pœnam habet, neq; manet in charitate perfecta, ſed cum creſcente chari-

charitate ſenſim evaneſcens. Alius autem eſt reverentialis timor ſublimis majeſtatis, qui manet in ſeculum ſeculi: quia cum creſcente charitate ſimul creſcit cognitio majeſtatis & æſtimatio dignitatis. Eſt igitur quidam timor ſapientiam naſcentem incipiens: eſt & alius perfectam ſapientiam conſummans.

Quantillam fidem Dominus bonæ voluntatis adprobat, etiam erroneam; ſed provocat, docet, & ducit gradibus ad perfectum: ex pietate credentium Johannem eſſe Chriſtum.

CAPUT LX.

QVando Iohannes vidit quendam, *Marci 9.* eiicientem dæ- *verſ. 38. & 39.*
monia in nomine Ieſu & prohibuit, quia non cum Apoſto-
lis Dominum Ieſum ſequebatur, vetuit eũ Dominus prohibere.
...it ergo non eos prohibendos à bono opere propter defectũ
...us boni operis perfectioris, uti erat in illo quem Iohannes
prohibuit. Credebat enim in Ieſum, & habebat magnam de Ieſu
opinionem, & adeò magnam, quòd etiam dæmonia ejecit. licet
ejus credulitas non tanta, ut ſimul cum Apoſtolis relictis o-
mnibus ſequeretur. Verùm quia Domini verba ſequentia piè ſa-
...imperfecta imperfectorum fide loquuntur, valdè cum gra-
...gendus paſſus iſte, cùm ſubdit; *Nemo enim eſt qui fecerit* *verſ. 39. & 40.*
...tem in nomine meo; qui poſſit confeſtim de me malè loqui.
...nim non eſt contra vos, pro vobis eſt. Multùm hîc penſanda
... verba Pauli, dicentis; *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, ni-* *1. Cor. 12. verſ. 3.*
...piritu Sancto. Dicere inquam ſenſu, adſenſu & conſenſu,
...nim eſt prorſus dicere, ſenſu mentis, adſenſu adſerentis, &
...nſu volentis ac deſiderantis. Et præſertim penſandum ex
...quo tractat Apoſtolus diſcretam agnitionem ſpiritualium.
...luditur ergo fideliter, quòd omnis qui ex corde ſentit, &
...rit, & conſentit Ieſum verè Dominum eſſe, quòd omnis il-
...pitu Dei agatur. quemadmodum Cornelius etiam ante cre-
...n Chriſtũ, antequàm baptiſaretur. Quomodo enim ba-
...tur qui non credidit? Quomodo crederet qui non audie-
...uomodo audivit cui non adnuntiatum fuit? Quomodo i-
...vivebat ſine fide? Hîc notandum, fidem ſæpè ſalvam eſſe cũ

errore credentis. Eſt enim fides donum Dei mentem rationa
lem ſpontè inclinans ad acceptam Evangelii veritatem. Sed an
tequàm audiat aut adprehendat non poteſt fides hoc efficere; ſe
ſolùm inclinat mentem in præparatione animi, quo fit promtu
paratus credere dicenti Deo in omnibus. Et hæc animi pron
titudo etiam in quodam errore credentis donum Dei ſalvu
conſervat; quoniam niſi obdurato corde pertinacis animi fid
non perditur. Hîc conſiderare congruit, quòd Ioannes Baptiſ
etſi ſignum fecit nullum, ſed quia neq; manducans, neq; biben
neq; veſtiens, velut lucerna ardens & lucens, teſtimoniũ de l
mine perhibens, invenit adeò ſibi credentes, ut putarent eu
eße Chriſtum: & fides illorum, licet ex radice pullularet pietat
ergo antequàm crederent hoc de Ioanne, quod Ieſu non crec
derunt, habebãt pietatem & erant bonæ voluntatis. Quia tan
pietas imperfecta, quia indiſcreta, ac per hoc erronea, reducen
per eundem, dicentem; *Quem putatis me eße non ſum, ſed p*
me veniet ille. Ecce radicem fidei, pietatem operis in Ioanne: c
ſidera ſilveſcentẽ præcipiti credulitate, qua putabant eum Ch
ſtum. Sed putationis falſæ reſciſſum quod ſuperfluum; unde i
moderata fides eorum tranſlata in Chriſtum, cujus opera m
teſtificabantur Deum eſſe, ut ſaltem opus miraculoſum add
vitæ ſanctitati magis firmaret fidem adſpicientis. Vnde dixeru
Ioan.7. Iudæi, *Ioannes quidem nullum ſignum fecit. Chriſtus autem c*
verſ.31. *venerit, num plura ſigna faciet?* Verùm ubi firmata fide De
eſſe credit loquentem, poſteà non his confirmationibus o
habet: ſed jam & miracula & miraculorum virtutem, & vitę ſ
ctitatem in Deum velut cardinem refert. Hujuſmodi ergo g
dibus incrementa ſuſcipit pietas fidei. Prophetæ ſanè fidem
incrementis invenerunt apud contemporaneos ſuos, ut per
loqui Spiritus Dei crederetur: quod quantumlibet altum ac ſ
lime teſtimonium tùm & pręconium duntaxat, ſicut & Ioh
nis officium erat. Oportuit ergo longè alio ſublimitatis priv
gio Chriſtũ exaltari & excelſũ fieri, quò tanto nuntio, tãto te
monio dignus fruct⁹ referretur. Et profectò ſic decebat, quo ta

...s præcones maximus Dominus ſequeretur. Sic n. via eſt cre-
...ti fidei. Neq; decebat ſolùm hoc, ſed & poſtquàm à Spiritu
...cto inſpiratis Prophetis pronuntiatū, oportuit impleri Scri-
...ras, non ſolùm ut Prophetæ veraces invenirentur, ſed ne ipſe
...s mendax argueretur. Iam verò ſi conſideremus, quis Deū
...anc neceſſitatem conjecerit, invenimus charitatem, qua ſic
...s Pater dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum non
...mitteret & promiſſione obligaret, ſed inſuper promiſſum &
...tum daret, mandaret, traderet, derelinqueret, donaret plenū
...iæ & veritatis. Quis hîc non videat quantum id quod opor-
...n ſe habeat quod expedit, quod decet, quod placet, quod de-
...t, quod beatificat.

...ntis incrementis fides parva, ſi tamen viva, creſcit & augetur: quantiſq; per-
...lia itidem incrementis in profundum malorum dilabitur. ex parabola grani
...napis, & veprium, & Zizaniarū: & quòd fides grano ſynapis cōparatur.

CAPUT LXI.

...Vjus ventilabrum in manu ſua, purgans, emundans aream
...ſuam; ſeparando paleam à frumento. Manifeſtè quidam hu- Mat. 3. verſ. 12.
...odi ſunt, ut nulla eos ſalutis aut beatitudinis monimenta
...eant aut alliciāt: cujuſmodi fuerunt Phariſæi & Scribæ. Alii
..., ut ſi audirent avidè amplecterentur; quemadmodum Cē-
..., & reliqui *ſuprà* memorati. Hi frumentū ſunt; primi, pa-
...nt ſteriles, nullo cultu fructum facientes. Nec obſtat, ſi a-
...cripturæ loco *terra bona & terra mala* dicuntur, quibus ver-
... ſalutis & beatitudinis pro ſemine eſt fructificante. Sed in
...arabola verbum ſalutis & regni ventilabrum eſt, palearum
...menti pondus diſcutiens. Credibile videtur valdè, ut qui
...omnibus pleno Sacerdos officio interceſſit, immò pro
...fixoribus exoravit, clamans ad Patrem; *Pater, ignoſce* Luc. 23.
quia neſciunt quid faciunt: quòd etiam pro iſtis bono verſ. 34.
... paratis oravit; & qui orare voluit, & qui judicabit ſepa-
...n ftumentum à palea, quod etiam ipſe ventilat. Sed ubi?
...d ſi non hîc per defectum neceſſariæ prędicationis, non ta-
men

men propterea nuſquàm, aut nunquàm. Quando igitur, & ubi?
Certè in die Domini magna, in die tentationis in deſerto, in die
Filij hominis, quando veniet & pulſabit. Tales autem ubi eis ad-
nuntiatum fuerit, tanto incremento fides creſcit, ut meritò gra-
Mat. 13. noſynapis comparetur. de quo dicit in Evangelio; *Simile eſt re-*
verſ. 31. *gnum cœlorum grano ſynapis, quod accipiens homo ſeminavit in a-*
& 32. *gro ſuo: quod minimum eſt omnibus ſeminibus; cùm autem creve-*
rit majus eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cœ-
li veniant & habitent in ramis ejus. Nil mirum ergo, ſi fides,
quæ eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, grano ſynapis compare-
tur: quia ſubſtantia ſperandarum rerum regnum eſt, & verè re-
gnum; regnum ergo cœlorum. immò regnum Dei. Habet enim
granum ſynapis, & univerſaliter omne granum, ſi verè granum
vivum eſt, ſui generis & originis parilem fœcunditatem. Habe
& fœcunditas æternitatem. Habent hæc duo, fœcunditas & æ
terna viciſſitudo, æternam immenſitatem & numeroſam infi
nitatem. Vnum enim granum ſynapis, ubi fœcunditas ejus non
vetaretur, ſi ſemper in cōmodo agro ſereretur, ante centū anno
terram & cœlum impleret. Nil mirum ergo, ſi fidem ſanctorum
ſuorū Dominus Ieſus grano ſynapis comparet; *Si haberetis*, in
Matt. 17 quit, *fidem ſicut granum ſynapis*. Quia verò ſanctorum viva eſt fi
verſ. 20. des, æternam fœcunditatem germinabit, & incomprehenſibi
quadam interim prægnat immenſitate. Quid enim incompre
henſibilius, quàm ut laborum & patientiæ ejus Deus ipſe me
ces ejus fiat? ut ſicut nunc fides natura ſua prę nubit Verbo inca
nato, ut *infrà* patebit; ſic probata & exercitata poſteà ſumat al
& oculos, ſi pro auribus viſio ſpei nubat æternum. His tantis b
nis interim prægnat granum ſapientis fidei. Sed nec minùs gr
num inſipientis perfidiæ. Incredulorum ſtultitia non pote
manere in ea menſura parvitatis, in qua nunc eſt, ut ſolùm
ſentiat quæ ſentit, & adſentiat, & conſentiat. Semper n., ve
nolit, ſtultitia germinabit, & omnis germinatæ zizaniæ coh
rens & colligatus acervus hortum ſuū nō deſeret, quoadusq; un
verſā faciem agri ſpinis ac tribulis repleat: cujus horrorem nu

terg

...iverſatio tegere poſſit, adeò ut ſuis cultoribus horrida ſit; ...madmodum furti ſtultitia detecta furibus ipſis horrori eſt. ...titia nequitiam parit. Stultitia cũ nequitia malitiam fovet. ...uodlibet horum rediviva ſemper fœcunditate germinabit, ...ec in profundum ducat malorum, & contemtores faciat, & ...temtores contumaces & obſtinatos & obduratos malleis ...nalibus percutiendos, & conterendi non conterantur ut à ...umacia ſua humilientur. Verè igitur horrendum granum ...is eſt ſtultitia concupiſcentiæ; quia parva quælibet ſtultitia ...ra Dei ſapientiam, quantumlibet parva videatur in princi... ...i ſinatur germinare & parturire, maxima fiet in fine. Quod ...n arguit Apoſtolos Dominus, *Marci 8.* dicens *eos videntes* ...*videre, & audientes non audire. &c.* correptio eſt de eo *verſ. 18.* ... non profecerunt in fide. Hinc admonemur, magno diſcre... ... moderamine verba Sacrę paginę legenda. Videmus enim ...verborum improperio *Matthæi 13.* & *Lucæ 8.* communem ...pulum ex una parte; & ex alia parte fideles diſcipulos jam ad ...olatum electos & adſumtos. *Marci 8.* utramq; partem vi... ...ans & improperans dicit *videntes non videre & audientes* ...*udire.* Et cùm veritas ipſa utrumq; dicit, neceſſe eſt utrũq; ...m eſſe quod dicit. Vigilanti ac diligenti ſcrutinio ſcrutan... ...quomodo verum ſit. Multitudo enim oculos habens non ...at per fidem, quæ Apoſtoli videbant & credebant: & ita ...s non videbat, & audiens non audiebat. Apoſtolorum igi... ...diſcipulorũ oculi beati, quibus videbant & credebant: au... ...r credentes quæ illi non credentes etiam non videbant ...udiebant. Quòd verò Apoſtolis verborũ quidem ſchema... ...ili dicitur; *Adhuc excæcatum habetis cor, oculos habentes non* ...*,& aures habentes non auditis*, imperfectionis tantùm eſt ...perium: quaſi diceret, Videtis quidem plus quàm incre... ...ideò etiam, ut verè credatis & Spiritu vivatis, & ideò beati ...culi veſtri; ſed quia non videndo profeciſtis ad ulteriora ...nda ac dijudicanda, ideò videntes ad vitam & ſalutem nõ ...s ad ulteriorem profectum. Primum verbum ad multitu-

dinem

dinem abſolutè dictum diſcretivum inter vivos & mortuos. Po
ſtremum ad Apoſtolos comparativè dictum ad ulterioris vit
gradus. Valdè igitur errori & præcipitio temerari' lector expoſi
tus eſt, qui nõ diſcretionis dente Scripturas ruminat & confer

Quæ ſit differentia fidei vivæ, hoc eſt, credendi in Dominum Ieſum, & cred
re Dominum Ieſum: *& quid credere in eum: & quòd ſecunda fides etiam in pe*
tinaciſſima voluntate ſimul ſubſiſtat dæmoniorum & Iudæorum in pœnam.

CAPVT LXII.

Ioan. 11. verſ. 45. M*Vlti ergo Iudæorum, qui venerunt ad Mariam, & vident*
quæ fecerat Ieſus crediderunt in eum. Quomodo credid
runt in eum? Numquid quoniam Lazarum reſuſcitaſſet? H
certè credere non poterant, quoniam viderant factum. Sed qu
viderant reſuſcitantem quatriduanos mortuos, de illo credid
runt quod non viderunt, Deum eſſe; & propterea univerſu
cogitatum credulitatis ſuæ jactandum in illum, illiq; fiducialit
hærendum, tanquàm ubi falli non poſſent. Hoc enim crede
Ibid. eſt in eum. Sic Martha credidit in eum, quando dixit; *Ego cred*
verſ. 27. *di, quia tu es Chriſtus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum ve*
iſti. Vnde etiam illi credidit, quidquid ex ore ejus unquàm pr
diturum erat, verum fore. Et hæc parata promtitudo mentis cr
dentis credere eſt in Deum, & verè λατρεία fidelium, & victo
vincens mundum. Et qui hoc modo credendi in quenquã cr
dit præterquàm in Deum, idololatriæ reus eſt. Vnde hac cred
litate non crediderunt illi Iudæi qui abierunt ad Phariſæos,
dixerunt eis quæ fecit Ieſus: neq; etiam Phariſæi ipſi, qui narra
tibus iſta crediderunt. niſi enim narrantibus crediddiſſent, n
coëgiſſent conſilium. Neq; Pontifex anni illius Caiphas in i
credidit, quamvis confiteretur veritatem, quia hic homo mu
ſigna facit: quia ſi crediddiſſent in eum, nunquàm in Regem gl
riæ ſceleratas manus extendiſſent. Habet ergo promta credu
tas iſta multam, ſed velut in radice paratam voluntatis inclir
tionem, quæ ſi deſit, non ſolùm ſterilis, inutilis, & mortua c
dulitas eſt; ſed, quod gravius eſt, ſceleſta. Dæmones enim cred
Et eò gravius peccatum eſt hæc fides, quò cùm credunt nequis

actant. Neq; peccatum tantùm eſt iſta credulitas, quin juſto
tificioſiſſimo Dei judicio ſupplicium fiat credenti. Quem
n graviùs urentem ignem Caiphas & Phariſæi perferre po-
unt, & quem quocunq; fugientes ſecum circumferebant ſe-
urentem, quàm ſeipſos habere teſtes & judices tantæ ne-
æ, quos nulla tergiverſatione declinare potuerunt? Quod
Paulus dicit, *Si cognoviſſent, nunquàm Dominum gloriæ cru-* 1. Cor. 2.
iſſent, intelligendum de cognitione credentis in eũ occulta- verſ. 8.
æ mentis inclinatione, quæ quàm diu deeſt, non in vera,
ecta, & ſalutari ſunt agnitione; per cujus defectũ omnis ma-
gnorans eſt, quantumlibet noverit veritatem. Quoniam e-
lignum ſcientiæ veritatis eſt, his quidem lignum ſcientiæ
; his autem lignum ſcientiæ mali: lignum ſcientiæ boni,
ntibus; lignum ſcientiæ mali, curioſis & avertentibus. Quis
ſcientiam veritatis magis clariuſq; adſequutus eſt dæmo-
Et quis nequiùs Deum odit quàm dæmones. qui etiam in
icio illo ſuo infernali odire & contumaciter odire non ceſ-
juxta illud, *Superbia eorum, qui te oderunt, adſcendit ſemper.* Pſal 74. verſ. 24.

ides mortua etiam prophetijs & miraculis coruſcans reproba eſt & incogni-
oc eſt, non adprobata Deo, quò dignè quiſq; timeat, quantiſlibet virtutum
operibus niteat, neſciens an amore vel odio dignus ſit.

CAPUT LVII.

Vlti dicent mihi in die illa; Domine, non ne in nomine tuo
prophetavimus? in nomine tuo dæmonia ejecimus? in nomine
rtutes multas fecimus? Et confitebor illis, Neſcio vos. Diſ-
à me operarij iniquitatis. Matthæi 7. Ergo ſi operarij ini- verſ. 22.
tis, quomodo in nomine ejus virtutes multas fecerunt, dæ- & 23.
eijciendo & prophetando? Certè, quemadmodum hodie
riter pro gloria nominis ſui ad ædificationem fideliũ per
ios iniquitatis baptiſat, euchariſtiam conſecrat, & alia or-
peratur: ita etiam quandoq; donat certis ex cauſis, ut dæ-
eijciant, ut filij *Scevæ*; & prophetent, ut *Caiphas*. Non
gaudendum, ſi dæmonia ſubijciantur data virtute calcan-
r omnia dæmonia; ſed in hoc gaudendum, ſi nomina

noſtra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

noſtra ſcripta ſunt in libro vitæ:in quo nemo ſcribitur, niſi cu-
jus nomen ſive fides vivit. Mortua nomina non ſcribuntur in
libro vivo. Vivunt igitur omnes illic inſcripti. Sed quomodo
vivunt, niſi melioribus chariſmatibus, & in excellentiori via
charitatis? qua ſine neq; prophetiæ, neq; linguæ hominū, neq;
etiam angelorum, veram ſpiritus vitam arguere poſſunt magis
quàm cymbalo tinniente aut ære ſonante muſica harmonia
quæ licet artem reſonant muſicam, non artis vitam in ſe habēt
Virtutes multas faciunt qui corpora ſua tradunt ut ardeant, qu
omnem ſubſtantiam ſuam diſtribuunt in cibos pauperum, qu
fide montes transferūt, qui omnia myſteriā norunt, qui ōnen
prophetiam habent. Et majora ſunt hæc, quàm ut Ariſtoteles
aut Plato, aut aliquis Philoſophorum, qui multa de virtute lo
quuti ſunt, de iſtorum rectitudine judicare non poſſunt. Se
hæc omnia quia ſine charitate divinitus donari poſſunt, a
donantur nonnunquàm, immò crebrò, quia multi dicen
in illo die, *Nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus*
ideo charitatem non habentes ita mortui ſunt, ut in conſpe
ctu Dei & in judicio Dei nihil ſint. Nulla igitur abditc
rum ſcientia, nullum ſcientiæ ſtudium, nullæ ſtudioru
commoditates acceptum Deo facient; ſed ſi adprehender
mus diſciplinam, ut à magno Magiſtro diſcamus mites, hum
les fieri, & in his ediſcendis fideliter ſtudeamus & inſudemu
diligamus miſericordiam in proximos, & mites erimus, faci
mus judicium de nobiſipſis rectum, & humiles erimus: quia
nos rectè judicemus, inveniemus nos indignos cunctis miſer
tionibus Dei, qui nihil habentes quod non accepimus, neſcie
tes utrum amore vel odio digni ſimus, ſuper quibus magna ſo
licitudine ambulandum cum Deo. Vidi quorundam nomin
torum exitum calamitioſum, & anguſtiæ & amaritudinis plen
foris, quibus anguſta illa amaritudo, licet ad exercitium eſſ
magnam tamen ſollicitudinem incutere debet ſpectatori, vi
Luc. 10. deq; ſemper ante oculos habendum verbum illud; *Multi dice*
verſ. 20. *mihi in die illa, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus? a-*
mor

nia ejecimus? virtutes multas fecimus? Item illud; *Nolite glori-*
quia dæmonia ſubjiciuntur vobis. &c. Et illud; *Si linguis homi-* 1. Cor. 13
loquar. &c. quoniam in illo verbo, *Multi dicent*, apertè verſ. 1.
vincitur in pluribus magnalia hæc, & quæ niſi Spiritu ope-
e non fiunt, reperienda ſine adjuncta charitate; vel ſaltem ſi-
erſeverantia, ſi fuerint facta concomitante charitate. Et quia
ti erunt qui talia dicent, valdè nutat canoniſatio illa Roma-
ontificis fundata ſuper tali inquiſitione, qualem vidi Vene-
per Commiſſarium & Notarios Curiæ Romanæ, de priore
& miraculis Patriarchæ Aquilegienſis. Et licet valdè nutet,
ilior tamen eſt, quàm ſi paſſim fluctuaret vaga licentia popu-
. Valdè confert verbum hoc ad intelligendum, *Neſcit ho-* Eccleſi. 9.
trum odio vel amore dignus ſit. verſ. 1.

*acilè nemo deſperet, quantillam pietatem fidei Dominus Ieſus acceptet, ſal-
em pietatis, ſit exemplo Phariſæi, cui dictum eſt parva pietate pollenti,
quia non longè erat à regno: & exemplo diſcipulorum Ieſu valdè imperfectorum, quæ pietas multorum erat tempore paſſionis.*

CAPUT LXIV.

NOn conſternare debent verba prædicta Evangelii, etſi minore charitate ſumus. Quoniam non magnæ charitatis e-
hariſæus ille, *Marci* 12. cui ait Dominus Ieſus, *Non longè* verſ. 34.
regno Dei. quem (poſtquàm reſpondit, *benè, Magiſter, in ve-* Ibid.
e dixiſti, quia unus eſt, non alius præter eum, & ut diligatur verſ. 32.
to corde. &c. tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere & 33.
*imum tanquàm ſeipſum majus eſt omnibus holocauſtomatibus
crificiis*) videns Ieſus quia ſapienter reſpondiſſet, tametſi ad ndum acceſſiſſet, dixit illi; *Non es longè à regno Dei* Habe- ore & in corde ſuo verbum quod prædicavit Paulus. In e verbum rectæ credulitatis; in ore confeſſionem veritatis. nam debet hoc verbum Domini Ieſu fidelibus adferre con- tionem, ſcientibus ejuſdem veritatis integram in cordibus credulitatem, & crebram in ore ſuo ejuſdem veritatis con- ionem, ac per hoc ſcientibus, & verè ſcientibus, non lon- eſſe à regno Dei, tametſi non, quo cupiunt, ſtudio ferveant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

charitatis. Ille enim ut revinceret, aut ſaltem ut tentaret, ac
ceſſit, & præter ſuam præſumtionem victus non audebat ampl
ùs interrogare. Sed revera grande fuit verbum fidei ejus
confeſſionis. Dicit enim Evangeliſta; *videns Ieſus quia ſapien*
ter reſpondiſſet. Sapiebat enim ei, qui non ſolùm veritaten
confitebatur, ſed guſtabat etiam bonitatem. Dicebat enim
benè in veritate dixiſti. Cui ergo ſapit veritas legis, charitati
hic ſapiens eſt. Credebat enim qui dixit *verè*: ſapiebat etiar
qui dixit *benè*. Præterea ſapuit & Petrus Apoſtolus, quando qu
caro & ſanguis non revelavit, ſed Pater qui in cœlis eſt, cognovi
qui tamen eadem hora, eodem loco, ab eodem Domino audivi
Matthæi 16. *Beatus es Simon Barjona, tibi dabo claves. &c.* I
verſ. 17. & 19. *vade retrò Sathana, ſcandalo es mihi.* Item; *Caro & ſanguis n*
verſ. 23. *revelavit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt.* Et mox poſte
Non ſapis quæ Dei ſunt. Cur hoc? niſi ut intelligam, ſeverit
tem judiciorum Dei non obſtare, quò minùs miſericordia jud
cium ſuperexaltet. Oportet enim nobis noſtrum imperfectu
innoteſcat, ut non nobis demus gloriam, ſed Deo. Quòd eni
non ſapuit Petrus quæ ſalus filiorum Dei, quæ Dei gloria ex
pere redemtionis accederet, id inſipientiæ ex ipſo fuit: & qu
ex ea ignorantia procedens noluit Chriſtum pati, inde ſcand
lum fuit. At quòd confeſſus eſt Chriſtum Filium Dei vivi, n
ex ſuo, ſed ex Patre revelante fuit; revelante prout & quantu
voluit. Revelavit Petro quia Ieſus erat Chriſtus, Filius Dei
vi; non revelavit paſſurum. Et ex hac ignorantia procedente
Dominus redarguit in Petro perverſitatem: quæ quia ex ign
rantia proceſſit, facilem habuit correctionem. Mox enim ut
vit adquievit, non retrorſum abiit, quia non in ſcandalo p
manſit. Non igitur conſternetur aut dejiciatur puſillanimis
noſtra, ſi quando vel ignorare, vel errare, vel minùs amare r
deprehendamus; modò non pertinaciter obduremus, ut in ſca
dalo perſiſtamus. Nihilo n. propter hanc ſuam inſipientiam p
ſteà Petrus Domino Ieſu minùs familiaris legitur exſtitiſſe,
Petrus ex hac correptione adverſus Dominum exacerbatus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quoq; inconveniens eundem propter contrarias in ſe leges
ei & peccati, eundem nunc beatum, nunc Sathanam à re-
ante in ſe lege nominibus nominari: quantoq; lex una da-
natur, tantò ſervit altera, ut rariùs inveniatur in quo lex pec-
i penitùs ſerviat, quanquàm in Virgine matre certiſſimũ fu-
t. Nos autem magna parte beati ſumus, quando non regnat
catum in noſtro mortali corpore. Convenit hîc perpende-
plurimorum ſententiam, volentium fidem Eccleſiæ tempore
ſſionis tantùm remanſiſſe in Virgine matre. Si loquantur de
e perfecta & formatiſſima, facilè conceditur. Sed ea fides non
ùm in tempore paſſionis in ſola Virgine ſalvata fuit, ſed et-
n per totum tempus vitæ ejus nulla talis fides fuit in alio ali-
o juſto vivente ex fide. Si verò de quolibet gradu fidei for-
tæ, ex qua juſtus vivit in Spiritu, de qua hactenus loquuti ſu-
us, videtur valdè contra facere verbum illud; *Ecce vir nobi-* Luc. 23.
decurio, nomine Ioſeph, vir bonus & juſtus, qui non erat con- verſ. 50.
tiens actibus eorum, qui & ipſe exſpectabat regnum Dei. I- & 51.
m, fides viva & formata erat in latrone. Item, erant viri reli-
oſi in omni natione quæ ſub cælo eſt, diſperſi in omnes nati-
es in ſtatu gratiæ viventes in interiori homine per fidem. Et
nturio, *verè*, inquit, *Filius Dei erat iſte.* Et multi percuti- Ibid.
tes pectora ſua revertebantur. Pro magna item conſolatione verſ. 47.
non alta fide ſapientium, *Marci.* 9. de ignorantia diſci-
lorum quærentium inter ſe quid eſſet verbum hoc, *de ex* verſ. 10.
ortuis reſurgendo. quæ ignorantia videtur magis ex illorum
advertentia & inconſideratione, quàm verborum involu-
ne procedere, ut manifeſtè contigit eis ex verbis Domini
u clarè, diſtinctè, & articulatè paſſionem, illuſionem, fla-
llationem, crucifixionem, mortem, & reſurrectionem diſ-
rnentis: & ipſi nihil horum intellexerunt, quia erat verbum
aſconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Et
: punctus valdè conſolatorius piis cordibus, quòd non
mper ſtupor ex duritia mentis & inſenſibilitate contingit, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

aliquando pia Dei diſpoſitione abſconditur verbum, etiam clarè dictum, ne intelligamus pro tunc: & id, quia tempore illo vim verbi attendentes ferre non poſſemus. Multa valdè verba habet Dominus Ieſus dicere ſingulis fidelibus, ſed ea ſervat in tempus quo poſſint portare.

Quàm parvæ pietatis Petrus fuit quando negavit Dominum, & ceteri Apoſtoli: & utrum Magdalena & Petrus à vita deceſſerunt in illo triduo paſſionis: & utrum ſcandalum Apoſtolorum mortale ſcandalum fuit.

CAPVT LXV.

NOn minus conſolationis monimentum eſt, ſi tamen ſapienter advertimus, Petri Apoſtoli, qui præ ceteris Apoſtolis Dominum Ieſum amavit. Quid ergo de ceteris Apoſtolis illo tempore judicandum? Sanè, ſi propter infirmum amorem Petrus non invenitur verè amaſſe, liquet reliquos minùs amaſſe; & ideò ſimiliter tentatos graviùs fuiſſe ruituros, cùm tamen in cæna ejuſdem noctis accepto pane vitæ & potu ſalutis audiſſent pro ſe tradenda, & ſalubriter manducabant & bibebant. Non tamen propterea neceſſarium ſaluti finali & beatitudini amoris gradum ſolum reliquerunt, ſcandaliſati unde debuerant provehi. Quòd enim patiebatur, eos id ſcandaliſabat, cùm tamen pro eis non minùs amans, quàm Patri obediens pateretur. Propterea enim mandatum Pater dedit, quia illos amabat; & Dominus Ieſus illos amans, & ex amore ſublimi talia pro eis patiens, illos unguento ſcandaliſavit, aut fortè magis ipſi ſeipſos amantes, proprio ſui amoris fermento corrupti ſcandaliſaverunt. Sed fidelis amator non parvulorum ſuorum amorem infidelem quia imperfectum, conſiderans, integri ſui amoris officia deſtitit perficere, donec eos veros & perfectos faceret amatores. qualis tempore paſſionis ſi fuiſſet Petrus, acerbiora ſibi fuiſſent vulnera Chriſti quàm ſua. Et quid ei fuiſſent perfectè amanti perfecteq; ſcienti, propter ſe cuncta fuiſſe patrata? Habet ergo infirma multitudo gregis Chriſtiani firmam ſpem repoſitam ſuo tempore, hoc eſt, in tempore divini beneplaciti, aliquando parvulos omnes induendos virtute ex alto, ut verè, perfectè Dominum

: & credentibus promiſit ſigna, quæ ipſe fecit, facere. A-ò ille fons manare non ceſſat, tantùm non deſit, quam quæ-, occaſio. Quid enim aliud quàm occaſionem quærere vide-, quando ex tantillis principiis tantam ſalutem offert? Ne-nodum in ſcirpo quærere, ſed etiam in rubo reſecare, quaſi s ei ſit pro ſuſcitanda filia ſi credit pater, lugentis patris dolo-m non conſolari, ſed lætificare venit; ſolùm ſi credat. Ergò id, ſi amarunt cum Lazaro, Martha & Magdalena?

Quòd fide deſponſamur Verbo, ſpe conjugio habiles efficimur, charitate copulamur: & aliis amore, præterquàm Verbo adhærentes, adulteramur.

CAPVT LXVIII.

Tſi diverſis, germanis tamen locis Verbum atque fides orta, deoq; pulcro & ſpectabili conjugio copulantur. Multus dem Verbo labor & ſudor, multa pugna pro vendicanda ſa ſua. Sed & novella ſponſa, quanquàm deſponſata, quò en ad nuptias perveniat, quia non parva ferenda, fortitudi-opus habet: unde adoleſcat oportet antequàm nubilis fiat. utem, ſi fides augeatur & creſcat, quatenus fida, fidelis inve-ur. Fides enim ſi fida fuerit ſpei fiduciam parit, ut confidat ere, & vincet mundum, & omnem poteſtatem inimici. dit enim Verbo dicenti; *Confide, quia ego vici mundum.* & llius victoriam propter ſe patratam, quemadmodum pro- ſe ſubitum bellum. Agoniam igitur illam propter ſe ſuſ-am, & victoriam nimirum ſuam fidit: & ſi fidelis fuerit pro-natori ſuo & amatori, non tàm confidit quàm amabit. Vel-adam ætatum ſucceſſione primùm infantula fides eſt cre-is: puella deinde, cùm fide confidere cœperit ſpe accincta; n amorem fides tranſit, ubi fidelis omnem reliquum deſpi-morem. Non ergo infructuoſum bellum, cui commune Verbo regnum & convictus æternus. Verbum enim etſi rne Deus, fides etſi in homine, Deo digna eſt: quippe quæ i, niſi Verbo Domini, nata ac deſtinata naturaliter & ſuapte, *Ioan. 16. verſ. 33.*

omnem reliquum reſpuens amatorem, jam ſpecioſa non ſo-
lùm, ſed & decora adoleſcentula, ſancto conjugio habilis, me-
mor agonum pro ſe ſuſceptorum, illis ſolis intentè intenta, illis
vacans, in his verſatur, in illis meditatur, de illis nimirùm liben-
ter loquitur, ut pote quibus potiſſimè delectatur, jugiter mente
revolvens quanti eam fecerit ſuus amator. Quòd ſi alteri ver-
bo, velut indigno proco aut amatori, aurem præſtet, non ſolùm
fatua & excors; verum ſtuprata, contemta, deſpecta, æternis mi-
ſerijs abjecta relegabitur, ubi non amplius credere licebit comi-
nationem; ſed quia veritatis pollicitationem abjecerit, e viden-
tiſſimis flagellis æternam perſentiet miſeriam. Velut enim duæ
extremæ regiones; miſerorum una, reliqua beatorum, utraque
videntium, ac quod ſuum eſt metentium ac poſſidentium. Ter-
tia regio media eſt ſerentium, & in fide ac ſpe meßem ſuam ex-
ſpectantium: in quam licet promiſcuæ, duæ duntaxat ſortes,
quemadmodum duo tantùm genera credentium; alijs caſta fide
duntaxat æterno Verbo hærentibus, alijs quaquaverſum deflu-
entibus, quibus non ſola præſentis vanitatis fœditas adhæret,
ſed horrendum æternæ calamitatis exterminium impendet. Hi
verò qui caſta fide germanum verbum exceperunt & coluerunt,
in Verbi clarificatione perpetuam in ſe geſtabunt claritatem. In-
terim procatio inter fidem & Verbum: tunc erunt nuptiæ &
complexus; tunc fides in fidam integritatem adulta pleno gre-
mio nubet & accipiet Verbum omnis virtutis, omnis ſapientiæ
omnis charitatis plenum. Et interim, quia amor nullo ſic pa-
ſcitur, creſcit & confortatur, ſicut amore; neq; ulla æterni Verbi
tàm grandia ſunt amoris indicia, quàm quæ in adſumta carne
in effuſo ſanguine geſſit; ideò fidelibus ſuis loquens dixit; *Ca-*
Ioan 6. vers. 55 *ro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Quid e-
nim aliud ſignificatur iſto verbo, quàm ſi expreßè dicat, Deum
tuum rumina, quæ Deus tuus pro te patiendo patrarit in car-
ne? Verè interim illi caro Verbi cibus & panis eſt, quem ni-
mirum efficaciſſimè reficit caro Verbi. Quid enim Dei pro-
miſſionibus pendentem tàm vehementer confortare potuit,

quàm

quam caro Verbi? Quid iam deinceps durum aut difficile videri poterit credendum, quando non ſolùm ſibi, ſed & pro ſe præ- ... rem ſibi Deum videt in carne? Non jam fidelem habent ſu- ... amorem ſterilem fore, aut fructu vacuũ finaliter caſſandum ... t fides: quoniam ſi credere oportet, neq; niſi credulitate cœ- ... ominum junguntur, & credendo omnes hominum convi- ... fœderantur. Omnis autem homo mendax; Verbum ... m via, veritas & vita eſt, cui fidendo non fraudabitur. ce- ... credendis, vanitas vanitatum & omnia vanitas. Novellę igi- ... ponſæ noſtræ fidelis caſtitas eſt, ut nulli, pręterquàm Verbo, ... at, nulli fidat, nullum amet.

Quanta ſperanda homini ex copula Verbi amatoris, paſſi pro ſe, & quanta mala timenda contemtori.

CAPVT LXIX.

NON negligenti oculo circa hunc locum prætereundum, ... ſi digna Deo ſunt, quæ Chriſtiana confitetur adſertio, tan- ... Deum adfectum calamitatibus in adſumta carne. quoni- ... i indigna, mox falſa convincuntur. Stulta igitur illorum, ... ltiſſima fides. Quod ſi non ſtulta fides, ut pote quæ animos ... entium Deo dignè accendit & accingit, maximis & fortiſſi- ... argumentis coacta, digniſſimis & ſolis dignis promiſſis to- ... cor hominis trahentibus, revera Deo digna omnia quæ ad- ... ntur. Quòd ſi ita facta ſunt ut adſerunt Chriſtiani, quid ſen- ... dum de plebe Iudæorum? quid ſentiendum de malis Chri- ... is? Quid item ſentiendum de communibus Chriſtanis, qui tantum exemplum tàm exiliter movet? Quid item de ſpe ... ra? non enim, niſi propter maximas cauſas, dignum ... tanta taliaq; pati. Incomprehenſibilia igitur verè ſunt qui ſperanda promiſit; neque oculus vidit, neque auris ... vit, neq; in cor hominis bona illa adſcenderunt, propter

quæ

quæ præparanda homini dignum viſum Deo talia pati. Pluri-
mi quoq; pro gloria judiciorum Domini Ieſu contra impios in
Verſ. 15. die judicij facient de hac paſſione ejus verba Pſalmi 35. *Et*
16. & 17 *ego dùm infirmarentur veſtiebar ſacco, depauperavi in jeiunio animam meam, & oratio mea in ſinum meum revertetur. Velut amico mihi, velut fratri ambulabam, quaſi luctu matris mærens incurvabar.* Rectè ſanè nequiſſimi cenſebuntur, qui tàm fidelem interceſſionem ſummi Sacerdotis non ſolùm non acceptant; ſed inſuper dolentem & infirmatum pro eis angelum teſtamenti ſui, & in ſanguine teſtamenti ſui volentem eos educere de lacu luti & cœni, lætabantur congregari adverſus eum, percutientes, concidentes, irridentes, ſubſannantes non tacuerunt. Hæc dùm impij in talem ſummum Sacerdotem, & angelum teſtamenti, omnia ſecundum voluntatem Patris ſui pro eis facientem retribuunt, liquet prorſus obſtinata voluntate ſua & pollutum ſanguinem ducere teſtamenti, & Filium Dei conculcare. Hujuſmodi non ignorātia, non infirmitate peccatum atte-
Luc. 23. nuant, ut pro illis faciat oratio illa ſummi Sacerdotis, *Pater, igno-*
Ver. 34. *ſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Oportebit igitur confiteri tantam ante illam obſtinaciam cuique fore veritatis evidentiam de paſſione Domini, de interventu ſacerdotij & ſacrificij ſui pro eis, ut neq; ignorantia, neque infirmitate poſſint excuſari.
Rom. 11 Semper igitur cùm Apoſtolus de abyſſo judiciorum Dei unà ſi-
Verſ. 33. mul hæc verba commemoret, ut operis concepta copulativa clariorem parturiat ſententiam; evidentiſſimè ſanè liquet, juſtiſſimè tales deſertores deſeri à tali interceſſore, qui nullum deſerit, niſi primò deſerentem.

Quòd ſola fide omnis noſter convictus nititur, in pœnam tranſgreſſionis, & ad meritum reditus in Paradiſum; & quòd in Paradiſo fides etiam optimum bonum fuit, quod nunc relictum electis.

CAPVT LXX.

Secundum

num Ieſum ament. Hoc ſi nunc fieret, univerſus temporum
s mutaretur. Quod enim aliud hîc eſſet, quàm Hieruſa-
ſi participatio Chriſtianorum eſſet in idipſum, ut perfectè
minum Ieſum amarent? Confidat igitur tepiditas noſtra, ſi
amamus, quòd aliquando amabimus: & ſi tales vaſtitates,
peſtates, infirmitates hîc videamus, illò ſuſpiremus, ubi pro-
unici amati participationem in idipſum nulla talium in-
modorum exſpectabimus? Quæri hîc poteſt de diſcipu-
& præcipuè de Petro negante, utrum mortaliter ſcandali-
fuerunt? Prætereà de Magdalena, utrum illo triduo ſancti
s à fide aberraverit, ut à veritate naufragium paſſa exciderit
Spiritus. De Magdalena prona reſponſio per ejus arden-
& flagrantem amorem, quo ſuccenſa tàm inconſolabiliter
at, ut nec conſolantes angelos adverteret, non perſequuto-
immanitate territa abſtraheretur à viſitatione ſepulcri, ſedu-
ejus circa ſepulcrum, & cetera amorum argumenta. Sed
l volens oſculari pedes ejus prohibita, vocatio erat ad ulte-
m reverentiam, ac per hoc ad ulteriorem divinitatis co-
onem, ut inde etiam in altiorem gradum charitatis ac-
eretur. Quòd autem non exciderit à charitate, ac per
nec à fide, favorabiliter ſatis confirmabat antè verbum
ini ad Martham, non ſolùm Mariæ partem præferentis,
ſuper pollicentis non ab ea ex poſt auferendam. Ablata
fuiſſet, ſi quoquomodo à fide naufragata excidiſſet. Vera
hæc prædicta argumenta ejus amoris, amorem ejus ſtabi-
a. Verè enim amabat dilectum ſuum; verè mortuum, ac
r mortuum lugebat. Quòd ſi objiciatur, non credidiſſe ſan-
dilecti ſui reſurrectionem, ſed etiam de uſu aromatum non
aſſe in longinquum: erraſſe quidem de hoc articulo non ab-
ſed errorem ejus non fuiße protervum, pertinacem, aut
volum, ſed ex infirmitate occupati animi, amaro luctu re-
ut attentè verba Domini antè accepta, vel angelorum po-
untiata, inter illas anguſtias fidelis cordis admittere non
t. Ædificat hoc in grande teſtimonium fidei noſtræ. Talem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

enim mulierem, ac ſic amantem, quid, niſi explorata veritas, pa
care poßet? Sed non credidit, inquis. Vtiq; credidit omnia ill
quem amavit; parata enim ad omnem nutum illius. Verùm
quia nihil aliud cogitare potuit niſi dilectum, & hunc crucifi
xum, ideò non cogitatæ veritati adſentire non potuit, quam inte
rim luctus non admittebat liberè cogitare. Favorabilis hin
ad aliam illam de diſcipulis triduo illo medio tàm graviter ſcan
daliſatis, ut in ſua, vel magis in propria diſpergerentur, & Petru
tertiò negavit noſſe illum, locus eſt & ſemita. Quis enim du
bitet Petrum ipſum toto illo magnæ tempeſtatis illius flatu &
fluctu, præſertim poſt illam piam, quam credo gratiæ gratum fa
cientis exſtitiſſe Chriſti reſpectionem, & tantas lachrymas ama
ri fletus ejus, non veram & amaram dilectionem ſui magiſtri in
corde habuiſſe? Atq; utinam ego nunc quoq; in tranquill
tantum haberem amorem Domini Ieſu, quantum etiam inte
negandum & anathematiſandum Petrus habuit! verè me vi
vere judicarem in Chriſto, & multò magis vivere quàm nun
vivo. Verè igitur, meâ opinione, & magis in Spiritu vixit, quàn
hodie multi verè religioſi. Vita igitur ejus interior ſi mane
bat, quo vivificante, quo conſervante, niſi Spiritu Sancto vivifi
cante & conſervante manebat? Sed ad internam duntaxat v
tam, interim perflante foris tempeſtate. Quòd ſi metus mort
inciderit; fortaſſis tantus fuit, ut ſicut in Loth, ſancto viro & ju
ſto, rationis conſtantiam ita turbaverit, ne ei turbato, ſicut nec e
pileptico, quod interim facit imputetur. Quis filias virgines pro
ſtibulo offerentē Loth non flagitij damnaret, niſi Sanctus Petr
vexatum eum ſanctum & juſtum tueretur, per quem & nun
Petrus defenditur? Quòd ſi quis tenet verbum Domini de pa
ſivo ſcandalo Petri, & propterea putet Petrum in illa ſua neg
tione mortaliter peccaſſe, non valdè pugno. Hoc tamen certu
de me, quòd præcordijs totis vellem ſic adfici Domino Ieſu,
ille inter negandum adficiebatur. Scandalum autem non ade
terrebit perſpicacem; non enim eſt ſcandalum gravius quà
Mat. 26. verſ. 31. peccatum, unde nihil graviùs dixit, *Omnes vos ſcandalum in n*

patiemi

…iemini, quàm ſi dixiſſet, *omnes in me hac nocte peccabitis*. Pec-…it autem Petrus, quando poſt acceptum Spiritum Sanctum …ens eos qui à Iacobo venerunt, non recto pede ad veritatem …ngelij incedebat. Peccavit & Barnabas in eandem ſimulati-…m ſubductus: neuter tamen mortaliter. Sic & uterq; ſcanda-… paſſus eſt in recta via Evangelij, ſed non mortale. Quòd ſi …mmunis ſententia Doctorum contraria eſt, ſino; neq; pugna-…r obluctor.

…m parvam fidei pietatem ſuſcipit & ſuſtinet in nobis bonæ voluntatis, ex verbis Eſaiæ *de nomine Emanuelis.*

CAPVT LXVI.

MAher Salal Chaſbaz nomen eſt Emanuelis. Verè uſq; ho-die feſtini prædatoris, velociter ſpoliantis, quando in pue-…ondum idoneis patrem & matrem compellare, quando nō-… potentes reprobare malum & eligere bonū ſumus, auferre-… fortitudo Damaſci à nobis, & jugū regis Aſſur. Verè nullum …e ſervitutis jugum regis Aſſur vel Syriæ ſuper filios Dei cre-…tes in Chriſtum, quando ab unctione Chriſti computreſcit …m Aſſur de cervicibus noſtris, quando nulla damnatio his …ſunt in Chriſto Ieſu: licet non vera, viva, fœcunda, efficaci …ellatione ſciamus vocare Patrem noſtrum, aut matrem no-…m. Nam quomodo verè vocabit quos non cognoſcit? Quo-…do verè cognoſcit quos nō dignè æſtimat & glorificat? Quo-…do dignè glorificat quos non perfectè amat? Nemo igitur …rem & matrem imperfectè amans dignè vocat Patrem aut …rem. Puer igitur adhuc eſt, neq; ſciens reprobare malū aut …ere bonum. Omnes itaq; adhuc parvuli ſumus. Quis enim …rum ſic reprobat malum, ut reprobandum? ſic fugit peccatū, … udus à facie colubri, leonis rugientis, vel Draconis? Quis ita …um complectitur, ut verus amator dignam ſponſam? Gran-… igitur conſolationis verbum eſt nomen Ieſu *Maher Salal* …*ſbaz* omnibus hominibus bonæ voluntatis, quantumlibet Esai. 8. vers. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

imperfectis: quia propter parvulos parvulus factus non ſolùm parvulus eſſe voluit, ſed inſuper in præſepio reclinari, verè ſpoliator velox, verè feſtinus prædator, quando non ſolos homines, ſed & jumenta ſalvat. Quid enim divino conſilio virgineis maternis manibus in præſepe ponitur in ſtabulo Ieſus, niſi quia jumenta ſalvare venit? ſed ab animali, brutali, carnali commutando, faciendo rationales. Et licet parvulos adhuc, tamen & eos inter victoriæ ſpolia colligendo.

Quanto munere dotavit Dominus Ieſus pietatem fidei parvam & titubantem, quò mortuam ſuſcitaret filiam ejus, nobis in ſolatium credentibus.

CAPVT LXVII.

MAgnam ſuper nos bonitatem ſuam inſinuat nobis Dominus Ieſus, quando accepto nuntio mortis filiæ ſuæ dixit archiſynagogo, *Noli timere, tantummodò crede.* Quid enim

Marc. 5. verſ. 36. credulitas lugentis patris tanto & inſperato beneficio conferre poteſt, ut quæ non ſolùm exitialiter languebat, ſed jam deſperata mortua reſuſcitaretur? Deſolatum patrem non jubet officioſa obſequia, non grandes conſolatori impenſas; ſed fluctuare prohibet: & ad omnem tanti muneris compenſationem ſatis eſt ſi credat cui credidit, quando rogavit. Sed non integrè credidit ſe etiam quando rogavit fluctuatio monſtrat, quando in graviore caſu trepidavit. Neq; tàm illam veræ fidei imperfectionem ſeverè corripere, quàm miſericorditer roborare maluit, inquiens, *Noli temere.* Incredulos arguit, ignavos inſtruit, infirmos roborat, credentibus omnia, & gratis, præſtat. Verè ſuſcitandis, ſanandis, ſalvandis animabus noſtris Ieſus advenit, quò cæcitatem noſtram illuminaret, aliquando neſcientibus a non poſcentibus beneficus fuit; rariùs autem perverſis & obdurata perfidia reſiſtentibus. Infirmis crebrò occurrit; fidelibus autem & credulis ſemper adeſt. Paulum perſequentem proſtravit. Pauperi ſponſo aquam in vinum in nuptiis commutavit. Archiſynagogum animavit. Petrum dubitantem er

SEcundum ea, quæ in fine *penultimi capituli* ſuperiùs habita,
cota humani convictus turba ex uno credulitatis fonte pro-
cit; adeò ut nullo ſcito penitus, utrum duntaxat credito com-
nicet homo homini, & fides vinculum ſit humanæ ſocieta-
tis tùm in beneficiis, tùm in maleficiis. In hanc fidei neceſ-
em ſtulta noſtra credulitate juſto conditoris judicio præ-
rati ſumus, quando Dei ac noſtro inimico ſtultè contra Pa-
tic Domini voluntatem credentes aurem præbuimus men-
illi, dicenti. *Aperientur oculi veſtri*, Rectè mentitus in ca- Gen. 3. verſ. 5.
uum & noſtrum. Ille maledicto magis obnoxius pectore
, pulverem comedit, caput à ſemine mulieris contritum,
ratum, & ſaucium æternùm circumfert: & nos juſtitiæ pœ-
uimus, excæcati oculos, ut nihil ſciamus, ſed omnia credu-
s vanitate tractare neceſſe ſit. Et in ea vanitate atque inſci-
uantus ſit nihilominùs nobis æſtus animorum, tùm cupi-
, tùm agnoſcendo, tùm obtinendo, facilè tùm legendo,
experiendo invenire eſt. Sed in medio irarum & flagello-
ſuorum Deus miſericordiæ ſuæ recordatus, etiam pœnam
n & plagam, quam inflixit, miſerendi fecit inſtrumentum,
ò quidem in magnæ miſerationis inſtrumentum, quando
tereà credulitatis inſcitiam oculis obduxit mentis, quo pec-
œditas minus imputaretur ignoranti. Eſſet præterea in gra-
ac per hoc & ad meritum patienter ferenti. Major inſuper
credendo veritatem colenti quàm videnti. Magis autem
ptos habet interim Deus eos qui non viderunt & credide-
Fides igitur in Deum ſapientia vera, quæ de ſurſùm ve-
uemadmodum ſapientia carnis ea credulitas eſt, qua car-
palato, gutturi, ventri, & quæ ſub ventre ſunt convivunt,
nfidunt, & confunduntur. Et ſapientia hujus mundi vana
ulitas omnium eorum, quæ propter opinionem fiunt hu-
m, quæ vel ſine fruſtratur deluſa, vel confunditur adepta.
erò credulitas, qua Deo noſtro hæremus, vitæ fons, cui
redere mors eſt. Signavit hoc à principio qui dixit, *Qua-* Gen. 2. verſ. 17.
e hora comederitis de ligno ſcientiæ boni, & mali, moriemi-

ni. Novit enim niſi credentem non periturum, neque niſi diſ
credentem futurum prævaricatorem. Sicut ergo ſtulta illa cre
dulitas, qua Eva ſerpenti credidit, venenum & mortem pro
pinavit, idoneum ſanè dignumque ſerpentis munus; ita perpe
tuæ vitæ antidotum fuiſſet parentibus noſtris ac nobis divino
rum eloquiorum credulitas integra, fideſq; in Deum perfecta
Vnde conijcere mihi videor, etiam in illa felicitate ſui ſtatu
magis fidem illis vitæ ſempiternæ plantam fuiſſe, quàm lignum
ullum. Vt enim de ligno vitæ veſci liceret, fides faceret; adeò
ut abjecta fide neque lignum vitæ vitam, niſi miſeram proro
garet. Magna igitur benignitate ſua cum ſuavitate nobiſcum
peratus Deus, qui etiam quod in medio paradiſi optimum era
& ſine quo cetera omnia voluptatis illius inſtrumenta noxia n
bis peſtiferaq; forent, ejectis nobis atq; exſulibus non abſtul
Cherub flammeũ ſtatuit, rhomphæam verſatilem poſuit, mo
Gen. 3. verſ. 24. tem interpoſuit, viam clauſit & occultavit, ut lignũ vitæ non i
veniret homo. adeò noluit ut viveret homo carnalis & ſecu
dum carnem: quia revera ſapientia carnis mors, ut meliùs ag
tur cum his, qui carne moriuntur, aut ægritudine quotidia
corporalem in ſe mortem pro conſequenda vita libenter a
plectuntur. Sed numquid obicem nobis, num offendiculu
num ſepem, num Cherub flammeum ſtatuit, ut quò minùs
dicenti crederemus, promittenti fideremus, præcipienti obe
remus, amanti hæreremus impediret fides juxta verba Dei?
non magis omni ingenio, omni ſtudio, omnibus inventio
bus invigilat, nihil ultimæ dignationis ommittens, quò fid
noſtram excitet in ſe ad credendum, inſtruat ad accedendu
alliciat ad concupiſcendum? Ad hoc omnis creaturarum
ritas, varietas, & utilitas, omnis divinarum Scripturarum
lida & irrefragabilis authoritas, omnis illa incarnati Ve
tùm docendo, tùm faciendo, tùm patiendo incomprehenſi
lis laborum, dolorum, verborum, miraculorum majeſtas: o
bus & ſingulis tàm copioſa potentiæ, ſapientiæ & bene
lentiæ ſubſunt argumenta, ut quanquàm angelicis obtu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

incomprehenſibilia ſint, ſuavem tamen ac dulciter concordem
auribus credentium concinnant harmoniam, ut ſuavi concen-
tu ſeſe paſci confiteatur mens juſti. Iuſtus enim ex fide vivit.
Non enim corporalem panem manducando juſtus factus eſt;
alioquin Epicuri de grege porcus ſana ac nitida cute, multo pane
nitens Evangelico paupere juſtior eſſet. Non enim ſolo pa-
ne vivit homo, ſed audiendo verbum quod procedit de ore
Dei, adhærendo illi, & obediendo ejus voluntati juſti facti ſunt
ſancti Dei homines, inſtar illius qui dixit; *Meus cibus eſt, ut fa-
ciam voluntatem ejus qui miſit me Patris.* Neq; enim crudelis Ioan. 4.
eſt Pater luminum, à quo omne datum optimum, & omne do- verſ. 34.
num perfectum profluit; neq; ſterile aut effœtum verbum ex o-
re Dei procedens, ut credentem non reficiat. Qui enim aurem
plantavit, qui formavit oculum, idem & fidem effinxit. Et ſicut
aurem cantilenis & ſymphonia, ſicut oculum luce ac varietate
pascit & oblectat; ita quemquam dignum fide judicat, eum etiam
verbo ſuo paſcendum, reficiendum, augendum, roborandum,
perficiendum, illuminandum, igniendum, incendendum, in-
flammandum, penitùs amandum, & cum Deo ſuo vivendum
ſtatuit. ut ſic quemadmodum inter juvenem & virginem,
ita inter fidem & Verbum perpetuum, indiſſolubile, felix con-
tubernium, ut qui à primis incunabulis paſcebatur Verbo con-
dente omnia, peracta infantia proficiens, in pueritia paſcatur
verbo Scripturæ Sacræ; ſed jam nubilis facta mens juſti non po-
tenti verbo per creaturam, non ſapienti verbo per Scripturam,
ſed flagrantibus medullis Verbo carne facto, Verbo laboribus ac
doloribus fracto, magis quàm oris verbo amoris vehementiam
influente. Hoc Verbo nimirum, ſi fideli amore plena ac ſua-
via ſint paſcua, verè jam caro ejus cibus eſt, in qua virtu-
tem omnem, ſapientiam omnem, voluptatem omnem inve-
nit, ubi perditio ſalutem, mors felicitatem, crux gloriam ad-
ferunt nimirum etiam ſi vulnera integritatem, ſi tumor de-
corem, ſi livor ſanitatem, ſi dolor voluptatem, ſi mœror
jucun-

jucunditatem, & anguſtia ſecuritatem, adflictio conſolationem exinanitio plenitudinem, derelictio adoptionem. Omnes ha opes caro Chriſti adfert. Sed cui, niſi, ut Chriſtus ipſe promiſit manducanti? Et quomodo manducanti? quia non omni man-
Iohn. 6. vers 53. & ſeqq. ducanti. Dicit enim; *Niſi manducaveritis carnem Filii hominis non habebitis vitam in vobis.* Et; *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, ipſe vivet propter me.* Et item; *I me manet, & ego in eo.* Et item; *Non eſuriet aliquando, & no ſitiet aliquando.* Et item; *Vivet in æternum.* Sed non carnali-
1. Cor. 11 verſ. 29. ter hæc verba ſapienda ſunt. *Qui enim manducat non dijudican judicium ſibi manducat ac bibit.* Et Iudas manducavit in cœn ſed corporali palato. Caro autem, quia regnum Dei non conſ quitur, in hoc ſacro negotio non prodeſt quidquam. Spiritu lis eſus & potus eſt qui vivificat, ſicut & ſpirituale convivium hoc eſt, & ſpirituales tantùm nuptiæ ſunt, ubi hic ſacer cib proponitur. Et ut clarius pateat, non caliganti oculo neglige ter prætereundum quorum nubentium hæ nuptiæ, aut iſtu convivium. Altius igitur adordiendum. quia licet inter grad diſpares perſonas hæ nuptiæ contractæ, & ſponſalia celebrat tanta tamen ex origine germanitas eſt contrahentium, tant que amor conjugatorum, tanta dignitas, ſublimitas, & felicit eſt officio perſeverantium, ut licet à principio non digno tis loco ſuum amorem ſponſus ipſe videtur collocaſſe. q enim non indignum judicaret, Filium Dei, ut humanam dem deſponſaret, infirmam, vanam, vagam, deſtitutam, pudiatam, abjectam, proſtitutam, venundatam, captiva ſervitutis jugo preſſam, abductam, incarceratam, vinct obſcænæ neceſſitatis adſtrictam, quis, inquam, non in gnum ducat hujuſmodi nuptias? Sed ſermo Dei vivus & ficax, penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens divisionem animæ & ſpiritus, compagum quoque & med larum, diſcretor cogitationum & intentionum cordis, non eſt inviſibilis ulla creatura in conſpectu, ſed omnia nuda aperta ſunt oculis ejus, corda ſcrutans & renes, ipſe vidit & p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

fidem ipſam, ſi fidelis eſſet, quàm digno, quàm ſuperbo ma-
onio Dei Verbo jungeretur, quàm ingentem ex ea ſobo-
receptutus. Vidit præterea, ſi abjectam derelinqueret, in
miſerabiles calamitates profligaretur. germanam igitur ſu-
t pote ex corde Patris natam, neq; ulli niſi Filio Dei nubi-
miſeratus Pater miſericordiarum, miſeratus & Filius, com-
i Patris conſilio exivit vinctam ſolvere, incarceratam edu-
abductam revocare, ſervam liberare, captivam venundatam
nere, proſtitutam caſtigare, abjectam reconciliare, repudi-
recipere, deſtitutam conſolari, vagam coërcere, vanam in-
re, infirmam ſanare & confirmare, fœdam obſcænam lava-
am adornare: & quò nihil deſit ad mundum ſuum mulie-
, Spiritu ſuo ungere velut oleo lætitiæ, Spiritu dotare, Spiri-
nare, Spiritu Dei inſpirare, & in ſublimem vitam vivificare,
æ ſuapte fida & fidelis eſt. Fides enim eſt, ſi plena ſapientiæ
elligentiæ, ſi plena conſilio & fortitudine, ſi plena ſcientia
tate, plena reverentiæ ac venerationis. Quis hanc huic niſi
Verbo duntaxat rectè dicat collocandam? Et hanc opinio-
hanc famam jam latè ſparſam, & gratè & fauſtè omnibus
am, non niſi ex regio domo ortam crediderim emanaſſe.
dubijs eam ſignis Filius Regis adſtipulat, quippe qui non
tis aut ſubreptitijs flammis ardet, non tepenti zelo zelat a-
m, non furtivis votis amorem cælat; apertis indicijs & be-
js offert & proſequitur. Et quò perpetuo gaudere liceat
bernio, excogitavit inaudito myſteriorum ingenio ſem-
natæ ſuæ præſens eſſe, tamen volet ipſa, ut cujus delitiæ ſūt
um filijs hominum quærentibus ac deſiderantibus eum, &
ominatio eſt faſtidioſus opulentus. Cùm deſiderat, cùm
piſcit, cùm anhelat, cùm æſtuat, ſemper ſciat habere ſe il-
præſentem. Qui enim dixit, *Hoc quotieſcunq; feceritis, in* Luc. 22. verſ. 19.
facite commemorationem, profectò quantum ſui comme-
tione delectetur inſinuat. Commemoratio igitur ejus
æ eum delectat, quæ illum trahit, quæ illum præſen-
facit.

Quàm benignè agitur nobiſcum fide merentibus gloriam Patris, pietate Filij adoptantis in cohereditatem, parabolicè in parabola filij Regis pauperes adoptantis.

CAPVT LXXI.

QVadrat hîc parabola de Adonia, filio Adoniæ Regis Orien
tis, maximi monarchæ, juſtiſſimi atq; pijſſimi, & patri per o
mnia ſimillimi: qui cùm eſſet Regi unicus, deſideravit paternan
magnificentiam illuſtrare. Die itaq; quodam videns in Babylo
ne grandem miſerorum multitudinem, interq; alios præſertin
miſeratus eorum qui cæci nati, juſſit convocari atq; in palatiun
duci pollicitatione uberioris eleemoſynæ; neq; poſt longũ ſpen
injecit adoptandos eos in fratres & palatij heredes, modò ea ob
ſervent quæ filius Regis ſervanda decreverit. Mox quidam dif
fidentia, alij ignavia, alij ſtultitia detrectare. pergrandis enin
viſa mendicis in mendicitate natis pollicitatio: quibuſdam ſu
ſolita eleemoſynarum ſtips ſatis eſſe viſa eſt; alij dementian
& temeritatẽ cenſuerunt, homini credere quem non noverunt
& quæ coràm haberent deſerere; alij non adquieſcentes, præ
ſentia omnia maxima promiſſa pergrandia, non illum minù
notum ceteris minuſculè inferentibus, oblatamq; ſortem præ
ſenti conditione nequaquam fore deteriorem, atq; ideò o
mnifariam offerentis clementiam amplectendam, pollicita
tionem credendam, ejuſq; parendum decretis, ſecutiq; du
cem ad ſe miſſum in primo atrio palatij manere juſſi done
probarentur, illic erudiendi donec regijs & ſtolis & coron
digni invenirentur. Intereà dùm menſa & cultu paulatim ſ
cundum eruditionem & profectum aluntur, paulatim ex al
in aliud nobilius alter præ altero atrium traducitur. Omn
bus autem ducem ſequutis fides facta eſt, eſſe in theſauris R
gis lapidem *Beſeth*, cujus ſola infuſio bibita mox omne
gritudinis genus propelleret, & cæcos omnes, etiam natos,
integrum illuſtraret. Multis felix quædam impatientia
mœror animi ſuper eo, quòd tàm beneficum in ſe Regis
lium non cognoſcerent; alijs interim conſolantibus fidu
expe

ertæ jam beneficentiæ. & quia tàm beneficum principem ni-
enevolentiſſimum eſſe poſſibile non eſſet, omnia de ejus
mentia ſperanda. Tranſibat interim crebrò inter eos fili-
Regis, nimirum quos inviſebat. Amabat autem procul du-
quos ad ſui regni culmen ſublimaturos jam in fratres ado-
verat. Gaudebat audire illos de ſe, de patre ſuo conferentes,
n alter priſcæ vilitatis ſordes, iſte calamitatis miſerias com-
morat, alter adoptationis dignitatem miratur, alter adoptan-
ignationem non ſolùm, ſed & benevolentiam & amorem
atur. Hæc audit, & gaudet illorum incrementis; brevi in re-
m palatium introducturus, & horum ſigna quædam & nu-
certis quibuſdam inter illos prælustrioribus dedit, ut ſcirent
placere Regis filium in eis, & gaudere intereſſe illis, cre-
q; patrem ejus, Adoniam ſeniorem, filij ſui, Adoniæ mino-
gaudentem delitijs ſimul venire, ſimulq; cum eiſdem dele-
i, filijq; ſui munificentiam adprobare non ſolùm, & ratifica-
doptionem, ſed & ampliare ac elongare. Hoc ut ſenſerunt
jam in ſecundum & tertium atrium traducti, ceperunt inar-
ere in amorem, crebroq; ea dicere quibus illum delectatum
perebant. Pleriſq; injectum deſiderium videndi illum, vi-
di & patrem, plangentibus quibuſdam non noſſe illum cujus
tam ſuper ſe ſenſiſſent amoris magnitudinem; conſolantibus
alijs, non ſe omnifariam ignotos quem tantoperè amantem
arent, & amore præventi amaturi & cognituri forent, ſicut
niti & amati erant. Elegit filius Regis ex eis quoſdam ſibi
uliares; quibus interdum ſecreto ſuſurrio futuras eorum
s aperiebat, eoſq; horum nuntios miſit ad alios, qui in in-
oribus adhuc atrijs exercebantur, & quò regali palatio di-
fiant, moribus, verbis, geſtu, diſciplina erudiebantur. Hîc
dam *Arrius* de Adonia juniore hæſitare, non illum poſ-
eſſe verum nativum filium Regis, neque antiquo Adoniæ
no parem. Hunc nonnulli de primo atrio audientes a-
ejecti ſunt: quæ peſtis multos miſeros in primam mendi-
atem rejecit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Parabola hæc, etſi non expreſſior ad longum, magis tamen authenticè & ſubſtantialiter habetur in Timæo & Bartimæo, qui
Mar. 10. cùm cæcus eſſet, ſedens ſecus viam, audiret turbam prætereuntem, ſciſcitatus quid hoc? ut cognovit quia Ieſus Nazarenus, quem niſi appellativo nomine cognoſcere potuit, niſi complecteretur etiam credendo, adſentiri ſe eſſe Ieſum hunc, ut nomen audierat ab alijs, Ieſum interpellat ut ſui miſereatur, poſtulat ut videat. Et hæc ſua confuſa notitia, ſed non confuſa fides atq; fiducia, meruit impetrare quod poſtulavit.

In eandem ſententiam parabola amoris incitativa reciproci, de filia Regis ruſtici filium diligentis, trahentis muneribus, & amicitia ſollicitantis.

CAPUT LXXII.

ALius autem typus itidem ejuſdem amoris incentivus de ruſtici filio, eximiæ & formæ & indolis, ingenio acri, fervente & inveſtigabili conatu, quem & Moſen Regis filia, talium fautrix & fotrix & adjutrix, per occultos & ſecreti tenaces nuntios primùm muneribus mercenarium vendicat, & ſi fidelis perſiſtat & prudens ampliorum præmiorum ſpe pellicit. Cujus cùm placeret opera, comperit quòd beneficentiæ etiam non parvam circa ſe benefactoris eſſe benevolentiam: & exinde fido jã quodam adfectu in illum, quiſquis eſſet, adfici cepit, & velle, ſi poſſet, gratum quodpiam obſequium præſtare. Huic Regis filia augere non modò munera, ſed etiam cum donis ſignificare in qua gratia eſſet, ſi ceptum perſeveraret & proſequeretur. Neq; adhuc novit, unde hæc illi & beneficentia, & benevolentia, & gratia effulſiſſet. Æſtuare igitur ille & dolere, quòd inſcitia vetitus nequiret optata præſtare obſequia: neq; conſolabatur eum, quod per internuntios accepit conſilium, fideliter agere ſecundũ primum inſtitutum; quoniam eo ipſo in gratia eſſet & placeret faventi & benefacienti, magis indies placiturus & majora accepturus. Tùm ille erumpere & clamare; Neq; velitis conſulere, neq; conſolamini muneribus, indicate quęſo, quis eſt qui me tàm clementer miſeratus adſumſit, tàm liberaliter remuneravit, tàm magnificè donavit, ad ultimũ nũc etiam in gratiam ſublimavit:

Huic

Hic illi ſubridere,& beatæ ejus impatientiæ congaudere; O ruſtice,ruſtice, ſi tuam conditionem, ſi tuæ beatitudinis ſortē ſcires,longè acriore impatientia raperere. Hinc jam ille poſt multa ſuſpiria,poſt multas indagines, poſt ſcrutinia & lacrimas partim ex antehauſtis verbis,partim ex ſuſceptis epiſtolis, partim ex nuntiis miſſariorum, ex ambiguis relatibus efficaci quadam & vehementi credulitate ſuſpicatur omnia illi à Regis filia proveniſſe,quæ à principio illum adhuc ruſtico more & cultu degentem extulit,fovit,favit,& ad hæc uſq; promovit ad audiendā vocem ejus breviter admittendum: in quo gradu ſi dignè militet,uberiora etiam ſperanda. Ardere ille,æſtuare,curſitare,ſupplicare, per ulteriorem in ſe benevolentiam & gratiam obſecrare ſeſe, ſaltē colloquio dignaret. Vt autem divini ſuſurrij venas auris ejus audiret,totus liquefactus in amorem ex ore ejus accepit, quem longinqua & perpetua charitate præventum & pridem amatum neq; ejus colloquij medio pariete ſperaret arcanum. ſed non poſt longum ſepoſita omnis ruſticæ ſordis ignavia ſi dignam ſtrenui amoris militiam decertaveris, nedum videbunt me oculi tui quam deſideras,ſed & brachia tua tenebunt complexam, & ore oris oſculaberis;quoniam charitate perpetua dilexi te. Strenuus interim & alacer palæſtra ceptum decerta agonem,& quò grandiore quæ reſtant animo ſubeas,arrham hanc ex digito meo, annulum meum nobiliſſimo & ditiſſimo carbunculo flagrantem, mei amoris pignus habeto,& vale. Hoc ille magnificentiſſimo annulo ſuſcepto, & ex ſuperbi doni amplitudine inæſtimabilem & amantis & amoris magnitudinem perpendens, neq; ſuam felicitatem jam æſtimare poteſt,neq; ſatis admirari amantis dignationem, inter anguſtias ſuas deplangere, quòd velut per mediam caliginem neq; noſceret neq; ignoraret amantem. Sæpius iterans;O quæ eſt illa! ò qualis! interdum ipſe ſibi; Illa eſt quæ me de ſordibus paupertatis extraxit, pauperem locupletavit,rudem direxit, plebejum nobilitavit, & projectum ſublimavit:& hæc cùm per internuntios egiſſet, tandem etiam ſuo alloquio dignata eſt;atq; utinam ipſa ſit amor meus,neq; altera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

me falſa imagine ludat! Sed pro certo fideles ſemper inveni nũtios ejus, ſinceros, integros, benignos,& amicos,& officioſè ſedulos. Et quid turbor? tanti amoris indicium & argumentũ hic annulus eſt, ut, quemadmodum ipſa inquit, de vero vel amoris pignore nihil trepidandum ſit. Huic ergo applicare σὺ θάρσει proprietates.

Quòd nedum Verbo deſponſati, ſed & omnis intellectualis creatura eo ipſo quo ad imaginem, vel imago Dei eſt, Deo copulatur conjugio. Et quanta bona fidelibus ſponſis, quanta vel infidelibus mala exſpectanda, ex ſimilitudine matrimonij ſenſibilis.

CAPVT LXXIII.

HIc adnectendæ leges nuptiarum & ſponſalium. Verè enim ſunt ſponſalia inter Deum & interiorem hominem; non ſolùm horarius complexus. Omnes n. deſpondit nos Apoſtolus imò per Apoſtolũ Deus: quin per ſeipſum Deus. Omnis creatura rationalis, mox ut eſt, æterna lege nuptiali Deo colligata eſt ut verè adultera ſit, ſi fuerit alteri quàm Deo ipſi. In hac lege omnis creatura intellectualis, quia de ſe ſicut virgo ſterilis eſt, nihil habens quod non accepit, quantumcunq; dotata & ſublimata ſponſa eſt. Et prima omnium fideliſſimè, feliciſſimè, & beatiſſimè amantium humana natura in Chriſto unita Verbo. Secunda in ſacro thalamo iſto Virgo mater. Deinde quælibet ſacta creatura, prout gradu & ordine ſanctioris charitatis ad primas propiùs accedit; ſive in hominibus, ſive in angelis. Omnes tamen & homines & angeli, ſive boni ſive mali, ſponſali lege matrimonialiter æterna lege conjuncti ac devincti ſunt, donec vivit vir ejus, qui mori non poteſt. Et valdè congruit rei huic tropus nuptialis. immò credo ſenſibiles externas nuptias non niſi picturã & comœdiam quandam eſſe verarum harũ nuptiarũ. Et quæ pleraq; foris videmus inter conjuges actitare, fidem, integritatem benevolentiam, pacem, ſolatium, conſolationem, ſuſtentationẽ fiduciam, confidentiam, gaudium, perpetuam ſufficientiam, inter quoſdam conjuges, qui felici conſenſu benevolentiæ fideliter, integrè, ſemper pacificè, ſocialiter, ſolatioſè gaudent, cordia

lite

ter invicem confidunt & fidunt ſibi de mutuo conſortio,etiam nihil haberent ceterorum. Qui ad horum imaginem nuptias & ſponſalia cum Deo ſuo gerit, etiam in hoc exilio felix vivit: qui non ſic agit,quantò diſſimilis eſt,miſerias ſuas plangat, ſciens quòd niſi ſponſum ſuum placaverit zelotem invenit.Qualis autem ſit uxoris domeſtica vita cum ſponſo zelote, miſera quotidie videmus exempla· Nunquàm dulce verbũ,nunquàm lætus vultus,nunquàm cordialis complexus,nulla benevolentia, colloquium jurgijs & improperijs perpetuis, morſus pro oſculus, verbera pro unguentis, flagella & virga ferrea pro amplexibus. Et hæc licet aliquando ab amaro marito indignè accidant caſtis, pijs,pacificis,electis mulieribus, dolenda nonnunquàm in talibus;minora tamen longè ſunt malis internarum nuptiarum,ubi maritus incomparabiliter potior ſupra uxorem,& qui nunquàm zelotypus excandeſcit niſi indigniſſimè exacerbatus. Hoc ſi contingat,omnis conjugum zelotypia mortua tragœdia erit, ut verè ſicut regnum cœlorum primis nuptijs, licet longiſſima diſtantia,ſimile,tamen aliquo modo ſit; ſic infernalis calamitas & miſeria diſcordium zelotyporum amaritudine aliquo modo extimatur. Hæc matrimonia ſi ſobrio & caſto oculo crebrò tractentur,non puto ſterilia erunt monimenta, argumenta, incitamenta, moventia, ſuſcitantia, incitantia nos, trahentia, quò non ſegnes inveniamur in delectu. Et licet Evangelica lectio dicat regnum cœlorum ſimile homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo; non tamen ita verbum accipiendum, quaſi ſoli Filio Deus Pater nuptias fecerit. Qua certè ratione Filius habere ſponſam voluit, eadem & Pater, & Spiritus Sanctus: & quemadmodum Pater & Filius & Spiritus Sanctus unum ſunt, ſic in una ſponſa ad imaginem Trinitatis facta Pater mentem, Filius intelligentiam, Spiritus Sanctus voluntatem deſponſat. Pater interim fida ſapientia ſanctæ cogitationis; Filius indicio grandis & magnificæ æſtimationis; Spiritus Sanctus integra charitate. Tria hæc interim pro dote & munuſculo à ſponſo datis. Veniet perfectis nuptijs dies, quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ruſticæ paupertatis hujus non recordabitur: quoniam Pater ſemetipſum claram ſapientiam infundet menti, non per ſpeculum in ænigmate, ſed faciali viſione; quoniam ſplendor gloriæ, Verbum ſapientiæ, norma & regula erit omnium judiciorũ noſtrorum; & amor ipſe Deus noſtram voluntatem, noſtræ voluntati dilectionem per ſeipſum incendet, quemadmodum ignis auri igne ſolutum, etſi non ignis eſt, ignitum tamen igni eſt proximi atq; ſimillimum. Et quemadmodum in his nuptijs tres hi ſanctis ad beatas nuptias perfecta felicitas; ita è diverſo nuptis miſera, zelotypa, amara æmulatio erunt. Mens latiſſimo gremio Deum offenſum videbit: intelligentia acerbiſſimè judicabit æquiſſimum: volũtas, quæ naturalis mœrebit amiſſum, & quę libera arbitraria contumaciter contemnet. Verè conjugibus in convictu neceſſario talibus amariſſima eſt vita: non quò Deo quidquam amarum ſit; ſed ipſe amarus amaris in ſe.

Quantò mens noſtra, intelligentia noſtra, & voluntas noſtra diſſimiles prototypo id eſt, Trinitati ipſi, Patri, Filio, & Spiritui Sancto, tantò ſteriles; quantò ſimiles copulantur, tantò fructiferæ & fœcundæ partu.

CAPVT LXXIV.

SIcut lux oculis, & verbum auribus, & gaudium cordi, ut ſine luce cæcus & orbis ſit oculus, & ſine verbo ſurda ſit auris, ſine gaudio miſerum & quaſi mortuum ſit cor: ſic interiori homini noſtro ad imaginem & ſimilitudinem creato Trinitas quædam eſt; mens, intelligentia, volũtas. quæ tria ſimiliter ſterilia, inertia ignava erunt, ſi ſuo prototypo deſtituantur. Mens enim noſtra ſine ſapientia velut oculus abſq; lumine. Et quę hęc ſapientia niſi Deus Pater? quo ſine lucente verè caligat oculus mentis in meditationibus & cogitationibus omnibus. Verbum lex & regula judiciorum noſtrorum, docens ęſtimare nos ipſos integra humilitate ſecundum ſapientiæ veritatem, qua ſine omnis ſcientia vana & inefficax eſt. Vnde etiam Paulus non accedentes ſanis ſer-
1. Cor. 5. monibus Domini noſtri Ieſu Chriſti dicit inflatos, nihil ſcientes. Perinde namq; eſt, vanè ſcire, & nihil ſcire. Verè igitur ſcire, in humilitate ſcire eſt: quod nulli contingit, niſi quem de lege

Verbum erudierit. Verbum dico, caro ſancta, plena gratiæ &
itatis, in qua ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei,
qua omnis plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat ſupra
omnem creaturã: Verbum factũ caro humiliata, percußa à Deo,
cſa, ſciens infirmitatem, noviſſima virorũ, cui non erat ſpe-
neq; adſpectus neq; decor, non reputata, deſpecta, abjecta,
temta, conculcata, derelicta, vermis, non homo, opprobrium
minum, abjectio plebis; caro tamen exaltata ſuper omnẽ cre-
am, cui data omnis poteſtas in cœlo & in terra, miſſa, man-
nobis, data nobis in magiſtram, exemplar, ſpeculum & do-
rem, ut diſcamus ab ea legem vitæ æternæ, ſcilicet diſcentes
a mitis eſt & humilis corde. Et Spiritus amborum Deus cha-
s lac eſt voluntati. Quiſquis hæc novit, ſi non attendit levis
i attendit & non ſapit ei, inſipiens eſt; ſi ſapit ei, verè præven-
ſe ſciat in benedictione dulcedinis: quoniam Sol ille ſupre-
s & primus benigno ſuo bonæ voluntatis radio illuminavit
dfecit, quaſi theſauri pretioſo, digno, magna æſtimatione cre-
revocante illorſum cor cogitantis & guſtantis. Sicut enim
lè ſentit non pro omnibus bonis velle commutare viſum in
itũ æterna cæcitate & ſilentio, quò nunquàm faceret vel au-
t verbum, aut nunquàm videret Solem; multò minùs menta-
cogitationem, judicium, deſiderium, quò nihil unquàm co-
ſceret, nihil æſtimaret, nihil prorſus deſideraret. Eſſet enim
quàm truncus, mortuus velut lapis. Ablatis enim accidenti-
omnibus, & accidentalibus operationibus, & paſſionibus in-
ribus, inorganicis, rationalibus, nihil amplius eſt homo
m beſtia. Similiter ablatis actionibus animalibus & paſſioni-
omnibus, nihil magis eſt homo quàm truncus. Patet hoc ex
ptomia ſive ſyncopi, ex apoplexia, ex epilepſia, ex congelati-
& ſomno profundo. Sed quemadmodũ oculus per ſe abſq;
ine cæcus eſt: ita mens noſtra ſine lumine vultus Dei ſignato
r nos æterna cæcitate damnata eſt, niſi illo lumine illuſtre-
ntelligentia noſtra devia, ſi non lege regulata verbo Dei di-
ur; voluntas noſtra ignava, proterva, furioſa, ſi non illo igne

charitatis accendatur. Et quia Sol horum nobis bonorum ar-
bitrarius eſt, non neceſſarius, ſed merè voluntarius, quid aliu
eum, quàm ſponſum & amatorem noſtri æſtimare poſſumus
qui per ſeipſum non ſolùm hæc nobis, quæ maxima pendimu
donat; ſed per hæc, ſi ad eum convertamur, ipſe ſicut nunc eſt,
quo hæc accepimus, ita pollicetur fore quandoq;, ut ab eo pe
hæc eum ipſum poſſideamus, & compotes ejus eo feliciter pe
fruamur, ut *ſuprà præcedenti capitulo.*

Quòd ſimilitudo Dei in nobis, id eſt, ſapientia, gloria, & charitas, ſunt tres pane quos exigit à nobis amicus noſter Chriſtus Ieſus, veniens de via in hac nocte fidei, petendos ab amico, eodem ipſo Domino Ieſu, & eidem adponendos.

CAPVT LXXV.

Luc. 11. verſ. 5. & 6. *QVis veſtrûm habebit amicum, & ibit ad illum media noct & dicet illi; Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amic meus venit ad me de via, & non habeo quod ponam ante illun* Quis hic noſtrûm, niſi quiſque noſtrûm. Quiſq; enim noſtrû habebit amicum, quando quiſq; noſtrûm debet habere amic Et quem amicum, niſi fratrem primogenitum Dominum Ieſ venientem quærere & ſalvum facere? Propter hoc enim vocat

Matt. 1. verſ. 21. eſt nomen ejus Ieſus, quoniam ipſe ſalvum faciet populum ſu à peccatis eorum. Vnde hoc ſolum nomen datum hominibu ſub cœlo, in quo oporteat nos ſalvos fieri. Quòd ſi oporteat nomine Ieſu, & in ejus ſolius nomine ſalvos fieri; ergo Ieſus e amicus ille quem habemus: imò quem habere oportebit amic etiã in media nocte iſta caliginoſa, in qua cæcutim⁹ caligine, ho remus frigore, jacemus torpore. Hunc non habemus amicu quàmdiu ſolus ipſe amat, & eatenus amantẽ nõ redamamus; h bebimus autem amicũ quando amabimus ut amati ſum⁹ ab ill Interim ipſe amicus noſter eſt, ſed amicitia quemadmodum u mutua eſt, dulciſſima eſt; ita niſi mutua fuerit, niſi quantùm e ſpectatione futuri relevatur, moleſtiſſima eſt. Qui enim prim amat, quò mutuã excudat amicitiam, interim ſolus amat, & qu verè amat, verè amicus eſt. Nos autẽ quia in media nocte ſumu exiguo lumine lucernulæ noſtræ cæcutienter per fidem cogno
ſcente

…entes,ac per hoc neq; granditer æſtimantes. Nemo enim gran-
…r æſtimat quod exiliter cognoſcit: hinc fit ut & frigidè ame-
… Frigidus enim amor,amor non eſt,amicitia non eſt. Bene-
…ntia quædam eſſe & favor dici poteſt;amicitia verò vel amor
…naquàm. Promiſſa igitur nobis magis amicitia in hac media
…e cum illo magno amatore,quàm accenſa. Et verè non ac-
…a. Solus enim amor Ieſu ignis ille eſt,quem Dominus venit
…re in terrā;& quid volens,niſi ut accendatur & ardeat? Qui
…ndiu non accenſus ardet,verè non eſt panis in domo noſtra,
… habemus quod venienti amico dignè ponamus ante illum.
…uis hic amicus qui venit ad me de via,niſi qui venit quærere
…lvum facere? Sed illū *ſuprà* declaravimus amicū eſſe,ad quē
… media nocte tres panes cōmodandos poſtulantes. Non igi-
…pſe,qui media nocte venit ad nos poſtulans adponi ante ſe
…panes. Planè ipſe idē eſt. ipſe quærit,ipſe pulſat, petit, eſurit,
…noſtram ſalutē. Salus enim noſtra cibus ejus. *Meus enim cibus* Ioan.4.
…*t faciā voluntatem ejus qui miſit me Patris.* Et quæ voluntas verſ 34.
…s mittentis Verbū ſuū,niſi ut ſanentur hi quibus miſit ipſū?
…as ergo & ſalus quæſitorū,eſt cibus quærentis amici,venien-
… via. Quid enim eſurit amicus,niſi ſalutem ejus quē amat?
… autem φιλάνθρωπος eſt, hoc eſt,hominum amator. Hominū
… m ſalus nulla, niſi à naufragio, quo perierunt,eripiantur,&
…ortum divinæ voluntatis reſtituantur. Divina verò voluntas
…omine à principio fuit,ut homo ad imaginē Dei eſſet, neq;
…s eſſet,niſi finem hunc divinæ voluntatis conſequatur. So-
…tur Dei ſimilitudo ſalus eſt perdito homini. Similitudinem
…r Dei in homine quærit, ſitit, & eſurit, & petit ante ſe po-
…micus noſter, qui noctu & media nocte venit ad nos quæ-
… pulſare,& ſalvum facere. Hîc jam ſi Dei ſimilitudo & re-
…a imago Dei, ſalus noſtra; & amicus ipſe φιλάνθρωπος ve-
…uærere & ſalvum facere, pronum ſatis videre, qui ſint
…es panes, quos eſurit & petit adponi ſibi: & quare ſignan-
…es, ut neque plures, neque pauciores. Qui ſunt igitur
…iſti tàm ſuaves ac ſapidi, digni qui tantoperè in nobis à
tanto,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

tanto, tàm ſublimi amico in ſordenti noſtro tugurio tàm dignā-
ter quærente, non in terra ut ſuſcitet, ſed etiam in ſtercore ut e-
rigat, quærantur & eſuriantur? Planè pretioſiſſimos & ſapidiſſi-
mos eſſe neceſſe eſt, quos ille ſapientiſſimus æſtimator tanti æſti-
mat. Qui ſunt igitur tres iſti panes, niſi quibus Deo ſimilis fit ho-
Ioan. 17. mo? Hi ſunt ſapientia, gloria, & charitas. *Hæc enim vita æterna eſt,*
verſ. 3. *noſſe verum Deum & miſſum Ieſum Chriſtum.* Deum non co-
gnoſcit, qui non tanquàm Deum glorificat. Et qui non ardente
charitate amat, nondum ſapienter cognoſcit, neq; ſublimiter
glorificat vel æſtimat. Quicunq; igitur videt, quantùm talis tan-
tuſq; amicus amandus, illi venit amicus de via. Sed quoniam nō
dignè amat, non habet quod ponat ante illum. Et quia videt nō
poſſe dignè amare niſi ſapienter cognoſcat, quem nondum per-
fecta ſapientia, ſed in media nocte ad lumen lucernæ tantùm;
neq; ſublimiter uti Deum glorificare: conſultè, qui volet hunc
habere amicum, & in ſuo hoſpitiolo retinere, convertitur ad
eum ipſum, panem vivum, panem vitæ & intellectus, in quo
ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, qui eſt
ſplendor & gloria Patris, pax & juſtitia, concutitur timore, excu-
titur torpore, audit præceptorem dicentem, docentem oportere
ſemper orare & non deficere; ſurgit, orat amicum, & oratio im-
portuna & inſtans interim pro tribus panibus eſt, quos inte-
rim venienti ac eſurienti amico anteponat. Non enim hîc per-
fectam ſapientiam, gloriam dignam, charitatem ſanctam juſta
illi viciſſitudine flagrans ejus & ardentiſſimum deſiderium æ-
quare poſſumus. O quales neceſſe eſt illos panes eſſe, qui ſan-
ctam illam ſitim amoris æquent! qui omnem ornatum ſpon-
ſæ, omnes divitias templi, omnem regni latitudinem! O
verè divitem hoſpitem, qui tales panes tali, tanto amico an-
teponit! O beatum convivium beati hoſpitis cum tali
amico! O Domine Ieſu, ſæpè venias ad me de via, ſæ-
pè in media nocte orare ure & coge; immò ſemper orare,
quoniam interim quod adponam non habeo.

Hoc objectale bonæ voluntatis pro juſtitia, ſcilicet eſuries

…is, interim beatitudo mea ſit. Tu, Domine Ieſu, venis ad me
…a crudeliter flagellatus, inhumaniter laceratus, & pro me
…gando, coërcendo, corripiendo, emendando hæc paſſus. Et
…d his tuis plagis & ulceribus unguentũ mitigativum aut le-
…um adpono? Lego Apoſtolos flagris publicè cæſos iße à cõ- *Actor. 5. verſ. 41.*
…ctu conſilij gaudentes, quoniam dignitatem æſtimabant ſi
…i haberentur pro nomine Ieſu contumeliam pati: mihi cili-
… aſperum eſt.

…niſi morientes, & moriendo Chriſtum Ieſum imitantes, non transformamur, …ccedimus ad imaginẽ & ſimilitudinem, ad quam finaliter deſtinati ſumus.

CAPUT LXXVI.

…Vi ab exordio fecit nos ad imaginem & ſimilitudinem, grã-
…di multùm intervallo diſtantes condidit ab eo, ad quod de-
…ti ſumus. Non ante dabitur imaginem & ſimilitudinẽ eſſe,
…n in eandem imaginem tranſformemur. Sed non tranſfor-
…ur in eandem imaginem, niſi quando videbimus Deum ſic-
…t. Deum autem non videbit homo, & vivet. Moriendum
…pridem homini eſt antequàm Deum videat. Vehementer
…dſtruit Scriptura in principio, ubi quando cum inobedi-
… primogenitorum noſtrorum prævaricati ab uſu & facultate
… vitæ excidimus, verſatilis igneus gladius conſtitutus eſt ad
…diendam viam ligni vitæ, ad excludendos omnes homines
…, hominum vita viventes, ut nullus niſi per ferrum, ignem,
…ortem beatiſſimi illius ligni particeps aut compos fieret.
…od ſi *oportebit Chriſtum pati, & non aliter intrare in gloriam*
… *ſui.* Et iterum; *Oportet exaltari Filium hominis.* Et item;
… *oportet Filium hominis tradi in manus peccatorum, & cruci-*
…on eſt aliud nomen datum ſub cœlo, in quo oporteat nos
…s fieri. Nobis ergo per eum qui eſt via, & ſecundum eundẽ
…atem, & ad eum perveniendum eſt. Oportet ergo ſicut ipſe
…iliavit ſeipſum, factus obediens uſq; ad mortem, ita diſcere
…us exemplo humiles corde, mites patientia neceſſitati divi-
…oluntatis humiliter, manſuetè, obedienter, plenè perfectam
…ientiam, ſpontaneam victimam offeramus in mortem; ab-

negantes

negantes non ſolùm omnia noſtra, ut magni magiſtri noſtri Ie
ſu Chriſti diſcipuli, magiſtri ducis perfecti comites efficiamur
Oportebit etiã noſmetipſos & animas noſtras abnegare & per
dere: quia qui via, veritas, & vita conſtitutus eſt à Deo, nullam
aliam viam aperuit, niſi per veritatem ad vitam, per crucem ad
gloriam. Veritas autem omni homini amara quaſi mors; quoni
omnis homo mendax & vanitas eſt. Per crucem ergo, per verſa
tilem gladium igneum, per mortem, per perditionẽ animæ, pe
arduam hanc obedientiam ad lignum vitæ via eſt: neq; aliam
quærere licet, quia per hanc ſolam ire oportet. Hanc neceſſitat
urgentem non ſentire, ſtupor; non magni pendere, dementi
contemnere, diabolica malitia eſt: ſentire, ſapere, formidare, ſ
lus; contremiſcere, juſtitia. Per hunc ſenſum via ad amorem Ie
revelantis hanc in nobis neceſſitatem.

Quòd ſolus amor, tertia imaginis pars, eſt rhomphæa ignea conſtituta cuſtodire v lignum; & niſi per eum non patet reditus ad lignum vitæ in paradiſum.

CAPVT LXXVII.

SIcut verſatilis illa rhomphæa ignea conſtituta cuſtodire via
ligni vitæ; ſic amor conſtitutus in via vitæ. & fortaſſis ipſe
gladius; quia niſi per eum non patebit aditus ad verum lignu
vitæ. Familiariter ſatis illic & hîc niſi per mortem, quia niſi p
gladium non datur reditus ad vitam. Et quantò gladius anima
accedentis majore vulnere pertranſierit, eò etiam de fruc
ligni vitæ dulciùs deguſtavit. Magdalenam amaro vulne
ſauciavit in morte, ſed & ſuaviſſima unctione ſanavit, & cop
ſiſſimo gaudio ſatiavit in reſurrectione. Hunc gladium em
re monet Dominus Ieſus omnem habentem duas tunicas,
una vendita gladium iſtum comparet; quia non pacem, ſed g
dium iſtum venit mittere in terram. Et beatus qui gladiu
iſtum emerit & poſſederit; quia per ſolum iſtum gladium la
bit veſtimenta ſua in ſanguine Agni. Sine hoc gladio anim
tranſeunte, neq; ſub cruce conſtituente non adoptabit nos m
ter Ieſu in filios, neq, Magdalena aut Ioannes in fratres. Hic g
dius eſt ignis probans uniuſcujuſq; opus quale fuerit, quod

undamentum poſitum ſuperædificaverit unuſquiſq;, cùm
rint in quem tranſfixerunt. Omnes enim confiximus, quia
fiximus cor ejus. Sunt autem divinæ artis ac ſapientiæ for-
e multę ac viæ, quibus fideles imitatores abſq; corporali ſan-
is effuſione monſtrato in monte exemplari conformentur.
id patet ex magno holocauſto & incenſo obedientiæ Abra-
,quem Deus oraculo ſuo proprio tentavit, quando præcepit
enitum filium ſuum, quem unicè diligebat, Iſaac gladio &
offerre: quod & promta voluntate præſto fuit etiam quan-
et amaro ſpectaculo & conditione complere, ut meritò pro-
incentem divini amoris ignem, & omnem illam thuris &
hæ amaritudinem conſumentem & incendentem, con-
incenſum ſuaviſſimi odoris nominetur. Non enim Abra-
opter amaritudinem, ſed propter ad amara paratum amo-
redolet incenſum. Deo igitur magnitudo integræ volunta-
aviſſimum incenſum eſt. Eiſdem ergo vijs in ſtatu virgina-
ſtitiæ potuiſſent integro amore ſeſe Deo obtuliße, cùm ta-
eſſent & manerent im̄ortales. Labor enim & lucta juſtitiæ
eum, & propter Deum, corporali valetudini & immortali-
n obſtant. Quid autem inconveniens in ſtatu illo, ſi Virgi-
atri de unico filio ſuo Deus, quemadmodum Abrahæ, præ-
ſſet? Et quia in ſtatu illo magna ſacerdotiorum, ſicut ſancti
ris, differentia fuiſſet, utiq; fuiſſet illic filio Virginis unicus
ſupremus gradus incenſi digniſſimi Deo, & ſanctitatis, &
ta facientis omnia omniũ incenſa: neq; illic ad verè beatas
ias abſq; digno amore legitimè exercitato fuißet admißus.
igitur gloria oĩm illic admiſſorũ teſtimoniũ fuiſſet unicui-
prięconſcientię de vera dignitate. Hoc teſtimoniũ quãdiu
tus non reddidiſſet ſpiritui illorũ, tàm diu velut indigni ex-
exſpectaßẽt in thalami veſtibulo. Neq; credo nos per Chri-
rificiũ, holocauſtũ, & incenſũ ad minora reparatos. Valdè
ad minora nos reſtituiſſet, ſi ad illas glorioſas nuptias cũ in-
a ſtola, vel ſaltẽ cũ ſtola minùs nuptiali, deberemus intrare.
n. tũc per filiũ Vriginis oportuiſſet creſcere in Deũ, ut illi
quidem

quidem ſancti incenſi exemplo & magiſterio incenderemur;ſed non ſine vera noſtra imitatione & conformatione ſancti, hoc eſt, Deo digni fieremus:ita nunc in viam ligni vitæ perfectè re- ſtituti per gladiũ & ignem Abrahæ Deo probati ſancti ac digni efficiemur. Non enim in cœlum adſcendemus inglorij aut indi- gni:neq; adſcendet in cœlum,niſi qui de cœlo deſcendit, Filius hominis; hoc eſt,qui Filio hominis inhabitante reformatus ad perfectam imaginem,qui cum Chriſto reſurrexit, & plenè quæ ſurſum ſunt ſapit.

Quòd ſolùm ordinato amore amantes ſancta charitate primùm Deum, ſecun- Verbum carnem factum ſecundum exemplarem amorem Verbi myrrha ama- riſſima,ſed probatiſſima,retribuimus Domino pro omnibus quæ retri- buit nobis,quò digni ad ingreſſum vitæ reddamur.

CAPVT LXXVIII.

Pſa.116. PVto ergo propter verbum Prophetæ volentis pro omnibus Dei donis calicem ſalutaris retribuendum,ut ſicut ſummus Sa- cerdos illum calicem ſumma Patris dilectione obtulit,& volu- mundum ſcire,quia Patrem diligeret,& mandatum quod Pat- illi dederat, & obedientiam qua mandatum Patris impleverat. Et ſicut mater cunctorum viventium, Virgo mater Chriſti & o- mnium Chriſtianorũ,hoc ipſum ſacrificium &incenſum ſecun- dò in templo Dei obtulit, non vacuis manibus, nec debile,clau- dum,vel maculatum;ſed quod ipſa poſt Deum pretioſiſſimu- habuit &ſanctiſſimum, volenter Deo cum amariſſima,ſed pro- batiſſima myrrha obtulit,ſic ut ſacri illius templi ſancta diſcipli- na & ceremonia perfecta ſit. Oportet omnes ordinato primum amore eſſe,ut primò Deum ſancta perfecta charitate diligant;ſe- cundò Dominum Ieſum Filium hominis ament ſuper omnem reliquam creaturam:quia non amabunt creaturam,niſi quia De- us illam amat;& nec ſeipſos,niſi quia Deus eos amat. Poſt igitur Deum nihil amabunt omnes quàm Filium hominis. Et quia vacuis licet adparere manibus in conſpectu Dei, neq; habe- quod magis Deo placet,quàm calix illius, ideò pro omnibus & præ omnibus illum Deo primùm offerant,& per illũ ſeſe ipſos, & p-

ſt illum. Hinc jam facilè videre, quàm civitatis illius par-
atio in idipſum, & quomodo illius Eccleſiæ ſit cor unum &
a una, qui talis Regis ac Sponſi ac Dei amore colligati ſunt,
uiſq; pro altero animas ponere paratus ſit, & antequàm per-
amore flagret non adhuc civitatis illius particeps & incola
admittatur, ad ſanctitatem, dico, templi illius & perfecti
dotij, ſequendo veſtigia primi Sacerdotis. Sic enim pro no-
tulit, ſic pro nobis bibit calicem, ut ſequamur eum offeren-
& bibamus cum eo bibente. Et ſicut ipſe bibit calicem, pro
rimùm orabat, ut ſi poſſibile eſſet Pater tranſferret eum ab
d quia oportebat eum pati & bibere, calicem illum bibit, &
ndum nobis calicem tradidit & mandavit. Et niſi bibamus,
habemus vitam in nobis. Interim parvi, imbecilles multi ac
ientes, commemorare tantùm & conſiderare, dijudicare,
nare tantùm potentes, donec aliqualiter refecti creſcamus
terio & ſollicitudine; tandem eſurire & ſitire incipiamus, &
ari, & confortari amore & charitate, Deum perfecta chari-
Dominum Ieſum integro amore diligamus, & amore lan-
tes nihil recuſemus pro ejus amore, qui talem adverſus ſe-
ſum ſuſtinuit contradictionem; contradictionem dico
ſui ipſius. Hinc jam per amorem vulneratis non ſolùm,
nguentibus, verùm ſibiipſis prorſus mortuis, quemadmo-
Chriſtus à mortuis non amplius moriturus, neq; mortis il-
ltra veterem calicem bibiturus, per gloriam Patris reſurre-
nimen vitis novum bibiturus in regno Patris, manducat
it novo & æterno. Imò, ſuos ipſe labores manuum ſuarum
ſpectu Domini, in azymis ſinceritatis & veritatis unà ſe-
diſcumbere faciens, & ipſe præcingens ſe, faciens eos diſ-
ere, tranſit & miniſtrat eis novum vitis genimen in re-
Patris.

duplice amaritudine, una myrrha probatiſſima, limitibus charitatis & pietatis perſiſtens, incenſum gratiſſimum Deo; reliqua odio Dei nata ſupplicium infligitur in prætorio.

CAPUT LXXIX.

EST autem duplex in regno Dei amaritudo. Vna, quæ thy-
miamate adoletur in templo, & myrrhæ nomine ſignifica-
tur in Scriptura. Et licet hæc myrrha amaretur in Ieſu & Maria
Cant. 4. quàm infernalis: juxta illud; *Fortis ut mors dilectio; dura ſicut*
verſ. 6. *infernus æmulatio.* quia tamen origine charitatis & fine pie-
tatis continetur, ideò in forma patientiæ ſervata gratiſſimum
Deo incenſum eſt, ab omnibus offerendum poſt Chriſtum &
Virginem matrem. Quia qui dicit ſe in Chriſto manere, de-
bet ſicut ille ambulavit & ipſe ambulare. Et quomodo po-
terit, niſi per amorem? ut ſi amat ſicut mater amavit, animam
amantis gladius pertranſiet. Et hoc ſignavit quando dixit Do-
Mat. 12. minus; *Qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ille mihi*
verſ. 50. *pater, mater, ſoror, & frater.* Et quomodo poteſt invitatus ad ha
amatorias nuptias diligenter conſiderare adpoſitas epulas, &
ſcire talia præparare, niſi amaverit? Et ſi amat, jam parat. Et ſi
2. Cor. 5. arguit *Paulus*; *Si Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes*
verſ. 15. *mortui ſunt.* quia qui amat morientem, commoritur; qui ama
crucifixum, concrucifigitur; & qui amat flagellatum, ſimu
flagellatur. Sed oportet amare Dominum Ieſum, alioqui
anathema ſumus. Alia verò amaritudo eſt, non ſolùm e
juſto odio inflicta; ſed ex odio Dei nata, in Deum evomita, &
omni impatientia exagitata: eò major quò nequior, & quò ne-
quior eò major. Hæc non offertur Deo in templo, ſed ſuppl
cium infligitur in prætorio. Iſtam ſemper vident jucund
ſervi Dei; ſed primam in æternum ſanctè & beatè commemo
rant, & lavant juſti manus ſuas in ſanguine peccatoris. ut *ali*
ſcripſi. Quòd ſi amor fortis ut mors, & amoris æmulatio du
ſicut infernus; ergo amor primogeniti fratris in nobis, quo ret
buimus pro omnibus quæ retribuit nobis, ubi dignus & perf
ctus fuerit fortis erit, ut in obſtinatis in latitudine mentis am
ſui, qui verè mors eſt & malorum profundum, non ſolùm Deu
contemnens, ſed & ſeipſum, (qui tàm pertinaci odio Deum od
ens, ut infernum æternum pati malit urentem, quàm ab od
Dei diſcedere. Sed fœcundior amor in Ieſum, quàm amor ſui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

...rtior igitur morte, durior inferno. Sed quomodo in hanc ...tiam & obſtinationem venit, niſi per odium? Et quomodo ...dium, niſi clara cognitione veritatis & neceſſariæ æquitatis, ...in latitudine mentis latere non poteſt? Peccatum igitur hoc, ...licet amor ſui, accedente mandato occaſionem ſumens, non ...tam, accedente mandato, hoc eſt, latitudine mentis lege co-...occaſionaliter, non cauſaliter, fit ſupra modum peccans ...atum. Quomodo enim ſupra modum peccans peccatum, ...n latitudine mentis, & pari latitudine mentis, altitudine & ...unditate accedente cognitione legis? In hac autem noſtra ...entis vitæ mentis anguſtia nemo conſummatè peccat, ſicut ...o perfectè legem charitatis implet. ut *alibi* ſcripſi. Vtraq; ...m hæc myrrha glorificat Deum, *Gloriam meam alteri*, in- *Eſai 42. verſ. 8.* ..., *non dabo*. id eſt, quæ mihi ex creatura & plaſmate meo de-...ur. Erit autem gloria aut bonæ voluntatis obſequentis in ..., aut excruciatæ voluntatis in inferno, aut caſtigatæ bo-...voluntatis ſacrificium in terris. Igitur triplex holocauſtum ...ificat Deum: primum in cœlis; ſecundum in infernis; ter-... in terris.

...d Dominus Ieſus amore vulneratus noſtri nos perfectas ſponſas, ſi perfecti fue-...mus, ſine gravi cordis vulnere, velut indignas repellere non poteſt: & quomodo ab eo oſculum petit ſponſa amatrix: & quàm dignè duorum amantium forma in oſculo exprimitur.

Capvt LXXX.

...Sculetur me oſculo oris ſui. Cant.* 1. vox eſt animæ de Deo o- *verſ. 1.* ptantis, ut Verbum ſanctiſſimo oſculo nuptiali carni ſanctè ...umiliatè unitum, per ſanctam hanc unionem nuptialem a-...ā noſtrā oſculetur, imprimendo oīa & ſingula illa bona, quæ ...ius Sacerdos pro nobis ſeipſū hoſtiā ſacrificando ad nos adtu-...t ſcilicet igne charitatis ſuæ nos accēdat & illuſtret in judiciū ...pientialem cognitionē. Et congruè valdè Canticū canticorū ...omō ab oſculo incipit. Nā ſi duas perfectè ſe amantes volūta-...attenti conſiderem⁹, quid quæſo faciunt, niſi quòd, quia in c... ...ibus idē ſentiūt, idē volūt, idē ſpirant & ſperant? quid faciūt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

niſi quòd ſuaviſſimo complexu ſeſe oſculantur? Verè magna res magnus amor. Magnum autem dico amorem qui dignus & juſtus eſt, ſancto loco conſtitutus, quem æquum eſt æternum eſſe & æternè beatum. De quo amore, quando ſponſæ animæ in

Cant. 4. vers. 9. ſponſum eſt, inquit ſponſus: *Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa, in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Hîc primùm attentè obſervandum verbum unitatis, *in uno oculorum tuorum.* Oculus enim ſponſæ unus & unicus eſt in unicum ſponſum ſuũ. Et hæc ejus unitas vera ſapientia eſt, ut nihil illi ſapiat prȩter illũ, nihil illi grande præter illum, nihil votivum vel deſideratum præter illum, vel propter illum. Hæc ejus unitas eſt oculorum columbina ſimplicitas, qua oculi ſponſæ cōmendātur oculi co-

1. Cor. 11. vers. 15. lumbarum. Et quia virginibus, Apoſtolo dicente, capilli pro velamine & ornatu ſunt, unus crinis colli ſponſæ, unitas & univerſitas eſt ſpiritualis ornatus ejus. Veſtis igitur ſponſæ nuptialis eſt. Et quia nihil ita ſponſam ornat ut amor ejus cordiali vulnere lãguens, ideò & ſponſus amator ejus pari amore vulneratus eſt corde, ut ſine gravi cordis vulnere ſponſam perfectè amantem, velut indignam, repellere non poſſit. Omne enim indignum indecens in regno Dei, præſertim in primis & præcipuis regni ejus, velut vulnus in corde Dei: ut ſciamus, quemadmodum vulnerari eum in corde impoſſibile eſt, ita etiam columbinum oculũ unum ſponſæ fraudari impoſſibile, velut pignus quoddam pollicentis ac deſponſantis eſt, ante ſe corde vulnerandum, quàm il-

Cant. 4. vers. 10. la perpeſſurum. Quòd autem dicit, *meliora ſunt ubera tua vino:* ubera lactis organa opus habent parvuli, qui nondum ſolido cibo veſcuntur. Interim ergo parvulorum fomento & nutrimento opus habentes, neceſſariò dicere habent; *Meliora ſunt ubera tua vino.* Vinum autem perfectorum eſt, quorum amor exemplo ſummi incenſi & ſacerdotij Ieſu incenditur, ut ſeſe illius amore inebriati, igne charitatis inflammati, totos Deo velut incenſum adoleant. Incenſum autem lege ſolius Dei, tanquàm unici pigmentarij pulvere componitur, quem ſolus Deus ex apotheca ſuarum divitiarum propinat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

...nta perfectio amoris requiritur, exemplo Domini Jeſu, antequàm terminum ...itæ perfectæ adepti beatificabimur: & quanta myrrha amaritudinis, per propoſitiones ex Scripturis ſacris.

CAPVT LXXXI.

...Antus debet eſſe amor Ieſu antequàm perfectus ſit, ut ex-
... emplo Agni Ieſu omnia facere & imitari, quæ in monte cal-
...riæ monſtrata ſunt: ut magis eligant Chriſtiani injuriam
...m cauſas agere; quia cauſas agere Paulus peccatum diffinit. *1. Cor 6.*
...mò, ſolum vocabulum amoris Agni hanc perfectionem in- *verſ. 7.*
...dit, quia quàm dulcia eloquia oris tui mihi, ſuper mel ori, &
...er aurum & topaſion, ut non ſolùm injuriam accipiat & frau-
...n patiatur; ſed & pacificus ipſe injuriam accipiens volenti cō-
...dere judicio & tunicam tollere, relinquere inſuper & palli-
...m. Manſuetus Agni inſtar ſolus ille, qui verè ut Agnus adfli-
...s, verè mœrens triſtis uſq; ad mortem non amaricatur, non
...minatur, non exacerbatur, non maledicit. Mitiſſimus ta-
...n Agnus, cùm jam circumſpexit omnes qui erant in ſynago-
... & zelus domus Dei comedit eum. Sicut qui dicit ſe noſſe
...um, & mandata ejus non obſervat, mendax: ita qui dicit ſe
...e Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, ſi hunc non amat,
...ndax. Quòd ſi amat, operatur magna, & neſcit habere mo-
...m. Quis enim modus adſit amori? *Et quis erit modus?* inquit *Virgil.*
...lus, *Amor non talia curat*, qualia ſolliciti vel timemus, vel *Eclog 1.*
...erimus & amamus. Amor Ieſu non timet eos qui occidunt
...pus: immò non timet eum qui poteſt animam mittere in ge-
...nam, quoniam amat illum, & vult omnem ejus voluntatem.
...Ieſum pro ſe crucifixum nemo cognoſcit, & non amat;
...oniam hæc vera vita æterna, cognoſcere te verum Deum, & *Ioan. 17.*
...m miſiſti Ieſum Chriſtum. Dominus Ieſus non venit ſolvere
...em aut Prophetas, ſed adimplere non ſolùm in ſe, ſed in ſuis
...nibus, ut nec apex nec jota deſit ejus adimpletioni. Scribet
...ur perfectam legem in cordib⁹. Solus verus ſincerus amator
... aptus eſt adimplere legem charitatis. Solus merus amator
... eſt veſtis nuptialis, quibus amator paratus intrare ad nuptias.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Nuptialis amor vocat ad regnum: & regnum quia Dei regnum, ideò & ſacerdotale. Et ſacerdotium ad pacificum ſacrificium, holocauſtum & incenſum ſuaviſſimi odoris; crucem videlicet. Nemo adſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, Filius hominis qui in cœlis eſt, Filius Dei amator fratrum, factus Filius hominis; tantus amator, ut fieret noſtrum peccatum & maledictum. Deſcendit de cœlo ſuæ beatificæ fruitionis, per quam ſemper à principio adſumtæ carnis in cœlo erat regni comprehenſor: ſed viator deſcendit de cœlo dignatione, non indignitate, noſtrum peccatum & maledictum factus, in quem niſi amore transformemur, non erimus ille unus qui pro omnibus mortuus eſt; unde neq; in illo uno adſcendemus. Omnibus igitur in cœlum adſcenſuris unum illud eſt neceſſarium, ut unus cum Filio hominis ſpiritus fiat per amorem, ut primò fiant duo in carne una per amorem vulnerantem, poſteà ſpiritus unus per amorem regnantem, ad ultimum unus Deus, non eſſentia, ſed conſortio divinæ naturæ.

verſ. 24. Cùm dicit 1. *Cor.* 10. *Nullus, quod ſuum eſt quærat, ſed unuſquiſq; quod alterius*: verbum planè nequit impleri, niſi per philadelphiam. Si cum Chriſto ſurrexiſtis, quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Igitur à contradictorio conſequentis, ſi quæ ſupra terram ſunt quæritis & ſapitis, non adhuc reſurrexiſtis cum Chriſto. Si Chriſtus unus pro omnibus mortuꝰ eſt, ergo omnes mortui ſunt. Quomodo omnes mortui, niſi vulnerante amore tàm ardenter amantes omnes, ut ſicut illius unius vulnera omnes acerbiùs vulnerant, quàm decies millies ipſi vulnerarentur, ita mors ejus unius magis mortificat, quàm corporalis hîc mors propria? Quòd hanc ſententiam
2. Cor. 5. verſ. 15. velit Apoſtolus, explicant ſequentia verba ejuſdem; *Chriſtus pro omnibus mortuus, ut viventes non adhuc ſibi ipſis vivant, ſed mortuo pro omnibus.* hoc eſt, adeò amantes vivant, ut illi ſoli vivant & moriantur. Vnde verè amanti par conſequentia eſt in omnibus paſſionibus Chriſti: videlicet, ſi unus pro omnibus flagellatus eſt, ergo omnes flagellati ſunt; &, ſi unus crucifixus,

omnes crucifixi ſunt. Oportet igitur omnes, pro quibus cru-
cifixus eſt, adeò amare, ut illius crucifixio, illius acerba caſtigatio,
illius amara correptio, illius aſpera emendatio, illius crudelis fla-
gellatio, illius inhumana laceratio omni propria laceratione a-
marior ſit. Quomodo enim in illo uno omnes mortui, ſi
non per amorem omnes tranſformati in illum unus cum eo
ſpiritus efficiamur? quod quàmdiu non ſumus, omnes in pec-
cato ſumus, quia iniqui, ingrati in tantum amatorem, & ana-
thema ſumus juſta & æqua lege ſancti amoris. Iſtæ ſunt mul-
tæ & magnæ illæ tribulationes, per quas oportet omnes intra-
re in regnum cœlorum: & id neceſſaria lege amoris, quoni-
am regnum illud regnum amoris, ad quod nullus niſi amans
admittitur. Hic amor, quia in Chriſtum carne paſſum, car-
nalis dici poteſt comparativè amoris regnantis, quo amore re-
gnabit videns omnes theſauros, omnes divitias gloriæ regni
Chriſti, quod ſpirituale; ſed ſecundum legem Spiritus per Apo-
ſtolum, non prius quod ſpirituale, ſed quod animale aut car-
nale. unde in amore regnante divitijs & gloria regni regnan-
tis Chriſti regnat. Et quia pari lege non prius quod merè di-
vinum & ultimum, ſed ante divinum & ultimum id, quod ſpi-
rituale & medium. unde quia divitiæ illæ in Chriſto ultima &
ſumma creatura, neceſſariò per eam via eſt in Deum. Et hunc pro-
greſſum notavit *Apoſtolus 2. Cor. 5. Siquidem novimus Chriſtum* verſ. 16.
ſecundum carnem; ſed nunc non cognovimus. Itaq; ſi qua in Chriſto & 17.
nova creatura, priora tranſierunt. vel potiùs ſecundum Græ-
cam veritatem, *principalia, vel initialia. Ecce facta ſunt no-
va omnia.* prophetia ex univerſi proceſsus in ſemita juſtitiæ
uſq; in diem perfectum. *Quid retribuam Domino pro omni-* Pſa. 116.
bus quæ retribuit mihi? Quòd ſi retribuam aliquid pro omnibus verſ. 12.
retributis, quodcunq; ſit illud, ipſum profectò omnium acce-
ptiſſimum Domino erit: ſi tamen tale, ut ſit incenſum ſuaviſſimi
odoris Domino. Et hoc eſt quod quærit *Propheta*, & mox expri-
mit; *Calicē ſalutaris accipiā.* quē ſi indignè accipim⁹, judiciū acci-
pimus. Dignè autē nō accipit, niſi qui perfecto amore & perfecta

charitate accipit pro omnibus quæ retribuit. Igitur pro perfecta charitate in perfecto amore fraternitatis. Igitur & ex perfecto amore & perfecta charitate. Placuit enim per ſanguinem cruci inſtaurare omnia quæ in cœlo & in terra. unde calix iſte ſola eu-chariſtia verè dicitur. Multi panis unus ſumus, quatenus panis illius de cœlo deſcendentis participatione & cōmunicatione in illum ſpirituali nutritione convertimur. Non autem niſi amore transformamur, non amamus, niſi vulnera illius omnibus noſtris amariora, ut ſit nobis ſolus Chriſtus omnia in omnibus. *Omne quodcunq; facitis, ſive in verbo, ſive in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo Pa-*
verſ.17. *tri per ipſum.* *Coloſ.* 1. Hoc *S. Bernardus* confitetur ſe nunquàm potuiſſe.

Amor Domini Ieſu propter ſalutem noſtram & propter juſtificationem noſtram licet ſublimis valdè, quia amor, niſi tamen valdè purgatus fuerit ab amore ſui, convincitur eſſe amor concupiſcentiæ, qui facilè convertitur in odium, ubi deſperatè reſcinditur concupiſcentia: ut in Medea Iaſonis, & in Didone Æneæ. ſed in bonis mentibus convertitur in amorem amicitiæ: ut in cane Cantoris, & in mulieribus Indis. Oportebit ſic Deum amare, ut nihil quæramus noſtrum niſi propter Deum: & huic legi accedere, purgari eſt. Hæc patent proceſſu graduū *S. Bernardi* de amando Deum. In duobus juveniliter ardentibus magnus amor, magna concupiſcentia: tàm iſte, quàm illa ſaturare ſuam ſitit concupiſcentiam. Aqua luſtrationis eſt amor Agni igne aſſi, aut ſanguis Agni Phaſæ ſparſus cruciformiter. Agnus Dei dominator, Dominus amantiſſimus, ac per hoc amabiliſſimus & amandiſſimus, omni lege amandiſſimus, non plenaria remiſſione tollit peccata mundi, niſi verè, plenè, plenariè tollat peccatum non amantium. Hoc enim grande peccatum eſt & grandis iniquitas, talem, tantum amatorem non redamare: & adeò gran-
1. Cor. 16 dis, ut Spiritus Sanctus per Paulum non dignè amantem ana-
verſ. 22. thematizet.

In amaro illo ſuo amore Magdalena, crucifixo adſtantis, tan-

..mariore, quantò amandiore, ſi ſciviſſet hæc omnia amara ..oter ſe pati ſuum amatorem, & hinc interrogata num pro ..ſalute vellet illum ſic adfligi? quid putamus reſpondiſſet, ..malle perire & perditum ire? Gravior ſibi crux Chriſti quàm ..Hic ſolus eſt amor vulnerans, ſi purus & merus purus abſq; ..ſui. Quàm amabilis & fruibilis amator, dominator Domi..idem & Agnus! qui cum imperio ſolo ſororibus mortuum ..em ſuſcitaret, cùm videret ſorores ejus lacrimantes, quas ..reſuſcitato fratre fuerat conſolaturus, lacrimantibus, ut fa..tenerum ejus amorem cognoſcas, illacrimatus eſt ipſe. O..et Chriſto paßo in carne eadem cogitatione armari per ar..uſtitiæ, à dextris & à ſiniſtris, omni armatura, ut nec apex ..jota deſit, quò nulla creatura ſeparare poſſit à charitate Dei ..eſt in Chriſto Ieſu. Non corruptibilibus auro vel argen..demti eſtis à paterna veſtra traditione, ſed pretioſo Agni ..uine: qui niſi pretioſus nobis æſtimetur, & perfectè pretio.. tantò manemus adhuc iniqui judices imperfectè redemti; ..niam hoc eſt, quod *Paulus* jubet, ſupplere quæ deſunt paſſi- *Coloß. 1. verſ. 24.*
..um Chriſti, & quæ reſtant paſſo Chriſto. Non enim ſufficit ..bonus paſtor cognoverit ſuas oves & poſuerit animam ſuam ..is, niſi oves ejus cognoſcant eum, & perfectè cognoſcant, .. charitate in Deum & perfecto fraternitatis amore animam ..ovibus poſuiße. Hoc ſi perfectè cognoſcunt, profectò pre..ſſimam æſtimabunt ſanguinis illius oblationem, animæ illi..o ſeſe poſitionem. unde ſi perfectè cognoſcant, ſi perfectè ..ficiant, perfectè amant, ut ſuas animas perdant non pro ſolo ..o, ſed pro minore fratre integrè, perfectè promti ſint pone.. parati. Magdalena amans Dominum Ieſum nondum ..uit charitatem quæ ſupra primogeniti illius fratris amo.. ultima in via exſpectatur, ſed in ſeminario habuit charita... Non enim amavit ut Medea Iaſonem, non uti Dido Æ..n, propter ſeipſos amantes & ſuam ex ipſis voluptatem pe..es, qua deſperata amor in odium converſus, amarunt; ſed ..dalena Dominum Ieſum propter illum amavit, & verè,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſincerè, merè, propter illum amavit. Igitur in omni fratre a-
morem illius & voluntatem voluit. Igitur ſi cognoviſſet illu
ſanctum charitatis exemplar in Chriſto, ſimillimam in Chriſt
voluntatem, jam totam ſecundum amoris exemplar accinxiſſe
ſe ad quærendam charitatem, ut ſic cum Virgine matre, licet i
inferiore gradu, ſuum amorem & regnum Deo ſacrificaſſet. A-
mor Agni dignus, ut in Magdalena, primogenitæ creaturæ, ad-
huc in ſeminario eſt, & niſi moriatur, igne charitatis incenſus i
Deum, ſolus manet: unde hæc illi mors & mortificatio fœcun-
diſſima vivificatio. unde niſi hoc ſui incenſo non eſt mediato
Dei & hominum per amorem Ieſu. Magdalena crevit in chari-
tate Dei, quando didicit Agnum omnia dira, dura, amara pro-
pter ſua ſcelera, propter ſuas iniquitates, propter ſua peccat
propter maledicta ſua, propter ſuum anathema, mandata hæc o-
mnia pertuliſſe. Domus firmata & fundata ſuper firmam pe-
tram, verum & unicum fundamentum amor petræ eſt, ade
ignitus & ardens, quò neq; flamma neq; flumina poſſint reſtin-
guere vel movere. Et quantò non adeò flagrat & ardet, ad-
huc lucernæ lumen & igniculus eſt, ſtillicidij guttulas & ex-
guum ventum formidans, quibus exſtinguatur in nocte. Stu-
tus igitur interim ædificator & anathema thalami nuptiali
non anathema ſit à via ſalutis, quàmdiu lucerna ſua non e-
ſtincta fuerit. Amor operatur magna, ſi eſt; & ſi non operatu
magna, non eſt amor. Quæro igitur, quantus debet eſſe amo
ut operetur illa magnalia, quibus regno cœlorum vim infera
& victorioſè rapiat illud? Sed ſecundùm illud, *quis modus ad*
amori? amor neſcit habere modum. Et omnis amor vo-
vus beatus. Si credens in Chriſtum opera quæ Dominus fe-
cit & ipſe credens faciat, & majora horum faciet, faciet igitu
opera ſacerdotij Chriſti altiſſimæ obedientiæ, profundiſſim
humilitatis, ſtrenuiſſimæ fortitudinis, amariſſimæ ſapienti
quia qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ambulavit &
pſe ambulare. Et quomodo ambulavit, niſi verè, ſincerè, me-
rè, dignè illum amando, qui cor unum & anima una? Ana-

…a Pauli de amando Dominum Ieſum vehementer cogit
…en datum Domino Ieſu ſuper omne nomen. Non enim
…bile dignè amari ab omnibus, niſi cujus nomen ſuper o-
…nomen, & gloria ſuper omnem gloriam: & hoc amari
…mis. Qui habet nomen exaltatum ſupra omne nomen,
…on amans genu flectit, neceſſitate, non charitate flectit:
…in tanta veritate & charitate obduratus. Qui in exal-
…nomine Ieſu terreſtris genu flectit amans, hic, ſi à beatifi-
…ſione differtur, imperfectus amator eſt, unde purgandus
…amoris. Quem propter ſuam dignitatem, etiamſi non
…, amare debemus, & niſi amemus impij ſumus; nunc au-
…dem amanriſſimus & amabiliſſimus, grande peccatum ſit
…n & idem amatiſſimus ſit. Verè igitur pannoſitas & fœ-
…ditas, indigna nuptijs tanti amatoris, non amare. Ve-
…te igitur & pulſante Filio hominis, & eodem oriente luci-
…n cordibus piorum, qui hic oriens fuerit amare incipiet in
…dinē mentis. Tunc orabunt in pace amantium dimitti,
…erari à corpore mortis, & gratias agent, quia viderunt mul-
…m ſalutare Dei.

…poſitiones in eandem ſententiam, quòd non ſit aditus in paradiſum, niſi per ignem, gladium verſatilem bicipitem, habentem formam crucis, ſcindentem à dextris & ſiniſtris.

CAPVT LXXXII.

…ortet comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſubli-…mitas & profundum: quia oportet ſanctos eſſe quorum Deus ſanctus eſt.
…udo & latitudo ſuis dimenſionibus crucem conſtituunt.
…omo brachijs extenſis crucis formam exprimit.
…ite uſq; ad pedes longitudo; à dextera in ſiniſtram latitudo.
…ſublimitas; pedes profundum in homine.
…is forma crucis figura eſt: gladius crucis figuram habet.
…s ignitus verſatilis cuſtodit viam ligni vitæ.
…gnum vitæ non pateret aditus, niſi per gladium verſatilem ignitum.
…dium ignitum ferientem, quia verſatilem, acceſſus non eſt niſi per mortem.
…s biceps verſatilis undiq; ſcindit, concidit & mactat indignum ligni vitæ, ut …ctus ab indigno manducetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Gladius ignitus verſatilis urit & devorat ubiq;.
Ad viam ligni vitæ dignè cuſtodiendam non ſuffecit crux.
Poterat enim avidus vitæ vel ſurripere, vel tranſcendere.
Gladio cuſtoditur via ligni vitæ, quo non niſi per vulnera & ſanguinem & mortem ſit aditus ad lignum vitæ.
Non ſatis tuta cuſtodia ligni vitæ per crucem & gladium bicipitem, niſi verſati impetu, ac valida in circuitu ejus tempeſtate biceps ille gladius verſaretur.
Verſatilis tempeſtas bicipitis gladii non ſolùm vulnerat & mactat, ſed & comminu uſq; ad minima cor accedentis; quia crebrò concîdit.
Iſta conciſio & contritio cordis idem ſunt.
Tantæ dignitatis lignum vitæ, quæ neq; cruce, neq; gladio, neq; bicipiti, neq; verſa tili ſatis dignè cuſtoditur, niſi fuerint hæc omnia prorſus ignea.
Non ſatis eſt pro ligno vitæ ſanguinem ſudare per vulnera, non ſatis eſt mori, ne ſatis comminui & conteri; ſed oportet per ignẽ devorantem conſumi.
Verè non ignavum eſſe oportet qui vult vitam.
Non per prona, non per declivia, ſed in ardua ducit via ligni vitæ.
Lignum vitæ non patitur ignavum poſſeſſorem.
Lignum vitæ non conquiritur ab inerte negotiatore.
Via ligni vitæ non admittit ſegnem amatorem.
Segnis, qui ſine igne eſt, non poteſt habitare cum igne devorante.
Strenuiſſimæ militiæ ſpecies eſt amor ligni vitæ: diſcedite ſegnes.
Lignum vitæ, quod guſtatum vitam dat mundo.
Vita non datur niſi per lignum vitæ.
Lignum vitæ non contingitur niſi per viam ligni vitæ.
Fructus ligni vitæ, vita æterna.
Fructus ligni vitæ, regnum cœlorum.
Regnum cœlorum vim patitur.
Violenti rapiunt viam, lignum, fructum, vitam, cœlum, cœlorum regnum.
Via ligni vitæ per gladium ancipitem, acutum, verſatilem, ignitum ducit ad vitam.
Via vitæ per mortem conſumentem.
Via ligni vitæ non tàm per gladium eſt, quàm gladius eſt.
Gladius anceps, verſatilis, igneus, idem quæ crux Chriſti.
Non corporalem crucem vel gladium, aut localiter protenſam viam, aut materia corporale lignum vitæ ſuſpicandum.
Sicut vita æterna merè ſpiritualis, ita lignum vitæ, via ligni vitæ, gladius & cru ipſa ſpiritualia ſunt accipienda.
Hæc eſt enim vita æterna, noſſe verum Deum, & quem Deus miſit Ieſum Chriſt
Ieſus Chriſtus lignum vitæ.
Ieſus vita æterna eſt.
Ieſus via eſt ad vitam.

A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Ieſum nemo pervenit niſi per Ieſum.
Ieſum nemo pervenit niſi ſecundum Ieſum.
rux & gladius, cuſtodiens, tutans, muniens viam ligni vitæ.
s cuſtos viæ nullum ignavum, tepidum, frigidum, deſidem admittit.
ditur omnis non altitudinem, profundum, dextrum, ſiniſtrum comprehẽdens.
: crucis, altiſſima & promtiſſima obedientia eſt.
um crucis ad meridiem, ardentiſſima in Deum charitas eſt.
um crucis ad aquilonem, arduiſſima patientia eſt.
crucis, profundiſſima humilitas eſt.
gnum fuit miſſum in panem, qui gloriatur Deum habere Patrem.
dius tranſivit per animam Virginis matris.
oria Pauli, qua ſine abfuit ei gloriari. (ones crucifixerunt.
x Chriſtianorum, qua, qui ſunt Chriſti, carnem, concupiſcentias & paſſi-
ſublimitas & profundum, longitudo & latitudo, ſanctis omnibus compre-
bitum ſervorum auditorum legis. (hendenda.
bitum colonus quàmdiu non plenè ſolvit, ſemper debitor manet.
bitum non ſolutum ex inſtitutione Magiſtri magni, ſemper, donec ſolva-
gimur orare quò dimittatur nobis.
ebitum eſt Chriſtianorum infirmorum, vexillum bellatorum, nobile trium-
victorum glorioſorum, inſigne triumphantium.
bitum ligat omnes Chriſtianos.
culo hujus debiti nemo abſolvitur, niſi qui debitum ſolvit.
bitum quatenus quiſq; ſolvit, eatenus abſolvitur.
ujus debiti vinculo Deus neminem ſolvit, niſi ſolventem.
hominum mediator, Agnus Dei, non tollit peccata mundi, niſi tollentis
ſuam & ſequentis.
s Dei tollens peccata mundi ſignum eſt elevatũ in monte, videndũ oĩb. gẽtib.
elevatũ in monte, exemplar eſt ſpiritualis ſtructuræ monſtratũ in monte.
lar abſq; imitatione fruſtrà eſt, ſicut fruſtrà calceamẽtũ cujus nulla eſt cal-
lar elevatum à terra, in monte monſtratum, traxit omnia ad ſe. (ceatio.
m ab hoc exemplari trahitur, non eſt.
emplar tractis omnibus convivium facit in monte.
ium hoc grande, convivium eſt pinguiſſimum, medullatorum, crapulatorũ,
fecatæ vineæ inebriatorum.
onvivit qui non vivit.
nvivit niſi qui dignè amat.
s amor dementia eſt. Convivium hoc verè conviventium eſt.
ium hoc ſympoſium eſt.
ium ſymbolum eſt & compotatio.
ium hoc & ſympoſium in calice teſtamenti bibitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Calix teſtamenti calix eſt ſalutaris.
Abſq; calice ſalutari non eſt ſalus. Abſq; ſalute non eſt vita.
Teſtamentum non eſt abſq; morte teſtatoris.
Calix ſalutaris non eſt abſq; calice teſtamenti.
Non eſt igitur ſalus & vita abſq; morte teſtatoris.
Teſtatori non convivit qui teſtatorem non amat.
Teſtator niſi exaltatus à terra teſtamentum non condit.
Teſtator exaltatus à terra ipſe eſt ipſum teſtamentum.
Teſtator exaltatus à terra deſiderio teſtamenti ſui trahit omnia ad ſe.
Qui deſiderat vitam & ſalutem, jam trahitur ad exaltatum à terra teſtatorem.
Quiſquis quantò vult vitam & ſalutem, tantò trahitur.

Quòd niſi exaltato nomine Filij hominis Chriſti Ieſu in cordibus noſtris jugiter adſpiciamus, memorantes exaltatum pro nobis, non trahet nos ad ſe exaltatus à terra.

CAPUT LXXXIII.

verſ. 32. EGo ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. *Joan. 12.*
Moſes exaltavit ſerpentem; Judæi exaltaverunt Filium hominis.
Et Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen ſuper omne nomen.
Et exaltavit eum homo accedens ad cor altum, quo exaltetur Deus.
Verè altum cor, in quo merè ſublimiter de Deo ſentitur: quoniam ille elevatum
gnum in monte, cui à multis contradicitur.
Ibi ceciderunt & in imo manent quicunq; non excelſo animo ad illum amand
ſolum, aut ſaltem ſuper omnia, accinguntur.
Ab illo ſigno non avertendi oculi; quia ſemper debet ad illum flagrare cor noſtru
ut ubi fuerit theſaurus, illic ſit & cor noſtrum: & ubi amor noſter, illic & o
lus noſter.
Profectò theſaurus noſter ſuper omnia eſt exaltatus: ſed quàmdiu ſuper omnia
non amaverimus, non eſt exaltatum nomen ejus in nobis ſuper omnia.
Nomen enim ejus in nobis tantò eſt inferius depreſſum, quantò aliquid vel præ
vel cum illo, aut etiam poſt illum, non propter illum amamus.
Et quàmdiu non ita verè, merè, ſincerè exaltatum eſt nomen illius ſolius, tàm
polluta domus Dei, ſuper quam invocatum eſt nomen ejus.
Et tantò minus ſanctificatur nomen ejus in ea, adeò etiam, ut & Baal de can
ſuillo ſacrificetur, & domus ſanctificationis noſtræ vertatur in proſtibulum, au
latrum abominationis.
In templo enim, velut in loco orationis Dei quæcunq; ſunt, non prophana, non ſu
ſtitioſa, non corrupta religione; ſed religioſa eſſe debent cum analogia divini nom
Unde qua ratione fuerunt in templo Salomonis thymiama & incenſum, eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

… arietes, oves & columbæ: videlicet, ut ſacrificarentur & immolarentur Deo
… hoſtiæ, victimæ, primitiarum, ſacrificiorum, aut holocauſtorum.
…ulum ergo & forum à templo Dei fine differebant.
…ſquis non hoc fine res iſtas illic tractabat, prophanus & ſuperſtitioſus erat, &
…gione corruptus.
… juſtiſſima ſeveritate per Zelatorem domus Dei à domo Dei ejiciuntur omnes
…ntes hæc.
…unt autem omnes, qui de ſacrificiis Deo offerendis, velut de ſuo, ſacrilegium
…t quolibet alio fine, quàm purè Deo quæſito.
…uis igitur in quocunq; loco dominationis divinæ, in quocunq; actu ſuo, in quo-
…empore, ſive ſeorſim ſibi, ſive communicando fratribus, quod in honorem Dei
…alia voluptatis aut vanitatis intentione velut ſuum facit, & turpi ſacrilegio
…; irrefragabili ſeveritate divini flagelli à templo ejicitur: quoniam in templo
…ſe non licent quæ non in templo Deo gloriam dicunt.
…vero carnis voluptate pro fine potiuntur, hi in torrentes ſulphuris & picis proji-
…r; & qui vanitate hos ſpiritus tempeſtatum, fulgura & coruſcationes excipi-
….Caro enim moritur, & velut aqua dilabitur.
…itur præceps & hic mundus, velut vapor ad modicum parens.
…em accedit homo ad cor altum, exaltabitur Deus in corde ejus.
…ato igitur corde ad altum Deum acceditur; nec ad altum, niſi alto corde ac-
…r.

… Magdalena vetita tangere, quia nondum in corde ejus erat exaltatũ Ver-
…rofactum. Licet enim integro corde pendebat ex eo, & adeò pendebat,
…grè parata & promta eſſet credere quidquid ille diceret, & promta facere
…ta quæ præcepiſſet: quia tamen de Verbi incarnati diuinitate nondum ad cor
… acceſſerat, ut uerè exaltatus eſſet Deus Verbum in corde ejus æqualiter cum
…; ideò non adhuc digno interiori oſculo, ſed impuro pro tanto oſculabatur, & e-
…intus veritatem conſubſtantialis Deitatis confeſſa, ore ad os integrum inte-
…culum accepit: quia tunc exaltatus Jeſus illam & omnia ejus traxit ad ſe, quò
…eſcendit ad illam. Eſt autem in acceſſu ad Deum exordium, Evangeli-
…einde colloquium, poſteà commercium. Poſt hæc ſunt deſiderium, exerci-
…inde conſilium, remedium, negotium; deinde mandatum, magiſterium, of-
…. Poſt hæc judicium, flagellum, ſtudium; deinde convivium, oſculum,
…nium.

Quòd jugiter meditari paſſionem Domini Jeſu eſt verè verum ſabbatum ſabbatizare, tàm crebrò, tamq; diligenter in lege præceptum.

CAPUT LXXXIV.

Crebriùs

CRebriùs non Moſes ſolùm, ſed & alij Prophetæ monent populum de ſanctificando ſabbato, ſæpiùs quàm de alio aliquo mandato. Vbi licet revera multum utilis ad introductionē legis vacatio à tumultu reliquæ vitæ, tanquàm ſubmotis impedimentis, aptior; ſic homo ad alterius vitæ delibandæ principia. Exterior enim corporalis exercitatio parùm utilis eſt comparatione pietatis, quæ eſt cultus Dei: unde non ſolùm vacare monet, ſed & pietati intendere, cùm dicit; *ut ſanctifices diem ſabbati.*
Exod 20 verſ. 8. Vnde qui vacat, ſed cum pietate vacat, vacationis fructum adfert. Vnde qui pietati intentus vivit, perpetuum ſabbatum agit. Verùm ſi attentiùs verba legis cum animalibus mundis ruminamus, invenimus in verbis præcepti ad ſanctificationem hujus ſancti ſabbati præcepti, *ut meminerimus.* Et revera, ſi fideliter magni ſabbati meminerimus, ut conſumato labore ſenario magnus ille mundi fabricator exinanivit ſemetipſum, formam ſervi ſuſcipiens, factus obediens uſq; ad mortem, mortem autē crucis: magno die veri ſabbati ejus & noſtri requievit in morte ab omni opere prioris duræ ſervitutis quiete ſomno. Hoc ſi ſedulò meminerimus, non tàm ſabbatum ſanctificamus quàm ſabbato ſanctificamur: licet etiam ſanctificati, & in ſacrificio ſabbati illius conſecremur & ſanctificemur, ut ſanctis deſiderijs ac laudibus & ſabbatum & ſabbatiſantem Dominum Ieſum adoremus, admiremur, adamemus, & per eum tanquàm per mediatorem inter nos & Deum, dignis ad Deum holocauſtis poſteà tendamus. Interim nobis pro incenſo ſit magnifici incenſi, digni, videlicet magnæ & conſummatæ obedientiæ illius commemoratio. Neq; ullum noſtrum opus tale putemus, ut liceat, aut hujus cōparatione ſabbati licitum putetur. Anima enim, quæ quidpiam operis fecerit, exterminabitur de populo ſuo. Arbitramur enim juſtificari hominem gratis per Ieſum abſq; opere. *ut ſuprà.* Qui verò in juſtificatione ſui magna illa coràm Deo aliud quidpiam ſui operis offert, hoc ab incenſo magni Sacerdotis diminuit: ne eſt cuiq; gloriandum, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſt quia in illa nobis eſt ſalus, vita, & reſurrectio. Quòd ſi non i

operibu

bus juſtitiæ noſtræ; multò minùs in concupiſcentia carnis, & vanitate. de quibus *præcedenti capitulo.* Adeò, ut præter cauſtum & incenſum ſum̃i Sacerdotis nihil penſi faciamus, nomen, cujus memorari debemus, verum, unum, fœcun- efficax, clarum, fixum, liberum, dignum, perfectum, ſan- in hac noſtræ peregrinationis caligine incomprehenſibile: verè cognoſcamus, quò vivificet, augeat, fœcundè igniat, at, exerceat, illuſtret, liberet, dignificet, perficiat, ſa͂ctificet. unt igitur homines quid ſit eſſe perfectum Chriſtianum. fectus Chriſtianus non adhuc Chriſtianus, quantò neſcit.

d ad ſuaviter efficaciterq́; meditandum paſſionem Domini Ieſu multum confert nobis Magdalenæ crebra commemoratio.

CAPVT LXXXV.

Olenti mihi ſabbatiſare & ſabbatiſando cogitare de ſuavi nomine Ieſu, & in ejus deguſtatione delectari, non pro ma- dine rei ſuavitatem invenio, non ſi mediter aut cogitem Deus homo eſt: non ſi mediter, quia mediator Dei & ho- um eſt: non, ſi magni conſilij angelus eſt: non, ſi angelus pa- on, ſi angelus teſtamenti: non ſi cogitem, quòd in ſanguine ēti ſui eduxerit vinctos de lacu in quo nō erat aqua: non, erdotem primum: non, ſi Regem Iudæorum: non, ſi ſacri- m & holocauſtum: non, ſi incenſum ſuaviſſimi odoris Deo plo ſancto ſuo. Licet quibuſdam horum cogitatis, quàm liſdam, ſuavius adficiar; non tamen adeò granditer mihi de Ieſu cogitatus dulcis & grandis, quantùm cogitanti mi- c ipſa in corde Magdalenæ cogitata quanta fuerint. Et qua- c? Niſi quia dulcis cogitatus voluntatem poſtulet amore ntem: aridus autem cogitatus eſt in gelida mente; gelida eſt aquilonari ſpiritu adflata, rigida, ſui amore, velut glaciali ia, conſtricta, nihil illi ſapit omnis aromatum perflantis rum auſtri fragrantia. Beata mihi videtur Magdalena tàntis ici nominis Ieſu odoribus adflata, quò cuncta illi ſorderent nium Ieſum redolentia. Vnde nullum naufragium, niſi per- ejus periculo, metuebat impendere. Hic illi vivens vita,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

moriens ei mors erat, reſurgens illi vita æterna fuit. Hac me-
ditatione, hoc unguento vulnera ſua univerſa ſanabat. Reveri
hoc nomen bonum illi melius quàm omnia unguenta, quan
talibet arte pigmentariorum compoſita, etiam licet oleo ligni
vitæ de medio paradiſi confecta. Magis mihi redolet nomen Ie-
ſu ſic in corde Magdalenæ flagrans cogitatum, & longè quàm
ego frigida mea meditatione verſem. De hoc dicit Salomon:
Eccleſ. 7. verſ. 2. *Melius eſt nomen bonum, quàm unguenta pretioſa.* Nomen enim
quid aliud niſi notitia, ſive notio? non certè hominum: quia tal
nomine non ungimur; ſed potiùs maculamur, quod plerumq
ſicut videmus, peſſimi habent; ſed Dei & Domini Ieſu. Quan-
tò ergo majorem de Deo habuerimus notitiam, tantò magis
cùm ipſe maximus ſit, æſtimemus, æſtimando gloriam & hono-
rem tribuemus: & quantò ei majorem gloriam tribuerimus
tantò magis amamus. Amando quemadmodum Magdalen
ungimur à ſordibus: Quare nomen bonum, id eſt, veram habe-
re notitiam Dei, pretioſiſſimum nobis efficitur unguentum
quo niſi ſicut Magdalena ungamur, ſalvos nos fieri impoſſibil
eſſe nemo qui ambigat.

*Commemoratio amoris Magdalenæ in domo Simonis leproſi Phariſæi, lacrimis l-
vantis, tergentis crinibus, mulcentis oſculis pedes Domini Ieſu, quando dimiſſa
peccata multa multùm diligenti; & quàm integra officia amoris ejus.*

CAPVT LXXXVI.

Matt. 5. verſ. 7. **B***Eati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentu*
Et quæ integrior decoriorq; miſericordia, quàm ea miſe-
cordia, qua Magdalena ſui ipſius miſerata ſtabat retrò ſecus p
des Domini Ieſu plorans? Et quare plorans, niſi quia ſui miſera
Valdè namq; flagrabat ungere illum, quem tantopere diligeb
Sed propriæ conſcia indignitatis, & ſevera judex, graviſſimã
ſuo tenero amore acerbiſſimã verebatur & jamjã impender
pavebat repulſam: quam ſi incideret, & illo judicante, quẽ tan-
perè diligebat & amoris officio ungere volebat, ungere veta-
tur, omni modis miſeram ſe judicabat, & miſerata ſui traxit in
miſericordiam, quæ à progenie in progenies, ut porrecto pede

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

endũ, dato inſuper nutu ad fiduciam trepidantem, mox ex
ſtijs educta in libertatem gloriæ filiorũ Dei, liquefactam in
dine animam ſuam in geminos dulciſſimarum lacrimarũ
ntes, effudit in lavacrum pedum, quaſi nunquàm aliâs ulli-
erius amatoris pedes colluti ſint. Amariores quidẽ primæ
acrimæ retrò ſecus pedes ejus; verè tamen ſanctæ, quoniam
uum illud miſeriarũ ſuarũ niſi de radice amoris procedere
otuit. Quomodo enim repulſam ſe ab amoris officio miſe-
udicaret, niſi totam beatitudinẽ ſuã in amato conſtituiſſet?
iſſimæ verò ſecundæ lacrimæ, quando non repulſam ſe, ſed
tam, acceptã, placentem comperit, nõ ſe ſapiens, velut ful-
quodã ſubito gaudio perfuſa dulciſſimè lacrimabatur. Fide-
æ autem lacrimæ ejus ad pedes crucifixi, quæ nihil ſuũ, ſed
s illum, ſive mortuum ſive redivivũ, redolebant. In primis
acrimis Magdalena ad pedes Domini Ieſu non tàm pœni-
mihi videtur, quàm tenerrimo flagraſſe amore. Quid enim
itius, quàm ut lacrimis lavet? Quid reveriore amore plenius,
ut coma capitis abſtergat? Quid locupletius, quàm ut pe-
rdipiſtico ungat? Quid integrius, quàm ut oſcula figat? Nõ
tàm pœnituiſſe, quàm officioſo amore incaluiſſe credide-
nemorem magis divitiarum bonitatis, quàm ſui dedecoris
deratione occupatã. Teſtantur hanc ejus excellentẽ felici-
, & felicem raptum in Deũ ea quæ exteriùs geſſit in opere:
s autem ſententia ejus qui ſcrutator & judex eſt cordiũ, cu-
diciũ, quantùm expreſſè ſonat pro hac ſententia, teſtimo-
& argumentũ eſt. Illam igitur velut exemplũ ſecuræ imi-
nis conſtituit Deus, velut ſignũ deſtinationis, velut pignus
iſſionis, velut faſciculum deſideriorum, quantùm homini
ris adhuc & mortali contingere licet compendium felici-
Vis igitur brevi, ſecuro, certo, fido, pleno, facili calle de æ-
a in ſufficientiam, de tempeſtate in tranquillum, de trepi-
ne in ſecurum tranſmigrare? ſequere Magdalenam. Neq;
um illius ducatum putes, neq; difficilem tuum comitatum.
enim oportet maria tranſfretare, non tranſalpinare

montes, aut arduos rupium invios calles adſcendere: propè eſt in corde tuo, in te eſt ut imiteris, tàm pronum ut ipſe teipſum invites; duntaxat oculos aperias ut videas. Quis hominum tàm eſt rerum humanarum ignarus, ut ignoret quid felicitatis habeat vita feliciter amantis? Cōmuni ore ſapientes clamāt & inſipientes,

Quiſquis amat quod amare juvat, feliciter ardet,
Gaudeat, & vento naviget ille ſuo.

NOrunt omnes quàm ſit amor ceterorum incurius, quàm uni & ſolo amato intentus, illo ſolo contentus, illo uno ſufficiens, & ſuo judicio beatus. Vis ergo tuo judicio beatus vivere, quod non velle non potes? ama. Reliqua omnis vita, quæ ſine amore degitur, mortua videtur, etiam degenti ipſi. Quis hominū omnibus reliquis bonis adfluere vellet ſolus? Adeò reliqua omnia cōmoda, quantumlibet ſuavia, condit, ut etiam ſine amore deſiperent faſtidita. Adeò inquam condit, ut etiam ipſe vanorū hominum error, niſi amore condiretur, intolerabilis eſſet pereuntibus. Vis ergo tuo judicio verè beatus vivere? illò tuum transfer amorem, quò indubius dignum ames. Habebis enim exeo quod amas omni torpore, languore, ſopore excuſſam vitam: habebis juges vitæ comites, alacritatem, vigiliam, expeditionem, fiduciam, ſpem certam, exſpectationem, frequentes interim cōſolationes, terrenarum & mundialium rerum incuriam, humanarum rerum contemtum, divinarum rerum juge deſiderium, crebra ſuſpiria præſentium, illecebrarum faſtidium. Hæc ſolùm quia cogito, ubi Magdalenam ad pedes Ieſu plorantem & amore flagrantem, & Reginam Heſter in Aſſueri baſilica præcellentem comparavero, non illi æquanda votis videtur, ſed velut aurum luto anteferenda. Heſter enim quò magis amat, magis amaritudinum laqueis illigatur, ut eò illi magis omnia metuenda, regi animi inconſtantia, latentis veritatis ignorantia, præſentis ævi brevitas, feſtinum divortium, caducus ætatis flos: quorum nihil verendum Magdalenæ, ut non ſolùm ſuo amore beata fuiſſe videatur; ſed & ſuo exemplo intendat, quòd ſi non amantem, ad huc ſaltem, ut amare deſiderem. Et ejus exemplo, beatitudo ſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

memoró in mentem redeat, crebris deſiderijs excitabit, virum deſideriorum faciet, orationes exprimet, exauditæ orationis gratiam referet, ut ab exemplo in comitatum ſocietatis & experimentum fęlicis participationis transferaris, ſimulq; cum Maria ſedere non ſolùm cupias, ut pridem, ſed & incipias in odore unguentorum ejus, quibus univerſam domum replet ab oriente in occidentem, à meridie in ſeptentrionem. Hæc illa libra nardipiſtici, vera charitas Magdalenæ, cujus odore tota domus repletur, cujus gratiſſima effuſione ſic placuit, ut mulier peccatrix à ſeptem dæmonijs mundata toti mundo munditiæ conſequendæ celebre proponeretur exemplum, & publica prædicatione promitteretur vulgandum præconiũ: & tale præconium, quod audientibus, obtemperantibus fieret Evangelium regni.

Remmemoratio amoris Magdalenæ, quando fracto alabaſtro fudit nardipiſticum ſupra caput Ieſu, murmurantibus diſcipulis.

CAPVT LXXXVII.

DOmin⁹ Ieſus, verè Chriſtus, unctus à Deo prę cõſortibus ſuis; quia Spiritus Domini ſuper eũ, ũxit eum velut oleo exſultationis præ conſortibus ſuis: & quia ipſe Agnus Dei tollens peccatum mundi, per columbam Ioañi deſignatus & conteſtatus; quoniam ipſe eſt qui baptiſat non in aqua, ſed per aquam & ſine aqua Spiritu Sancto. Ideò dicit præ ceteris, quia præ conſortibus ſuis, non tamen præter ceteros. Ipſe enim eſt, qui credentes, audientes, obedientes ſuo Evangelio baptiſat in Spiritu Sancto, & unctos ipſe ungit unguento ſancto, trahens in odore unguentorũ currum poſt ſe. Vnguentum hoc, unguentum vitæ; & oleum exſultationis, commune quidem omnibus filijs Dei; ſed primogenito filiorum Dei datum non ad menſuram: quia primogenito prærogativa ſalva eſt in menſura plenitudinis gratiæ & veritatis. Neque hac unctione duntaxat unctus eſt; unctus eſt etiam à Maria Magdalena Rex, pridie quàm ſigno regni ſuper aſinum ſedens filiæ Sion denuntiaret venire Rex, ut feſtivis honoribus introniſaretur. Neq; ignobile putandum fuiſſe unguentũ, cujus odore tota domus impleta fuit, cujus æſtimatio tàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

accepta & pretioſa in conſpectu Domini, ut ab oriente in occidentem, à meridie in ſeptentrionem ejus unctionis fragrantia promitteretur & collaudaretur diffundenda. Verè beata mulier, quæ in ſe & de ſe tàm dignum reperit nardipiſticum, ut non ſolùm licenter ſanctum illud caput angelicis poteſtatibus formidandum, ſublimem illum verticem dominationibus & thronis venerandum; ſed fidenter, ſed gratanter, ſed acceptabiliter adprobata laudibus non ſolùm, ſed & promiſſis cumulata ſummi Sacerdotis officio Regem, quem Spiritus Sanctus unxerat, ipſa ſuum Regem, ſuum ungeret amatorem. Verè pretioſum unguentum, non tàm nardino oleo, quantumlibet piſtico, quàm fideli de puro corde charitate fragrans & fide non ficta. Hoc verum illud unguentem, quo Magdalena Chriſti pedes primò perunxit; poſteà, quò totum mundũ perungeret, ſuper caput effudit, ut deſcenderet in barbam, barbam Ieſu, & deſcenderet in oram veſtimenti ejus, quatenus in toto mundo, ubi hoc Evangelium prædicatum fuerit, ſacri ejus flagrantis & fragrantis amoris odore mundum repleat, adficiat & provocet, ut verè mundus unguentorũ ejus odore trahatur, & in eorum currat odore. Hoc odore mortui reviviſcunt, languidi convaleſcunt, debiles roborantur, torpentes, tepentes, pigri incaleſcunt, accinguntur & exſiliunt puſilli, creſcunt exemplo Magdalenæ, donec ipſi paribus cum illa ſibi Regem unguentis ungant. Fit ergo, ut eundẽ Chriſtum non ſolùm Magdalena poſt beatam illam Sancti Spiritus unctionem unxerit; ſed omnis fideliter amantium etiam ſuaviſſimi amoris illum unguentis ungat, à quo & in Spiritu Sancto baptiſatus, unct⁹ fuit. Differunt autem & diſtant iſtæ unctiones. Chriſtus enim à Deo unctus unctione non manu facta, quia increato dono, Spiritu Sancto, unctus fuit; unctus autem eſt à Magdalena & univerſa Eccleſia ſanctorũ unctione manu facta: quia licet inviſibile ſit officium charitatis, & cooperante Spiritu Sancto, quia tamen creata eſt, creaturæ facultate, velut manibus creaturæ elicitum ac productum unguentum eatenùs à prima diſtat unctione, quantùm creator à creatura. Quibus ergo putamus

unguen-

mentorum odoribus illuc domum Dei replendam, ubi ſin-
Deum Patrem ſuis, Deum Verbũ ſuis, Verbum incarnatũ
Spiritum Sanctum ſuis legitimis incenſis & thymiamatibus
ificabũt, & quiſq; ſingulari odoramento, mirabile itemcon-
tia ad ſingulos, mirabili varietate ex ſingulis. Et quia uncti-
beatam etiam Chriſti humanitatem ungũt, idq; ſicut æquũ
tant, eadem etiam, ſed pro ordine & gradu, reginam Regis
minem matrem ungunt. Vngũt præterea pro gradu & ordine
erſos ſacri templi ſacerdotes & miniſtros. Charitas enim per
tum Sanctum diffuſa in cordibus electorum, fratres habita-
iciens in unum, omnibus Dei filijs, ut jam diximus, unguen-
t in capite, deſcendens in barbam, barbam Aaron, deſcen-
uſq; in oram veſtimenti ejus, ut ſingulis adſit hujus unguẽ-
enitudo in omnes. Quòd ſi omnes tàm pretioſo unguento
um Dei repleant, quibus tandem ſuſpicandũ fragrantijs a-
um Virgo mater, amoris magiſtra, primas poſt Chriſtum vi-
uncta, ſecunda ſorte exeat in domo Dei ponere incenſum?
us putandum odoramentis ampliſſimum Salomonis tem-
n implebit? Profectò tantis fumis & odoribus, ut reliqui poſt
non poſſint, ut parata ſeſſione procul gradu, non loco, lætũ
riant odorem. Ad hanc ſanctorũ dignitatem, ad has beatorũ
ias non modò conſpiciendas, verùm conſequendas & poſſi-
das verè copioſus, verè locuples, verè opulentus & fructuoſus
amor noſter, ſi eſſet officioſus.

...mmemoratio amoris Magdalenæ, quando venit ungere mortuum in ſepulcro, ...nando viventem poſt reſurrectionem prohibita tangere donec adſcenderet ad Patrem, in corde ejus proficiente fide.

CAPVT LXXXVIII.

V'Erbum illud ſanctum & amoris plenum ad Magdalenam;
Noli me tangere, quoniam nondum adſcendi ad Patrem; vel- *Ioan. 20. verſ. 17.*
regula quædam amanti data, qua ſpem ſuam, velut navigati-
s ſuæ curſum, dirigat in portum. Quoniam ſi velut omni-
votorum ſuorum portum ſtatuerit illum complecti, illum
ſentẽ habere, illi hærere, illi inniti, illo perfrui, ſciat non ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Verſ. 14. fovendum, palpandum, oblectandum. Quibus igitur traditum, niſi inimicis, odientibus, & in mortem quærentibus animam tuam? Poteſt igitur credentibus videri, ac per hoc & commemorantibus ſatis eſſe, quod Iudæis ad crucifigendum & moriendũ traditum eſt. Et revera ſimplicioribus hæc ſimplex credulitas, & laborum, lãguorum, dolorum, mœrorum, vulnerum, anguſtiarũ, afflictionum, exinanitionum, derelictionis, perpeſſionis commemoratio, eſt efficax ad ſalutem. Sed conſideranti mihi, quia pro me traditum eſt, ac dijudicanti, quanta me divino decreto debita miſeria manebat, quæ ſi nõ perfecta æquitate redimeretur, invenio corpus tuum traditum illis, quibus ego tradendus fueram: alioquin enim non pro me traditũ fuiſſet. Tres verò mihi inimici ſunt; Prætor, Tabellio, & Lictor. æquitate Prætor; Veritate Scriba; malignitate Lictor. His ergo tradendus fueram. Sed pro me perdito, dulciſſime ſalvator meus, traditum eſt corpus tuum, & adeò traditum, ut reconciliaretur Prætor, laudaretur Scriba, confunderetur Lictor. Traditum igitur corpus tuum ad exſolvendũ pro me ſecundum omnem crudeliſſimi carnificis libidinẽ, quidquid eſſet ſæviturus in me. Verùm non ad id modò, ſed quoniam nequior eab initio invidia timebat in te Agnum, quem quia viderat Regem gloriæ futurũ, venenato ſemper dente nequiſſimus ille draco, cũ univerſa viperarum, aſpidum, ſerpentũ cohorte, ſemper expetebat. Huic ergo traditus, ut faceret in te, quidquid naturali virtute, acutiſſima arte, nequiſſima malitia excogitare, adinvenire, cõficere poßet: & õnia pertuliſti. O mitiſſime Agne, tàm forti patientia, donec obſtrueretur os loquentis iniqua, ut non eßet in univerſa illa cohorte nequiſſima, qui poßet aperire os & gañire! Verùm, licet hæc tua victoria magna regni tui gloria ſit, ut verè tamen perfecteq; tibi cantent gloriã, qui te fortẽ & ſanctũ regem gloriæ pronuntiant, oportuit illorum os plena laude ſatiari, quò
pleno

dno in æternum pectore prorumpant,fortem te in prælio, di-
gni laudatores,quia veri æſtimatores.quem Deus percuſſit,ange-
li perſecuti, & ſuper dolorem vulnerum ejus dæmones addide-
runt. Conſideranti, dijudicanti mihi neceſſarium videtur,ut ju-
dex me⁹, (qui niſi ęquitate plena reconciliari non poteſt,)per tu-
um corpus pro me traditũ ſit recõciliatus. Invenio igitur traditũ
Judæis,invenio traditum Gentibus & militibus, invenio traditũ
draconi, & angelis ejus dæmonibus omnibus. Verùm,quoniam
anima tua in manibus tuis,ut nemo animam tuam tolleret à te,
ſed ſolus tu poteſtatem habebas,quando volebas,ponendi eam:
ut nulla truculentia draconis ejicere potuit illam, donec ſan-
cti ſacerdotii tui completum ſcires eſſe ſacrificium. quod nemo
noſſe poterat, niſi tu Agne magni conſilii, conſcius arcanorum
conſiliorum Dei. Traditum enim erat inſtantiſſimæ exactrici,
divinæ ſcililet æquitati, quæ in ſuam gloriam niſi prorſus jure
non reſtitueretur. Longè ſiquidem ſublimius æſtimo divinam
juſtitiam ęquare,quàm nequiſſimorũ dæmoniorum ora obſtru-
ere, quàm angelorum ſanctorum ora laude replere. Verè, verè
magnum hoc ſacrificium,quod in oculis juſtitiæ tàm pretioſum
eſt. Verè jam præclarus calix iſte ſalutaris, dignè non ſolùm ſu-
mendus ad retribuendum Domino pro omnibus quæ retri-
buit nobis,quando in oculis juſtiſſimi Dei tantus habitus eſt, ut
omne debitum non ſolùm compenſaret; ſed & ſuperaret.
Non jam aſſumendus,quia præclarus,verùm bibẽdus. Et quoniã
inebriat multùm,bibendus & potandus uſq; ad ebrietatem:ſed
tunc ubi ſanis oculis perſpicere,cõſiderare,ac dijudicare dabitur.
Nunc enim quia lippis adhuc oculis tenuiter ac cæcutienter vide-
mus, exigua nobis ſtillicidia non incuriè aut negligenter ſtil-
landa ſuper terram; ubi enim elevato ſole cœperint roris inſtar
evaporare,elevabunt nos illuc unde venerunt. Dulce eſt in iſtis
ſed dulce iſta ruminare,ſalubre, fructuoſum, in hujuſmodi ver-
bis hæc meditari dixi eſſe ſapientiam. Sed heu, quales,& de qui-
bus frequentes meæ cogitationes,quæ quò minimè turpes, quã-
vis licet non ex turpi affectione aliqua prodeunt; quia tamen

vagæ, neglectæ, ſteriles ac truncæ ſunt, hominem truncum, ſteri-
lem, negligentem, & nullo me fini deſtinatum convincunt. Et
ex vago fluxu cogitationis meæ nullũ bonũ portum ſperare poſ-
ſũ. Cogitationes artis tandem perficiũt artificẽ; cogitationes pru-
dentiæ prudentem; ſcientiæ meditationes ſcientem; conſiliorũ
tractationes conſultum; ſapientiæ ſapientem: ſed fluxæ & vagæ,
truncæ, neglectæ, quid facient? niſi quia penitus nihil faciunt, niſi
quòd mentem enervant, ut vel nuſquàm conſiſtere poſſit.

Quòd & calicem Domini accipere jubemur etiam commemoratione; & quantus fructus ex commemoratione oritur.

CAPVT IV.

TV præcipis, Domine Ieſu, accipere & manducare corpꝰ tuũ
pro nobis traditum. tu præcipis accipere calicem, & bibere
ſanguinem tuum pro nobis effuſum in remiſſionem & redem-
Pſa. 116. tionem. Et Propheta profitetur accepturũ ſe calicem ſalutaris, &
per hoc retribuiturum ſe Domino pro omnibus quæ retribuit
ei Dominꝰ. Ergó ne accipiendo calicem ſalutaris retribuit? Scire
vellem, calix quomodo accipiatur: niſi fortaſſis accipiatur & bi-
batur, quemadmodum & corpus pro nobis traditum accipitur &
manducatur. Manducatur com̄emorando: quoniam tantorũ o-
perum Dei com̄emoratio verè vivificus panis eſt, & hoſtiã & vi-
ctimam affert, reficiens ad omnem ſalubrem effectũ, Panis vitę.
Nimirùm com̄emoratio divinitùs tanto munere præſentis cor-
poris, ac talis corporis dotata, ſi ſatiat, quando ceteris in rebus
tantùm poteſt & efficax com̄emoratio eſt omnium artiũ, ſcien-
tiarum, conſiliorum, & ſapientiæ perfectio & conſummatio. Ne
ne ex hoc grano meditationis & com̄emorationis omnia prod
ierunt, ſcientia omnis, vel ars quantacũq; ſplendida vel ſpecta
bilis polluceat, meditando, com̄emorando, conſiderando acce
pit, ut ex teneris primordijs in eum ſplendorem erumperet? Vi
credibile mediterraneis, ars navalis perfecta ubi fuerit, quãta pr
ficiat, quantas moles in alterum finem orbis tranſferat peritu
gubernator? Sed ad eam peritiam, niſi commemorando, conſide
rando, conferendo, dijudicando non adſcendit, quam ſi non ha

bere

ret gubernator, totus oriens mundi ſterilis eſſet occidenti, & cidens orienti. Quis enim aliter tantas moles à finibus nobis eret in alium orbem, niſi navali commoditate, tranſportaret? e nunc ex quàm parvo fonte commemorationis, etiam in re ophana, quantus fructus exundat? Quid igitur credendũ, ſperandum, imò fiducialiter præſumendum, quin & ardentiſſimè ſitiendum ex commemoratione? Tu, Domine Ieſu, qui non artem uam exinde conſecuturã promiſiſti; ſed perſonalem tui præſentiam, vitam dabis, & vitam æternam. Et quæ eſt hæc vita æterna, niſi ut cùm perfectè te amaverimus, mundo corde te videamus, videntes dignè æſtimemus, æſtimantes in æternum deificè ruamur? Hanc vitam exſpectamus, ubi mortalitatis corruptim hanc ſtolam exuerimus. Non tamen interim prorſus exores erimus vitæ, quin etiam hîc magnam & vitalem vitam vius, tantùm ſi noſtrũ hunc vitæ fontem, vivifici corporis pro is traditi comemorationem non deſeramus. Per iſtam enim emorationem gratiam accipiemus, ſapientiam veram, judiectum, & perfectam juſtitiam. in quibus tribus maxima vita uæ poſſit homini ſub ſole contingere. Quid enim ſpectabi;gratia? quid illuſtrius ſapientia? quid ſublimius gloria? quid ailius charitate? Hæc vita non repromiſſa commemorantib⁹, o ipſo jam data, quandocunq; cum pietate comemorãt. Siuiem cùm adhuc peccatores eſſemus & inimici, averſi à Deo, obis traditus eſt, ſublato medio inimicitiarum pariete, cons nobis ad eum: quare non multò magis donabitur nobis commemorantibus? Dudum longè ante gratulabundus exavit Eſaias, *Puerum natum nobis, filium datum nobis.* multò Cap 9. verſ. 6. s igitur, qui non petentibus natus ac datus eſt, pia ſaltem memoratione quærentibus utiq; donabitur. Et quid pus, mortuis volet adeſſe, ut putrido cadavere delectetur? Nõ eſt Deus mortuorum, ſed vivorũ tantùm Deus eſt. Commeorantibus ergò donatur ut vivant, & in gratia vivant; & ſi m vitæ frequentare pergant, ut in ejus commemoratione uent, non erit gratia diu ſterilis in eis: quoniã & meditatio,

& hoſpes

& hoſpes liberalis, & hoſpitis donum celeriter ſapientiam germinabunt, & gratia cum ſapientia non inefficaces erunt in gloriam parturiendam. Sapientia autem & gloria neceſſe in fructum juſtitiæ ſive charitatis pullulent. & hæc eò ampliùs, quò præſtãtiùs meditando proſequamur. Verè nulla jam deinceps excuſatio mihi erit, aliud quidpiam, præter te Dominum Ieſum, ac te crucifixum, cogitanti; præſertim ſcienti, quantus te cogitatũ fructus comitetur. Quid eſt quod dico? Imò ſcienti, quantus tu, cum quanto fructu adſis cogitanti. Vita enim & mors in manibus cogitationum noſtrarum: quoniam ex eis vita procedit, & eis vita accedit, & ex eis mors procedit. Tu igitur dulciſſime hominum amator Ieſu, qui omnibus tui comemorationem facientibus non ades adjutor, ſed ines vivificator, Oro per hanc nunc tui præſentiam, & per hanc tuæ præſentiæ veritatem, concede mihi puero tuo ſemper & ubiq; fideliter te comemorare, inſtitue & firma me in via iſta comemorationis tuæ, qua per te viam gradiar in te veritatẽ, ut perveniam in te vitam, ſemper de te meditari, de tua paſſione, de tua doctrina, de tuis operibus, de tuis præceptis. Meditari & commemorare ſit mihi principium ſanctæ vitæ. *Chri-*
1. Cor. 1. verſ. 30. *ſtus enim factus nobis à Patre redemtio, ſapientia, juſtitia & ſanctificatio.* Et ad hæc in nobis patranda benigniſſimæ ejus dignationi ſatis eſt, ut comemoremus. Et quotieſcunq; commemoramus, toties ipſe natus nobis, datus nobis, fit via, veritas, vita, redẽtio, ſapientia, juſtitia & ſanctificatio à Deo Patre. Neq; verendum
Prov. 23 verſ. 1. verbum Sapientis, præcipientis *diligenter conſiderandum in menſa divitis, quæ nobis appoſita ſunt*, ad ſciendũ, quia talia nos oportet præparare: neq; Ioañis verbum, dicentis; *Qui ſe dicit in Chriſto*
1. Ioa 2. verſ. 6. *manere, debet quemadmodum ille ambulavit, & ipſe ambulare*: quoniam ſola frequenti & pia comemoratione hæc ad plenũ facimus in eo, qui ad hæc pro nobis tradit⁹, fact⁹ eſt nobis plenitudo redemtionis, juſtitiæ & ſanctificationis. duntaxat piè, ſedulò comemoremus eorum quę ipſe nobis factus eſt à Deo Patre.

Quòd commemoratione reficimur, & ab omnibus debitis abſolvimur; & nulla prior ad contemplationis quietẽ, quàm commemoratio. et de ejus efficaciſſimo fructu

Quicunq;

CAPVT V.

Vicunq; igitur exiguo labore magnos fructus parare cupit,
quò poterit utiliùs, quàm ad iſtud ſaluberrimum conſiliũ
fugere, ut adſueſcat crebrò com̃emorare corpus hoc, & car-
hanc pro ſe traditam? Et quia Verbũ ab ęterno Deus, ex tẽpore
ũ eſt caro, Deum etiam in illa carne commemoret pro ſe tra-
m, & ſanguinem illũ pro ſe effuſum in peccatorum remiſſi-
m, & redemtionem à debitis oĩb. à miſeriis pro tranſgreſſi-
debitis. dũtaxat com̃emoret, & quanta poteſt pietate fideli-
com̃emorare adſueſcat, nec ambigat, quia verè ſibi natus, verè
datus panis vitæ, verè pro ſe traditus in remiſſionem & redẽ-
nem, verè illi factus redemtio, ſapientia, juſtitia & ſanctificatio
eo Patre. Non hæc dico, quòd non ad majora debeat accingi
iſtianus: verùm hoc ſolũ dico, ut ſciat quiſq;, quã latam, planã,
lẽ ſalutis viã fidelibus Deus conſtraverit, & confidat quiſq; ſi
et, pro foribus ac domi naſcentẽ habere ſalutẽ. Magis a. con-
, com̃unibus hominib. inferiorẽ hunc ſcalæ gradũ pro viribꝰ
plecti, nec ad altiora, gravia, difficiliora niti propter incõſtãtię,
illanimitatis metum. Nulla mihi proprior, brevior, rectior ad
tam illam ſortem & optimam partem Mariæ, ſororis Marthæ,
entis ad pedes Ieſu, & audientis verbũ illius, & ſuaviter hauri-
is & bibentis ex ore illius, quàm ſedulò com̃emorãdo Domi-
m Ieſum, & in hoc ſacro faſciculũ myrrhæ com̃orantem inter
ra noſtra. Quòd ſi omnes artes, omnia ſcientiæ, conſilii, for-
dinis, ſapientiæ, fidelitatis & benevolentię officia principium,
icem & ſeminarium à meditando & commemorando acce-
unt, & cùm perfecta ſunt, meditatione cõfoventur, & ut per-
rentur, meditatione concreverunt & profecerunt; quis pro-
ebit, quin hoc ſanctum & felix memoriale, datum timentibꝰ
minum in memoriam omnium mirabilium ſuorũ, efficax fi-
d omnia, ad quæ Pater Deus miſit Verbum ſuum? Et propter-
miſit Verbum ſuum, ut ſanaret, & miſit in carnem pro mun-
ita & ſanitate. Et miſſum Verbum quomodo quis retinet, ni-
ommemorando? Et niſi memineris, excidit. Meditatio igi-

tur:

tur ordine ſuo proxima eſt origini verbi. Eadem enim opus fuit ſapientia ad meditationem condendam, qua opus fuit ad gignēdum verbum. Nimirum ergò, ſi ſua nobilitate meditatio noſtra Verbum æternę ſapientiæ ſuperbis ac altiſſimis nuptijs ambiat, & has nuptias mens noſtra commemoratione contrahit. Qui facit hoc in commemorationem hujus magni ſacerdotij, non commovebitur in æternum, non confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta, non adparebit in conſpectu Dei ſui vacuus, utpote qui tātas offert oblationes omnis generis. Neq; te terreat humilis actus cōmemorationis, qui tanquàm venter eſt animæ. Principium enim vitę hominis, panis & aqua. panis vitæ eſt intellect⁹, & aqua ſapientiæ ſalutaris. Iſta duo ſufficere debent, vita ſcilicet & ſalus. In hac parvulorum ſapientia ſimul ſedetur ad pedes cum Maria, & poteſt quis miniſtrare cum Martha: quoniam inter miniſtrandum ſive ex neceſſitate proximi, ſive ex obedientia ſemper poteſt habere commemorationem Domini Ieſu, ac per hoc fructum ſacrę menſę. Sed hanc artem tantùm voluit docere, quantùm chariſſimum amoris pignus curavit relinquere.

Confirmatio præcedentis capituli, ex verbis Eſaiæ: *Et quòd nulla noſtra juſtitia juſtificamur, ſed tantùm, ipſius quam commemorando participamus.*

CAPUT VI.

PRO hac mea ſuperioris notulæ opinione, ſi tamen in tàm arduis & altiſſimis rebus opinari liceat, valdè & vehementer facere videntur verba illa Eſaiæ, imò Domini per *Eſaiam*, 43. *cap.*
verſ. 21. in fine; *Populum iſtum formavi mihi; Laudem meam enarrabit.* Et;
verſ. 22. *Non me invocaſti, Iacob; nec laboraſti in me, Iſraël, non attuliſti*
23. 24. 25 *mihi ovem holocauſti tui, & in ſacrificijs veſtris non glorificaſtis*
& 26. *me. non ſervire te feci in muneribus, neq; laborare te feci in thure. Non emiſti mihi argento tuo calamū, & adipe ſacrificiorū tuorū non inebriaſti me: ſed ſervire me feciſti in peccatis tuis, laborare me feciſti in iniquitatibus tuis. Ego, ego ipſe delens ſcelera tua propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Recordare mei, judicemur*

ſimul

ul, narra tu, ut juſtificeris. Quid enim aliud, *non attuliſti mihi*
holocauſti tui, & in ſacrificiis tuis non glorificaſti me, niſi quòd
l horum dignum Deo, ſive ſit in ſatiſfactionem, ſive in glori-
ionem deitatis & majeſtatis? Vnde ſubdit; *Neq; ſervire te fe-*
muneribus, neq; laborare te feci in thure. Et iterum; *Nõ emiſti*
argento calamum, neq; adipe ſacrificiorum tuorum inebriaſti
ut ſcilicet iſtis, velut ſancto ac digno cultu, coleres & honora-
me. Et quia tamen tu es populus meus, quem formavi mihi,
ias, quomodo te formavi, añectoſequẽtia; *Qui ſervire me fe-*
in peccatis, & laborare me feciſti in ſceleribus tuis. Ideò *ego,*
um ipſe delens ſcelera tua propter me, & peccatorum tuorum
recordabor. Recordare mei, judicemur ſimul, narra tu, ut juſti-
is. quaſi dicat, quia ego te formavi, ut electio mea ſecundum
oſitum meum magno conſilio meo æterno teſtamento ſta-
fiat, peccata tua fecerũt ut oporteat me pati pro te, ut opor-
me ſervire, hoc eſt, verè formam ſervi accipere, & laborare:
calicem, quem pro te mihi Pater dedit, & præcepit ut biberẽ
n mœſtè uſq; ad mortem, & anxiè uſq; ad ſudorem ſangui-
bibere, & obedientem fieri uſq; ad mortem, mortem autẽ
s, ſuſcepi. Et qui ſic ſervivit, ſic laboravit, quæ munera, quos
es, quæ thura, quæ ſacrificia, quæ holocauſta, quam compẽ-
nem, quam retributionem repoſcit, ut non ingrati, non
appareamus in conſpectu Dei; niſi quam ſubdit; *Recordare*
hoc eſt, in meam facite recordationem? Et ad idem; *nar-*
juſtifeceris. quia commemorando & confitendo ſervitu-
& laborem meum, accipies calicem ſalutaris; & hoc facies
ino ſervienti & laboranti pro te; & ſanctæ ſervitutis ejus,
cti laboris fructum commemorando & confitendo conſe-
s. Vnum reſtat verbum, *Iudicemur ſimul.* Verùm hoc ſatis
poſtolum, volentem omnes dignè manducaturos debere 1. Cor. 11.
icare corpus Domini, & ſe probare, & ſic manducare. Qui
indignitatem ſuam & omnem ſuam ex ſe inſufficientiam
etur, & ſumma hæc Dei dona confitetur, & per ea
icari confidit, is verè & ſe probat. Et qui amorem paſſi

confitetur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

confitetur, & pro ſe traditum corpus dijudicat, is corpus Domi
ni dijudicat. Vnde licet valdè diſpari, ſancto tamen & ſalubri ju
dicio, ſimul cum Domino judicatur, & ſic manducat, & maxim
incenſum & holocauſtum Domino offert, nec aliud majus offer
re poteſt: quia nullo ſuo ſacrificio juſtificabitur aut placebit Doïo

Quòd corpus Domini, panis verus, eſt interioris hominis refectio & vita, quem Pa-ter charitate nimia tradidit, & charitate reficit: quod non fecit panis quem Moſes dedit.

CAPVT VII.

Ioan. 6. *Non Moſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vo*
verſ. 32. *bis panem de cœlo verum.* Quomodo enim Moſes panem
verum daret de cœlo, qui neq; corruptibilem panem dare potu
it ex terra? Populus enim ille, quem de Ægypto eduxerat, ac de
ficiente conſperſa farina eſurientem & murmurantem, non ea
tenus uſq; diſtuliſſet eſurientem, ut ad murmur contra Domin
tentaſſet. Imò, non Moſes eduxit. Quis enim Moſen ipſum du
xit & pavit, niſi ille qui ſecundò quadraginta diebus eum abſqu
Deut. 8. pane ſuſtentavit? quia ſic placitum fuit in oculis ejus. Magis en
verſ. 3. in verbo procedente de ore Dei vivit, etiam exterior homo no
ſter, quàm viſibili pane. Quid eſt, quod dixi magis? quia ſolùm
dixiße debueram. Solùm n. vivit corporalis & exterior homo i
verbo procedente de ore Dei. Panis enim corporalis & viſibil
ut ventrem reficiat, ut in ſanguinem convertatur, & membra nu
triat magis quàm lapides & terra, unde habet, niſi per verbu
jubentis, ut ex terra prodiret frumentũ? Ejus ergò juſſu panis vi
ſibilis ſenſibiliter cor manducantis cõfortat, cujus nutu ſtomach
coquit, epar attrahit, in ſanguinem commutat, per venas in me
bra diſpergit. Ejus nutu omnes naturæ vires, viciſſitudines, pro
ceſſus & incrementa, deſtinatos in fines pertingunt: adeò, ut
vel ad momentum nuere ceſſaret, omnia mox in ſuum origina
le nihil reverterentur. Fœnum ergò jumentorum, & panis ho
minum, ut hanc paſcendi gratiam habeant, illo nuente, qu
condente donatum eſt. Pariq; facilitate, voluptate ac utilitat
ſi vellet, pulvis terræ, ſabulum & ſaxa, reficerent homines & ju
menta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ata. Sed ut modus muneris non inſolentiam foveret accipi-
, limitavit liberalitatem in grano frumenti, ut ex eo vita
ori ſuſtentaretur. Et ſicut eſt exterior homo, & exterioris
inis vita & exterioris vitæ nutrimentum; ſic eſt inrerior ho-
nterioris hominis vita, interioris vitæ nutrimentum. Et hic
o, ſicut inviſibilis eſt, ita & inviſibili vita vivit, & inviſibili
nutritur & confortatur. Et quia quemadmodum in corpo-
utrimento non venter propter eſcam, ſed eſca propter ven-
,ut frumentum propter homines, fœnum jumentis quæra-
on modò, ſed & ſalutare noſcatur: ita ſi interiorem hominē
è perſpiciamus, propiores erimus, ut & ſpirituale ejus nu-
ntum viciniùs conjectemus. *Interior autem homo eſt*, defi- *Epheſ.4. verſ.24.*
e Paulo, *qui ſecundum Deum creatus eſt*. Nec huic diſcrepat,
ab exordio humanæ creaturæ dixit Deus; *Faciamus hominē*
aginem & ſimilitudinem noſtram. Interior ergò homo ad *Geneſ.1. verſ.26.*
nem & ſimilitudinem Dei factus tunc vivit, quando imago
ſimilitudo Dei. Verùm Dei imago quomodo erit, niſi imi-
e ejus, cujus eſt imago? Deum ergò, ut vivat, imitetur opor-
aſſimiletur. Cui omnipotenti, omniſapienti, omnium do-
nti ſimiles eſſe non poſſumus: ſed neq; præcipimur in illis
ri. Vnum eſt, quod omnium maximè oſtendere voluit, &
mè de ſe credi famariq; voluit, φιλάνθρωπον, hoc eſt, hominū
orem eſſe Deum, & adeò amatorem, ut Filium ſuum trade-
o mundo. Quid, quæſo, minùs egit, quàm ſi ſemetipſū tra-
et? qui nihilominus Filium ac ſemetipſum diligit: quippe
nus cum Patre Deus eſt. Adeò igitur Deus hominem dile-
ſemetipſum ac ſemetipſum exinaniret, humiliaret, trade-
ferret, imolaretur, mactaret, concremaret, daret in mortem
am animam ſuam, Deo Patri factus obediens uſq; ad mor-
e hîc Deum, & talem Deum, qualem non alterū eum deſi-
e poſſis, temetipſum ſi amas. Quid enim vel ad vitam, vel
tem, vel ad beatitudinem, vel ad gloriam, uberius aut pro-
xcogitari poteſt, quàm ut omniū dominus, omniū ſapiens,
ipotens amet, & ſic amet, ut non ſolùm ſe tibi tradat, & in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

manus inimicorum ſuorũ atq; tuorũ ad omnium illorum crudeliſſimam libidinem tradat, ut ab inimicis miſerũ eriperet, ereptũ ſanaret, ſanum ſalvaret, ſalvum ſublimaret & glorificaret, glorioſum perpetuo amore amplecteretur, & oſcularetur, & ſempiternis delicijs affluentem beatificaret? hic viveret homo, hæc vita eſſet interioris hominis. O verè incredibilem amorem, niſi ſuis teſtimonijs credibilem Deus faceret nimis! Quæ & ipſa credibilia facta ſunt Domino cooperante, & ſermonẽ teſtimoniorum ſequentibus ſignis, ac talibus ſignis, quæ niſi Deus facere poteſt nemo, confirmant. Deũ itaq; miracula facientẽ, patientia prodigiorũ declarat eſſe conteſtantem, cùm idẽ ſit qui loquitur, & operatur, teſtimonia miraculis munita, palàm amorem & hũc amorem profitentur. Talis autem amor divinis teſtimonijs & miraculis declaratus, quẽ non movet, mortuus eſt; quem non afficit, ſtupidus; quem non incendit, gelidus eſt. Quem verò movet, afficit, trahit, inflam̃at ad amandum, quia paribus cum Deo amatore ſuo æſtibus flagrat, Deo ſuo ſimilis eſſe incipit. Similitudine autem, ut jam dictum eſt, imago fit conditoris Dei.

Habes igitur interiorem hominẽ, habes interioris hominis vitam; hominis videlicet mentem, intelligentiã, voluntatem. Vitam verò, flagrantis amoris ſimilitudinem: qua vita quiſquis vivit, magna profectò in terris noſtris imago Dei erat, potens, fortis, alacer, promptus, expeditus, lætus ad omne opus bonum, ſapiens, intelligens, prudens, circumſpectus, providus, aſtutus in omni veritate ſalutari, amans, confidens, ſecurus, ſperãs, exſpectãs, exſultans, deſpiciens, contemnens, parvipendens, nihilifaciens, ſtabilis, ſerenus, ſibi conſtans, nihil extra ſequẽrẽs, intra ſibi ſufficiens. An hic homo tibi non parvus quidam Deus videtur, & beatam etiã in terris vitam agere? Oĩa tamẽ hæc unus in exili & corruptibili homine amor operatur. Divini igitur & beati hominis anima & vita, amor eſt. cujus ut vivere poſſit, & vitam continuare & ſuæ vitæ opera ſanus & fortis operari, cibus & panis confortãs cor hominis quæritur. Hic autẽ cibus & potus grandis illa Euchariſtia, grande illud donũ ſacramenti, de quo juſſit eſurientes & ſitientes

…es manducare omnes, & explicantem cauſã ſubdens, inquit, *…a hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Et iterum, ſi-…es ut ex hoc biberẽt oẽs; *quia hic eſt ſanguis meus novi teſta-…i, qui pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorũ.* Viventi … & eſurienti panis manducando fit panis & nutrimentũ. Sic … gò interior homo ſpiritus eſt, & etiã vita ſpiritualis: ita panẽ … ſpiritualẽ eſſe oportet, & ſpiritualiter manducare. Niſi enim … m hunc manducaverimus, non habebimus vitam in nobis. Mat. 26. verſ. 26. & 27.

… corpus & ſanguis Domini, ſi corporaliter tantùm ſumantur, occident; ſpiri-tualiter autem accepta vivificant; ſed etiam fide accepta ſpecie corporali, ſpiritualem vitam operantur.

Capvt VIII.

Orpus autẽ & ſanguis Domini Ieſu, quantũlibet ſancta ſint, corpora tamen ſunt, non ſpiritus. Vnde ſi corporaliter tan-… ſumantur, non ſolùm nõ ſpiritualiter reficient manducãtẽ, … occident. Qui n. indignus manducat, reus erit traditi corpo-… effuſi ſanguinis; ut melius eſſet ei, ſi natus non fuiſſet homo … Non caro Chriſti eſt, quæ juſtificat, aut ſanguis; ſed opus per … uinẽ & carnem oblatum. Vnde Dominus; *Spiritus eſt, qui …ficat; caro non prodeſt quidquam.* hoc eſt, parùm eſt de carne … tumlibet ſancta. Sed operis magnitudo, & ineffabilis dile-… & charitas offerentis per Spiritũ Sanctum, illa eſt quæ vivi-… Non tamẽ propterea nihil caro & ſanguis operantur ad ju-… tionẽ accedentis. Quiſquis n. credit fide non ficta omni-… ntiæ Dei, ſub ſpeciebus panis & vini veraciter ſanctã illã car-… ſanctum illum ſanguinẽ potentiſſima dignatione, dignan-… ma beneficentia, beneficentiſſimo fructu præſentialiter … neri, nonnihil ſpiritualis vitæ experitur in ſe, niſi fortè … ius aridus credat & manducet; ſed non conſiderans, non di-… tans, non ruminans, non guſtans, hic manducat quidem, ſed … poraliter & ſenſibiliter, non ſpiritualiter: unde nec ſpiritua-… vivificatur. Talis enim fides neminem in ſanctitate & … tia vivificat, quæ etiam in mortis authoribus reperitur. *…mones* enim *credunt & contremiſcunt.* Quiſquis ergo

Ioan. 6. verſ. 63.

Iacob. 2. verſ. 19.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quantumlibet viſibilem Euchariſtiam dentibus & ore manducet & bibat, ſi non interior homo ſecundum Deum vivat, non manducat: quia ſi quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Quo fit, ut qui non vivit in æternum, convincatur de hoc pane non manducare. Quiſquis ergo viſibiliter manducans, niſi ſpiritualiter manducet, non manducat. Sed quomodo ſpiritualiter manducatur, niſi doceat qui dedit panem, & præcepit vitam, quomodo ſciemus? Ipſe ergo doceat, ſicut magiſter verba vitæ habens. Doceat à primis elementis, quibus credendo accedimus Deo. Quomodo n. abibimus, declinantes ab habente verba vitę, & promittente fidelibus ſuis vitā æternam, dicendo; *Qui credit in me, habet vitam æternam*, non ſolùm in ſpiritu, ſed *& in corpore reſuſcitabo eum in noviſsimo die*. Ecce, quàm grande, quàm vivificum vitæ ſeminarium fides eſt, quæ non conficta cum Phariſæis, non convicta cum dæmonibus, ſed ſpontaneo fidoq; aſſenſu & acceſſu ad Deū, fore velut natura monente, omnes linguæ fidem & fidelem germanis cognatarum rerum nominibus deſignant. Latinus *fidelem* à *fide*, Græcus πιστὸν à πίστει, Hebræus *beneeman beennumah*. Similiter Italus, Gallus, Germanus, ubi linguarū ſuarū puritates examinantur. Quid hoc aliud inſinuat, quàm ut fidelis ſit, qui fidem ſe habere aßerit? ut, ſi fidelis non ſit, fidē non habeat. Dices fortè, non fidem exigi, ut manducans ex hoc pane vivat; ſed ſufficere, juxta verbum præceptoris, ut credat, etiā ſi fidelis non exſiſtat. Verùm, ſi perſpicaciùs conſpicias, invenies, ne credere quidem eos, qui ſe credere dicunt, niſi ſimul credendo fideles integriq; fiant. Nemo enim credere poteſt cuiquam, quem non fidelem deputat. Deum ergo promittentem qui fidelem æſtimat, quomodo vel promiſſi magnitudine deſpiciet, vel ambiget promiſſoris veritatem? Mox ergo, qui Deo promittenti credit, ſimul cum credulitate fidem & fidelitatem, & prima ſapientiæ rudimenta imbuit, credens & vera quæ aſtruit, & grandia quæ promittit, paratus doctorem audire, & doctorē ſequi. Igitur ſitienter audit; *Verba, quæ ego loquor, ſpiritus & vita ſunt*. Et gaudenter ſuſcipit; quia ſpiritualiter intellecta vitam præſtant non

Ioan. 6. verſ. 39.

Ioan 6. verſ. 63.

carnalem.

nalem. Spiritus n. vivificat interiorem hominem, & carnalis
llectus ad hæc non prodeſt quidquã. Vnde fit, ut carnales nõ
idant verbis ſpiritualiter vivificantibus; ſed avertentes auditũ,
bunt cum complicibus & conſortibus perditionis: tandẽ fiunt
ditores. Non eſt ſine cauſa dictum; *Ipſe novit à principio, qui* Ibid
nt credentes in eum, & quis eſſet traditurus eum. Sicut n. fides verſ. 64.
dentium in eum fœcunda eſt in univerſam beatæ vitæ latitu-
em: ita non credentium ſtultitia fœcunda eſt, ſi progrediatur
mnem malitiã & baratrũ perditionis, ut qui ſtulta concupi-
ia voluptatis aut vanitatis alligatus à verbo vitę diſcedit, mox
a conſuetudine catenatus, à jugo tyranni exire nequiens, ex
na ſtultitia cogatur in nequitiã deſcendere, teſtimonio Sirach
ntis; *Qui conjungitur fornicarijs, erit nequam*; ut ſimulator Cap. 19.
ditor fiat, qui niſi amicitiam ſimulet, inimicitias diſſimulet, verſ. 3.
ditor non erit, ſed perſecutor. Ab his ergo vijs mortis tuta eſt
iter fides verbis vitę credentium. Qui n. credit in me, habet
m æternam. Hic audit n., & diſcit à Deo, quibus ſalutis gradi-
graditur & proficitur in vitam. Fides igitur audit præcipien-
; *Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum*. Fideliter etiam
dit præcipienti; *Hoc, quotieſcunq; feceritis, in meam facite com-*
orationem. Credit ergo fideliter de ſacramento, fideliter cõ-
orat eſſe ſacramenti, fixa mente comemorans & corpus tra-
m & effuſũ ſanguinem, & pro ſe traditum, & pro ſuorũ pec-
rum remiſſione ſanguinẽ fuſum. Verùm non ſolùm credit
memorat frequenter, ſed & cõſiderat diligẽter, quę, qualia,
nta ſint, quæ in hoc ſacro convivio proponuntur. Panis enim
oſitionum in lege *Lehem panis* dicitur, hoc eſt, panis facie-
uaſi facie ad faciem propoſitus, ut non à conſideratione ex-
accedentis, credentis, & commemorantis. Et ſi credendo,
emorando, conſiderando comederit, confortabitur cor ejus
tiorem gradum vitæ, ut cũ Virgine matre audiens credat, cõ-
noret, conſideret, & conferat oĩa hæc in corde ſuo conſervãs.
conſervet & conferat, cõfortabitur cor ejus, ut cũ Paulo di-
et. Dijudicans itẽ cũ animalibus juxta legẽ mũdis, ruminãs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

guſtabit cum viro ſecundum cor Domini, quoniã ſuavis eſt Dominus. Guſtans verò cũ eodem, delectabitur in Domino, dante jam omnes petitiones cordis in ſe delectantis. Hic profectò, qui guſtat & delectatur, eſurit & concupiſcit in atria tua Hieruſalẽ, ubi finis, pax, & abundantia frumenti ſatiat, amat, inardeſcit, ęſtuat amore languet, deficit coarctatus, donec ſit cũ Chriſto pane deſideriorũ ſuorũ. Nihil n. ita reficit, nutrit, roborat, exhilarat, lætificat, ſatiat amantẽ, ut indulta prima amatoris, quæ interim per fidẽ in Euchariſtia, demùm per ſpeciem & facie ad faciẽ videbim⁹.

Quòd vita, quam conſequimur manducantes carnem & ſanguinem Domini vita interioris hominis eſt, ac perinde vita ſpiritualis, ſpiritualiter manducanda.

CAPUT IX.

Joan 6. verſ. 53. *Niſi manducaveritis carnem Filij hominis, & ſanguinem ejus biberitis, non habebitis vitam in vobis.* Manifeſtè & confeſſè vita, de qua loquitur, vita eſt interioris hominis, quæ vita eſt in Spiritu Sancto. Neceſſariò igitur etiam confiteri oportebit manducationẽ internã intelligendã, cùm dicitur; *Niſi manducaveritis carnẽ Filij hominis; & ſanguinem ejus biberitis*, interioris hominis potationẽ accipiendam. Sed interior homo, quomodo mãducat carnẽ, & ſanguinẽ quomodo bibit, ubi non eſt niſi mens, intelligentia? Ita circa Verbũ carnem, ita circa Deũ hominẽ factũ, circa tẽpora, ſtudia, dogmata, exẽpla, præcepta, beneficia, promiſſa verſetur interior homo, id eſt, mens, intelligentia, volũtas, quemadmodũ os, fauces, & ſtomachus exterior circa epulas negotiantur. Sicut n. illa accipiunt, maſticant, guſtant, ruminant, delectantur, probant, adprobant, acceptãt, & in ventrẽ traijciunt, nutriuntur, cõfortãtur, roborantur ad opera vitæ: ſic nobis interiore homine caro illa per Verbũ æternũ in unitate perſonæ aſſumta, in ej⁹ operibus & ſtudijs, in ejus dogmatibus & exemplis, in ejus præceptis, ſacramẽtis, muneribus & promiſſis, mente ſedula meditãda, tractanda, conſideranda, conferenda, conſervanda. Sic per intelligẽtiã exercitatã dijudicanda, æſtimanda, ſublimanda, exaltanda pro ſua dignitate & ſublimitate. Sic nobis tota voluntate deſideranda, concupiſcenda, anhelanda, diligenda, amanda, languenda, amore quærenda & invocanda. Neq; formidet, qui ſic manducat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

onem Filii hominis, mortem interioris hominis; quoniam vi-
illius hominis, quæ verè Spiritus & vita eſt, ac tertia in Trinita-
perſona, ac per hoc Deus æternus, non ſit volentis aut curren-
tis hominis, quia Patris & Filii unus Spiritus eſt. Via tantùm ejus
olo Spiritu eſt, ut qui verè eſt Spiritus Patris & Filij ab æterno,
miſerente Deo, vita hominis illius carnē Filij hominis, & ſan-
nem ejus ſpiritualiter manducantis, & Spiritus quoq; unus fi-
Qui n. adhæret Deo, Spiritus unus cū Deo efficitur. Sed nos,
caro ſumus, quomodo poſſumus adhærere Deo, niſi per car-
n unitam Deo? Non hujus carnis crapulas, non hujus vini cō-
a Sapiens prohibuit, quando dixit; *Fili, noli eſſe in conviviis* Prov. 23
torū, aut cū comeſſatoribus, qui carnes ad veſcendum conferūt. verſ 20.
ū n. & ſanctum convivium, ubi iſtæ carnes ad comeſſandum
feruntur. quia æternæ ſapientiæ panis & vinū eſt invitantis &
epto hortantis, imò mortis interminatione pręcipientis, ut
ducemus & bibamus. Et ſi manducem⁹ & bibamus, nō vera
rioris hominis vita promiſſa nobis eſt, ſed jā miſſa: quia talis
ucatio carnis, & ſāguinis illius potio, tantū accepta Deo eſt,
mul cū ea Spiritus & vita donentur manducantibus. Qui ſic
duçat, habet jā fructū ſacramētalis mādueationis foris, quē-
odū Paulus prim⁹ anachoritarū, & plurimi poſt illū, etiā ſi-
cramētali foris māducatione. Manducare igitur memorari,
nare, amare eſt. Hic jā epulari, & nuptialiter cōvivari, ſuis dif-
ijs & gradib⁹ cōſiderāda, quia comemoratio ſterilis eſt, quæ
judiciū tranſit. Comemoratio & judiciū inefficacia, quę nō
lignitate rei comemoratę in deſideriū & amorē accenditur.

*ad vitā conſequendā neceſſe manducare carnē Filij hominis, & quòd fide mā-
ur, ut* Paulus *primus eremita, credēdo, commemorādo, dijudicando, amādo. etc.*

CAPUT X.

Iſi ergo mādūcaveritis, inquit, *carnē Filij hominis*, neceſſariò
manducandā viatori, cui tàm grandis via uſq; in montē Dei
b, & id per tàm invium deſertum, non habebitis vitam in
s. Vt ergo habeatis vitam in vobis, oportet ut manducetis
em Filij hominis. Et ſi manducatis indignè, ad judiciū man-
tis; Et judicij menſura, ſecundum indignæ manducationis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

menſuram, ut qui multùm indignè manducat, ad grave judiciũ ſibi manducet: et qui veniali indignitate, venialiter etiã judicetur. Qui verò dignè manducat, etiam ad judicium manducat, ſed ad judiciũ gloriæ ſuæ in die judicij, quãdo reddetur gloria dignis, quemadmodum indignis ignominia & confuſio. Veruntamen
Ioan 6. verſ. 53. valdè notandum verbũ Domini; *Niſi manducaveritis, non habebitis vitam in vobis.* Habent autẽ vitam verã, qui credunt in eũ. Ergo qui credunt in eum, hi ſunt qui manducant carnẽ ejus. Cõfeſſè palàm ſanctos anachoritas vitã habuiſſe, latitantes in antris tantos años. Manducabat ergo Paulus primus Eremita, etiã temporibus illis, quibus mortalem nullũ, ne dicam ſacerdotẽ, communicantẽ videbat. Sed manducabat, quia credebat, & quod credebat, crebrò coṁemorabat, quod coṁemorabat, diligenter cõſiderabat, quod deſiderabat, eſuriebat & ſitiebat, hoc ſuper mel & favũ dulce eße ſciebat, hoc anhelabat, diligebat, amabat, amore languebat, amore vulnerabatur. Quia ſi fideliter & integrè faciebat in omnib⁹ his, mortẽ Domini añuntiabat. Et cui? niſi ſibiipſi. Et qualem mortẽ? & qualis mortui? & quare mortui? niſi, quia cũ ſanctiſſimus eßet, & exaltandiſſimus, voluit interim exinanitus gloria ſua humiliari, charitate Dei præcipientis obedientiã uſq; ad mortẽ, mortẽ autem crucis. Hanc mortem ſi fideliter ſibi annuntiavit, donec Dominus veniret pulſans, nimirũ & ipſe amore fraternitatis in talem fratrem primogenitum incenſus pluſquã in ſeipſum. Et hunc amorẽ Domini Ieſu creſcere oportet in nobis ad legitimũ gradum ſuum, iuxta verbum Apoſtoli; *Qui non a-*
1. Cor. 16 verſ. 22. *mat Dominũ Jeſum, anathema ſit.* Et quantò ab hoc deficimus, ad judicium majus aut minus venialiter ſaltem manducamus. Et ſecundum amoris gradus manducantium gradus ad perfectum diſtinguuntur. Oportet enim fraternitatis amore amare fratrẽ primogenitum in multis fratrib⁹, magis quàm noſipſos, antequàm ad perfectũ manducationis gradũ pertingamus. Imò magis, quã univerſos fratres reliquos, homines & angelos, donec dignæ fraternitatis amor ordinatus fuerit ſecundum gradus dignitatis fratrum. Et hic fraternitatis amor, quia in creaturam eſt, videlicet aſſumtam,

ſumtam, ſanctificatam, humiliatam propter nos, exaltatam naturam humanam, ideò ſub charitate Dei erit & eſſe debet. Et quia juemur in via ſinguli ſancti & mundi ſacerdotes, oportet nos in Virgine matre de noſtro ſacrificium, de nobis holocauſtũ, Domino Ieſu incenſũ ſuaviſſimi odoris Deo adolere. Sed hoc incenſum Deo nequit offerre, qui nondum fraternitatis amore Dominum Ieſum amat ſuper omnes fratres, & ſuper ſeipſum. Qui n. ſic Dominum Ieſum amat, proximo gradu cum Magdalena eſt, ut ad Patrem ſuum adſcendat in corde illius, & adeò Dei itate voluntatem ejus incendat, ut etiam ipſe, quemadmodũ Dominus Ieſus, Dominum Ieſum tradat, derelinquat, offerat, adoleat incenſum Deo. Hunc proceßum gradualem de virtute in virtutẽ credo tenuiſſe & adſcendiße Magdalenã, & puto, quòd ſolùm ad perfectũ amorẽ Domini Ieſu adſcendit, ſed inſuper quòd ipſa perfectè amans perfectè adolevit illud ſãctiſſimũ incẽ-. Neq; puto quòd ipſa templũ Dei, ſoliũ regni, thalamũ nuptia-iter, quàm ſic, ſancta, digna, ſublimis & ſpecioſa ingreſſa ſit. Credo igitur, nullũ filiorũ Dei vel ad ſacerdotiũ, vel regnum, vel ternas nuptias intraturum, niſi per hos gradus mundatus & purificatus adſcenderit. Hi ſoli, qui poterunt habitare cum ardoribus ſempiternis, quia & ipſi vero, mero, ſincero iſto perficientur purgatorio, & ardebunt. Et qui hoc ardore flagrant, nullo externo indigent purgatorio. Purgabuntur autẽ gradibus medijs ante ium, & hæc eis purgatio neceſſaria fuit, in qua, quàmdiu non perfectè amarũt, etiã tàm diu anathema fuerũt à tẽpli, ſolij, tha- officio ſumo. In hac grandi via, niſi indulgentiarij dicãt Papæ habere plenalẽ poteſtatẽ diſponendi, præſertim de ultimis gradibus, non poterunt ſalvare indulgentias in forma currẽ-. Non parùm notulam iſtam confirmat verbũ primum Pſalmi 18. *Erchanitha Iehovah.* hoc enim ſi verificari debet, oportebit is viſcera induere ſuper Dominum Ieſum, de quo expreſſi- ibi. Valdè etiam notandum circa ſuperiora, de legitimo effe- u uſu aliorum ſacramentorum, in quibus, ut baptiſmo, confeſſione reviviſcant mortui. Manducant igitur, quia vitam jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

habent. Prætereà in omni juſtificatione reviviſcit impius, ut orãdo cum publicano, qui deſcendit juſtificatus; ergo vivificatus; ergo manducans & bibens. Cùm tamen omnes laici & mulieres à calice ſanguinis excluſi ſint corporali perceptione, qui tamen revera vitam habẽt in ſe. Carnem ergo perfectè manducare, & ſanguinem bibere, bibere eſt ex amore, inſtar illius magni ſacrificij ſacrificium fieri deſiderio illius, qui nobis tale exemplar fact⁹ eſt. Vltimus & ſum̃us gradus manducantiũ eſt eorum, qui cũ Virgine matre juxta illud ſuprà allegatũ *Archacha Jehovah*; hic gradus longè amaritudinem fidelis amatricis Magdalenæ; hic amor perfectè vulnerans, quia magis patitur & fert crucẽ cum Domino Ieſu crucifixo, quàm ſi ipſe crucifigeretur.

Quòd omnia, quæ per Scripturam ſparſa ſunt, in eandem ſententiam ad confortandum cor hominis & viaticum complecti debet.

CAPVT XI.

NOtula hęc præmiſſa de pane viatico confortãte cor hominis in via, debet complecti oĩa per univerſã Scripturã ſparſa, ut ſit omnifariam panis & viaticũ neceſſarium viatori, viatorẽ confortans in via. Et quia idẽ panis viaticum etiam eſt viatorib⁹, ideò competunt ei oĩa præconia & prædicata viæ, ſparſa per faciẽ Scripturæ; ſcilicet, quòd ſit via grandis, ſicut ad grandia perducẽs, ſicut illud; *Surge, comede, quia grandis tibi reſtat via*; ardua, ſublimis, exaltata à vijs noſtris. cujus arduũ & altum progreſſum, aliqualiter licet, per caliginẽ præſcripta notula expreſſit, in qua qui ambulat, & proficit, adhuc viator eſt. qui credit, incipit. *Credere* n. *oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & quia remunerator ſit inquirentibus ſe*. hoc ſpiritualis vitæ principium eſt, parvulum quidem, ſed unicũ tamen. Quia qui credit in me, habet vitam æternam in ſe, ſicut & regnum Dei intra ſe, ſed parvulũ interim & dormiens adhuc, & pro tanto ſimile mortuo grano frumẽti; procedente tamẽ cultu ſuſcitandũ à ſomno mortis illius & otij. Propter hanc ſomni & mortis ſimilitudinem, etiam de fide verè credentium, ut eſt parvulorum, intelligi poteſt verbũ Iacobi, *quòd fides*

1. Reg. 19 verſ. 7.

Heb. 11. verſ. 6.

des abſq; operibus mortua eſt: non quin Deo per Spiritũ Sanctũ Cap 2.
vivant, ſed quòd ab ulterioris vitæ actibus dormiunt, ac per hoc verſ. 17.
mortuis ſimiles ſunt. Infantes n., ſi ſemper tales tùm parentibus,
tùm Eccleſiæ permanſuri eſſent, nonnè confeßè oĩb. quaſi mortui
in æternũ à vera vita mortui dicerentur? Fides igitur illorũ, li-
cet verè Deo vivat, mortua tamen eſt interim à vita proficientiũ,
euntium de virtute in virtutẽ. Neq; hoc debet videri, tanquàm
irrationabiliter dictũ de infantibus baptiſatis, vel de minoribus
imbecillibus in fide, ac dormientibus, quãdo etiã fortiſſim⁹ in fi-
de plus oĩb. laborans Paulus de ſeipſo confitetur, quòd propter
peccatũ corpus ſuũ mortuum ſit. Vnde etiam ẽxclamat; *Infelix* Rom. 7.
ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Quod revera verſ. 24.
Paulo corpus mortis fuit propter peccatũ, quanto corruptum ad-
gravabat animam ſuam, ac deprimebat ſenſum à multorũ cogi-
tatione. Quantùm enim adgravatos in via deprimit, tantùm eſt cor-
pus mortuum, tantumq; nos mortui ſumus, tantumq; fides no-
ſtra interim mortua: quia fides non operans per dilectionẽ quo-
que opus debitum & non præſtitum opus, mortua. Ergo quantùm
non operatur, tantò fides adhuc mortua, etiam in his, qui primi-
tias Spiritus acceperunt, in ſemetipſis ingemiſcentes & exclamã-
tes *Quis nos liberabit de corpore mortis hujus?* Sicut enim in motu
terminus à quo minuitur, terminus ad quem intenditur: in õni
itẽ parte mot⁹ medij ſẽper utriuſq; termini reſtat aliquid, quo
ſecundũ quid nominari liceat. Et hujus inadvertentia pleroſq;
incautos & incircumſpectos confundit, ac per hoc etiam turbat
ac perturbat nonnullos. Debet ergo omnis doctus in regno
Dei ſcriba circumſpectus eſſe, ut non leviter propter unum a-
liquod verbum citò enuntiet. Qui enim dixerat; *Quicunq; cre-* Marc. 16.
diderit & baptiſatus fuerit, ſalvus erit: idem dixit; *Niſi abunda-* verſ. 16.
verit juſtitia veſtra plus, quàm ſcribarum, & Phariſæorum, non in- Matth. 5.
trabitis regnum cœlorũ. ſalutis principiũ in ſacramentis & fide ac- verſ. 20.
cedentiũ poſuit: complementũ autem in abundante juſtitia. Sed
abundans juſtitia quę ſit, mox eodem *quinto, ſexto, ſeptimo capp.*
longo illo in mõte ſermone Salvator explicat, cõcludẽs in fine ſic;

Eſtote

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Math 5. vers 48. *Eſtote ergo perfecti, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Hoc idem & Abrahæ præcepit; *Ambula*, inquit, *coram me, & eſto perfectus: hæc ſi feceris, ero merces tua magna nimis*: quaſi dicat, Nō ero merces tua, priuſquàm ambulans coràm me perfectus fueris, dignus Deo. In via progreßus eſt, in termino ſtatus erit. Sed in imperfecto indignus ſtatus eſſet. Igitur in termino nihil imperfectū. Oportet igitur omnem imperfectionem deponere, depurari, purgari, ſanari, tolli ante terminum & ſtatum. Hanc totalem viam, hujus viæ integritatem, integræ viæ terminum cuiq; ſuum, & proprium termini perficiendi modum, ordinē ac motum nemo mortalium ſcit ex gradu vel officio. De mora igitur & modo purgationis, modo termini, nemo mortalium, quacunq; authoritate præditus, definire ac ſtatuere poteſt.

Gen. 17. verſ. 1. & cap 15 verſ. 7.

Quòd omnis ſapientia noſtra, juſtificatio, redemtio in paſſione Domini conſtituta ſit, & hæc niſi dignè percipiendo non conſequimur. percipitur autem dignè non niſi commemorando, conſervando, commorando. &c. CAPVT XII.

verſ. 45. DOminus Ieſus, quādo dixit Marci 10. *Venit Filius hominis dare animā ſuam redemtionē pro multis*. Imò clariùs, 1. Cor. 1. *ubi ſapientiam, juſtificationē, redemtionem noſtram omnem in paſſione Chriſti conſtituit*. manifeſtè etiam in cœna Dominus Ieſus remiſſionē peccatorū in pietate circa ſacrā Euchariſtiam conſtituit. Similiter etiam impunitas in eadem pietate, quando dicitur Epheſ. 1. *In quo habemus redemtionem per ſanguinem ejus*. Sed hác redemtionem non conſequimur, niſi participando dignè; neq; participamus niſi commemorando, conſervando, conferendo, dijudicando, ruminando, guſtando, deſiderando, amando, imitādo, per affectum amore languendo, donec dignè Deo ipſum imitemur, nos Deo, ſicut ille, incenſum ſuavitatis, & propter illū Deo offerentes. Et licet redemtio ſæpè in Scripturis ponitur pro remiſſione peccatorum, ut ibi, *Ipſe redimet Iſraël ab omnibus iniquitatibus ejus*, magis tamen, & puriùs, & crebriùs in ſignificatione liberationis quàm remiſſionis. Redemtio enim à miſeria, calamitate, calumnia, captivitate, ſervitute, tyrannide, ſupplicio, tormento, pœna. & ab his Chriſti ſanguine redimimur, & nos per ſtudia

verſ. 30. verſ. 7. Pſa. 130 verſ. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[illegible]lia pietatis participamus ejus ſanguini; non corruptibilibus [illegible]ro & argento, ſed pretioſo Agni ſanguine redemti ſumus de [illegible]mu inimici, de manu inferni, de interitu, de omni malo culpæ [illegible]œnæ. Sed quomodo ſanguine ejus redemti, niſi participando [illegible]guini & carni per fidē & fidei pietatem? Sed hæc pietas quo[illegible]do officioſa, niſi per gradus creſcentis affectionis, donec ple[illegible] Chriſtus formatus in nobis?

[illegible]acramentalis ſignificatione etiam nutrit, quia ſacramentalis eſt, & vivificat vita ſapientiæ & judicij in ſimilitudinem ſui.

CAPVT XIII.

[illegible]Anis materialis, licet odore & ſapore delectet, niſi manſus & [illegible]n ventrē trajectus non reficit. Sacramentalis autē panis, quia [illegible]ramentalis eſt, & ſacramentū ſignificativum eſt, ſignificatione [illegible]rit & reficit. Eſt enim non ſolùm in ſe vivus vita ſapientię, re[illegible]udicij, & juſti amoris: ſed & panis vivus, & panis vitæ, & pa[illegible]vivificus, hoc eſt, in ſimilē ſui vitam vivificans. Vivificat igi[illegible]n ſapientiam veram, quæ eſt ſapiens Dei cognitio, vivificat in [illegible]um judicium, ut granditer de Deo noſtro æſtimemus. Et ſi [illegible] has magnas vitas veræ ſapientiæ & grandis æſtimationis in [illegible]s ſentiamus, velut pignus habemus tertiam vitam vivifican[illegible] ab eodem pane in nobis, videlicet juſtum amorem Dei. Sed [illegible]non ſubitò panis iſte operabitur. Naturalis enim proceſſus à [illegible]is principijs gradualiter ordinatis incrementis procedit ad [illegible]ectum. Quanti faceremus panem qui ſolo viſu paſceret aſpi[illegible]es? qui unus plurimus ad omnem ſaturitatem & efficacē re[illegible]onem ſatis eſſet? Quanti igitur faciemus noſtrū hūc panem [illegible]mentaliter vivificum, qui ſola ſignificatione & pia comme[illegible]tione verè vivificat & reficit. Prior ille panis, licet adſpiciē[illegible]ſceret, non tamen vivificaret. Hic autem ſacramentalis cre[illegible]em, etiamſi mortuus fuerit, vivificat & reficit. Prior ille, licet [illegible]tem reficeret, cæcum tamen & oculis orbum jejunum re[illegible]ueret. Hic autem ſacramentalis panis, ubi ſignificatione mē[illegible]credenti alluxerit, ſola commemoratione vivificat & paſcit; & [illegible]rgat inſtare commemorando, nutrit & auget in vitam &

virtutem

virtutem illam beatã, qua vivit ipſe panis, quia verè vivificus eſt.

Plurimùm propoſito huic alludit hiſtoria illa ſacerdotis de Egher, qui nivis & algoris neceſſitate, dùm in Alpib⁹ à via deerraſſet, mitiorẽ à ventis & nivibus vallẽ reperire ſperans, deſilijſſet, neq; reductæ quaquaverſum exitum comperiſſet, neq; unde deſilierat propter altitudinẽ reaſcendere poſſet, ſub exeſam & propendentem rupẽ ſeſe fame moriturũ conjecit, ac deſperavit. Sed ut erat luna plena, vidit noctu ſerpentum diverſa genera contendere ad lapidem quendã, & illic linguis lapidem lingere, & poſt horã quæq; in ſua antra reverti. Et incidit ei cogitatus, quid nam illic ita lingerent? Sequenti item nocte ſimiliter. Et mirat⁹ magis intra ſe quærens quid ita? Tertia demùm nocte jam penè viribus deſtitutus ante omnes ipſe acceſſit, & linxit. & inter lingendũ ita reſtitutus fuit, quaſi cibo refectus. Et ſic per totam illic hyemem ſub rupe latitavit, donec in fine Aprilis, nive ſoluta pervijs jã factis Alpibus, quoſdam audiret in vicino colloquentes. Quos ubi multo tandem clamore advocaſſet, extractus eſt, & ad proxima domicilia deductus. ubi ſuum caſum interrogatus, majora fide narraſſet, incitati cuncti locum quærere, unde extraxerant, nullis mille ambagibus reperire potuerunt. Verè lapis ille panis vim habuit, & efficax panis fuit; ſed efficacior longè fuiſſet, ſi refeciſſe potuiſſet adſpicientẽ, & id non vita in carne & ſanguine, ſed ſpiritali vita veræ ſapientiæ, rectæ æſtimationis, & ſancti amoris.

Quòd in ſacramento corporis ſui memoriam fecit mirabilium ſuorum, & quomodo ipſe eſca eſt à feris, Iudæis ſcilicet, lacerata, gentibus in eſcam data, timentibus ſe.

CAPVT XIV.

Pſa. 111. verſ. 4. *MEmoriam fecit mirabilium ſuorum, Thereph dedit timentibus ſe.* Vt quid enim *Thereph* dedit timentibus ſe, qui toti populo præcepit, ſi vellet in legali mundicia manere, non ſolùm ab eſu, ſed etiam contactu *Thereph* maneret immunis? Non enim in Hebræo habetur eſcam, ſicut noſtra tranſlatio ſonat; ſed *Thereph*. Eſt autem *Thereph*, caro mortua, immunda habita; quia per-

Levit. 6. empta à feris. Et Moſes in fine primæ legis de hoſtia pro peccato, quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quando poſt illatum intra ſancta ſanguinem præcipit velut immundum quidpiam extra caſtra offerri, ſubdit in fine, *Thereph thereph*, abſq; ulla prioris & ſequentis literæ congruentia, & ſed; orationis diſtinctione. quaſi dicat, hoſtia pro peccato, propterea extra caſtra & non in tabernaculo offeretur, quoniam à ſceleris laniata Iudæis velut immunda erit, ſed extra ſynagogam ædibus velut in loco mundo. Hanc legem de Chriſto paſſo extra portam in ſimilitudine carnis peccati, velut immundo habito reſpecto Apoſtolus interpretatur. Sed Dominus Ieſus in cæna Hebr.13. ſuam Euchariſtiam inſtituens, clariùs hæc comprehendit, inquiens; *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur in remiſsionem peccatorum: hic calix novi teſtamenti in meo ſanguine, qui effundetur in remiſsionem peccatorum pro multis.* Chriſtus ergo tus per invidiam & iniquum odium, per manus, imò perlin impiorum, velut malefactor accuſatus occiſus, ipſe *Thereph* is, qui in incredulitate perſiſtunt; his verò, qui Deum timēt, moriale mirabilium Dei. quemadmodum etiam præcipit inus Ieſus; *Hoc facite in meam commemorationem.* Eſt in hoc *Thereph*, tanquàm ſub ſignaculo ſummarium om mirabilium & dogmatum ſtudiorum Dei, & paſſionum, miſſionum, & operum Dei. Omnem enim admiram vincit, quòd Deus pro injuſtis, & à ſe condemnatis, eis in ſuam majeſtatem, ipſe ſibiipſi hoſtia pro peccato, & ctus, & miſerabilis fieri dignatus eſt. Eſt quoq; hoc tantò bile, ut jam opera potentiæ ejus, opera ſapientiæ ejus, opeilimitatis, majeſtatis, juſtitiæ vincat: ut, ubi hoc opus in mēerit, à priſca ſua admiratione veteraſcunt. Verè jam om mirabilium Dei memoriale ſæpiùs in Domini commeione revocandum. Sed quomodo commemorandum: Salomon ait, diligenti conſideratione commemoran- Prov.23 quæ ſint, qualia ſint, quanta ſint, quæ nobis ad hanc m divitis, in hanc magnam cœnam vocatis adponun- Nam qui non dijudicat corpus eſſe Domini Dei, non indignus manducat, ſed & reus erit cum Anna, Ca-

ipha,

ipha Phariſæis deſpicientibus. Verùm & cōmeminiſſe, & diligēter conſideraſse, ut perfectum fructum pariat in nobis hęc hoſtia ſalutaris, non ſatis erunt. Ad hoc enim debemus commemorare, diligenterq; conſiderare, ut ſciamus, quia talia oportet nos præparare. Vbi ergo diligenter conſideramus, quæ, qualia, quanta pro nobis Deꝰ in homine geſſerit, docuerit, pertulerit, oportebit ad ſingula ſcire, quia talia oportet nos præparare. Tunc n. Deo noſtrū placebit ſacrificiū, quando conforme inventū fuerit gratiſſimo illi ſacrificio ſum̄i Sacerdotis Ieſu. Nō ergo ſatis erit noſſe & ſcire, quia talia oportet nos prǫparare, niſi etiam ad verum illū gradū gratiæ pertingamus, ut in toto corde noſtro, toto ſpiritu, tota anima, totis medullis talia præparemus.

Gradus præparationum fidelium, ut talia præparemus, qualia in menſa Domini appoſita ſunt.

CAPVT XV.

EST igitur primus gradus juſtitiæ fidelium omnium, fideliter credentium & cōmemorantium in omnibus vijs ſuis Dominum Ieſum. Secundus, diligenter conſiderent univerſa, quæ illi ſunt. Tertius, ut ex guſtu & dulcore ſaltem accingantur ad imitandum. Vltimus, ut Chriſti improperium tollentes glorientu in cruce Domini Ieſu. Hic itaq; cū Domino Ieſu crucifixus, quātumlibet maleficus & latro fuerit, in die Domini verè mox vel ut hodie ſecum erit in paradiſo. Qui verò perſiſtūt in tribus prioribus gradibus, diſcant, quanquā ſpe ſalvi facti ſint, nihilomin differentur ab ingreſſu velut im̄undi, donec gradibus adſcendētes ad quartum uſq; pervenient. Fidelibus enim, velut parvuli in Chriſto, præcepit Dominus Ieſus cōmemorare; proficientib autem Salomon diligenter conſiderare. quæ duo qui frequenter faciunt, hi vacant, & vident, & guſtant, quoniā ſuavis eſt Dominus. Et ſi verè guſtant, creſcent, accendentur, confirmabūtu animabuntur ad imitandum. Primis Chriſtus lac eſt; poſtrem eſt ſolidus cibus & panis. Omnibus tamen fidelibus, & primis, medijs, & poſtremis, eſt verè cibus internis oculis videndo, commemorando, conſiderando, deſiderando, amando manducand

no

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

..n dentibus lacerandus.Hoc etiam Lex voluit,quando panem
..um in templo ſuper menſam propoſitionis auream, panem
..crum nominavit, quod noſtri panem propoſitionis trāſtule-
..t. Hujuſmodi fuit Abraham, quando præcepit Deus illi,ut *Gen. 22.*
..ret filium ſuum unigenitum, quem diligebat, Iſaac,& offer-
..lum ſuper unum montium. Obedivit exire in locum,& im-
..q; præceptū;nimirùm invitatus ad menſam divitis Dei ſui,ſic
..ientis mundum, ut Filiū ſuū unigenitum daret pro mundo,
..am *Thereph* jetharef.Conſideravit Abraham juxta præceptū
..monis, quæ, qualia, quanta dilectionis argumenta in convi-
..pponebantur. Novit prætereà, quia talia oportet invitatos
..arare, ut qui ſum̄æ dilectionis fercula & argumenta habent
..ſita, ſum̄am etiam dilectionem parent reddere. Amoris n.
..ivium erit,ad quod nemo dignus,niſi qui nuptiali veſte pa-
.. refert amorem.Hinc ſevera illa,ſed vera illa verba Domini
Qui non odit animam ſuam propter me, non eſt me dignus. *Luc. 14. verſ. 26.*
..;ni enim ſunt omnes ſancti ad illud beatifici amoris convi-
..uàmdiu nævus aliquis externi amoris à ſacro cōplexu men-
..ſtras inceſtat.Talem autem amoris mundiciam & dignita-
..uia Eccleſiaſtica authoritas dare non poteſt,conſtat,pœnalē
..no & amplexu dilationem tollere non poteſt. Pœna enim
..ualiſcunq; ſit,quoniam quod impuritatis reſtat hoc purgat,
..puritatem reducit, ideò fideli Patrum conſuetudine purga-
..dicitur. Purgationem & mundificationem ſincerus amor
..non petit. hoc in amoris militia mirabile eſt, ſi tamen eo
..& in eam rem amandam,quæ verè digna,conſtitutus ſit, ut
..tò magis amans ipſe ſeipſum perdere pergat propter eum
.. amat, eò magis per ſeipſum ſalvum inveniat.
..ſtatur hoc Pſalmiſta,imò Spiritus Sanctus per Pſalmiſtam;
..m paſſer invenit ſibi locum,& turtur nidum,ubi reponat pul- *Pſal. 84. verſ. 3.*
..os, altaria tua, Domine virtutum. Quæ verba ſi de paſſere &
..re legali ritu oblatis accipiamus,longè à vero ſunt. Non n.
..n ſacrificium offerebantur animalia,ſive in templo, ſive in
..naculo igni concremata redibant ad vitam, ut ibi in altari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

perpetuò viverent. Sed de per has legales hoſtias ſignificatis ad unguem, ut dici ſolet, & perfectè verum eſt, quòd paſſer laſciviam ſuam Deo mactans in hoſtiam, & turtur innatam ſibi caſtimoniam offerens Deo, ſemetipſum non ſolùm recipit, ſed centuplum Deo mortificatus fructum de ſemetipſo facit & recipit. Et hæc talis amoris malitia ſola conſummata eſt & perfecta. Hæc ſola verum incenſum ſuaviſſimo odore Deum afficiens & placans. Nimirum, quoniam in opere manuum ſuarum tantam ſui ſimilitudinẽ conſpicit. Hæc vera latria ſolo Deo digna: hanc ſuã gloriã alteri nõ dabit, neq; extra templũ Domini hoc thymiama reperitur. Et qui habet, jã in ſum̃is ſacerdotibꝰ eſt, ut ad ſancta ſãctorũ introeat, quocũq; ordine, gradu, ſexu, ætate, cõditiõe fuerit.

Quòd nullis noſtris juſtitiis digni efficimur tanto ſacramento, & tamen jubemur manducare, & indignis mors minatur.

CAPVT XVI.

Eſai. 64. verſ. 6. OMnes juſtitiæ noſtræ velut pannus menſtruata. Quis igitur ego? Domine Ieſu, Rex gloriæ, Domine dominantiũ, ſacerdos conſecrans, hoſtia ſanctificans, princeps pacis, pater futuri ſeli. Quis, inquam, ego, ut ſub tectum meum, in vile tugurium hominis peccatoris divertas? Verè non ſum dignus, ut intres ſub tectum meũ, niſi tu vel mox, quod neq; angeli præſumunt, prorſus dignum facias, vel dignanter interim diſpenſes, ut indigno mihi meam indignitatem non imputes. Alterũ humanæ fragilitati impoſſibile, & conſuetudini alienum: alterum igitur de tua benignitate fides recta me fidere cogit. Præcipis n. non ſolùm accipere & manducare in tui com̃emorationem; ſed minaris in

Ioan. 6. verſ. 53. ſuper mortem non manducantibus; *Niſi*, inferens, *manducaveritis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Confidens igitur ac tremens, mea infirmitate, mea neceſſitate, tuo mandato coactus, qui ex indignitate mea mortem juſtè formido, de multa dignatione tua vitam ſpero. Qui enim, cùm non eßem, ex nihilo ut eſſem verbo feciſti; ipſe etiam promiſiſti fideliter in te credentibus vitam æternam. Igitur, Domine Ieſu, vivifica pane iſto, vero manna de cœlis adnuntiato nobis, in Nazareth

con

...pto nobis, in Bethlehem nato nobis, in Hieruſalē oblato no-
...n calvaria accepto, à Deo Patre miſſo nobis, hodie angelorū
...: refice nos, & ad omne opus bonum cor noſtrum confirma,
...tem meam electis vitæ tuę, operum tuorum meditationibus
...i, intelligentiam rectis judicijs laudū tuarum attolle, volun-
...m meam ſemper perfectis deſiderijs accende. Hoc pacto,
...cpe, ac tuæ benignitatis fiducia tremens & fidens, Domine
... ſupplex ad menſā tuam acceſſi, accepi, manduco & rumino.
...ua benignitate inediam refice, infirmitatem robora, inſipi-
...um dirige, teporem accende; quoniam tu natura Deus meus,
... tuo Dominus meus, benignitate tua pater meus.

*... non debemus conſternari, ſi non ſtatim in communicatione Christi omnē cha-
...m experimur; ſaltem ſemper bona voluntas nequitiam & malitiam excludat.*

CAPVT XVII.

N On conſternet puſillanimitatem piorū, ſi nō mox in eis hic
... panis omnē efficaciā oſtentet, ut ſtatim charitate ferventes,
... omne opus bonū parati ſint, aut tribulatione gaudeant. Pa-
... vivus eſt, panis videns, ſciens, ſapiens, nutu ſuo & arbitrio,
...tū vult, vivificans, diſtribuens unicuiq; prout vult. Neq; ſi te
...mitate ſinat volutare, propterea minùs liberalem circa te
... tes. Vides enim amiciſſimos illos & dulciſſimos in filijs Dei
...ſtolos, de quibus columnas mundi ſtabilire decreverat, in
...ta infirmitate, quanta inſipientia & vanitate poſt ſanctā il-
... participationem, qua de manibus ejus comunicarant, jacta-
...tur. Eadem enim nocte relicto illo omnes fugerunt; Petrus
...avit; & ſacer totus ille cœtus una contentione diſceptabat pro
...natu. Multùm igitur fidelibus omnibus fidendum in ſacri
...s participatione, licet vanis, licet infirmis, quàmdiu bona
...ntas nequitiam & malitiam excludit. Per fidem ambulan-
...s itidem debet eſſe ſive proviſum, ſive datum. Quid enim
...efert, donatum, ſive depoſitum, ſive traditum ſit, modò tu-
... Cum fide in cœna ſuſceperunt corpus, quia ſic ei placuit ex-
...re fidē illorū, & quem promiſit paracletum quinquageſimo
...rimùm donavit. Neq; tu infirmeris, fide credēs, panē illum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quando,& quantùm volet,vivificaturum. Grandis enim etiam hæc vita erit, hæc tuæ fidei longanimis exſpectatio.

Quòd verè probans ſeipſum,& corpus Dominicum dijudicans, propter remedia ſuæ imbecillitatis accedit ad ſacramentum, confidenter accedat, & confidat fructum ejus.

CAPVT XVIII.

SACramentum Euchariſtiæ panis eſt vitæ vivus & vivificus, plenus omnipotentis virtutis, & ſapientiſſimæ artis, & fœcundiſſimæ largitatis & virtutis, omni non manducanti indignè. Indignè verò manducat, qui vel ſe non probat, vel corpus Domini non dijudicat. Quiſquis autem ſuam imbecillitatem, vel ſuam inſipientiam, vel ſuam ſterilitatem agnoſcit & confitetur, hic ſeipſum probat. Qui verò propter hæc remedianda recurrendum diſcernit ad panem vivificum, hic dijudicat corpus Domini. Quiſquis ergo hoc de ſeipſo probat, illud autem de corpore Domini ſentit & judicat, quantumcunq; arida mente hoc faciat, confidenter accedat, edat de pane, certus, quia verũ fructũ & efficaciam afferet contra ſpiritales indigentias. Ipſe enim fœnum, annona, pabulum, panis, edulium, pulmentarium, ferculũ, convivium, epulum, ſacrificium. Fœnum jumentis, pabulũ brutis, añona ſaginatis, panis hominibus, edulium debilibus, epulũ celebribus, ſacrificium ſacerdotibus. Omnibus omnia factus, qui pro nobis è cœlo datus eſt panis. Verbum enim caro & fœnum factum eſt, & granum frumenti, & eſca pullis corvorũ invocantibus eum, & panis eſurientibus hominibus, edulium infirmis, pulmentarium delicatis, conviviũ amicis, epulũ principibus, & ſacerdotibus ſacrificus cibus, & refectio, menti attendendus, commemorandus, conſiderandus, conferendus, ruminandus, conſervandus. Hic panis intelligentiæ judicandus, comparandus, dijudicandus, videndus, guſtandus, admirandus, confitendus, laudandus, extollendus. Voluntati concupiſcendus, amandus, eſuriendus, ſitiendus, deſiderandus, amore languendus, & pro eo habendo deficiendum, extrema veneratione adorandus, ſilendus. Attentio, meditatio, conſideratio memoriæ ſunt. Conſiderat enim

…rum ut judicet. Argumentatio, adſenſio, judicatio Intelligentiæ. …entio fiducia, impetus vel ſtudium voluntatis. Et his modis …natur & manducatur is cibus, actibus imaginis trium ſcilicet …tentiarum animæ.

…d efficaciter caro Chriſti vivifica nos vivificet. Et quòd ejus participatione etiam ſicut manducamus, ita & manducamur, & ipſi incorporamur.

CAPVT XIX.

…ARO *mea verè eſt cibus*, & panis vivus, imò vivificus plus … quàm lignum vitæ, quod ab origine plantaverat Deus in …dio paradiſi. Illud enim lignum ſuo fructu omnem corpo…um infirmitatem tollere poterat, & priſtinam bonam vale…nem reparare; ſed tamen ultra naturalem ſanitatem nihil ve… nihil gratiæ, nihil gloriæ adferre aut conferre poterat. Hic …m panis emundat non carnem ſolam, ſed & Spiritum. Fru… illius, carnalem vitam ſervare: hic autem panis à morte …orali & ſpirituali ſuſcitare, in divinam vitam vivificare etiam …nam, quæ vita eſt corporis: & corpus ipſum non ſanare mo… ſed & ſuſcitare, & confortare, & configurare corpus humili… noſtræ claritati corporis ſui. Vt ſicut anima, & charitas, …pientia, & virtus Chriſti inflammabit, illuminabit, colorabit …nas noſtras: ſic & corpus ejus ſtabiliat, clarificet, & exhilaret …ora noſtra. à quibus redundantijs ſpiritualium corpo… animæ noſtræ reficientur, eiſdem & potioribus corpus …iſti animabus noſtris cibus erit, & panis verus. Prætereà …articipatione Euchariſtiæ manducamus & manducamur; … ſumimus & confortamur, velut cibum accipimus & man…mus. Verùm quia confortatio hæc non noſtris, ſed ſum…tutibus agitur, ſumentem in ſe tranſmutans, manducari di…. Sicut ferrum, ubi ignitur, ferrum haurit, & prorſus igne …ipitur. Velut igitur ignis ferrum comedit, & ignis ferro …editur. Sed propiùs ad hoc punctum res ipſa conducit …tualis. Velut enim præceptoris ſapientiam fida diſcipu…edulitas manducat, & amantium duorum amor amo…ſcitur.

Ioan. 6. verſ. 55.

Quòd corpus Chriſti panis vitæ eſt, idem & panis angelorum, & eandem ſancti Patres eſcam ſpiritalem in deſerto manducarunt, ſpiritaliter utiq; quia caro non prodeſt quidquam.

Caput XX.

Pſal.78. verſ.29. Ioan 6. verſ.50. P*Anem angelorum manducavit homo. Hic eſt panis qui de cælo deſcendit.* Deſcendit de cælis,& homo factus. Cujus cùm ſit Filius hominis,niſi quis manducaverit carnem: Et niſi qui manducaverit ex hoc pane,non habebit vitam in ſemetipſo. Igitur ut vivat in æternum, ex hoc pane neceſſe eſt manducet homo panem angelorum. Vnde & angeli ante incarnationē, & ſancti Patres eandem eſcam ſpiritalem manducaverunt, credentes, ſperantes,affectanter exſpectantes. Noverunt ſiquidem ex prima forma inſtituti ædificij cæleſtis templi, lapidem quendam futurum in caput anguli, qui utraq; faceret unum ædificium, ſtructuram ſanctam in Domino. Et fortaſſis illo prædicante & revelante,quo & dante Spiritum ſuum in corda eorum, acceperunt illum angularem lapidem reprobandum ab ædificantibus. Igitur & paſſionem & obedientiam,& nomen ei dandum ſuper omne nomen,& exaltationem. Hac ergo ſpe roborati eandem nobiſcum eſcam ſpiritalem manducaverunt. Hinc etiam propter ſanguinem Agni victoriam in bello confortati reportarunt, de quo alibi *de diſpenſatione Verbi.* Et vitam dat mundo panis

Ioan. 6. verſ.48. iſte, quoniam ibi ſubditur ſtatim; *Ego ſum panis vitæ: qui venit ad me, & credit in me, non eſuriet, neq; ſitiet unquam.* Et

verſ.63. ſubdit; *Caro non prodeſt quidquam; ſed ſpiritus eſt, qui vivificat*, & ſpiritualis intellectus: quia *verba mea ſpiritus & vita. qui manducat me, vivet propter me.* Ergo ſi angeli vivunt propter eum, & ipſi manducant eum. Nam panem angelorum manducat homo: ergo panem hominum manducat angelus. Quoniam ipſe eſt lapis angularis faciens utrumq; parietem in uno angulo. Et hoc magis poſt myſterium carnis, ut innuunt verba,

verſ 61. & 62. quibus murmurantibus Iudæis reſpondens, dixit; *Hoc verbum vos ſcandaliſat? quid ergo, ſi videritis Filium hominis adſcendentem ubi erat priùs* in æqualitate Patris? Quomodo ſcandalizamini au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

audientes ejus carnem præcipi vobis manducandam? Igitur ante incarnationem angeli ejus carnem manducabant, ſicut & patres in deſerto, per Spiritum Filij. *Spiritus enim vivificat, & caro non prodeſt quidquam.* Et qui in eadem domo Dei ſunt angeli & homines, ſub uno magno ſacerdote, eiſdem victimis & ſacrificijs participant, & pacificis, & de eodem altari. Et angelis flumina fluunt aquæ viventis de ventre ejus. Hoc autem dixit *Ioan 7.*
de Spiritu Sancto, quem accepturi erant credentes in eum. Et *verſ. 39.*
quia Spiritum Filij acceperunt angeli, etiam & ipſi filij Dei ſunt, & Deo Patri clamant, Abba Pater.

Quòd plenè nobis Chriſtus in ſacramento datus, ſicut in paſſione traditus, & quantò in paſſione plus adflictus, tantò nobis in ſacramento magis datus.

CAPVT XXI.

ITA plenè nobis in ſacramento datus, quatenus plenè in paſſione pro nobis traditus: ut, quidquid illic pro nobis obtulit, totus nobis proſit, ſi tamen continua commemoratione credamus, ac jam non ſuum ſacrificium ſit, ſed noſtrum: non ſua juſtitia, vel obedientia; ſed noſtra. Fiducialiter cum fiducia cauſæ noſtræ tribunali accedere poſſumus. quia per hoc ſacrificiũ grati Deo magis, quàm ſi nunquàm cecidiſſemus. Sicut enim *1. Cor. 5.*
arguit Apoſtolus, omnes mortuos eſſe, ſi Chriſtus pro omnibus *verſ. 14.*
mortuus eſt. ita etiam licebit arguere, Si Chriſtus pro omnibus factus obediens uſque ad mortem, igitur omnes obedientes facti ſunt uſque ad mortem. quòd ſi obedientes, ergo juſti. Corpus ergo Domini traditum pro nobis, & ſanguis effuſus in remiſſionem peccatorum, & in redemtionem oppreſſorum, traditum inimicis vincendum victoria perfecta in omni genere cõflictus, quo libuit hoſti impugnare. Hinc itaq; nominatur corpus Domini & ſanguis, quia non ſolùm corpus & ſanguis, ſed & labor, languor, livor, dolor, mœror, anguſtia, defectio, turbatio, tædium, deſolatio animi ejus, omnia hæc pro nobis tradita, & perfectè tradita ſunt. Et hæc ut integriùs cognoſcamus, videre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

oportet, quibus inimicis perfectè traditus eſt. Quia de maligniſſimis dæmonibus, ac dæmoniorum principi Draconi, ſanguinem Agni ſitienti magis quàm dæmones reliqui. Et quantò traditus huic? Certè in omnibus viribus animalibus, quæ quomodo libet in carne & ſanguine, ſpirituum claritate, omnem mentis præſtantiam proximè aſſequentibus, quæ quia in Chriſto ſumma fuit, ut clarè Draco naturæ ſagacitate in tradito ac derelicto ſibi conſpexit, proculdubio univerſam hanc præſtantiam in excelſo præ regibus terræ, toto inſultu deijcere adgreſſus eſt. Non ergo ſolo dolore adflixit ſanctam illam animam, ſed in omnibus præclariſſimis animæ viribus, nobiliſſimo ſpiritu in corpore excitatis, quæ non ab re ad cognoſcendum ingenium dicuntur, ad volendum indolès. Indoles enim & ingenium, non intellectus, ſed corporis ad intelligendum & volendum diſpoſitiones. Totum ergo corpus cum omnibus corporeis & organicis potentijs, omnibus interioribus, hoc eſt, corpus & ſanguis, ſpiritus & ſpirituum claritas, cum ingenio & indole, ut ſola imago interior homo merè inorganicus ſervaretur, perfectè traditum & derelictum, ut perfectè pateretur, ſed non derelictum, ut vinceretur. quò perfectè eſſet hoſtia in odorem ſuavitatis, univerſæ ſpectanti & probanti Trinitati, traditum pro nobis ad tempus, ſed in æternum datum nobis. Et quantò magis traditum ac derelictum pro nobis, tantò magis datum nobis. Et ut æternæ donationis non parvam haberemus cautionem, datũ etiam nobis in ſacramento; nec imperfecta aut incompleta donatione, ſed quàm perfectè traditus, tàm etiam integrè datus nobis in ſacramento. Et ut ſentias quanto proventu, conſidera primò, quanta charitate, quanta facilitate, quanta liberalitate, quanta commoditate, quanta dignatione. Quid charius, quàm ſemper præſentem eſſe? Quid facilius, quam id verbo efficere? Quid liberalius, quàm ſeipſum dare? Quid cōmodius, quàm per panem ſimilagineum, & vinum lymphatum? Quid vè dignantius, quàm ut omnibus parvulorm neceſſitudinibus præſtò adſit? Quid ergo tanta charitate, tanta facilitate, tanta liberalitate, tanta commo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

commoditate, tanta dignatione præſtitit? Profectò etiam ſummo proventu; etſi non ſentiamus: licet amanti prima ſapiat, ſed fructus amatam trahit.

Quæ conſideranda nobis in ſacramento Euchariſtiæ data ſunt, & quis ejus effectus attendendus.

Capvt XXII.

Svnt ergo in Euchariſtia, donum liberalitatis, præceptum æquitatis, teſtimonium veritatis. In dono liberalitatis affectus donatoris, effectus vel magnitudo muneris, defectus donatarij vel neceſſitas ejus. In præcepto, æquitas, facilitas, felicitas. In teſtimonio veritatis, authoritas & gravitas dicentis, conveniens congruentia dictorum, claritas & evidentia veritatis. Item affectus integer, efficax, hilaris: effectus beneficus, honorificus, beatificus: defectus ſubjectorum neceſſitati debitorum naturæ creationis. difficultati decernendi, eligendi, exſequendi, agendi, patiendi; vanitati, ſtultiæ, nequitiæ, malitię. Debemus Deo quidquid decet, præcipit, poſſumus. Decent æqua beneficijs, ſancta officijs, digna majeſtati. Præcipit univerſam legem æquitatis, honeſtatis, charitatis. Poſſumus obſervantiam, diligentiam, ſtudium; poſſumus vacationem, obſervationem, ſtudium. Debemus proximo charitatem per pium affectum, æmulationem & ſanctum exemplum, ſubventionem per neceſſarium auxilium. Debemus nobis ipſis pœnitentiam impoſitam, robustum propoſitum, rectum conſilium, ſalutare ſtudium.

Quanta fiducia fidelibus in ſacramento Euchariſtiæ data eſt, & quare Chriſtus nobis in ſacramento datus eſt.

Capvt XXIII.

MAgna debet eſſe fiducia fidelibus omnibus in ſacramento Euchariſtiæ, quod propterea datum, ut ſciant votis atq; orationibus facilem, qui etiam corporaliter cominùs eſſe voluit tolerantibus. Is enim ipſe adeſt, qui, dùm in Iudæa, Galilæa, Samaria, clamores & orationes omnium exaudivit, petentium lachrymas miſeratus, deſideria explevit: quin etiam ultrò,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

non vocatus, ſæpe miſeratus miſeros conſolabatur. Datus ergo ad hoc in ſacramento altaris per officium ſacerdotalis ordinis. Datur & pietati fidelium etiam corporaliter præſens, extra Euchariſtiam, & abſq; ſpeciebus panis & vini, quando datur credentibus in eum. Si enim nemo vitam habet, qui non carnem ejus manducat, & non bibit ſanguinem ejus; et credens in eum habet vitam æternam, oportebit neceſſariò confiteri, omnem credentem manducare carnem ejus, & bibere ejus ſanguinem. Et aliquantò ſaltem in eo fœcundior eſt communio pietatis, quàm ordinis, quòd hæc & manducat & bibit; illa, quantùm eſt in laicis, manducat ſolùm, niſi quia felici hauſtu ſuppletur pace pietatis. Illa tempori & loco alligata, certis tantùm perſonis permiſſa, formam ſervare cogitur; hæc de corde puro, fide non ficta, nullam ætatem, nullum ſexum, nullum genus reſpuit, omni loco, omni tempore commoda eſt. Illa ſæpè damnoſa, ſed hęc ſemper fructuoſa & ſalutaris.

Quòd ſaltem oportet accedere ad ſacramentum cum primo gradu, id eſt, commemoratione; & ſi non dijudicat, ſaltem commemoret neceſſe eum: & quòd etiam commemorando corporaliter manducare poteſt.

CAPUT XXIV.

Luc. 22. verſ. 19. DOminus Ieſus, quando dixit, *quotieſcunq; feceritis, in meã facite commemorationem*, non dixit in meam cõſiderationé, aut meam dijudicationem, aut meam ruminationem, aut in meã commemorationem. quoniam qui ita facit, ut ne meminerit quidẽ, conſultius non feciſſet. Cōmemoratio igitur fructus eſt manducantis & bibentis: imò verè manducantis eſt argumentum. Dicit

Mat. 18. verſ. 20. enim; *Vbicunq; fuerint duo congregati in nomine meo, illic ego in medio illorum ſum.* Quæro hoc, propter quid ipſe in medio? an quia duo congregati ſunt? Abſit. multorum enim congregationes & conventicula odioſa Deo, ut qui conveniunt in unum conſpirantes adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus, non in ſuo nomine, ſed adverſus nomen ejus. Nomen ergo ſuum eſt, propter quod in medio illorum eſt. Vbicunq; ergo nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

nomen ejus benedictum ex hoc nunc & uſq; in ſeculum, lauda-
de ab ortu ſolis uſq; ad occaſum, etiam quantumlibet ſolitario
ſequeſtrato, verè illic ipſe eſt, non ſolùm divinitate præſens &
nevolentia, ſed etiam corporaliter præſens, per univerſam be-
ficentiam virtutis, artis, & ubertatis univerſæ, quæ collata eſt
rni & ſanguini: ut verè ſit commemoranti viaticum in omnem
um neceſſitatis, antidotum venenis, unguentum vulneribus,
acrum ſordibus, operimentum nuditati, ornamentum fœdi-
i, panis vitæ, & omnis vitæ, panis eſurienti, vinum lætitiæ & a-
ritatis omni ſitienti. Non hîc dico, datum cuilibet homini
hriſtiano, ut poſſit, cùm velit, ſacramentaliter per Euchariſtiam
bere præſentem: hoc enim ſolis datum eſt ſacerdotibus. Sed
c dico, verè præſentem commemoranti nomē ejus, verè præ-
tem Dominum Ieſum, non ſola deitate ſua, ſed & carne ſua,
anguine, & humanitate tota. Quis enim dubitabit, corporali-
ſæpè præſentem Dominum Ieſū ſuis fidelibus in eorum ago-
us, non propter hoc dimiſſo in cœleſtibus conſeſſu ad dexte-
n Patris? Quis dubitabit, ita poſſe hoc ſimul tempore fieri ex-
Euchariſtiam, ſicut in Euchariſtia? Quis ad ſingulos, pro qui-
paſſus eſt, non humano dico, ſed materno, quin & matricio
m flagrare affectu? Quòd ſi Paulus iterum parturivit in viſce-
us charitatis, donec formaretur Chriſtus in eis; Chriſtus, do- *Galat 4. verſ. 19.*
nus amoris, magiſter, & exemplum, non amabit? Quòd ſi
at, quomodo corde alienus erit his, quos amat? Quòd ſi
de proximus, adeò ut eis prægnet, parturiat, lactet, nutriat;
rdini ſacerdotali ſæpè polluto, corrupto, & blaſphemo, cer-
præſentiam contulit: ſuis deſiderijs, ſuis amoribus, ſuis ſtu-
non contulerit? Contulit ergo laudabili nomini ſuo à ſo-
rtu uſque ad occaſum, in omni loco. Contulit nomini
benedicto in omni tempore, quia ex hoc nunc & uſq; in
lum. Et quid contulit nomini ſuo benedicto? Vt qui cunq;,
unq; quis in ſuo nomine ſui commemorationē fecerit, ipſe
oraliter præſens in medio commemorantis ſit, quemad-
ū comemorans in Chriſto, ut quandocunq; Chriſtus ipſe

per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

per interiorem hominem in Chriſto, ſemper Chriſtus totus exteriore & interiore homine illi corporaliter præſens eſt, virtute gratiæ chariſmatum, arte ſapientiæ, ubertate liberalitatis. Quæ humana colloquia, quæ librorum lectio, ad æquum fructum cum ſacro ac benedicto hoc nomine poterunt comparari? Omnia ſterilia ſunt, niſi quantùm nomini ſacro ſancto congruunt, ac conferunt. Magna proinde negotiatio meditantium, cogitantium, quærentium, ruminantium, guſtantium, eſurientium, concupiſcentium, anhelantium, amantium, amore languentium, languore deficientium, qui his in omnem uſum omnis virtutis, omnis artis, & omnis ubertatis datus eſt. Non hac mea ſententia me puto errare: ſi tamen erro, parvipando errorẽ, quando pietatem generat, quæ infructuoſa non erit, ſciens, quòd magno fructu negotiabor nomen ejus commemorando,
1. Cor. 9. ſicut nec Paulus abjecit occaſionem, qua Chriſtus adminiſtrabatur. Magna, inquam, negotiatio eſt, quibus ad manum eſt præſentem habere, cùm volunt, omnipotentem amatorem, qui, quia amator eſt, ac talis amator, omnium illorum voto morem gerit. Et quia omnipotens, per omnia morem gerere novit, & poteſt. Ipſe Deus, ipſe ſacerdos, ipſe adolens, ipſe incendens, pacificans, ſacrificans primitias, decimas, adferens hoſtias, victimas mactans in pleno miniſterio & ſanctificatione: ipſe hoſtia, victima, ipſe decimæ. Quidquid igitur expetere poſſit à Deo, Domino, Patre, ſacerdote, angelo, propheta, rege, magiſtro, paſtore, victima, hoſtia, primitijs, decimis, pacificis, ſacrificijs, holocauſtis, incenſis, pane propoſitionis, univerſum hoc ab ejus corporali præſentia per nomen ejus benedictum, & benedictionibus plenum, confidere licet. Nomen autem ejus, memoriale ejus. Memoriale ejus in commemoratione ejus. Commemoratio mirabilium ejus eſcam adfert timentibus eum, quia dans eſcam timentibus, facit memoriam mirabilium ſuorum. Ergo quando facit memoriam mirabilium ſuorum, etiam dat eſcam timentibus ſe.

Quod

..òd corporis ſacramentum etiam corporaliter commemoratione percipimus, ex verbis Beati Ambroſij *apparere videtur.*

CAPVT XXV.

..o hac mea opinione, qua comemorantem etiam corporali..er manducantem, præſentem, & confortantem. & ita man..ntem adſero, valdè facit verbum *Ambroſij* in *de verbis Dei,* ..ns in forma; *Sicut ſemel pro omnibus immolatus eſt Chriſtus; ..otieſcunq; peccata cōdonantur, corporis ejus ſacramentum ſu..is, ut per ſanguinem ejus remiſsio peccatorum detur.* Sed hæc *..roſij* ſententia involvit grande quidpiam, ſcilicet, ut in ju..atione impij, & revivificatione à morte peccati, ſemper ea ..ur, quę in Dominica ordinatione neceſſaria ſunt ad hoc, ut ..icet Spiritus Sanctus donetur, Verbum caro factum detur, ..nducetur. Sed id quomodo in Patribus veteris teſtamenti, ..i licet interpretatione legiſlatoris fide ac deſiderio man..verunt, carnis tamen ejus, quæ nondum erat, & ſanguinis ..orali præſentia, non potuerunt manducare, unde nec redē..m à vinculo ſuæ captivitatis conſequebantur, aut plenam ..iſſionem conſequebantur? niſi fortè dicamus, Dei donatione ..lem de ſeipſo plenam feciſſe illis Deum, & ita verè vixiſſe ..piritu. Sed quòd juſtiſſima ordinatione divinæ rectitudinis ..rem regni in judicio ſapientum fundaverat, id per Verbum ..m factum reſtituendum exſpectari oportuit.

..òd, quia per eſum lapſi ſumus, congruè in reparatione per eſum reſtituimur: & quòd Dominus Ieſus calicem bibit, quem obtulit.

CAPVT XXVI.

..itu ſacrificiorum ferè ſemper eſus & refectio conjuncta cū ..tatione. Et ideò Chriſtianis ſumum ſacrificium in eſu. Et ..inus Ieſus calicem bibit, quem obtulit in odorem ſuavita.. congruè hoc in reparatione, quia per eſum lapſi. Præterea ..imæ & nutrimentum amor eſt. Sed in nullo ita amor re.. ſicut in contemplatione corporis & ſanguinis Chriſti, ubi ..dedit Filium, quem ſicut ſe dilexit. Et, ſi decuiſſet, ſe potiùs ..ſet: ſimiliter & Spiritus Sanctus. Tantus igitur amor valdè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

paſcit benè æſtimatus. Eſt igitur hoc ſacramentum cibus & potus, balſamum & theriaca omni congrua morbo. Quod ſpiritualiter ſumere, eſt illud dignè revolvere & æſtimare, ſecundũ praxin & modum, quo deſideriũ & amor magis ſuccenditur. Et ſic Antonius & illi Macarij ſolebant. Et piè credendum eſt, non modò tunc adeſſe Dominum Ieſum ſpiritualiter, ſed & corporaliter, magis ſecundum illud quod ſuprà; *Vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi ero in medio eorum.* Et non eſt incõveniens: quia, ſi ſacramentaliter eſt in pluribus locis ſub duplici miraculo, amplius poteſt ſine miraculo; immò & noſtra poterunt poſt reſurrectionem, ſicut angeli modò. Erit enim corpus noſtrum configuratum corpori claritatis ejus. Et una anima, quæ hîc manũ ſublevat, illic deprimit. Angelus meus adeſt mihi, ſuadet alium contra me. Dominus Ieſus adparens ſanctis non creditur reliquiſſe dexteram Patris, nec jam angelo adparet.

Matt. 28 verſ. 20.

Ioan. 6.

Propoſitiones ex Evangelio de corpore & ſanguine Domini, & quomodo ſumendum, & quo fructu ſumentium, & de veritate ejus.

CAPVT XXVII.

1. *Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt; hoc eſt, ſpiritualiter & non carnaliter intellecta vitam præſtant.*
2. *Spiritus enim vivificat interiorem hominem, & carnalis intellectus ad hoc non prodeſt quidquam.*
3. *Et quia quidam ex vobis carnales ſunt, jam non credunt ſpiritualiter vivificantibus verbis.*
4. *Novi à principio qui ſint non credituri, & qui me tradituri poſtquàm crediderint.*
5. *Qui credit in me, habet vitam æternam.*
6. *Omnem habentem vitam æternam ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die; ſed ad altiorem vitam, & in cujus comparatione hæc interim vita mors eſt.*
7. *Omnis videns Filium, & credens in eum, habet vitam æternam.*
8. *Niſi manducaveritis carnem Filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.*
9. *Qui credit in me, non ſitiet aliquando. Ergo credere eſt bibere ſanguinem ejus.*
10. *Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me, non eſuriet aliquando. Ergo venire ad eum eſt manducare.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

11. Omne quod dat mihi Pater ad me veniet. Ergo manducat carnem, & bibit
ejus ſanguinem.
12. Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit illum. Ergo trahente Patre co-
meditur & bibitur. Trahi autem & diſcere eſt nimirum.
13. Omnis qui audit à Patre meo, & diſcit ab eo, venit ad me.
14. Non quòd Patrem aliquis vidit, niſi qui eſt à Deo, hic videt Patrem. Ille
videt, cui narranti credimus.
15. Credens haurit verbum annuntiantis, & paſcitur ab illo.
16. Omnem qui venit ad me non eijciam foràs.
17. Qui venit ad me non eſuriet aliquando.
18. Propter incredulitatem dixi vobis, nemo poteſt venire niſi fuerit ei datum à
Patre meo.
19. Abierunt ergo multi retrò, quia non crediderunt. Numquid & vos vultis
abire non credentes?
20. Et Petrus; Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Iuxta I. & II.
21. Et nos credimus, & cognovimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei vivi.
22. Habetis ergo vitam æternam. Iuxta V. & VI. Manducatis ergo carnem
Filij hominis, & bibitis ejus ſanguinē. Recuſcitabit ergo vos in noviſſimo die.
Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet. Et hæc eſt voluntas Patris mei qui
miſit me, ut omne quod dat mihi Pater, non perdam ipſum, ſed reſuſcitabo in
noviſſimo die.
24. Hæc eſt voluntas qui miſit me Patris, ut omnis videns Filium & credens in
eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo enim in noviſſimo die.
25. Deſcendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui
miſit me: ut ſcilicet veniant ad Filium, non pereant, non perdantur, ſed vitam
habeant in eum credentes.
26. Filius hominis dat cibum manentem in vitam æternam: niſi credideritis, non
habebitis vitam in vobis manentem.
27. Ego ſum panis vivus, ſi quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum;
& panis, quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita.
28. Hic eſt panis de cælo deſcendens, ut ſi quis ex hoc manducet, non moriatur.
29. Quia ſi non manducaveritis carnem Filij hominis, & biberitis ejus ſangui-
nem, non habebitis vitam in vobis.

30. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æter-
nam. Et ego reſucitabo eum.
31. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: qui manducat car-
nem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.
32. Accipite ergo, & manducate ex hoc oēs. Hoc eſt corpus meū. Hoc quotieſcūq;
facitis, in meam facite commemorationem, diligenter conſiderantes quæ appo-
ſita.

ſita ſunt vobis, dijudicantes corpus Domini traditum pro vobis, & mortem Domini annuntiate: quia manducando, commemorando, conſiderando, dijudicando, ruminando, guſtando, eſuriendo, concupiſcendo, deficiendo, æſtimando, amando, amore languendo, vivificabimur, roborabimur, inſtammabimur in Deum vivum, ut maneamus & vivamus in Deo.

33. *Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet.*
34. *Et qui vivit & credit in me, non morietur in æternum. Ergo credendo in eum comeditur & manducatur caro ejus, & bibitur ſanguis ejus.*
35. *Quia niſi manducaveritis carnem Filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.*
36. *Credendo autem in eum, etiamſi mortui fuerint, vivent, & non morientur in æternum.*
37. *Quia juſtus ex fide vivit, non ex pane, ſed ex verbo procedente ex ore Dei.*
38. *Hoc verbo vivificat credentes, purgat proficientes; quia fide purificat, corda eorum mundificat, amantes lavat, mundat, amantes delectat, inflammat perfectos.* AMEN.

Quomodo operamur cibum, qui non perit. Et quòd credere in Chriſtum ſit opus cibi non pereuntis. Et credens vivit, & fide vivens reſuſcitatur in noviſſimo die.

CAPUT XXVIII.

Ioan. 6. vѵſ. 27. *OPeramini cibum, qui non perit.* Nota verba. Operamini cibũ. Et ſubdit, qualem cibum debeant, & velit eos operari. Cibum ſcilicet, qui manet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis, hunc enim Pater ſignavit Deus. Sigillo ergo Patris operamur cibum. Sed quomodo poterimus operari ſigillo, niſi negotiando in ſigillo penes legitimum uſum ſigilli? Et quis uſus in ſigillo legitimus, niſi credere? propterea ſigilla teſtimoniorum loco adhibentur, ut eis tanquam teſtimonio fideli fidatur. Et ad hunc modum, licet non ex integro, etiam turba videtur intellexiſſe, quando reſpondit, quærens quid facerent, ut operarentur opera Dei? ſed ut clariùs cognoſcerent, liquidò explanavit, quomodo operarentur cibum non periturum.

Hoc ſcilicet eſſe opus Dei, ut crederent in eum, quem Deus miſit.
Noſſe igitur Deum, & quem Deus miſit Ieſum Chriſtum, hoc eſt operari cibum qui non perit.
Hæc enim eſt voluntas ejus qui miſit me Patris, ut omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Et ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. Iam credit, & vitam habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quomodo igitur ad vitam reſuſcitabit, niſi præſens hæc fidei vita mors quædam
eſt ad ſecundam vitam comparata? Lumen lucernæ, lux quædam eſt: ſed ad lumen
orientis luciferi, tenebræ: Et lumen orientis luciferi, ad illuceſcentẽ diem, tenebræ eſt:
illuceſcens dies ad ortum ſolem, tenebræ eſt. Noviſſimus autem dies perfectiſſimæ
lucis erit; ad quam cùm evigilabimus, velut à morte reſuſcitabimur.
…s vitæ parva quædam ſementis eſt fides credentium.
Amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.
Ego ſum panis vitæ.
Ergo credendo in eum, operamur cibum qui non perit, interim in via magis.
Magis autem operabimur, videndo, æſtimando &c. in patria.
Patres veſtri manducaverunt manna, & mortui ſunt. quia non ut interioris homi-
nis refectionem manducaverunt.
Hic eſt panis vivus de cælo deſcendens.
Si quis ex ipſo manducaverit, non morietur.
Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi.
Si quis manducat ex hoc pane, vivet in æternum.
Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.
Amen amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem Filij hominis, & biberitis ejus
ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.
Quia anima in ſanguine ejus cum omni plenitudine ſanctificationis ejus informat
ſanguinem ſicut carnem: quia ſanguis de veritate ſubſtantiæ hominis, uti caro.
Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, hic habet vitam æter-
nam, & ego reſuſcitabo eũ in noviſſimo die. Igitur adhuc aliqualiter jacentẽ & preſſũ.
Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.
Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.
Tamen eſuriens & ſitiens plenitudinem gratiæ & veritatis anhelet.
Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulare.
Sicut miſit me vivens Pater, & ego propter Patrem.
Et qui manducat me, & ipſe vivet propter me.
Manducat, qui guſtat quoniam ſuavis eſt.
Sic manducavit Magdalena, quando ſedebet ad pedes Jeſu.
Quando primò multum dilexit; quando & ungens bonum opus operata eſt.
Flagellis ejus flagellata, opprobrijs ejus exprobrata.
Imò plus, quàm ſi ipſa exprobrata fuiſſet.
Vulneribus ejus concrucifixa: morienti amaro luctu conmortua.
Mors victori congaviſa: tripudians triumphatori.
In omnibus his manducavit carnem Filij hominis.
Et bibit ſanguinem ejus: & propterea verè vivit in æternum.
Sic participare corpori & ſanguini: hoc manducare eſt magis, quàm ſi aecies millies
Euchariſtiam ad altare de manu ſacerdotis arido corde, frigida voluntate, licet

etiam in ſtatu ſalutis capiamus.

Qui enim plus amat, ille plus operatur cibum qui non perit.

Sicut enim vita interioris hominis in ſapientia, gloria, & charitate; ſic neceſſariò talibus nutriatur oportet interior homo.

Ex eiſdem enim ſumus, ex quibus nutrimur.

Sed quoniam ad perfectam ſapientiam, gloriam, & charitatem nobis nulla vera via eſt, niſi per ſapientiam, gloriam, & charitatem, quam Dominus Ieſus in carne monſtravit: ideò niſi carnem Filij hominis manducemus, non operabimur cibum qui non perit, nec habebimus vitam in nobis.

Quòd verba metaphorica eandem vim habent ampliativam, quam propria: & quòd in omnibus operibus Dei philoſophantes paſcamur.

CAPVT XXIX.

VErba metaphorica habent eandem vim ampliativam, quam verba propria. Vnde, quando dicit Paulus; *Patres noſtri eandem eſcam manducaverunt*, tranſſumit manducare, ſpiritualiter affici. Vt quia hoc mentale eſt, ampliat ad alternas differentias temporum. Nam corporaliter, quod nondum erat, manducare non poterant. Igitur hodie etiam laici bibunt omnes ſanguinem Domini. Nam ſi patres eundem potum ſpiritualem biberunt, multò evidentiùs iſti nunc bibunt. Quòd ſi apertos haberemus oculos, manducaremus non ſolùm carnem, biberemus non ſolùm ſanguinem Filij hominis, quæ ſunt in magnis operibus Dei digna commemoratio, conſideratio, dijudicatio, collatio, vacatio, viſio, guſtatio, deſideratio; ſed in omnibus operibus Dei philoſophantes paſceremur, ut & ferrum, & ſabulum, et ſaxa manducaremus. Dicit enim apertè Ioannes, *omnia per Verbum facta.* Et quod per Verbum increatæ ſapientiæ factum, in Verbo vita erat, eſt lux hominum. Quòd ergò res facta per Verbum non ſolùm digna ut fieret, ſed ſublimis adeò in Verbo, ut cognoſcentè in Verbo vivificaret, & ſapientialiter illuminantis, quia vita erat lux hominum. Ad hanc oculorum apertionem non pertingit naturalis illa mentis latitudo, quæ creaturas duntaxat in ſeipſis cognoſcit. Eſt ergo hæc oculorum apertio

1. Cor. 10 verſ. 3.

Cap. 1. verſ. 3.

pertio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

cio duplex. Quædam in ſpiritibus beatis, corpore interim
itis, quorum naturalis latitudo multùm elevatur in cogniti-
rerum in verbo. Altera, quæ in reſumto corpore, conforma-
orpore claritatis Ieſu. In omnibus igitur mel de petra, & ole-
de ſaxo, & manna ſuper faciem terræ, & vinum reperire eſt; ſi
en ſit, qui apertos habeat oculos & ardentem voluntatem.
nim inviſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta Philoſophi
iliter conſpexerunt, jejuni remanentes; quare non per eadem
dens & fidelis ſervus eundem Deum Dominum Patrem in-
iet, adeò Patrem, ut in filium adoptet? Seſe ergo Patrem
& æternum Filium in fratrem, & Spiritum Sanctum in donũ
oris effuſi, ut merces, ut cibus, ut epulum, ut libamen, ut vi-
ut theſaurus, ut regnum, ut ſponſus, ut vita, ut alacritas, ut gau
m, ut lætitia, ut exſultatio, ut beatitudo noſtra ipſe ſit. Amor
er in Deum hæc omnia nobis de Deo noſtro conficiet. Imò
l non apertos habenti oculos ad cumulum divitiarum da-
eſt, quando neceſſitates egeſtatis, infirmitatis, corporalis nu-
s, & omnia famis, ſitis, laſſitudinis inſtrumenta ſunt ſapien-
& juſtitiæ? Semper enim habitus nobis neceſſarius, ut me-
merimus ſpiritum vitæ petendum, ſemper nuditas indeco-
ra ſemper pannoſitas verecunda, ſemper fames, ſemper ſitis
leſta, ſemper laſſitudo, ſemper vigilia, ſemper ægritudo, quò
neamur panem, vinum, panem ſapientiæ ſalutaris, decora in-
menta, vinum ſpiritualis jocunditatis, beatum ſomnum & re-
em in amplexu ſponſi petere. Non igitur hæc nobis tormen-
inflicta, ſed indicta monimenta ſunt, ſi ſapimus; ut quotiens
patimur, totiens verorum bonorum petendorum recorde-
r. O ſapientia, quæ de occultis erueris! hoc verè eſt patrem
; ut inter iraſcendum hereditatis auxilia tribuas.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

INDEX CAPITUM.

I. *De exercitio ſub Miſſa ſervando, quòd neq; legendum, neq; extra quidpiam orandum; ſed ſolùm commemorandum de Chriſto, ſecundum præceptum & inſtitutionem Chriſti.* 658.

II. *Quòd jubemur accipere & manducare corpus Domini, & hoc in ejus commemorationem: & commemorando comedimus, & reficicimur mirabili gratia & dignatione.* 659.

III. *Quid & quomodo commemorandum & ruminandum de corpore Chriſti tradito nobis, & pro nobis: & ad quid traditum?* 661.

IV. *Quòd & calicem Domini jubemur accipere etiam commemoratione: & quantus fructus ex commemoratione oriatur, per comparationem ad alias artes & ſcientias.* 664.

V. *Quòd commemoratione reficimur, & ab omnibus debitis abſolvimur; & nulla propior ad contemplationis quietem via quàm commemoratio: & de ejus efficaciſſimo fructu.* 666.

VI *Confirmatio præcedentis capituli ex verbis* Eſaiæ, *quòd nulla noſtra juſtitia juſtificamur, ſed tantùm ipſius, quam commemorando participamus.* 668.

VII. *Quòd corpus Domini panis verus, eſt interioris hominis refectio & vita, quem Pater charitate nimia tradidit, & charitate reficit: quod non fecit panis quem Moſes dedit.* 670.

VIII. *Quòd corpus & ſanguis Chriſti, ſi corporaliter tantùm ſumantur, occident: ſpiritualiter autem accepta vivificant, etiam fide accepta ſpiritualem vitam operantur.* 673.

IX. *Quòd vita, quam conſequimur manducantes corpus & ſanguinem Domini, vita interioris hominis eſt; ac proinde vita ſpiritualis, ſpiritualiter manducanda.* 676.

X. *Quòd ad vitam conſequendam neceſſe manducare carnem Filij hominis: & quòd fide manducatur, ut* Paulus *primus eremita, credendo, dijudicando, amando &c.* 677.

Quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

XI. Quòd omnia, quæ per Scripturam ſparſa ſunt in illam ſententiam ad confortandum cor hominis, panis & viaticum complecti debet. 680.

XII. Quòd omnis ſapientia noſtra, juſtificatio, redemtio in paſſione Domini conſtituta ſit, & hæc, niſi dignè percipiendo, non conſequimur. Percipitur autem dignè non niſi commemorando, conſervando, conferendo, dijudicando, ruminando, amando. &c. 682.

XIII. Quòd panis ſacramentalis ſignificatione etiam nutrit & vivificat vita ſapientiæ & judicij in ſimilitudinē ſui. Ponit hiſtoriam de ſacerdote, qui lingendo lapidem multis diebus quaſi ſumto cibo ſuſtentatus fuit. 683.

XIV. Quòd in ſacramento corporis ſui memoriam fecit mirabilium ſuorum: & quomodo ipſe eſca eſt, à feris, Iudæis ſcilicet, lacerata, gentibus in eſcam data timentibus ſe. 684.

XV. Gradus præparationum fidelium, ut talia præparemus, qualia in menſa Domini adpoſita ſunt. 686.

XVI. Quòd nullis noſtris juſtitiis digni efficiamur tanto ſacramēto, & tamen jubemur manducare, & indignis mors minatur. 688.

XVII. Quòd non debemus conſternari, ſi non ſtatim in communicatione Chriſti omnem charitatem experimur; ſaltem ſemper bona voluntas nequitiam & malitiam excludat. 689.

XVIII. Quòd verè probat ſeipſum, & corpus Dominicum dijudicat, qui imbecillitatem et inſipientiam ſuam agnoſcens pro remedio ad ſacramentum accedit: & hic fructum ejus conſequitur. 690.

XIX. Quòd efficaciter caro Chriſti vivifica nos vivificet, & quòd ejus participatione ſicut manducamus, ita & manducamur, & ipſi incorporamur. 691.

XX. Quòd corpus Chriſti panis vitæ, & idem eſt panis angelorum: & eandem ſancti Patres eſcam ſpiritualem in deſerto manducaverunt. ſpiritualem utiq;, quia caro non prodeſt quidquam. 692.

XXI. Quòd plenè nobis Chriſtus in ſacramento datus, ſicut in paſſione traditus: & quantò in paſſione plus adflictus, tantò nobis in ſacramento magis datus. 693.

XXII. Quæ conſideranda nobis in ſacramento Euchariſtiæ data ſunt, & quis ejus effectus attendendus. 695.

XXIII. Quanta fiducia fidelibus in ſacramento Euchariſtiæ data eſt: & quare nobis Chriſtus in ſacramento datus. 695.

XXIV. Quòd oportet accedere ad ſacramentum ſaltem cum primo gradu, id eſt, commemoratione: & ſi non judicat, ſaltem commemoret neceſſe eſt: & quòd etiam commemorando corporaliter manducare po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

teſt. 696.

XXV. Quòd corporis ſacramentum etiam corporaliter commemoratione percipimus, ex verbis B. Ambroſii apparere videtur. 699.

XXVI. Quòd qui per eſum lapſi ſumus, congruè in reparatione per eſum reſtituimur: & quòd Dominus Jeſus calicem bibit quem obtulit. 699.

XXVII. Propoſitiones ex Evangelio, de corpore & ſanguine Domini ſumendo: & quomodo, & quo fructu ſumentium: & de veritate ejus. 700.

XXVIII. Quomodo operamur cibum qui non perit: & quòd credere in illum ſit opus cibi non pereuntis: & quomodo credens vivit & reſuſcitatur in noviſſimo die. 702.

XXIX. Quòd verba metaphorica eandem vim habent amplıativam, quam propria: & quòd in omnibus operibus Dei philoſophantes paſcamur. 704.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Farrago rerum Theologicarum
E X
VESSELI GRONINGENSIS
ſcriptis excerptarum.

IN QVA TRACTATVR

I. *De benigniſſima Dei providentia.*

II. *De cauſis, myſteriis, & effectibus Dominicæ incarnationis & paſſionis.*

III. *De dignitate & poteſtate Eccleſiaſtica. De vera obedientia. Et quantum obligent mandata & ſtatuta Prælatorum.*

IV. *De Sacramento pœnitentiæ: & quæ ſint claves Eccleſiæ. De poteſtate ligandi et ſolvendi.*

V. *Quæ ſit vera communio ſanctorum. De theſauro Eccleſiæ. De participatione & diſpenſatione hujus theſauri. De Fraternitatibus. etc.*

VI. *De purgatorio: quis & qualis ſit ignis purgatorius. De ſtatu & profectu animarum poſt hanc vitam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

EPIGRAMMA ad LECTOREM.

HVC pie Lector ades, nova jam documenta videbis,
Quæ tàm doctrina, quàm pietate valent.
Scripſerat hæc etenim Doctor clariſsimus olim
Weßelus, Phriſÿ gloria magna ſoli.
Sed latuêre diu, varÿs erroribus ortis:
Cauſa, Sophiſtarum peſtis iniqua fuit.
Nunc, Weßele Pater, tempus tua ſcripta legantur:
Nam doctrina locum nunc pietatis habet.

ANTONII Liberi Suſatenſis
CARMEN PANEGYRICUM
in laudem & iucundum adventum ex Italia præſtantiſsimi & admirandi Philoſophi,
M. VVESSELI GRONINGENSIS.

SAlve, ô Weſſele, ô vir præſtantiſſime, ſalve,
Littrarum princeps, Pieridumq́; decus.
Chare Deo magno, & patriæ chariſſime noſtræ,
Teutoniæq́; decus, ſit tibi multa ſalus.
Multa ſalus tibi ſit, reverentia multa, ſonentq́;
In laudem Muſæ Pierideſq́; tuam.
Qui noſtras tandem dignatus adire latebras,
Regia tàm parvi mœnia magna facis.
Nec te Roma potens, nec te Florentia bella,
Nec Venetus precibus te retinere poteſt.
Quin patriam titulis & amicos plauſibus altis
Incola perpetuus condecorare velis.
Ergo age, Romanę decus atq́; decentia linguæ,
Interpres Graję, Hebraicæq́; mane.
Tu modò noſter eris Galenus, tuq́; ſecundus
Virgilius, Cicero tu modò noſter eris.
Gaudeat, & meritas ſuperis Germania grates
Reddat, & è tanto munere læta canat.
Namq́; ſalutiferis ditabis mercibus illam,
Illuſtrem faciens artibus ingenuis.

DE
Certiſſima & benigniſſima Dei providentia,
quæ operatur omnia in omnibus,
ET
DISPONIT OMNIA SUAVITER.

QVòd ſi perſpicaciter conſideremus res operantes, agentes, facientes, & id in lumine fidei, facilè inveniemus propoſitionem *Procli*, dicentis, *Primam cauſam non ſolùm plus influere in effectum quàm quamcunque ſecundam; ſed etiam ceteras cauſas contingentes tantùm eſſe, & ad conſtituendum effectum ſolam primam eſſe neceſſariam*: ut verè dictum ſit per *Prophetam*; *Quoniã gloria virtutis eorum tu es*. quaſi dicat; virtus eorum creata non haberet gloriam, niſi tua im̃obilis voluntas accederet & præciperet. Patet hoc ex fornace Babylonis, ubi multus ignis, vehementer tiam naphta accenſus, calor non urebat. Et eadem Dei voluntas, ſi placuiſſet, præcipere potuiſſet, ut ſubſolanus tepor vehementiùs incenderet quàm naphta in fornace ardente. Ex hoc iam facilè liquet verbum *Platonis*, volentis, *naturam nihil aliud eſſe quàm voluntatem Dei regulariter volentem; & miraculum opus divinæ voluntatis non regulariter ita volentis*. ita ut omnis cauſa operans nihil aliud ſit, quàm vel Deus operans, vel operanti Deo cooperans. Eſt ergo etiã in patria viſio, æſtimatio, fruitio; qui cùm ſint actus in beatis ſpiritibꝰ producti, licet à lumine gloriæ habituali & à charitate perfecta habituali concurrente, tanquàm à cauſis non neceſſarijs producuntur. Poteſt enim Deus illos actꝰ vel perfectiores ab imperfectioribꝰ habitibus, ut ſibi placuerit, producere, & æquos ex iniquis habitibus; aut magis illos actus verè & merè ſeipſo beatificos etiam ſe ſolo producere: & ſic ipſe erit viſioni lumen gloriæ, & intelligentiæ, regula æſtimationis & voluntati, igniculus fruitionis. Verùm quia *Apoſtolus* dicit,

Pſal. 89. verſ. 17.

Dan. 3.

1. Cor 13 verſ. 8. *charitatem nunquàm excidere*; manifeſtè confiteri oportebit, vel habitum charitatis perpetuò manſurum, vel actum fruitionis verè charitatem perfectiſſimam eſſe.

Artis opera quomodo vivificam artem referant.

OMnia artis opera quò verè vivant, hoc eſt, vivificam artem commodè referant, ſecundæ intentionis neceſſe eſt objecta fiant. Niſi enim intẽdat quis ex eis quod ars artificis intendit, mortuum & iners illi eſt opus artis: quemadmodum ſi ſimia incidat in officinam fabri lignarij, ſecuris, dolabrum, runcina, ſerra, malleus, vertebrum, gnomo, circinus, omnia iſta illi non ſolùm, ſed & inerti homini effœta & ſterilia erunt, & opera vacua, ac per hoc & mortua. Vt autem intendat utens quod intenderet factor artifex, ſecunda neceſſe eſt intentione intendat. Omnis autem creatura à ſũmo vertice uſq; ad imum & ultimum, opus eſt artis divinæ. Monſtrat digeſtiſſimus ordo ſimul & completiſſimus, adeò ut etiam Philoſophi notaverint *ſpecies eſſe ordinatas in rebus, quemadmodum numeri ſunt.* In quibus quiſq; tantùm deſipit, quantò non Sũmi artificis adſequitur intentionem. Omnis igitur creatura verbum eſt ſecundæ intentionis apud ſapientem, ſicut opera artis intelligenti verba ſunt ſecundarum intentionum: adeò ut ſi adſpiciens opus artis uſum operis ignoret, non illi completam & ſecundam ſui imaginem infuderit mente, neq; perfectè docuerit, unde nec plenè loquuta ſit.

Deus in omnibus totaliter cauſaliter dominatur.

ADeò Dominus Deus dominatur in oĩb., ut non ſolùm ſecundũ ejus voluntatẽ oĩa fiant, ſed etiam ab eo volente fiãt; & niſi volet ea fieri impoſſibile eſſet ea fieri, quacunq; cauſa quãtumcunq; naturale & naturaliter agente. Vnde aliæ concauſæ nõ totales cauſæ ſunt, neq; cardinales. Deus autem totaliter, cardinaliter, cauſaliter dominatur. Dominatur, inquam; quia cognoſcendo, dictando, volendo totaliter, eſſentialiter conſiſtere facit & ſervat prout vult, abſq; ulla ſui mutatione: quod nulla alia cauſarum poteſt. & eo volente prout vult, etiamſi nulla ſecundarũ cauſarũ cauſaret, nihilominùs fieret quod fit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Adeò hæc, ut ceteræ cauſæ non tàm cauſæ, quàm occaſiones, di-
ndæ videantur, niſi verba fidei cogerentur in contrariũ. quale
illud verbum Domini in cæna; *Qui credit in me, opera quæ ego* Ioan. 14.
cio & ipſe faciet, & majora horum faciet. In majoribus ergo ſa- verſ. 12.
tis operib⁹ operanti Deo credentes cooperãtur, & in hoc ſeculo
edendo, ſpectando, amando, ut veræ cooperationes Deo ſim⁹.
in illa cooperatione Deus facit nos cooperari; quia ſine eo ni-
l poſſumus, & omnia poſſumus in eo confortante nos. Ab eo
& velle eſt & perficere. Et in illa cooperatione noſtra noſtrum
ccatum, vel noſtra pietas. Conſentimus enim operanti Deo, &
nſenſus ipſe Dei gratia eſt & noſter eſt: noſter, ut quibus ope-
ntibus; Dei, ut à quo cardinaliter, totaliter operante. In iſto nu-
lo umbroſo & condenſo abdita illa abyſſus judiciorũ detegen-
rũ in illa clara die finalis judicij, quando clarè ſentẽtiabunt o-
nes judicãdi & judicantes, judicia Dei vera juſtificata in ſemet-
iis. De qua *S. Paulus Apoſtolus* interim exclamare docuit; *O al-*
udo divitiarum ſcientiæ & ſapientiæ Dei! quàm incomprehenſi- Rom. 11.
lia ſunt judicia ejus! Illic, velit nolit, rex ille ſuper omnes filios verſ. 33.
perbiæ judicabit juſtè ſe condemnatũ, quia rationẽ reddet ibi
omni verbo & voto ſuo. Rationẽ reddet, quando ſecundum
ionem, hoc eſt, ſecundum conſcientiam in judiciũ de verita-
ractabit: juxta illud 2. *Pet.* 2 *Rudentibus detractos cruciandos* verſ. 4.
judicium ſervari. Si ſervantur in judicium, ſervantur in rati-
em reddendam. Si de verbo otioſo, igitur de omni verbo
ſphemo. Et hic urentiſſimus ille ignis in ſublimem oculum
perbiæ ſuæ, qui in æternum non exſtinguetur: quia opprobri-
m ſempiternum, quo ad non delebitur, erit ei. Illa ratio per i-
m non potentem tergiverſari, ratio reddenda coràm omni-
s luce meridiana clarior. Non eſt ullis ægris oculis, quan-
nlibet ægris, ulla ſolis claritas tàm odioſa, quàm ſuæ contu-
iciæ odioſa erit meridiana illa & clara reddendæ rationis ne-
ſitas. Nullus ei infernalis ignis eo fulgore ac ſplendore u-
tior; quoniam ea neceſſitas directè in pupillam ſuperbiſſi-
oculi ejus.

Franciſc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Franciſcus *in abdita naturæ penetravit.*

GRandi & alto conſiderationis oculo *Franciſcus* penetravit in abdita naturæ, quando univerſam creaturam fraterno adfectu complectebatur, ignem fratrem appellans & alaudam ſororem, & ignem & ſolem fratres, tanquàm ab eodem Deo Patre ortas; unde non in illas dominiũ vendicare audebat, ſed auxilium tantùm poſtulare præſumebat. Magis autem augebitur trepidatio iſta reverentis animi, ſi Deum in omnibus operantem adſpiciamus: in igne calefacientem, in ſole lucentem, ferventem, foventem, germinantem, ut non tàm nobis creaturæ ſubſerviant, quã creator ſuo juſſu cuncta nobis præſtet. Hoc ſi attentè in omnibus adverteremus, non tàm inſolenter nobis regnum vindicaremus. Hunc verò perpetuæ pietatis adfectum ſupprimunt, ſuffocant, perimunt, qui ſic putant res Deum inſtituiſſe, ut ipſæ res agant, non Deus in eis; cùm tamen Deus in eis agentibus, quemadmodum lux in colore luſtrante vel rutilante.

Valdè videntur diſcordare ex una parte ſententia communis *Matt. 6.* & verba Scripturæ, & ex altera parte intentio Domini Ieſu, volentis totam ſollicitudinem noſtram, & curam & cogitatum noſtrum proijcere in Deum Dominum Patrem, tanquàm ei cura ſit de nobis; cùm tamen ager bonus & arbor bona producit fructus bonos. Sed hæc repugnantia facilè ſolvitur, ſi cauſas tollamus, & pro eis ponamus occaſiones, ut verè ſit Deus agens omnia in omnibus, & ſolus agens cauſaliter: hoc eſt, ſic agens in õni externa creaturarũ actione, ut ſive ſecundæ cauſæ cooperentur, ſive non, quando ipſe vult efficaciter ſemper ſequitur effect⁹; & ſi non vult efficaciter, quantolibet impetu naturali & ſtudio conentur, nihil fiet. Et hoc modò, licet ſecundæ cauſæ veræ cauſæ ſunt, comparativè tamen ſolùm occaſiones habendæ, ut verè oĩs cura & cogitatus noſter in illũ dignè & ſapientialiter proijciatur. Verè tamen ſecundæ cauſæ concauſæ ſunt, juxta illud; *Qui* *Ioan 14. verſ. 12.* *credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & majora horũ faciet.* ſed ſub eo faciente faciet; quia ſine eo nihil poteſt.

Natura nihil aliud quàm voluntas Dei.

Si natu-

natura nihil aliud quàm voluntas Dei conſuetudinis lege re-
ulata; & miraculũ ejuſdem Dei voluntas præter ſolitum: li-
non cauſarum diverſitate naturam à miraculo ſecernendã,
m ſolito & inſolito tantùm. Vnde revera nihil de naturalibꝰ
s quàm de Dei volũtate. Neq; aliter fidendũ, ut puta, de vita
a, vel ex bona complexione, vel bona diæta, vel multitudine
diorum. Revera nihil plus fornax ex ſe Babylonica aduſſit Dan. 3.
dæos, quàm refrigeravit Hebræos: nihil plus aqua ex ſe ſub- Exod. 14.
t Ægyptios, quàm vallabat Hebræos. Vtrumq; & aqua & i-
Deo jubente facit. Vnde, ſi vellet, ita rupes fluerent ut nunc
llæ; & procellæ ſubſiſterent, uti nunc præeminentes petræ;
c in rebus naturæ. In rebus autem rationis tametſi ſimiliter
d ea quibꝰ principaliter ab eo; & pro tanto etiã neceſſe ſẽ-
us voluntatem compleri: quia tamen regulariter hominem
onditum reliquit in manu conſilij ejus, noluit omnia hu-
: voluntatis prorſus in ſe, velut in totalem cauſam, referri.
qui hominem ſine ipſo condidit, non eum ſine ipſo ſalva-
Et mirabile dictu, ut cujus ſibi perditio ex ſe, illi tamen tota
totaliter ex Dei voluntate ſit. Hæc ergo voluntas liber vi-
in quo conſcripti ſunt omnes filij Dei, ex quorum beato
ro perit nemo. Teſtatur verbum Domini ex Moiſe alle-
; *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod proce-* Math. 4.
ore Dei. Verbum enim Dei vita eſt & lux hominum, quo vers. 4.
mnis homo. Illud enim eſt vita omnium viventium. Et
um diſtributione dicit *in omni verbo*, cùm ſit tantùm u-
erbum, non moveat: quia non pro verbi numero, ſed pro
i varietate diſtribuit. Sicut & *Apoſtolus Iacobus* diſtribuit, Iacob. 1.
; *Omne datum optimum, & omne donum perfectum.* cùm vers. 7.
tùm unus, *Eſaiæ* teſtimonio, Filius datus nobis, & unus tã- Eſai. 9.
biritus Sanctus, ut donum ab æterno procedens. Nam & vers. 6.
multipliciter datus, ſalvator, redemtor, liberator, ſanator,
, propugnator, ſponſus. Similiter & Spiritus Sanctus mul-
cer donatus.

Vnus ex paſſeribus non eſt in oblivione corám Deo.

Non

Luc. 12. verſ 6. *Non ne quinq; paſſeres aſſe uno veneunt? & unus ex his non eſt in oblivione coràm Patre veſtro cœleſti.* Eſt ſemper igitur paſſerum, quos condidit, pavit, gubernavit; adeoq; gubernavit ut nec unus eorũ in terram ceciderit abſq; voluntate Patris: imò nec folium arboris in terram cadat abſq; ejus voluntate. Liquet grande quidpiam in rebus creatis conditum & abſconditum latere. Datum quidem à principio in dominium hominis & grãdem uſum: ſed id ante maledictionem ex prævaricato mandato. Pergrandia enim eſſe neceſſe eſt, quæ tanta benedictione in uſũ ſapientiæ, gloriæ & charitatis homini filio Dei donata fuerunt & commendata: quorum hodie magnitudinem angeli conſiderantes, ingenti altrinſecus clamore clamitant, cœlum & terram plenam gloria Dei. Neq; hoc de angelis beatis mirandum, quandoquidem Deus ipſe, qui digna habuit ut conderet, & opificio ſuo digna habuit, etiam digna habet quæ moderetur. Habet igitur digna quò non obliviſcatur, qui nihil obliviſci poteſt. Qui volantium igitur paſſerum, & vento raptorum foliorum arborũ non obliviſcitur, ille neq; otioſorum verborum noſtrorũ obliviſcitur: non ſtultorum verborum, non venenoſorum verborum, non pernitioſorum verborum magis, aut non utiliũ, non ſanorũ verborum, & ſanctorum verborum obliviſcitur.

Agricola quantum libet fideliter ac diligenter ſerat agrum ſuum, nihil eſt quod ſudavit, ſi non de cœlo Deus benedicat operi ejus. Neq; ſolam de cœlo poſt jacta ſemina benedictionem exſpectat; quin & quòd fundum fertilem habet, quòd ſemen, jumenta, quòd inſtrumenta, quòd membra, vires, voluntatem ſerendi habet. Poſtremò & ipſe quod eſt, univerſum à Deo habet benedicente: ut penitùs & nos & omnia noſtra à Deo ſumus. Et licet omnia ſic à Deo, ut penitꝰ ab eo ſint, vult nihilominùs agricolam hæc & per hæc operari: & adeò vult, ut cùm ipſe totũ faciat, pigrum tamen & ſtertentem agricolã ſicut nulla benedictio ſic nullus etiam fructus ſequatur. Vult igitur colonum ſuum Deus in agro cordis colendo magnum cum ſe agente & univerſa faciente nihilominùs habere nomen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Pſa.127. verſ.1.

Poſt laborem & ædificationem, poſt vigiliam & cuſtodiam
neceſſaria confeſſio vanitatis, niſi divinitùs in finem & fructũ
antur, ſalventur & perducantur. Vigilare tamen oportet &
dire; ſed ſimul ſcire, nihil eſſe vigiliam noſtram aut cuſtodi-
c huic ſcientiæ & confeſſioni fiduciam adjicere, quia cuſto-
& orare ut cuſtodiat; & per ſuam pietatem obſecrare, ne in-
ditos deſerat; & gratias agere, quòd non tradiderit nos in ca-
em dentibus eorum; & confiteri, quia niſi Dominus fuiſſet
bis, quando dæmones exſurgebant in nos, certè vivos de-
iſſent. Vult enim Dominus ex nobis penſum vanitatis no-
quantumcunq; opus noſtrum ab eo ſit: ut ſimul debito in-
it ſi non fecerimus, & ſi fecerimus humilitate gratificet. Dat
gratiam humilibus qui conterit peccatores.

Qui primus deſcendebat in piſcinam poſt motum, ſanabatur. Ioan.5. verſ.4.

NON dubium, quin ſtudium ſingulorum ad illũ primatum
introitus, quia cuiq; ſanitas deſideratior: ſed ſui deſiderij
um certamen & contentionem generabat; immò etiam jam
entionẽ & offenſionem pariens. Sed ita debuit quiſq; amare
,ut omne ſuæ ſanitatis deſiderium in Dei voluntatem pror-
eferret, neq; aliter ſanus fieri vellet. Eadem ergo primi de-
dentis cujuſq; ſanatio contentionis quidem irritamentũ fuit
rruptis, quæ amoris Dei examen fuit in ſanis.

fœnum, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic Matth.6.
it, quantò magis vos, modicæ fidei, veſtiet in exteriori homine; verſ.30.
ò autem maximè in interiori homine? Qui enim exteriora
ter interiora condidit, ſi dignatur tàm ſedulò per ſeipſum
ſedulitate externa velut accurata perficere, etiam uſq; ad
ma & ultima, ut lapſus foliorum; quàm exilis fides, quàm
fiducia, non eum petentibus velle donare nobis interioris
inis ornatum, ut in albis ambulemus coràm ipſo, ſi petam?
qui gaudet & peti & invocari à nobis Pater? Veſtiet igitur
iorem hominem noſtrum meditationibus electis, judicijs
; deſiderijs perfectis. Et quæ meditationes electiores, quàm

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quæ de Domino Ieſu?quæ judicia rectiora,quàm quæ ſecundum ejus doctrinam?quæ perfectiora deſideria,quàm ejus amori vicē reddere? Hæc velut candida veſtimenta interioris hominis noſtri,ſi petamus à Patre noſtro cœleſti, planè quia gaudens dabit nobis,qui etiam non petentibus nobis, immò abhorrentibus & phrenetico more repellentibus, miſit Verbū ſuū & ſanavit nos.

Conſideratio dormitionis & ſomni.

VEhementer me turbavit, priuſquàm perſpicerem, conſideratio illa dormitionis & ſomni, qua nihil mens noſtra operatur,ſed otioſa tota preſſa & obruta jacet velut pecus: adeò ut verè mihi propiùs ad ſententiam *Ariſtotelis* acceſſiſſe videtur *Alexander* quàm *Themiſtius*.Volebat autem *Alexander* intellectū ſecundum ſe organicum eſſe,ſicut viſum & ſenſum comūnem. Quid enim aliud præferre videtur intellectus & voluntas,quando ita ſomno premuntur & otioſa ſunt? quemadmodum viſus & auditus;ut hinc velut efficaci argumento convincatur,intellectus nihil intelligere niſi phantaſmata ſpeculando.Phantaſmata autem ſenſationum omnium ultima ſimulacra ſunt. Stultū autem dicere,ſolis his intelligendis alligatum intellectum noſtrū. Pleraq; ſuaviſſima voluptate tractat, quorum nullum poteſt eſſe phantaſma, ſed ſequeſtratus à phantaſmatibus cogitatus. Et ea, quoniam nullius corporis imagine repræſentari poſſunt, nullius etiam corporis organica virtute poßunt adprehendi:qualia ſunt intelligentia,ſapientia, amor, juſtitia, pietas. quæ ſi verè per intellectum tractantur, & nulla corporali organica virtute,neceße confiteri, virtutem etiam non organicam poſſe otioſam eſſe, ut mens nihil ſapientialiter intelligat, nihil juſtè concupiſcat, vel diligat,vel amet, cùm profundè dormit ſenſus communis. Nihil expergiſcentes medio tempore tractaſſe novimus illorū adfectuum aut metuum. Oportebit ergo hujus otii altiorem eſſe cauſam non per ſeculi hujus philoſophiam, ſed fidei tantùm pietate veſtigabilem: liberam ſcilicet voluntatem cooperantis increati ſignati ſuper nos luminis vultus Dei. Quemadmodum enim ſpiritus ubi vult & quando vult ſpirat, ſentimus motum

cordis

-cillis ab eo fieri; ſed quando veniat, quando moveat, quando
-at, non noſtro, ſed ſuo moderatur arbitrio. Sic etiam intelle-
-us noſter, velut oculus corporalis lumine deſtitutus corporali
-od hujus nihil videt, quando deſtituitur ab illo lumine velut
-s otioſus eſt. Neq; ſolùm dormientes eo deſtituimur, ſed et-
-m ſæpè vigilantes adeò ſtupemus, adeò torpemus, ut verè nos
-riamus otioſos: interdum autem acutiores abditiora etiam
-tremus. Vnde ſicut illius increatę lucis arbitrio alius alio ſa-
-itior, & alius alio otioſior, aut fructuoſior; ſicut etiam idem
-o quandoq; acutior, quandoq; hebetior. Neq; offendet, ſi
-raliter id, quia regulatur, fieri videtur, ut in ſomno ſit regu-
-r otioſus intellectus. Conſtratam hanc & planam viam
-: pietas fidei inveniet, ubi nec *Alexander* Peripateticorum
-iſſimus, neq; *Ariſtoteles* Peripateticorum princeps viam in-
-ret. Intellectus enim agens, quoniam naturali illuſtratione
-per ſpecies in mente is illuſtrat, æquę & in ſomno & in vigi-
-luſtraret. Mirum prætereà, quomodo non & voluntatem a-
-e igne ſuſcitet *Ariſtoteles*, qui tantoperè poſſibilem intelle-
-i putavit agente lumine excitandum; niſi fortè ſatis putaret
-ntati, per ſapientialem rationem excitari & ſuſcitari ad vo-
-um. Sed hoc germanum eſt valdè ex illorum errore, qui pu-
-ſemper quando recta ratio eſt, rectam eſſe voluntatem: ſic
-ii non eſſet magis libera voluntas, quàm nunc intellectus.
-ander autem ſum̃um decus ac dignitatem tollit ab homine,
-mnem exſtinguit in homine divinitatem. Neq; moveat,
-d *B. Thomæ* & *Ariſtoteli* facere videtur *Apoſtolus* 1. *Cor*. 2. lo-
-es de ſapiẽtia Dei abſcondita in myſterio, quam nemo prin-
-m hujus ſeculi cognovit: & ſubdit conditionalem; *Quia ſi co-* verſ. 8.
-iſſent, nunquàm Regem gloriæ crucifixiſſent. Quæ ſi vera eſt,
-ſſaria eſt, ut non potuerint cognoviſſe & contraveniße: quia
-itionalis *Apoſtoli* de vera ſapientia eſt unà cum ſpiritu ſpon-
-o adſiſtente, dulciter urente & movente voluntatem. de qua
-inis rectitudine non intelligitur *articulus Pariſienſis*. Qui n.
-tum Filij habent, & rectè judicant, & juſtè volunt. Quin &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quod amplius eſt, videtur magis intellexiſſe de ſapientia comprehenſorum, quàm viatorum. Quoniam ad hoc magis videtur tendere ſequentis confirmationis argumentū, quo ſubdit; *quemadmodū ſcriptū eſt, Oculus non vidit, & auris nō audivit, & in cor hominis non adſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe.* Licet ergo hæc verba commodè poſſint, quanquàm non ita germanè, de viatorum ſapientia intelligi, ad quàm commendandam allegata Scriptura inducitur.

Ibid vers. 9.

Opinio M. Weſſeli *contra* Ariſtotelem *de intellectu agente.*

QVòd ſi mea de intellectu agente contra *Ariſtotelem* opinio vera eſt, quā plura Sacræ Scripturæ loca ſtabiliunt, ut illud; *Et vita erat lux hominum.* hominum, inquam, ut homines ſunt: *& lux illa in tenebris noſtris lucet*, etiam càm nō recipimus eū, nō minùs, quàm, ſecundū *Ariſtotelem, lux intellectus agentis, cùm ſit inerrabilis, lucet errantibus in omni eorum errore*: quoniam poſſibilis intellectus niſi per agentē nihil eſt in actu magis, quàm viſ? aut oculus abſq; lumine. Et quia rationes *Ariſtotelis* de intellectu agente nihil tàm evidenter concludunt, eum animę non potentiam eſſe, quin coṁentator ejus *Averrois* agentem intellectū poſuerit realiter extrinſecum, licet in operando coṁentū, ſicut lumine Solis realiter coloribus & viſivæ potentiæ diverſum, ad videndum tamen oportet conjungi, & cauſaliter ſimul concurrere, ſicut cauſas eſſentialiter ordinatas. Et quia Sacras literas ignorabat, ideò qui neſciebat ſignatum ſuper nos lumen vultus Dei, poſuit infimam intelligentiā nobis pro Sole intellectuali & univerſali intellectu agente. Et licet verum ſit, intelligentias vel angelos illuminare poſſe noſtram caliginē, ſicut ſunt hierarchico principatu ſuper nos; verùm hoc nō poſſunt, niſi ſuo illuſtrati Sole: quemadmodū ſpecula vel terſa & polita, aurea, argentea, vel alia metalla, luce quidem reſplendentia, lucent etiam ipſa; ſed nō ſua, ſed incidentis luminis claritate. Sed ſolare lumen prima viſibilibus omnibus videndi cauſa per ſe eſt. Hęc ſi vera ſunt, & quia vera eſſe oportet, quid oportet naturalem aliquam potentiam intellectui ſuperaddere, cùm ſemper in paucioribus via magis?

Ioan. 1.

Neceſ-

Neceßariò ſequitur,ſicut intellectui poſſibili Deus eſt lumen agens ut intelligat,ita etiam intelligentiæ metrum primum,& ſtatera æſtimandi,& voluntati ſcintilla prima, momentum primũ inclinativum. Hæc,inquam, ſi vera ſunt, quæ falſa eſſe non poſſũt, quis non videat, quàm lata Scripturæ ſuperficies ex hac una veritate illuſtretur & inclareſcat? Imò,quia primum legis mandatum ſtatim hinc illuceſcit, rationabiliſſimum eße ut noſtrum Solem,noſtram lucem,noſtrum vitalem calorem ex toto corde,toto ſpiritu,tota anima,tota mente,tota intelligentia, tota voluntate toto deſiderio,tota dilectione,toto amore deſideremus,diligamus,amemus:neceſſe totam legem & Prophetas, & univerſam Sacram paginam ex una hac veritate illuſtrari. Et hoc non ſolum ad intelligẽtiam,ſed etiam ad promtiorem obedientiam. Quis enim recogitans nihil ſe poſſe vel meditando, vel dijudicando,vel deſiderando,non illo interno Sole lucente,dirigente, movente: quis,inquam,hæc recogitans,vel de ſe, vel contra alios extolleretur? Hic enim verè recogitans nihil ſe habere quod non acceperit,& ab illo,& ſic acceperit, ut ex momento in momentum,& ſemper accipiat,nunquàm gloriabitur quaſi non acceperit: non facilè quenquam aſpernabitur,etiamſi quos viderit non tantùm accepiße;quia *idem Dominus dives in omnes, potens eſt illos facere ſicut iſti:* facilè humilietur ſub omnipotente manu Dei: parata eſt ei ſpontanea promiſſio gratiæ humilibus promiſſæ. Quid ampliùs dicam? Ex hac veritate ſedulò penſata & crebrò recogitata, in omne bonum hominis aperta brevis recta via eſt homini. Sed væ tibi,ô duritia cordis mei, quam nec iſta, nec alia ſupra adnotata emollire poßunt. Neq; conſiderando illa, quæ Deum & Dominum meum, Patrem meum & matrem meam omnibus paternorum & maternorum viſcerum neceſſitudinibus Verbum incarnatum fratrem, & ſororem ſcio Spiritum æternum Patris & Filii amicum & amicam, ſponſum & ſponſam confiteor & ſcio. Nihilominùs ego gelidus, & ſtupidus, ſine adfectione; verùm aliqualiter me conſolatur illa, de qua *Beati qui lugent.* *Matth. 5. verſ. 4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

De ſynteriſi & ratione.

VNde quod *Ariſtoteles* intellectum agentem, hoc ego lumen vultus Dei. quod ille de ſynteriſi & ad optima deprecante ratione, ego non animæ potentiam, aut naturalem habitum animæ; ſed magis inſpiratum ſpiraculum vitæ divinitùs, & divinam tùm voluntati tùm intelligentiæ adſiſtentiam.

Menſura humanæ vitæ non à natura, ſed à ſolâ Dei voluntate.

HÆC eſt opinio mea de unione vivifica corporis & animæ, qua teneo, divinitùs plaſmato corpore, ſive in paradiſo, ſive in matris utero, ſicut per nullam naturalem potentiam anima educitur de potentia materiæ, ſed ſolùm divinitùs inſpiratur in faciem ejus ſpiraculum vitæ. qui nexus ſicut à principio tantùm à Deo pependit, ita continuatio ejus ſimiliter à Deo tantùm, & conſervatio uſq; in finem: ita, ut niſi illo ſeparante, quo conjunctę ſunt, ab invicem dividi divelliq; non poſſint. Hæc, inquam, ſi ſicut probabilia ſunt, ita vera ſint, multa facilè Scripturæ verba clariùs intelligentur quàm communiter intelliguntur: ut illud;
Geneſ. 6. *Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum: faciam dies*
verſ. 3. *ejus centum & viginti annos.* Et illud; *Conſtituiſti terminos ejus,*
Pſal 104 *qui præteriri non poterunt.* Et illud; *Numerus menſium ejus apud te*
verſ. 10. *eſt.* Et illud; *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod*
Iob. 14. *procedit ab ore Dei.* Eodem ergo verbo vivit homo quo cœli fir-
verſ. 5. mati ſunt, non tranſituri, niſi verbo mutante eos. Igitur neq;
Deut. 8. verſ. 3. homo, niſi eodem Verbo vitam hominis reſcindente, tanquàm telam texentis dùm adhuc orditur, tanquàm de manè ad veſperà finiendus. Manè enim principium inſpirati ſpiraculi vitæ; veſpera reciſę telę finis, eſt. Orditio texturę media, ſive brevis illa ſit, ut morientis in utero; ſive longa, quanta fuit in Mathuſalem; ſive media, qualis poſt diluvium, ſemper à verbo voluntatis divinæ pendet, manentis in corpore ſpiraculi vitæ menſura. Nulla igitur εὐκρασία, nulla bona complexio, nulla bona valetudo, nulla ſanitas facit ad longam vitam: nulla ęgritudo, nulla vulnera, nulla vel ferri vel ignis violentia abſq; decreti illius interventu vitam abbreviare poſſunt. Neq; obſtat, quòd jugulo aut flagro mor-

videmus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

vitemus homines, & credit multitudo ſic fieri naturalium cauſarum concurſu, quod à ſola voluntate Dei præcipiente geritur. Sola enim ſeparat, quæ ſola conjunxit. Externarum rerum ordinem pro congruentia diſpenſationis non ſolùm ſuſtinet, ſed interior dictat & facit ipſe Deus, ut occaſiones, non ut cauſas tantæ rei ut credamus quòd ſibi ſoli Deus hominem vendicet: & ſicut efficienter ab eo ſolo pendemus, ita per amorem finaliter ſemper inhæreamus, & unus cum eo ſpiritus fiamus.

Nulla mors hominis eſt naturalis.

A quidem ſententiâ nulla mors hominis naturalis eſt, quemadmodum unio corporis & animæ non naturalis eſt. Quantumlibet enim embryo diſpoſitus ad formam humanam recipiendam, potentialis tantùm eſt & ſubjectiva, ſeu materialis, nihil efficaciæ habens ut formam producat hominis qua homo fiat: ſed ut homo fiat, neceſſe eſt ut in faciem ejus Deus vitæ ſpiraculum inſpiret, & corpori vitæ ſpiraculum uniat. A ſolo igitur Deo pendet unio iſta: & quæ à ſolo Deo dependent unita, diſſolvere non poteſt niſi ſolus Deus. Hanc ſententiam videtur Dominus Jeſus confirmare ſuis verbis, *Lucæ* 12. *Quia non in abundando* verſ. 15.
cujuſquam vita eſt ex his quæ ſunt illius. Et ſubdit parabolam de divite cujus ager multos fructus attulit ſano & læto, cui nihil tale ſentienti inter gratulandum, lætandum, & pro longa vita plaudendum Deus dixit; *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te.* Ibid verſ. 20.
Hic, ubi dixit in corde ſuo pax & ſecuritas, repentinus ſupervenit interitus. Quæro, quibus cauſis naturalibus? Neque offendat verbum plurale *repetent*: quoniam idem, qui in conditione cujuſlibet hominis pluraliter dicit; *Faciamus hominem ad* Geneſ. 1. verſ. 18
imaginem & ſimilitudinem noſtram, idem etiam *repetent*, indiviſa actione, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, Deus unus, qui ſententia ſua ducit ad inferos & reducit. Idem occidit & vivificat. Vivificat ſolus, & ſolus occidit; licet ſenſibilibus temporum congruentijs regulariter foris res adminiſtret, ut ſapientia fidei ab inſipientia ſurdorum ſecernatur. Propter quod & clamavit; *Habens aures audiendi audiat.* Quare fideliter ſapientes norunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quòd *non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* hoc eſt, quàmdiu præceptum verbum Dei vult ut panis nutriat comedentem, tàm diu vivit, & non ultra. Si quis ergo dicat panem eſſe naturalem cauſam ſine qua non, verum dicit quàmdiu ſic Deus præcipit. Sed quia hoc non omnibus, ideò fideliùs credunt, qui totam vitam ſuam & mortem, ſive in matris utero, ſive extrema ſenectute, ſive medio tempore vocantis & pulſantis & repetentis Dei voluntatem referunt.

Contra prætoris edicta nulla proſunt medicorum unguenta. Prætor autem graviſſimus, quando idē legiſlator, interceſſor & redemtor eſt vinctorum & accuſatorum. Dominus autem Ieſus redemtor noſter, interceſſor noſter, prætor noſter, qui idem ipſe legem condidit ut vigilaremus & negotiemur donec veniat. Venit autem cùm illi placitum fuerit. Interim omne tempus velut cōſtitutarum per eum nundinarum, neq; ultra neq; citra ſuam legē durantium, qui pro ſingulis mortuus eſt, ſingulis, ut juſſit, ut promiſit, veniet & pulſabit, neq; ultra licebit negotiari exſulibus, proſcriptis, relegatis, nundinaliter tantùm admiſſis: & à principio legis hujus uſq; ad ejus adventum currit nobis tēpus, nec ultra erit negotiandi poteſtas per ullum unguentū aut pharmacum.

Contra Ariſtotelis *ſententiam, quòd mors non eſt terribilium terribiliſſimum.*

VVlt *Ariſtoteles*, quòd omniū terribilium terribiliſſimum eſt mors. Vnde vulgaris illa multorū opinio, inexplicabilē, quia incomparabilē, dolorem eſſe dolorē fracti cordis. Hinc *F. Ioañes Aquiſgrani* tàm plenis & im̃oderatis verbis auxit illius dolorē, ut ſuo mendacio reſuſcitatū induceret, adſerentem *ſe malle omnem purgatorij pœnam, immò omnē inferni pœnam uſq; in noviſsimum diem perferre, quàm denuò mori.* Non advertunt inconſiderati iſti cùm talia dicunt, ſomnū, epilepſiam, lethargū, ſomnū profūdum, congelationē, apoplexiam, non ſolùm indoloroſa eſſe, ſed animo inſenſibilia, propter oppilationē ſēſitivi primi. Hoc ſi ita eſt, im̃ò quia ita eſt, & lege naturæ aliter eſſe non poteſt, nullo, vel exiguo dolore ſenſibilis eſt: quia non ſoliùs primi ſenſitivi oppilatio ante mortem, ſed omnium organorum corporalium com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

nixionalis deſtitutio ſeparationem animæ antecedit. Nullum igitur dolorem anima morientis perſentit. Si verò de ſubitatione novitatis loquimur, qua moriens mox in illā lucem inſolitā ſibi, cognitionē dico mentalem, intuitivam, quam oēs animæ moriētes accipiunt eo ipſo inſtante ſeparationis, ab re dolorē vocamus; cum dolor non contingat in cognitione intellectiva, ſed in tactu tantùm. Fortaſſis mœrorem aliqui patiuntur, dolorē non ita. Iam facilè de verbo *Ariſtotelis* liquet quomodo accipiendum: liquet quoſdam terribilium ſuorum per mortem exitum quærere. His mors pro aſylo eſt. Sed ne fortè *Ariſtotelem* non de inſipientibus loquutum: num *Paulus* inſipiens, *quando cupivit diſſolvi & eſſe cum Chriſto?* quando exclamavit; *Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Dicis fortaſſe, loquutum ut ethnicum. Sed num ne ethnicus erat, quando ſeipſum in æſtuantem Euripum præcipitavit, ſuorum diſcipulorum improperium ipſa morte magis terrentius, ac per hoc terribilius ducens, magis veritus eſt? Nō igitur ſimpliciter verum eſt, mortem omnium terribilium terribiliſſimum eſſe. Sed unicuiq; ſui amoris jactura terribiliſſima eſt: avaro pecuniæ, ambitioſo gloriæ jactura, crudeli potentiæ, ſapienti ſapientiæ jactura. Quiſq; quod amat vitæ jactu redimere parat. Solus eſt amor, qui ſapientum & inſipientum ſtulia ſecernit. Solus eſt amor, qui cuique terribiliſſimum conſtituit.

Phil. 1. verſ. 23. Rom. 7. verſ. 24.

Mors eſt ſervis Dei ab exſilio & multis miſeriis ad patriam tranſmigratio.

CVm venerit Filius hominis & pulſaverit, confeſtim aperiant ei. Beati ſervi illi qui vigiles & præſtò parati obſervaverūt nō ſolò, ſed & deſideraverunt, ſed & exſpectaverunt venturum. His hujuſcemodi ſervis, non ſervis ſed amicis, mors non mors eſt vitam adimens: commutatio eſt ab exſilio in patriam tranſmigrans, à tenebris in lucem, à luctu in lætitiam, à lacrimis in gaudium, à penuria & mendicitate in opes ſuperbas & ſecuras, à latrocinijs, ſervitute, & miſeria ad exſultationem feliciſſimi: deſideratiſſimi regni: ut non ſolùm in oculis Domini, eum pretioſa munera per mortem conferentis, pretioſa

ſit mors ſanctorum ejus; quin & in conſpectu morientium ipſorum, quibus mox ut ſtolam hujus mortalitatis, hujus cæcitatis, harum tenebrarum, hujus infirmitatis, vanitatis, vilitatis & calamitatis exſuerint, confidentes & beata ſpe ſitientes ad vitæ fontes aquarum ducet illos Dominus Deus noſter.

Mors non ſupplicium eſt, ſed maximorum bonorum inſtrumentum.

SI pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus, quantò magis ſanctificatorum ejus, ubi culpam remiſit Pater? Si pœna decreta adhuc infligitur; non jam irati Patris virga eſt, ſed utilis medentis & miſerentis medicina. Mors Adæ prævaricatori inflicta ad pœnam prævaricationis, poſt perfectam abolitionẽ, quam etiam lex promittit, non jam ſupplicium eſt, ſed maximorũ bonorum quęſtuoſum inſtrumentum. Non ſolùm autem mors, ſed & infirmitas & penuria: contra quæ militat vita noſtra, quæ militia eſt ſuper terram. Quòd ſi vita militia, ergo in conflictu, ergo in exercitu, ergo ſub duce, ergo adverſus hoſtem, ergo ad victoriam. Et ſi militia tota vita ſuper terram, ergo victoria poſt vitam in fine vitæ, immò in morte ipſa, pretioſiſſimum ſpectaculum hujus militiæ: quoniam *fortis ut mors dilectio.* Et propteteà *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus*, quia fida dilectio in morte victrix eſt.

Velut ſeptem diebus ſeſe conſequentibus omne hoc ævum volvitur.

SIc ſeptena ſeptem rerum neceſſariò ſeſe conſequentium conſideratione totum præſentis noſtri incolatus negotium agetur, &, ſi diligenter conſideremus, ſalubriter agetur. Vita enim noſtra volvitur annua rotatione, quæ niſi iteratis vicibus ſuccedat, in infantia abſcedit: ſuccedentes anni, ſi non maturior ætas abrumpit, ſenectutem ducunt: ſenectus virtutum omnium lapſu morbos conducit: morbus mortem advocat: mors indeclinabilem à dextris aut à ſiniſtris ſortem ſtatuit: ſors qualiſcunq; irrefragabilem judicij ſententiam exſpectat: & ſententia ipſa judicis indeclinabili executione verificabitur & confirmabitur. Igitur juvenis & adoleſcens hæc futura, ſenex ſi præterita pertractet, facilè velut oculis ſemper objecta monimenta ſapientiæ inveniet; ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

men ſapientia eſt, ſicut verè eſt, libenter de finibus cogitare.
jor enim hæc Chriſtianorum quàm Philoſophorum ſapien-
cenſenda. Illi enim ſummam philoſophiam putabant adſidu-
mortis cogitationem; nobis autem mors pro minimo eſt pro-
r maximas eas res, quæ tranſacta morte incomparabiliter ma-
e diſcrimine impendent. Nam ſi grandium rerum ſuarum
ceſſarius & utilis cogitatus ſua cuiq; ſapientia eſt, quæ major
ientia cogitari poterit? Igitur ut jugi mortis meditatione
m vivimus quæ præſentis vitæ voluptibilia ſunt & vana con-
mnamus, & verborum bonorum conſideratione ac deſiderio
rdeſcamus, rectum, juſtum colamus, ut quæ ante mortē ſācta
s incipit, feliciter poſt mortē à dextris, decreto judicis firmata,
petuā conſequatur & ſors noſtra beatitudinē: ad quā per Ieſū
ū viaticū, indicata via, & aperta eſt janua, ſanguine Ieſu ſolutū
tium, cujꝰ patrocinio, ſi verè illū diligamus, dabitur poſſeſſio.

Efficax cogitatio mortis fructum magnum facit.

FRequenter igitur & efficaciter de morte cogitandū. Habet e-
nim efficax cogitatus mortis fructū magnum; quia ſeminariū
omnium illorum bonorum, quæ quomodocunq; felici tranſmi-
ione bonorū conquiruntur. quæ procul dubio magna ſūt, ſi
tioſa ſunt in conſpectu Domini: adeò, ut illorū æſtimatione
tioſa ſit mors ipſa ſanctorum in conſpectu Domini. Quid nō
o etiā pretioſus cogitatus & crebra præmeditatio mortis mo-
s, urens, excitans, propellens, docens non his temporalibus
ere, ſed illò contendere, ubi certa, firma, fixa, æterna bona
: & talia bona, quæ media morte petenda ſint ſapienti? Cō-
randum, quod Spartiatarum, & Philenorum, & priſcorum
Romanorum ſententia contempſit.

De magna fiducia in morte ad Deum habenda.

VErùm exili pœnitudine omnia retroacti temporis damna re-
parantur. Magnum adhuc ſupereſt ruinæ levamen, bona vo-
tas in futurum. Ad illam non ſegniter confugiendum, quæ ſi
tùm velit, omnia compenſat. O beatum virum; cui præſtò eſt
a voluntas! Pax illi de cœlo per legatos angelos pacis manda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

tur. Quantumlibet igitur breve reliquum vitæ tempus, quantumlibet incerta hora mortis, quantumlibet certa mors, in te eſt, *Weſſele*, ut nihil horum formides quæ terrent in morte. Mala quæ mortem præcedunt, labor & moleſtia ægritudinis, anguſtia animi nolentis ſubire quod oportet, avulſio amicorũ, amiſſio votorũ: pręterea quę ſequuntur, verendum judiciũ, & exequenda ſententia; horũ plurima non tàm gravia perlatu, quàm terribilia auditu. Nam quæ maxma in his, ut judiciũ & ſententia, in noſtra ſũt poteſtate ut præveniamus & avertamus: quia bona voluntas pacatũ habet judicẽ, quia redemtorem priuſquàm haberet bonam voluntatem. Imò ſufficit fides in illũ, & invocatio nominis ejus, & in nomine ejus poſtulare Patrem ejus, & hoc ut ſalvus fiat, ſic tamẽ quaſi per flagella. Vt verò ſine flagellis mox tranſeat ad palatium, opus eſt in illum confidat de bonitate ejus. Præcedentes verò moleſtiæ ſi magnæ ſunt, ſolam patientiam ægrotantis expoſtulant, à reliqua animi præparatione excuſant. Quòd ſi nõ magnæ, oportunitatẽ cedunt & locũ dant quò poſſit parare ſe in occurſum Dei ſui. Et ſi quæ grandia hîc deſeruimus, majora illic expectamus. Quis ſcit, ſi fortaſſis gratiá inveniam in oculis Dei poſt mortem? Cui tàm benignè pepercit peccanti, tàm dulciter revocavit ab errore, tàm ubertim ſubſidia contulit volẽti reverti, forſitan & paternè recipiet revertentem.

Quanta incommoda in longa ſenectute.

HIC autem diu manere multorũ malorum timorẽ habet adnexũ. Primò quidem, quod certũ, eſt tibi effœta ſenectus, amicis moleſta, fortaſſis & ignominioſa. Quis n. ſenectutis aut incom̃oda, aut errores & ſtultitias facilè enumeret? præſertim eorũ, qui nõ bono more coaluerunt, ſed in obſcænis & vanis duxerũt dies ſuos. Poſtremò, quis ſcit quę noſtris & patrię mala impẽdẽt? Nã ante hoc trieñium quis filiam ſuam quantumlibet ſpecioſam virginem, in Colonia aut Nucia febribus ſublatam planxiſſet? cujus turpiſſimam metuebat captivitatem.

1. Cor. 15 *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes vivificabuntur.*

verſ. 22. MIrabilis manus Dei ſuper nos. Primò quidẽ ſuper prævaricatorẽ

...tré & omne ſemen ejus grave jugũ mortis impoſuit. Secũdò, ...r Filiũ obedientẽ & oẽs obtemperantes illi per mortem vitæ ...lũ propinavit. Nã *ſicut in Adam oẽs moriuntur, ita & in Chri- ... omnes vivificabuntur.* & reum mortis, facinoroſũ hominẽ ac ...ratum, magiſtrum ac ducem vitæ conſtituit. Nam quis non ...a ſalute ſperet & cõfidat, ubi viderit latronẽ confeſſione pro- ...eatus, profeſſione integræ iñocentiæ poſtulantẽ ſui memo- ...abitũ iri, per mortem mox migraſſe ad regnum? Itaq; nos ſi ...teamur noſtrũ reatũ, Chriſti iñocentiã, & inde permoti pe- ...s ut noſtri in regno ſuo meminerit, procul dubio credentes ...nfitentes etiam ipſi per mortẽ intrabimus ad paradiſũ, & ſine ...llis medijs ſic non quaſi per ignem, ſed mox audiemus; *Ho- ...ecum eris in paradiſo.* Per Ieſum mors paradiſi ad vitam ja- ...acta eſt. Et hanc viam licet Ieſus aperuerit, tamen latro in- ...is ceteris ſupplicij & reatus complicibus omnibus nobis ...ſter impetrationis & dux itineris factus eſt. Docet itẽ quo- ... mox ad regnum tranſeamus. eiſdẽ n. artibus nos quacũq; ...pœnitentes, confitentes & confidentes tranſmigrabimus, ...us omni latrocinio progreſſus, & blaſphemia paulò minùs ...s tribus tantùm verbis de ſupplicio ad palatiũ comigravit.

Luc. 23. verſ. 43.

Mors janua vitæ, ubi Chriſtus oſtiarius, & latro dux.

...id verebitur Chriſtianus? Dux ipſe ſuo exemplo plenam fi- ...ciam facit. Profectò admittit oſtiarius quos ſuo ſanguine ...nit, qui talem ducem non excludit.

Oratio ad beatum latronem.

... ergo, ô felix latro, per manum bonam Dei ſuper te, per mi- ...ricordiam quam inveniſti in illa tua ſera pœnitentia, eſto ...omes in illa extrema hora.

Latronis Theologia.

...theologia latronis? Nam ſuam malitiam confeſſus, ex al- ...ra Chriſti iñocentiã, Chriſti regnum, Chriſti miſerationẽ, ...i deitatẽ, fortaſſis ſenſit Dei in homines amorẽ. Quàm ex ...gnitio atq; intentio ſufficiat credenti, pœnitenti, confi- ... morte adſecuritatẽ ſalutis? tanta, quanta vel ad baptiſan- ...el ad conſecrandum.

Quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quàm magna ſpes hominibus bonæ, ſed infirmæ voluntatis.

NOn minùs liberalis Deus ex ſe jam natis filijs ad donandum petentibus, quàm filijs iræ reverti volentibus. Igitur Chriſtianus ſi adfectu & intentione remiſſè ac frigidè poſtulet ſapientiam & amorem Dei, quæ tamen ſufficeret vel ad conſecrandum, vel ad baptiſandum, conſtat, quoniam ſimili inter orandum adfectione impetrabit. Sæpè namq; interioris hominis diſpoſitio ejuſmodi eſt, ſive animi adſperſione, ſive tentatione, ſive occupatione, ut non facilè ferventiorem adfectum poſſit elicere. Cum multa igitur præſumtione orandum, confitendum, plangendũ, laudandum; tametſi non ſemper extremè ſpiritus efferveat. Nam & ſedatas adfectiones audit Deus. Igitur & ille amor, & illo gradu ſufficit. Imò, credere ſufficit ad ſalutem; confidere verò ad gratiam; amare autem ad amplexum & gloriam.

Magna conſolatio noſtræ puſillanimitatis.

MAgnam puſillanimitati fidelium conſolationem præſtare
verſ. 4. debet verbum illud ad Moſen *Exodi 7. Educam exercitum*
meum, populũ meum, filios Iſraël. Hic certò exercitus Dei de quib⁹
poſteà, *quòd armati adſcenderunt filij Iſraël*, tanquàm ad grandẽ
Cap 1. & ſtrenuam militiã conſcripti. De qua in *Canticis*; *Equitatui meo*
verſ. 8. *in curribus Pharaonis adſimilavi te.* Et in eodẽ; *Velut caſtrorũ acies*
Cap. 6. verſ. 3. *ordinata.* Magna ſunt hæc præconia, ſi par ſit ſtrenuitas militũ, &
fida diligentia excubantiũ, ſedula vigilantium cuſtodia, ſtrenua pugnantiũ fortitudo. Sed iſta qualis in populo fuerit à principio, in progreſſu, in fine ſi perſpiciamus, non caſtra, non excubias, nõ certamen, nihil deniq; dignum Deo in populo illo inveniemus. Dux ipſe Moſes octo vicibus trepidavit ſuſcipere ducatum. Aaron comes duci deſignatus idololatriæ miniſter fuit. Maria ſoror eorum cuſpide murmuris mulctata caſtris excluſa. Vniverſus ille populus miſſis ſpeculatoribus credulus, incredulus voci Dei, obduravit cor ſuum exacerbans Dominum. Et poſtremò Moſes ipſe non fidelis repertus ad aquas contradictionis. Hunc talem nihilominùs populũ dignatur Dominus De⁹ non ſolũ appellare,

ſed & habere exercitum ſuum : non quia pugnantem habet, ſed
...m oppugnatū protegit, cui oppugnato Deus ipſe propugnat,
...erè dixerit Moſes; *Vos ſtabitis, & Dominus pugnabit pro vobis.* Exod. 14. verſ. 14.
...le etiam Propheta; *Non nobis, Domine,* hujus victoriæ gloriā; Pſa. 115.
...*nobis, ſed nomini tuo da gloriam* victoriæ. quaſi diceret; Nos
...d ſalute coronamur, non ex noſtro certamine, ſed tua nobis
...pugnante fit gratia, ut dona tua corones in nobis, non merita
...tra. Quiſquis ergo infirmitatis & ignaviæ ſuæ conſcius toto
...le deſiderat non induci in tentationem, quiſquis poſtulat ut
...alo interioris hominis liberetur, gaudeat, tametſi non ſe le-
...mè certantem aut ſtrenuè in agone contendentem inveniat:
...curus gaudeat, ſciens quia verè de populo Dei eſt, licet non
...ræſtantioribus in populo, verè tamen de populo, verè de ca-
...,verè de exercitu, verè miles, quàmdiu corde non revertitur
...Egyptum. Immò, neq; ſi propter laborem & tædium longiſſi-
...tineris retroſpiciat in Ægyptum, proptereà deſinit eſſe miles
...riſti, quàmdiu non repellit protegentem, & contemnit pro-
...nantem ſibi Deum, ut pro nihilo habeat terram deſiderabilē,
...trahat ei terræ quæ fluit lacte & melle. Tunc enim iratus
...minus jurabit in ira ſua, non introituros eos in requiem. Non
...m enim qui tota mente cupit invitantem & vocantem Deū
...ni educentem, de populo Dei eſt; ſed omnis etiam qui vocan-
...,invitantem, educentem non tota mente repellit. Quiſquis
...o audit, credit, deſiderat, vellet eſſe bonus & fidelis miles, et-
...hoc ei ad militiam deputabitur: duntaxat non ſibi ſordibus
...aviæ ſuæ complaceat; quoniam illic iter ad obdurandum cor.
...; deijciant ſive conturbent crebra verba Scripturæ: qualia
...; *Nemo coronabitur niſi qui legitimè certaverit.* Et item; *De* 2. Tim. 2. verſ. 5.
...*i verbo otioſo reddituri ſunt rationem.* Hæc enim verba ma- Matt 12. verſ. 36.
...unt ſtricti juris & juſtitiæ, quæ deberet eſſe niſi miſericordia
...m ſuum laxaſſet & dilataſſet, quò omnis laus Deo, non no-
...tribuatur. Nam ſi noſtris meritis juſtificaremur, debito no-
...bravium daretur, & noſtra laus eſſet.

De verbis Domini in Evangelio, Perfecti eſtote. Matth. 5.

Tu do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

TV dominator Domine præcipis ut ſancti ſimus, quia tu ſanctus es; & perfecti ſimus ſicut tu, Pater noſter cœleſtis, per-
Iob.14. fectus es. Sed *quis poteſt facere mundum de immundo conceptum*
verſ.4. *ſemine?* niſi tu, qui ſolus mundus es. Non ne tu, Deus, creaturam ſubjeciſti infirmitati, vanitati, & vilitati, ne poſſit quiſquam venire ad te, niſi per te? Nemo enim venit ad Patrem niſi per Filiũ, neq; ad Filium quis venire poteſt quem non Pater traxerit. Nec poteſt quis dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto. Cur ergo tàm formidabiliter præcipitur, quod cùm in nobis non ſit exitialiter obauditur & mortaliter contemnitur? niſi quia qui præcepit, cùm juſtus ſit, non obruere deſtinavit imbecillem infirmitatem, ſed inſuper cùm Pater ſit, & Pater miſericordiarum, licet occultam, certam tamen ſpem ſuggerit in mandatis. Quid enim, cùm præcepit mundos, perfectos, ſanctos, ac Deo dignos eſſe, aliud advertenti & fideliter advertenti dixiſſe videtur, quàm ut volenti parere virtutem promiſerit omnia, & ſi non in hac ærumnoſa & miſerabili vita, tamen aliquando in terra viventium omnia, ad integrum complenda felicia illa mandata? Illic enim implebit non fidelis ſervus, nõ beatus filius, ſed omnipotens Pater in beato Filio, ut fidelis ſervus ingrediens in gaudium Domini ſui, Dominum Deum ſuum ex toto corde, tota anima, tota fortitudine, totis viribus diligat, amet, laudet, glorificet, benedicat perfectus illic & ſanctus, ut ſit Deo ſuo dignus filius. Promiſſiones ergo potiùs ſunt quàm mandata.

Infirmitas ſpiritualis peccatum eſt, quia præcipimur ut fortes in fide reſiſtamus leoni circumeunti, rugienti, quærenti devorare. Præcipimur ergo fortiores eſſe in prælio in bonum, quàm ſit ille oppugnator in malum: quia præcipimur victores eſſe in prælio, qualecunq; Deus voluerit nobis ſuſcitare. Bellum enim ſempiternum omnibus in carne conſtitutis; prælium autem paroxiſmale & horarium. Omnis autem infirmitas, quemadmodum ſtultitia, ignorantia, inſipientia, peccatum eſt: quia per hæc inermis pugna conſtituitur. Hinc aliquatenùs illuceſcit, quare oportet ſemper orare & non deficere, vigilare, ſobrios, & fortes,

de reſiſtentes. Sed qui infirmiter orat, qui infirmiter ſobrius qui infirmiter leoni reſiſtit, manifeſtè decidit à neceſſario dato, quo præcipimur oportere ſemper orare, & oportere deficere. Peccatores igitur omnes infirmi & parvuli. Sed næ conſolationis verbum, *oportet ſemper orare.* Quid hoc *Luc.* 18. d, quàm oportet ſemper in ſordibus manere, licet oremus? non ita oramus, nec ita poſſumus orare, quò perfectè exaumur. Miſericorditer igitur ſordes iſtas imperfectionis perm nobis Pater, quibus tollendis vult ut oremus. Tollet auquando volet, & orantibus non ablatas non imputabit.

Sequitur de cauſis & myſterijs incarnationis.

DE CAVSIS,
Myſterijs, & effectibus Dominicæ incarnationis & paſſionis.

Cur Deus homo factus?

CVR Deus homo? Niſi ut ſanctum illud. &c. Vide *ſuprà* in tractatu *de cauſis incarnationis, Cap. 6. pag.* 424.

Clariſſimi Doctoris, M. Weſseli Groningenſis, *de Dignitate Agni, & cauſis Dominicæ incarnationis Propoſitiones eruditiſſimæ.*

ncipio creavit Deus cœlum & terram. &c. Vide *ſuprà* in ctatu *de cauſis incarnationis. Cap. 15. pag.* 446.

d per ſolum nomen Ieſu eſt via ad ſalutem: & quòd eo nomine dignificamur ad ſuſceptionem totius Trinitatis.

eſt aliud nomen datum hominibus. &c. Vide *ſuprà* in tra- *de cauſis incarnationis, Cap.* 3. *pag.* 417.

vita & paſſione Domini commemoranda, qua vita noſtra temporalis, poſita inter duas nobiles vitas, nobilitatur & perficiatur.

& tenuis res quædam. &c. Vide *ſuprà* in tractatu *de cauſis ationis. Cap.* 1. *pag.* 414.

Ego ſum via, veritas, & vita. *Ioan.* 14.

tamus attentè. dicit Dominus Ieſus. &c. Vide *ſuprà* in tra- *de cauſis incarnationis, Cap.* 2. *pag.* 415.

De in-

De Incarnatione Verbi dulcis tractatio, ejuſdem venerabilis

MAGISTRI VVESSELI.

Eſai. 9. verſ. 6. *Filius datus eſt nobis.* Datus non ſolùm nobis, ſed & traditus pro nobis. Totus nobis datus, totus in noſtros uſus expenſus, univerſa opera ſua operatus eſt nobis, univerſum laborem ſuum ſudavit nobis, univerſam ſuam ſervitutem ſervivit nobis. Natus nobis, vixit nobis, nobis paſſus eſt, nobis mortuus, nobis reſurrexit. Pro nobis ſacerdos, noſtra hoſtia, noſtra victima, noſtrum ſacrificium, noſtrum fuit pacificum, noſtrum holocauſtum. De te ergo, Domine Ieſu, ſuppleo, quod minùs habeo de meo. Immò totum ſolvo de tuo, quia nihil habeo de meo. O mirabilis ſolutio, qua & debitor plenè ſolvitur à debito, & tamen penitùs pauper eſt! Amabilis perinde ſolutio non minùs quã mirabilis, qua capitis reus redit in gratiam, & qui cervicem debebat recipitur in amplexus; gladius in oſculum cõmutatur. Quid retribuam tibi, Domine Ieſu, pro hoc tuo tàm fido interventu? Quid retribuam Patri tuo, qui te mandavit, tradidit, dereliquit, miſit, ut ſuſcitares nos à morte, ſanares à morbis, quæreres abjectos, ſub prævaricationem venditos redimeres, ſolveres vinctos, eriperes captivos, errantes reduceres, ſalvares perditos, mundares ſordidos, jacentes ſublimares? Quid retribuam jacens, ſordidus, venditus in peccatis, vinctus in mendicitate & ferro, alienatus à vita, damnatus in ira, perditus in miſeria? Quid retribuam, cujus totũ quod poſſideo, poſſum, & ſum, illius à quo eſt? Cui neq; retribuere poſſum, quod non ſuum eſt, quod non ab illo eſt, aut quod non ille donavit. Heu mihi. Ingratum eſſe non licet. Omni modis gratias agere oportet, & æquum reddere, vel minima ex parte, impoſſibile eſt. Ego enim, & anima mea, tua ſunt, Domine Ieſu, velim, nolim, gratis hæc accepi, irrecompenſabiliter hæc poſſideo. Et ingratum iſta poſſidere, prorſus ſacrilegium. Quomodo igitur gratus ero, qui immenſũ debitor ſum, & prorſus egenus, niſi recognoſcendo, confitendo, in illum, à quo eſt, referendo, admirando, amando, laudando, glorificando, dulciter guſtando quoniam ſuavis eſt Dominus? Sed ad hæc quis idoneus? quis ſufficiẽs?

Nemo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

no ſanè, niſi quem elegerit,& adſumſerit,unxerit & ſanctifi-
rit, & inhabitare fecerit in atrijs domus ſuæ, & dignum ha-
it fungi ſacerdotio in nomine ipſius, offerre illi incenſum
um. Et quo dignificante, niſi Spiritu Filij? Profectò, quos
venditos, abjectos, vinctos, perditos, corruptos, mortuos lu-
mus, jam nunc nulla ſatis dignitate ſublimare & beatificare
umus. Filij Dei ſunt, qui Spiritum Filij acceperunt, quos Pa-
nto dono ſui Spiritus adoptavit. In illo Spiritu poſſunt, quid-
poſſe debebunt. In illo, & per illum perfectè grati erunt, per
itum Patris & Filij Dei univerſam voluntatem Patris & Fra-
xſequentur, integris paſſibus in vijs Dei Deum ſequentes,
acti divinum expedient officium; non tàm ipſi, quàm Spirit⁹
in ipſis. Quare triſtis es, anima mea? quare conturbas te, tan-
m perpetuò futurum me Deo meo inofficioſum debitorẽ,
em colonũ, inexplicabiliter obligandum? Spera in Deum,
ta, ſpeculare, conſidera, deſidera, exſpecta, patienter fer, con-
e, & gaude interim in ſpe, nihil verearis; vides quia factũ eſt.
enim dies, in qua multò maximam partem debitorum tuo-
creditor tuus dimiſit, chirographum delevit, leges ſolvit, ri-
m æquitatis relaxavit. Et nunc adeſt dies, quo non ſolùm di-
it, ſed quò ſecurior ſis, etiam ſolvat, exſolvat, & perſolvat
s tuus, Spiritus Patris tui creditoris, Spiritus Filij fratris tui be-
ctoris. Spiritus enim ipſe interpellat pro nobis gemitibus in-
rabilibus. Et quò nullus puſillanimitati tuæ, verecundiæ tuæ,
pulus relinquatur, aderit dies ille, & certus, & citus aderit,
ndo in lumine vultus Dei videbis lumen, & per Spiritum ad-
ens Deo unus ſpiritus fias cum Deo, & tu jam Deus factus di-
facultate reddes Deo vota tua, placebunt ſacrificia tua, pla-
unt ſublimatori tuo regna tua, placebunt amatori tuo oſcula
Tunc mirabitur & dilatabitur, tunc gaudebit & affluet cor
m. O beatum diem illum, cùm non diligam, ſed amabo; cùm
bo, ſed corde totò, tota anima, toto ſpiritu amabo! Neq; id ſa-
rit, quòd verè amabo, & ſincerè, & quòd merè amabo; ſed
vos & vires amoris tunc mihi incomprehenſibiliter adauge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

bit mihi natus, mihi datus, ut ſic amor meus ultra omnẽ hũc noſtrũ amorem, quantùm diſtat cœlum à terra, quantùm ſcintilla diſtat à ſole & à cœlo, quantùm granũ ſynapis ab orbe cœli empyrei. Et ſic aucto & incenſo amore meo quæram, eſuriã, ſitiam, æſtuans & ardens Deum meũ, ubi voti compos apprehendero ac tenuero, quis meã beatitudinem explicet, quis, niſi paribus votis flagrans, comprehendet? Benè igitur & verè beatum diem illum! Sicut n. oculus non vidit, & ſicut auris nõ audivit, nec in cor hominis illa illius diei beatitudo non adſcẽdit: ita neq; cor hominis illã amoris magnitudinẽ tantæ beatitudini congruã & neceſſariam comprehendit. Impoſſibile quenquam beatè regnare, niſi beatè gaudentẽ. Impoſſibile beatificè gaudere, niſi beatificè potientẽ. Impoſſibile beatificè potiri, niſi, non dico magnificè, non dico granditer, ſed ingenter amantẽ. Amoris n. ſemper menſura felicis gaudij beatitudinem individuè metitur & comitatur.

Verè nuptialẽ diem, quando ſterile hoc noſtrũ virgineũ prorſus à ſe infæcundũ, ad conceptũ & partum illo incomprehenſibilis amoris igne incendetur, & illius amore incaleſcens inflammabitur ad amplexũ adhęrentẽ, donec duo fiant in carne illa una plena gratia & veritatis: quando de plenitudine theſaurorũ ſapiẽtiæ, glorię, & amoris ejus in latitudine, altitudine, magnitudine, undiq; hauriã donec formetur ipſe in me, totus mentẽ, totus intelligentiã, totus voluntatem poſſideat. Nihil cogitem, nihil ęſtimem, nihil cupiã, niſi ipſum. Solus ipſe gaudia mea ſit, ſolus ipſe gloria mea gaudens, ipſe glorioſus, ipſe beatus, ipſe gaudiũ, gloria, & beatitudo mea erit, & glorioſũ regnum ſuum videre plenũ & gaudioſum regnũ erit mihi. Et regnum quale? Chaldęorum, Perſarum, Macedonum, Romanorum regnantium inſipientia? Non cognovit ſub cælo, quia & cæli ipſi, qui nunc ſunt, illi regno indigni ſunt, quouſq; magno impetu tranſeuntes diſſolventur ardentes, & ad futurã regni illius juſtitiam digni renoventur ſuſcipiendam. O verè felices illas nuptias, quæ regnũ non tàm adferunt, quàm pariunt, neq; tàm pariunt, quàm ſunt. Iam liquet, & liquidò patet, quàm ſolidũ verbũ ſit; *Qui adhæret Deo, unus ſpiritus cum Deo fit.*

1. Cor. 6 verſ. 17.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

...fit. O interim adhæream Deo puero mihi nato! ſaltē qui ſē-
...neceſſario puer ſum, interim etiam malitia puer ſim. Sed quis
...debitur plagam vulneris mei? Conſpicienti mihi ubi ſim, quò
...ectus, ubi jaceam in cordibus putreſcens, velut jumenta in
...core ſuo, quis lavabit ſordes meas? quis abſterget ſaniem vul-
...um meorum? quis mundabit me à putredine mea ſotdentiū
...orum meorum, niſi puer hic natus mihi, qui divino con-
..., virgineo miniſterio pannis involutus, in præſepio reclina-
...eſt? Quid, quæſo, virgo divinitùs mater facta, quid iſtud con-
...ui, ut quem nobis natum, nobis datum peperiſti, mox in
...ſepio reclinares? Ergo ne jumentis, qui in ſtercore ſuo
...putruerunt, natum ac datum cenſes? Haudquaquàm cre-
...erim, te virginem prudentiſſimam, immò ſapientiſſi-
...m, divinæ voluntatis ignaram, divino conſilio deſtitutam,
...erè quidquam, ne grande hoc myſterium feciſſe, vacuum ſa-
...mento. Sane, ut magis noverim, quia mihi natus, quia mihi
...us, eatenùs mihi datus, ut etiam putridas mei ſtabuli ſordes
...d horreſcat. Ad illas abſtergendas venit in ſtabulum ju-
...ntorum. Propter hoc Virgo mater paternæ voluntatis non
...ra, pannis involutum jumentis nobis adhuc & ſordidis re-
...avit in præſepio, ut inediam noſtram ipſe fœnum factus pa-
...ut ſordes abſtergat, ut ſtoliditatem auferat, in in filios com-
...et, ut ex favo lac nobis fiat, demùm panis nobis & ſolidus
...s futurus, poſteà exaltatus à terra in ſignum ſublimis & inæ-
...abilis amoris in monte illo excelſo, in vertice montium e-
...to, ſuper omnes convivium fiet pinguium, & medullato-
...amorum, convivium vindemiæ defecatæ, inebriantis & in-
...dentis in amorem. O me beatum, ſi Filius nunc mihi da-
...n fœnum in ſtabulo, ullo unquàm die mihi convivium fiat
...monte, convivium pinguium medullatorum, & vindemiæ
...catæ. O virgo mater, quæ reclinaſti nobis in præſepio,
...tuo pio interventu, lac nobis, fiat parvulus, ut aliquando pa-
...& ſolidus cibus fieri dignetur. quod ubi donatum fuerit,
...fortatis dabitur eſurire & ſitire convivium pinguioris &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

medullati amoris,convivium puriſſimæ vindemiæ. Tu mater primogeniti tui,primogeniti omnium filiorum Dei;mater igitur omnium filiorum Dei. Qui enim illum tibi donavit, quomodo non ſimul omnes tibi ſuos fratres donavit in filios? Tu mater Ioanni diſcipulo, quem diligebat Ieſus,mater donata es omnibus fratribus ejus cruci adſtantibus,crucifixum filium tuum amantibus. Neq; ſolis amantibus eum data mater es, ſicut nec ſolius illius mater es. Venit ille non ſolos homines, verùm homines & jumenta ſalvare,qui panis non ſolum, ſed & fœnum factus eſt. O tu genimen mihi genitum! O fœnum productũ nobis in mõtibus,& altiſſimo monte ſuper omnes colles, Cherubin & Seraphin,& monte domus Dei elevato ſuper omnes colles, paſce jumenta inſipientia. O pabulum brutis,añona ſaginatis,panis hominibus,edulium debilibus,pulmentarium delicatis, ferculum honoratis,convivium amicis,epulum celebribus, ſacrificium ſacerdotibus,omnibus omnia factus,qui pro nobis è cælo datus es panis vivus,Verbum caro factus,& fœnum, & granum frumenti,& eſca pullis corvorum invocantibus eum. Tu paſce, refice, guſtandum te præbe,ſatia,inebria,adauge,robora,ſagina, impingua,delecta,confirma,conſolida,&interim gradatim ad amorem illum perduc, quò non jam fœnum & pabulum, ſed panis angelorum mihi fias,quando tranſiens, miniſtrans novum paſcha tecum impleam in regno tuo. AMEN.

Quomodo jugiter adſpicere debemus Chriſtum pro nobis crucifixum & exaltatum à terra,quatenus ſic ſe ad nos trahat, & accedat homo ad cor altum.

Ego ſi exaltatus fuero à terra,omnia. &c. Vide *ſuprà* in tractatu *de magnitudine paſsionis, Cap. 83. pag. 628.*

De prælio Agni cum Dracone. De magnitudine & amaritudine Dominicæ paſſionis, Propoſitiones.

Mitiſſimum omnium animantium Agnus. &c. Vide *ſuprà* in tractatu *de magnitudine paſsionis, Cap. 38. pag. 529.*

Ejuſdem M. Weſſeli *de myſterio crucis, & via ligni vitæ. de gladio ignito & verſatili. de myſterio quatuor dimenſionum crucis, aliæ Propoſitiones.*

Oportet comprehendere cum omnibus ſanctis. &c. Vide *ſuprà* in tractatu *de magnitudine paſsionis, Cap. 82. pag. 625.*

Sequuntur

Sequuntur quædam collecta ex Sacra Scriptura de magnitudine paßionis Domini Ieſu Chriſti, ejuſdem

MAGISTRI VVESSELI.

Magna gloria regni, magna gloria regis, magni amoris argumenta.

Oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.

Paſſio via gloriæ.

Regnum amoris amantiſſimum regnum. Regis corona unicus amor. Corona regis gloria ejus. Vnicæ coronæ, via unica. Summæ coronæ, ſumma via.

Non ſolùm regis gloria, ſed & ſacerdotis. Juxta illud; Vt ſciat mundus, quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio incenſum obedientiæ. Ioan. 14. verſ. 30.

Argumentum grande dilectionis divinæ, tradentis unigenitum Filium. Traditio quo metitur dilectionem.

Obſtructum oportet procaciſſimorum dæmoniorum os loquentium iniqua, evidenti ratione convictorum, confiteri coactorum, quia Dominus Jeſus in gloria eſt Dei Patris.

Quanta neceſſe fuiſſe amoris argumenta, tùm in Patrem, tùm in fratres, quàm evidenter cognita, quæ talem confeſſionem à tàm dura cervice extorqueant contra tantam invidiam & crudelitatem.

Quanta neceſſe fuiſſe argumenta charitatis & amoris, quantam fortitudinem invictis ad gloriam, quando comprehenſores angeli ſuperiores eam ſoli Deo tribuerunt in cœlio.

Propterea à gloriæ regem ſuperiores angeli, ſciſcitantibus, ac per hoc inferioribus; Quis eſt iſte rex gloriæ? *reſponderunt; quia* fortis & potens in prælio. Pſal. 24. verſ. 8. & 10.

Magna igitur victoria, prælium, fortitudo, gloria.

Quia magna propriæ conſcientia conſciæ ſibi de perfecta hoſtia & victima.

Quia pacatæ juſtitiæ Dei.

Quia digni ſacerdotij.

Suas glorias patiendo intravit, & ita oportuit eum intrare.

Quantus erat charitate, tantus fortitudine. quantus fortitudine, tantus victoria. quantus victoria, tantus prælio. quantus prælio, tantus paſſione.

De gloria regis detractat, qui de obedientia altiſſima, qui de paſſione acerbiſſima, quæ via gloriæ rectiſſima, qui de prælio detractat.

Inanè laudatur otioſa fortitudo, otioſus amor, otioſum ſacerdotium.

Quia non ſolùm comprehenſores, verùm Seraphin ipſos altiùs & ardentiùs inflammando inſtaurat per prælium crucis.

Pro omnibus Dei donis calix ille digna gratitudinis retributio.

Non poteſt Agnus agnino more & legibus pugnare cum leone vel dracone, niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

patiendo: non vincere, niſi fortitudine. Agni fortitudo patientia. Ad hanc ſententiam Thereph *datum in memoriam mirabilium Dei. Eſt autem* Thereph *morticinium à beſtia interemtum. de quo, ut in* de ſacramento altaris.

Mirabilis igitur ſanctis & beatis omnibus illa victoria. mirabile, quod intellectum ſuperat.

verſ.6. Circumdederunt me funes inferni *Pſalmo 18.*
& ſeqq. Torrentes diaboli terruerunt me. Funes inferni circumdederunt me.
Liberavit me de aquis multis ab inimicis meis potentiſſimis ab his qui oderunt me, quoniam fortiores me erant. *Fortiores Agno dracones, leones potentiſſimi.*

Iſta non David, filius Iſai, ſed qui ereptus de contradictione populi, conſtitutus in caput gentium, & caput anguli. Cui ſervit populus neſciens, obediens auditu auris mera fide.

Et propterea Deo in gentibus confitetur.

Mortem corporalem Codrus, Decius, *pro populo.* Piramus, Thiſbe, *pro mutuo.* Pilades, Oreſtes; Damon, Pithias *concertantes morte ſua mutuò ſervare vices. Et inde conjuges commune mariti buſtum victoria poſſunt.*

Nulli horum certa feſtina reſurrectio, læta, æterna gloria, æternus, beatus amor ſuorum in ſe, & æternum, beatum gaudium. Horum ſi aliquid Codro *aut* Piramo, *pro nihilo habuiſſent nos.*

Mundus totus obedientia Filij primogeniti, grave pondus, & efficax argumentum ſciendi dilectionis ejus, in Patrem talem Filium tradentis in mũdum amorem ſciendi.

Phil 2. *Manifeſtè Paulus cauſaliter arguit, propterea Chriſto datum nomen ſuper omne*
verſ.9. *nomen, quia obediens Deo Patri uſq; ad mortem, mortem autem crucis, id eſt, altiſſimæ obedientiæ, profundiſſimæ humilitatis, ardentiſſimæ charitatis, fortiſſimæ patientiæ.*

Paſſio cauſa nominis & gloriæ ſuper omne nomen, & ſuper omnem gloriam.

Pſal. 45. *Item præconium illud,* Propter manſuetudinem & veritaté & juſtitiam, ideò
verſ.6. deducet te mirabiliter dextera tua *Tanta igitur manſuetudo & veritas in juſtitia holocauſti, ut æternis in cœlo annalibus mirabile ſit.*

Pſal. 69. *Item,* Venerunt, vel intraverunt aquæ uſq; ad animam meam; Infixus ſum in limo profundi, nec eſt ſubſtantia. Veni in profundum aquarum, & tempeſtas demerſit me. Defecerunt oculi mei ſperare in Dominum.

Et; qui ſine cauſa oderunt me, multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, confortati ſunt perſequentes me.

Item plena victoria Agni, plena confuſio Draconis. Sed quomodo confuſa nequitia, niſi victa? quomodo victa, niſi effuſa? Et prorſus confuſa, neceſſariò prorſus effuſa.

Iniquitas Draconis & baſiliſci in Agnum, eſt iniquitas ſuper iniquitatem primam ruinæ cadentis de cœlo profundius hic ad fundamenta laci cadens.

Propter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

opter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias latronis. *Verba labio-* Pſal 17.
Dei, verba magni conſilij, quæ nemo niſi magni conſilij angelus novit, nemo verſ. 5.
olet, niſi ipſe qui vias latronis.
Magnitudo teſtamenti.
fectus pavor.
fectum tædium.
fecta triſtitia ſanctæ animæ uſq; ad mortem.
a, juſta, ſancta querela perfectæ dilectionis à Deo, quoniam noluit ut ardor amo-
mitigaret acerbitatem doloris & mœroris.
n, Ex magnitudine mœroris Moſis & Pauli, *volentis, optantis anathema fieri,*
ri de libro vitæ.
mnipotentia volentis perfectè pati. nihil igitur ardor charitatis mitigavit ab acer-
te doloris & mœroris.
iata eſt anima mea malis. *Pſalmo 88.* verſ. 3.
timatus ſum cum deſcendentibus in lacum, *quando à Patre, à ſeipſo, à Spi-* & 4.
Sancto ad hoc percuſſus, maledictus, traditus, derelictus, ut ad amaritudinem
cendentium in lacum.
per me ſuſtentata ira tua, *hic gradus.*

nnibus fluctibus tuis adflixiſti me. *Omnibus igitur fluctibus calamita-*
& adflictionum. hic numerus.
per ego & ęrumnoſus, vir calamitoſus ab adoleſcentia mea portavi fu-
m tuum, & conturbatus ſum.
baptiſmus angoris coarctantis eum in, & ab utero matris uſq; traditum &
mmendatum ſpiritum.
nanitio mendicantis ab angelo confortationem poſt pavorem, tædium, triſtiti-
nimæ uſq; ad mortem, poſt luctam, agonem, poſt ſudorem ſanguineum.
turalis in Chriſto amor ſui maximus, charitate Dei regulatiſſimus, noluit miti-
acerba, incendit fœcunditatem acerborum.
citaverunt in Chriſto affectiones mœrorem, non amor & charitas dolorum mi-
tionem. Unde voluit hunc ſterilem illic ſecum omnem naturam creaturarum,
ignie in fornace Babylonis.
a, Ex magnitudine redemtionis, magnitudo pretij redimentis, magna ſapientia
ſmantis & compenſantis.
agnitudo amoris, quo ſeſe Chriſtus amavit juſtè ac ſanctè pluſquam Virgo mater
mnis eccleſia ſanctorum. Juſtum illi & nobis, amare, quos Deus tantoperè amat.
mor ſui quantò major, tantò ſanctior, ſi Deo incenſum adoleatur.
fectus amor ſui in Chriſto perfectum incenſum Deo per charitatem oblatus eſt.
a, ingens dignitas Agni occiſi, qua per occiſum ſe dignus habitus accipere librum
dextera ſedentis, & aperire ſolus ſignacula ſeptem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Item, Perfecta ſalus perfectam redemtionem: Igitur per æquam, aut amplius. Igitur per obviam æquam vel ampliorem in obvia omnium uſq; ad mortem.
Item, Quòd ſacrificium juſtitiæ dicitur.
Item, Quòd ſacrificium juſtitiæ omnia vincula debitorum juſtitiæ diſſolvit, immò diſrupit.
Item, Perfecta gloria perpetuis illic annalibus recolenda, quoniam quem ſemel regem gloriæ, ſemper eundem & regem gloriæ glorificabunt angeli, homines beati, mater regina, rex ipſe Deus.
Corona regis unica, perfecta corona gloriæ perfectæ.
Item, perfecta cæna nuptialis, perfectè nuptialis inter Verbum & aſſumtam carnem, ex qua gignit filios in dolore matris & ſponſæ fœcundæ.

Epheſ. 6. verſ. 12. *Item,* Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus.
Igitur magis regi gloriæ forti in prælio.
1. Pet. 5. verſ. 8. *Huc accedit adverſarius, diabolus, qui tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem devoret.*
Sedet in inſidijs quaſi leo, & quaſi leo contrivit omnia oſſa mea.
Item, Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.
Et ego in flagellis paratus ſum.
Dominus voluit conterere eum in infirmitate.
Item, Perfecta obedientia melior omnibus alijs aliorum victimis.
Item, Prælii magnitudo, victoriæ magnitudo, virtutis magnitudo, gloriæ magnitudo, triumphi magnitudo. Et omnis hæc victoria in patientia Agni.

Ex omni circumſtantia paſſionis, patientis, præcipientis, percipientis.
Item, perfectum exemplar, dignum exemplar omnis ædificij ſpiritualis. Igitur perfectum exemplar, dignum exemplar omnis perfectæ patientiæ, omnis perfectæ fortitudinis. Igitur omnis patientiæ Lazari, Iob, Pauli, & omnis tribulationis infligendæ perfectum exemplar.
Item, præceptum ædificanti omnia facere ſecundum exemplar. Omnis igitur patientia omnium ſanctorum invenit ſibi exemplar. obedientia omnis obedientiæ; agonia omnis agoniæ exemplar: victima omnis victimæ exemplar.
Item, perfectum exemplar in omni omnium tentatione: quia tentatum per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato, & ita tentatum, quò tentatis omnibus in omni genere tentationum dignum exemplar proponatur.
Perfectus pavor, mœror, angor, perfecta derelictio.
Evidens intuitiva cognitio perfectorum horum, non ſolùm angelis beatis, ſed omnib. dæmonibus. Evidens intuitiva cognitio mentiri non poteſt, neq; mendax eſſe, etiam licet videntis perverſa voluntas contrà moliatur.
Perfecta lex, perfectus mos Agni, perfectè ſolutus Draco cum univerſa cohorte, perfectum

...m odium & perfecta invidia.
...cta hoſtia, perfecta victima, omnium hoſtiarum & victimarum exemplar.
...ſancta, digna querela dilectionis.
...itia animæ uſq; ad mortem.
...perium contrivit cor meum & miſeriam. Quod hoc improperium, niſi quòd
...aci tentatore obijci poſſet, niſi perfectè evidentialiter intuitivè victo? hoc impro-
...n perfectè obſtructum perfectè contrivit cor Agni. Perfectè confutatum impro-
...n procacis, obſtructum os loquentis iniqua. Eodem modo obſtruitur os loquẽ-
...qua, confutatur improperium, replentur ora canentium gloriam regi gloriæ.
... Effuſi amoris magnitudo.
... Gloria ſuper omnem gloriam, data propter obedientiam ſuper oẽm obedientiã,
...ctæ fraternitatis odor incenſi. Igitur obedientia, humilitas, & patientia, ſicut
...as, perfectiſſima promtitudo.
...cta via accedendi ad Deum, quia perfectum incentivum & incendium amoris.
...paſſus Agnus, quàm poſſint redemti gratias referre, etiam nunc in patria.
...paſſus ſponſus, quàm poſſit ſponſa amando æquare, etiam in thalamo.
...et hujus unius ſummi ſacerdotis incenſum obedientiæ & humilitatis, patientiæ
...aritatis, magis in gloriam Dei & veram gloriam redundare, quàm omnium
...orum prævaricationem in blaſphemiam.
...Verbum Hieremiæ, Threnorum I. *Lamech.* O vos omnes, qui tranſi- verſ. 12.
... viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. *Hæc*
...*itis verba ſunt, & habetur intentum: vel corporis arguitur intentum, quia*
...*amantis omnis dolor propter dolorem ſponſi.*
...*cogit verbum Hieremiæ 15.* Væ mihi mater mea, quia genuiſti me virum verſ. 10.
...adictionis, & virum diſcordiæ omni terræ. Non feneravi, non fenera-
...t mihi, vel in me, quoniam omnes maledicunt mihi.
...*quod dixit;* Vt quid obliviſceris me in finem? *ubi non ſolùm derelictus, ſed*
...*tus, & id uſq; in finem.*
...*Pſalmo 10.* Quare, Domine, ſtas longè?
De...cis in tempore anguſtię.
D... exaltatur impius, uritur pauper.
Te...unt in cogitationibus quas ęſtimaverunt. *Ergo voti cõpotes affluxerunt.*
Q...niam laudavit impius ſuper deſiderio animę ſuę. *Ergo complacuit in de-*
...r aſſecuto.
A...s benedicens blaſphemavit Dominũ, beatificans ſeipſũ blaſphemavit Doim.
...s ſecundũ altitudinẽ furoris ſui non requiret. Erit igitur altiſſimus furor ejus.
N...ſt Deus omnibus cogitationibus ejus.
...riunt viæ ejus in omni tempore.
A...udo judiciorum tuorum non in conſpectu ejus.
O...s inimicos ſuos deſpiciet, maximè igitur Agnum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Dixit in corde ſuo, non movebor à generatione in generationem ſine malo.
Maledictione plenum os ejus.
Dolus & uſura ſub lingua ejus, labor & iniquitas.
Sedet in inſidijs, in veſtibulis, in occulto, tanquàm leo in tractu ſuo. Occidet iñocentẽ.
Oculi ejus in fortitudinem adſpiciunt. Igitur in fortem in prælio.
Inſidiabitur in occulto tanquàm leo.
In tractu ſuo inſidiabitur, ut rapiat pauperem.
Rapiet pauperem in tractu ſuo in reti, quantùm rapiet, patet ex conſequenti.
Confringet, ſubijciet, irruet in fortitudine ſua valida, vel in fortitudinibus ſuis validis. Et hoc magis propter ioth *medium.*
Dixit in corde ſuo, oblitus eſt Deus, abſcondit faciem ſuam, non videbit in finem.
Præterea ex Pſalmo *89. Tu repuliſti, projeciſti, iratus es Chriſto tuo, vulneraſti ad terram ſanctificationem ejus.* Nezer, *lamina ſancta in fronte ſacerdotis inſcripta,* Sanctum Domino. *Hîc dicitur* Nezro, *ubi ſanctificationem noſtra tranſlatio, ſicut in fine Pſalmi* Memento, *ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.*
Diſſipaſti omnes ſepes ejus. magis, Diſperſiſti omnes inimicos ejus.
Poſuiſti omnes inimicos ejus formidinem.
Diripuerunt, vel rapuerunt, vel ſpoliaverunt eum omnes tranſeuntes viam.
Factus eſt opprobrium vicinis ſuis.
Exaltaſti dexteram hoſtium ejus.
Lætificaſti omnes inimicos ejus.
Avertiſti robur gladij ejus.
Et non erexiſti eum in bello.
Ceſſaſti à munditia ejus.
Et ſolium ejus in terra detraxiſti.
Abbreviaſti dies occultæ adoleſcentiæ ejus.
Ad quid, Domine, abſcondis in finem?
Exardeſcet, ſicut ignis, furor tuus.
Eum, qui non novit peccatum, pro nobis fecit peccatum.
Quæro, quomodo fecit peccatum, ſi non tractavit, ſicut noſtrum peccatum tractaſſet? Pro nobis maledictum factus eſt. Et quomodo maledictum, ſi noſtra maledictione mitiùs pertulit?

Cap 3. *Maledixit* Iob *diei nativitatis ſuæ, hoc eſt, humanæ diei, quæ tota ex maledicto eſt. Univerſa enim exilij hujus impoſita nobis calamitas, licet benedictione miſerentis Dei ſalutarem uſum habeat, ut ex fine ſancta ſit, quantò tamen à beatitudinis benedictione longinqua eſt, & propter peccatum rejecta, tantùm etiam interim ſub maledicto eſt. Et vir ſanctus hoc maledictum patienter ferre, animoque toto conſentire, & ita contra ſe, ſicut in alium, juſtam ſententiam decernere. Et hoc non tàm ſanctum* Iob *feciſſe, quàm Dominum Jeſum, quando pro nobis*

maledictum

maledictum noſtræ natalis diei factus eſt, credo atq; confiteor. Item, plurimùm
ponderandum verbum Iob, *quod in perſona ſua propria verè dicere non potuit, pro-*
pter plurima verba Scripturæ in contrarium, de flagellis tribulatorum perſonalibus.
Qualis igitur illa calamitas Chriſti fuit, qua inquit; Vtinam adpenderen- Iob. 6.
tur tanquàm in ſtatera, peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, verſ. 2.
quam patior: velut arena maris hæc gravior adpareret. *Peccata ejus, pec-* & 3.
cata noſtra omnium, quia ipſe eſt Agnus Dei, ſponſor factus pro eis tollendis
advenit. Calamitas, quam patiebatur, adpenſa fuit in ſtatera. Statera crux
eſt. Et ubi veritas hujus verbi per ipſum nobis claruerit, & nobis clarè adparebit,
quàl longè ſupra gravitatem arenæ maris calamitas in ſtatera crucis præponderet.
...s, qui tunc talem ſponſorem, Agnum Ieſum, non amat, corde durus eſt, & ob-
...t cor ſuum, dignus cui indignatus & iratus Agnus juret in ira ſua, non intro-
...um in requiem & regnum Agni. Quia qui dicit ſe in Chriſto manere, de-
bet ſicut ille ambulavit & ipſe ambulare. Et quomodo poterit, niſi per amorem?
...amat, ſicut mater amavit, animam amantis gladius pertranſiet. Et hoc ſi-
gnavit Ieſus, quando dixit; Qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis Matt. 12.
eſt, ille mihi mater, ſoror, & frater eſt. *Et quomodo poteſt invitatus ad has* verſ. 50.
...ris nuptias diligenter conſiderare adpoſitas epulas, & ſcire quoniam talia oportet
præparare, niſi amaverit? Et ſi amat, jam parat. Et ſic arguit Paulus; Si Chri-
ſtus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: *quia qui amat,* 1. Cor. 5.
...enti commoritur. Qui amat crucifixum, concrucifigitur. Et qui amat fla- verſ. 14.
gellatum, ſimul flagellatur. Sed oportet amare, alioquin anathema. Hæ ſunt
...æ tribulationes, verè ſanctæ, & juſtæ, per quas oportet intrare in regnum cœlo-
rum, quibus ipſe rex diſpoſuit nobis regnum, ſicut Pater illi diſpoſuit regnum: ut
ſi compatimur, conregnemus. Compaſſio quædam tantùm affectio miſerentis, uti
quidam non duro corde, qui moventur, ſi vident Agnum à lupo laniari.

Quædam faventis, qua mœret fautor, ſi videat eum, cui favet, infauſta pati.
Quædam diligentis, qua triſtatur qui dilectum novit indignè affici.
...dam autem amantis, qua verè compatitur patienti amato, verè flagellatur
cum flagellato, verè crucifigitur cum crucifixo: quoniam amor ſeverus eſt, non
...rmat, ſed unit, ut omnia communia ſint amantium, ſive crux, ſive coro-
na. Crucifigitur amor cum crucifixo amato, coronatur & regnat cum regnante.
Nec aliter puto beatos regnare, niſi amore regnante in Ieſum, vel charitate flagran-
te..., Deum viſum regnare.
Mirabile myſterium dominicæ paſſionis, & mirabiliter minoratus ab Ange-
lis, quando ad agonem certaminis & magni prælij rex gloriæ ab Angelo, qui non
ipſe robur & nervos habuit, ad prælium illud ſubeundum confortatus eſt. Sed
...quatenus conjectemus in tenebris, quemadmodum ſapientior ex occaſione
...nunquàm fit ſapiens.

Propoſitiones

Propoſitiones ejuſdem ex Evangelio de corpore & ſanguine Chriſti ſumendo; quo fructu ſumentium; & de veritate ejus.

Verba, quæ ego loquutus ſum vobis. &c. Vide *ſuprà* in tractatu *de ſacramento Euchariſtiæ, cap. 27. pag. 700.*

Quomodo operamur cibum qui non perit. Et quòd credere in Chriſtum ſit opus cibi non pereuntis. Et credens vivit, & fide vivens reſuſcitatur in noviſſimo die.

Operamini cibum qui non perit. &c. Vide *ſuprà* in tractatu *de ſacramento Euchariſtiæ. cap. 28. pag. 702.*

Holocauſtum ſummi Sacerdotis Chriſti quomodo noſtrum fiat.

1. *Debemus perfectè juſti eſſe, qui perfectè juſtorum gloriam exſpectare jubemur.*
2. *Sed quam debemus perfectam juſtitiam & ſanctitatem, obtulit & exſolvit ſummus Sacerdos.*
3. *Et hujus ſummi Sacerdotis holocauſtum ſuum facit quiſquis credit in nomine illius, ſive Judæus, ſive gentilis.*
4. *Quotieſcunq; cum pietate ſummi Sacerdotis recolimus, ejus munere juſti ſumus.*
5. *Data eſt illi omnis poteſtas in cœlo & in terra, qui vult ut ubicunq; ipſe eſt ſit & miniſter ejus.*
6. *Miniſtrat autem illi omnis filius Dei, tanquàm primogenito.*
7. *Quotquot recipiunt eum, id eſt, quotquot credunt in nomine ejus, poteſtatem accipiunt filij Dei fieri.*
8. *In omni ſuſceptione Sacramenti, ſi dignè ſuſcipimus, holocauſtum ſummi Sacerdotis noſtrum facimus.*
9. *In omni commemoratione Ieſu ſummum illud conſummatæ ſanctitatis incenſũ offerimus: quia qui non manducat non habet vitam in ſe.*
10. *Et qui credit, habet vitam æternam: ergo manducat, & dignè manducat, cùm tamen nihil noſtrum de condigno juſtè tantis poſſit comparari. &c.*

Quòd fide juſtificamur tanquàm argumento, non tanquàm cauſa.

IAm vos mundi eſtis propter verbum quod loquutus ſũ vobis. Nõ
Ioan. 15. vers. 3. propter verbum fidei veſtræ, aut propter verbum confeſſionis veſtrę, tametſi mundi ſitis habentes verbũ fidei in corde, & verbũ confeſſionis in ore: quoniã fide mundificat corda fideliũ, ſed non propter fidem, ſed propter ſermonẽ & verbum Dei vivificans hominẽ. Sic neq; in baptiſmo propter verbum credulitatis & confeſſionis, neq; propter verbũ ſacramenti baptiſmatis, ſed propter verbum loquentis Dei juſtificatur, vivificatur impius, in fide

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[illegible] fide vivens. Fide dico, tanquàm argumento, ſed non tan[illegible]m cauſa. Omnia enim hæc fiunt per verbum, de quo dictum; [illegible] *vos mundi eſtis propter verbum quod loquutus ſum vobis.* ut [illegible]rmone concludit.

Apoſtolus Hebr. 3. vocat fidem & confeſſionem *principium* verſ. 14.
[illegible]*ſtantiæ Chriſti*, quia per eam participes ſumus in Chriſto, cùm [illegible]ta. Iuſtus per fidem vivit. Et hoc magis expreſſè in fine 3. *ca*[illegible], ubi dicit; *Quibus juravit non introire in requiem ſuam.* In in- verſ. 18.
[illegible]dulis ergo incredulitas ſeparat à vita. Et qui credit in eū, habet [illegible]m æternam. Noſtra igitur bona opera fidē alunt & confortāt, [illegible] autem vivificant; ſed vitæ vinculum confortant, fidē ſcilicet [illegible]ram. Solus enim Chriſtus & Spiritus vivificat nos, & ſacrificiū [illegible]ſti ſanctificat nos, & fortiori vinculo fidei fortiùs huic vitæ [illegible]reremus. Sed nihil hoc vinculū firmat magis dilectione: *fortis* [illegible] *ut mors dilectio.* Per hanc enim cùm operatur fides firma [illegible] principium ſubſtantiæ noſtræ firmū eſt. Firmiſſimū igitur [illegible]cipium ſubſtantiæ Chriſti, in quibus dilectio ſola opera[illegible] &c. Sed & in aliis operibus ex charitate ſuſceptis etiam fir[illegible]n eſt vitæ vinculum. Non enim aditus eſt ad Deum, niſi per [illegible]iſtum: & quemadmodum infirmus, licet ad mortem decli[illegible] & creſcente infirmitate magis declinet, quàm diu operatur [illegible]uod opus vitæ vivere dicitur, licet exiliter, vivit tamen; ita & [illegible]iritu, quicunq; vel tantùm credit in Chriſtum ut non faciat [illegible]tra Chriſtum, licet langueat, vivit: & ſi ita hinc tollatur, ſal[illegible]rit. Non enim leviter capiendum verbum Domini Ieſu [illegible]annem; *Nolite prohibere: qui enim non eſt adverſum vos, pro* Luc. 9.
vobis eſt. Quemadmodum filii & pueri incredulorum, cum ipſis verſ. 50.
[illegible]ſſi de Ægypto, non propter ſuam incredulitatem ab ingreſ[illegible]omiſſæ hereditatis leguntur excluſi. Et ad hoc principium [illegible]ātiæ initiantur quidam ab utero matris, ut Hieremias, Ioan[illegible]Baptiſta: quidam per lavacrum regenerationis; alii abſq; lava[illegible]lii penè jam ab ipſis portis revocantur ad vitam, cùm jam [illegible]tum efflaturi ſunt: alii medio errore revocantur, ut Mat[illegible]us, Magdalena. &c.

Propoſi-

Propoſitiones de gratia Dei & fide in Ieſum Chriſtum, ex Paulo Apoſtolo.

Qui mortuus eſt propter peccata noſtra. &c. Vide *ſuprà* in tractatu *de magnitudine paſsionis, Cap. 44. pag. 548.*

De dignitate & poteſtate Eccleſiaſtica : De vera & recta obedientia: & quantùm obligent ſubditos mandata & ſtatuta Pręlatorum.

Quòd ſubditi non obligantur credere Papæ, niſi rectè credenti.

PAPA tenetur credere, & obligatur cum omnibus obligatis fidelibus. Et quando credit ſicut obligatur, tunc fideles obligantur credere quod ipſe credit : non quia ipſe credit, ſed quia credit quod credere debet. Et ſi alius meliùs eo crediderit quod credere debet, ipſe Papa debet cum illo credere, quocunq; etiã laico & muliere: nõ quia laicus eſt, aut quia mulier ita credit, ſed quia ad veritatẽ Evangelij recto calle incedit. Vnde Petrus, *Gal.* 2 non recto pede ad veritatẽ Evangelij incedens tenebatur Paulo, non quia Paulus aut ſubditꝰ erat, credere; ſed quia ad veritatẽ Evangelij rectiori pede incedebat. Vnde concluditur; *Quòd licet veriſimiliter præſumendũ ſit ſummũ Pontificem & Prælatos tantò rectiùs ad veritatẽ Evangelij incedere, quantò ceteris alijs altiùs in ſublime dignitatis evecti ſunt ; & ita, ceteris paribus, potiùs illis, quàm alicui ſubditorum credendũ: non tamẽ ſimpliciter ſubditos obligatos ad credendũ illis.* Hoc n. adeò irrationabile eſt & blaſphemię plenũ, ut etiã quacunq; hæreſi peſtilentius inveniatur. Poteſt n. Prælatus, & ſum̃us Prælatus errare, ut primus illorũ à Domino Ieſu proprio oraculo electꝰ & Spiritu Sancto plenꝰ erravit. Sed hoc factũ Domino permittẽte, ut ſciremus nõ homini, ſed Spiritui Sancto noſtram fidem obligatam. Et rectè Fides enim cùm ſit virtus Theologica ſoli Deo obnoxia, in ſolùm Deum credit, in quo ſolo juſtus vivit per fidem. Valdè periclitaretur vita juſti, ſi penderet ex vita Papæ. Sum̃orum enim Pontificũ pleriq; peſtilenter erraverunt: ut noviſſimis diebus noſtris in Conſtantia, celebri Cõcilio, claruit, *Benedictus, Bonifacius, & Ioañes* XXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quam graviter fidem lacerarint. Et noſtris poſtremis diebus *Pius* *II. & Sixtus* IV. quorum alter patentibus bullis regna terrarum ſibi vendicavit: alter turpiſſimas diſpenſationes, non ſolùm de præſtito in cauſa civili juramento, ſed etiam de præſtando, de plenitudine poteſtatis plumbatas bullas emiſit in abuſu poteſtatis Apoſtolicæ. Quidquid *F. Petrus* vel *Comes Hieronymus* inſolenter aut avarè geſſerunt, ipſe poſteà cùm reſciret ratiuificavit, etiam bullis plumbatis.

Quòd primus Papa Petrus erravit, & correctus à Paulo: omnibus in exemplo, ut ſciant ſapientes de ſale infatuato quid faciant.

NVllus Papa ſapientior Petro. Nullus majore authoritate S. Petro. Nullus majore ſanctitate quā S. Petrus, ita ut ſi nullus liceat Papæ dicere, quare ſic facis? aut Papā reprehendere & judicare, maximè Petrus nō deberet reprehendi. Sed quæro, ſi Papa reprehenſibilis, & non rectè ad veritatem Evangelij inceſſerit, ut liquidè videre poſſunt omnes quibus eſt ſpirit⁹ ſapientiæ Dei, quid cauſæ eſt, quare non debeat ab illo reprehendi? quia ſapiētiſſimus & ſanctiſſimus eorū à ſapientiore & ſanctiore reprehenſus eſt palàm coràm oīb., cum improperio. Improperavit Paulus poſt acceptū Spiritū Sanctū, ſicut ante Spiritum Sanctū datum illis undecim recumbentibus Dominus Ieſus improperavit incredulitatem cordis eorum. Sic nūc Paulus Petro improperat metū, humanam infirmitatē, inconſtantiā, & ſcandalū fideliū; non ſolùm infidelorū, ſed etiam perfectorū: quia Barnabæ Apoſtoli. Et id cum ignominia & publica confuſione. Sed ſicut hæc divina diſpenſatione circa Petrum, ita divina benignitate plenariè circa non ſolum Petrum, ſed Eccleſiam omnem in omne ævum conſolandā cedunt. Petro enim charitas, & ſapientia, & humilitas, univerſa hæc detrimenta majore proventu fortiorem reſurgere poſt ruinam. Et ex Paulo didicerunt ſapientes omnes, de ſale terræ quid facere debeant, ſi contingat ipſū infatuari. Ad nihil enim valet, niſi ut mittatur foràs, & conculcetur à ſapientioribus. Sed non ampliùs, aut ultra quàm infatuatum fuerit. Grandis igitur hæc ſententia contra indignos Eccleſiæ Prælatos.

Dominus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Dominus etiam dyſcolis obediendum, quomodo intelligendum.

1. Pet. 2. verſ. 18. VErbum *dyſcolis* in Canonica B. Petri Apoſtoli; *Servi, obedite dominis veſtris, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis*, non tàm graviter obligat ſervos, ut pleriq; accipiunt, volentes conditionem ſervilem in omnibus malorũ dominorum præceptis obligatam parêre. Sed hi non intelligunt vim verbi Græci, δύσκολ⊙ enim eſt, cui difficile vacatur: ut Matth. 19. *Quàm difficile dives vacat, ut intret in regnum cœlorum!* Difficilibus ergo dominis obediendum; non reprobis, hoc eſt, prava mandantibus.

verſ. 23.

Statuta Prælatorum Eccleſiæ quomodo accipienda; & Prælati quando tolerandi aut repellendi.

Matt. 15. verſ. 2. INterrogantes Dominum Phariſæi, *quare diſcipuli ejus transgrederetur mandata Seniorum*: acceperunt aliam majorem quæſtionem reſponſalem, non infructuoſam eruditione. Nam & ſententia docet, & exemplo. Sententia, ut ſciamus non ſic Eccleſiæ Prælatorum ſtatuta accipienda, ſicut mandata Dei. Sic enim gravius eſſet jugum Evangelij, quàm jugum Legis. Docet etiam exemplo, quomodo fideles, ubi vident ſcandaloſum errorem Superiorum, invehant, corripiant: ſi occultum, occultè; ſi apertũ apertè. Nam Dominus illorum conatibus in faciem illorum erata objecit. Et hoc expedit, ne inſoleſcat arrogantia per licentiã dimiſſa ſuo arbitrio, quæ corripi, coërceri, & abſcindi non poſſet. Ergo quotieſcunq; impudenter peccant, & tamen inſolenter inſtant, cum adjuncto errore immodeſtiæ, repellendi ſunt exemplo Domini: ſi tamen id obſervatur, quò non contra verbũ Domini contemnatur eorum ſana monitio. Quàmdiu enim ſedent in cathedra Moſis, facienda ſunt quæ dicunt. Sedere autem æſtimantur, quàmdiu quæ faciunt non palàm eorum verba retundunt. Vbi verò tam ſcandaloſa eſt eorum vita, ut plus corrumpant exemplo quàm ædificent verbo, non jam ferendi: quia non in cathedra Petri ſedẽt, ſed in cathedra peſtilentiæ. Et hi omnes, exemplo Domini ab officio amoventis, velut inutiles repellendi, majoris turpitudinis ejectione.

Eccleſiam habere divitias, eſt bonum et malum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[B]onum eſt quòd Eccleſia habet multas divitias & tempora-[l]em poteſtatem;& melius eſſet ſi plures haberet. Bonū enim [e]ſt multa bona poſſe;& melius, plura poſſe. Malum eſt quòd Ec-cleſia habet multas divitias & temporalem poteſtatem: nō ſolùm [q]uia malum exinde poteſt; ſed etiam quia multa mala exinde fa-[c]it. Malè adverterunt priſci Patres, quando judiciaria ſuſcepta o-[n]era admiſſæ ſunt: quoniam Principes ſeculares ſuos volunt ex o-[pibus] Eccleſię provideri, qui ferè omnes corrupti ſunt. & ſiqui in-corrupti accedunt, occupatione & ſollicitudine corrumpuntur.

De Simonia, & collationibus beneficiorum, an Papa benè ad ſe revocet.

[Q]ui quibuſcunq; rebus obtinens poteſt ſimoniam cōmittere ad-[mi]ttendo vel alienando, ejus rei non eſt Dominus: unde Ca-[non]ici beneficiorū & beneficialium proventuum domini non [sunt] unde etiam donare non poſſunt. Neq; Papa dare ea poteſt, [qu]ia neq; vendere, neq; ullum jus ultra fidelem diſpenſationem [confe]rre poteſt. Cōmittere poteſt fidelem diſpenſationem, & cre-[dere] illis quòd fideliter diſpenſent: infidelem autem diſpenſati-[one]m tolerare non licet, etiam Papæ; niſi propter majoris peri-[culi] evidenter ſecuturi declinationem. Et quidquid aliter in be-[nefic]ialibus geritur, perperam fit. Vnde quòd beneficiorum col-[latio]nem ad ſe revocat, quid aliud facit, quàm ut onus reddendæ [ratio]nis exaggeret? Cùm verò diſſolutis & corruptis munera vel [ava]ritia vel propter hæc vel ſimilia diſtrahit, non in officium di-[vin]um diſpenſat. Et quoniam in longinquas provincias rem di-[vina]m velut fortunæ committit, quaſi divinarum rerum curam [non] habeat, inde quæ mala ſequantur, proh dolor, paſſim ante o-[culo]s videre eſt.

Statuta & mandata hominum quantùm obligare poſſunt.

[D]E horis & jejunijs mandatis, quomdo obligent, ſatis ille ve-nerabilis *Gerſon* oſtendit. Nec obſtat quod in contrarium [a]llegatur de rationabiliſſima ſapientia contenta: quia non prop-terea periculoſè obligāt. ſicut neq; cōſilia Evangelica, quæ plu-rimum ſapientiæ continent: non tamen propter hoc Deus infir-mam plebis multitudinē voluit, niſi finaliter, ad conſilia obligari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Finaliter enim nemo, niſi per foramen acus, cum columba per foramen petræ intrabit. Ratio igitur adducta militat, in tantum obligare præcepta Prælatorum Eccleſiæ, quantùm ſapientiæ continent: obligare, inquam, conditione contentum fructum conſequendi. Si enim quibuſq;, abſq; mortali offẽſa, licet infirmioribus non omnes cõſiliorum perfectiones adſequi, & equidem filios lucis eſſe, quis paſſim volet infirmæ multitudini mortalem laqueum iniјcere ultra neceſſaria præcepta? Vnde ſatis miror eos, qui ex admonitione obligationem parturire parant. Omnis enim Eccleſiæ poteſtas inter medicum & ægrotum eſt compacta, id eſt, pacto duorum conſtans. Non enim poteſt paſtor paſcere, niſi quantùm grex paſcitur; non poteſt ſalvare, niſi quantùm ſanantur oves; non poteſt ligare, niſi quantùm ligantur vinculis charitatis; non ſolvere, niſi quantùm Sathanæ vinculis exſolvuntur. Hanc à Domino Eccleſia accepit poteſtatem, ut cùm ille fideliter miniſtrat, & iſte fideliter obtemperat, uterq; ſui fructum officij conſequantur. Eccleſiaſtica poteſtas connexa eſt, ut poſſit quantúm paſcit: eſt etiam compacta, ut paſcat quantúm alter paſcitur.

Conſilium pro infirmis.

VAldè pro infirmis facit non ſolùm in metu incontinentiæ, ſicut verbum Apoſtoli; *Propter incontinentiam unuſquiſq; habeat uxorem ſuam. Melius eſt nubere quàm uri.* Et iterum; *Nolite fraudare invicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi, & revertimini in idipſum, ne tentet vos Sathanas.* Vbi ergo metus aliarum tentationum, puta infirmitatis, impatientiæ, inconſtantiæ rationabiliter timeretur, ſimilis prudentiæ conſilium eßet humiliter inferiora complecti, pleriſq; vanum ante lucem ſurgere, ſed in conſilio Domini ſedere in civitate, donec induamur virtute ex alto. Et gravis hinc ſurgit quæſtio, Vtrum liceat alicui talium infirmorum conſilium Apoſtoli abiјcere? Et, utrum abiectio obligat irremediabiliter, ut non liceat redire ad conſilium Apoſtoli? Credo autem ſtultam promiſſionem diſplicere Deo: ſicut impia juramenta non obligare contra ſalutem.

1. Cor. 7.

Sicut

...t enim dicit Apoſtolus, *propter incontinentiam ſuam nu-*
...lum: ita Dominus Ieſus propter inconſtantiam infirmorum, Matt 10.
...erſecutione *fugiendum de una civitate in aliam.* Adeò enim
...ſilium infirmitatis via eſt ad ſanitatem, ut pro ſanitate faciat
...d non contra ſanitatem pugnat. juxta illud; *Pro vobis eſt, qui* Luc. 9.
...eſt contra vos. verſ. 50.

...ſtor gregem Domini paſcere poſitus eſt. Verùm quia grex
...endus rationis & liberi arbitrij eſt, non prorſus in poteſtate
...oris traditus eſt, ut nihil ab eo exigatur, niſi paſtori obedire.
...et enim ovis ipſe dinoſſe quibus paſcatur, quibus inficiatur,
...omodocunq; , oblatam etiam à paſtore ipſo, vitare peſtife-
...in infectionem. Et in hoc ſi ſequatur paſtorem, non excuſa-
...Debet ergo populus paſtores ad paſcua ſequi. Quando verò
...paſcit, paſtor non eſt: neq; tunc, velut inofficioſo, grex ei pa-
...renetur. Præcipit enim aliquando rectus rectum & rectè, &
...ndum eſt: aliquando rectum non rectè præcipit, & ut com-
...iter parendum eſt. juxta illud; *Quæ dicunt facite; quæ autem* Mat. 23.
...nt. &c. Si verò non rectum præcipiat per ignorantiam, quã-
...libet bona voluntate, rectus, ubi meliùs rectum grex nove-
...on parêre debet: maximè autem, ubi neq; rectum, neque
... præceperit.

Dilectionem proximi debemus Deo, non proximo.

...Ihi præceptum eſt, proximum diligere. Debeo igitur dile-
...ctionem proximi non proximo; quia proximus non me ſua
...bligatū fecit debitorem. Debitor igitur Deo ſum tantùm,
...lus me ſua lege obligavit. Facilè jam hinc liquet, quàm ve-
...verbum ſit illud Pſalmi pœnitentis; *Tibi ſoli peccavi.* Dici- Pſal. 51.
...tamen debere pietatem, reverentiam, gratiam, obſequium.
... Dominus in oratione, quoſdam noſtros eſſe debitores. Et
A...tolus monet, *nemini quidquam debere, niſi ut invicem dili-* Rom. 13.
...s. quaſi ſaltem id confiteatur debitum, invicem diligere verſ. 8.
...tò. Verùm quia impoſſibile eſt veritatem veritati repu-
..., & ſuperiores duæ veritates irrefragabiliter conſtent,
...portet poſtrema hæc ita accipere, ut ad ſanam veramque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſententiam dilucidentur. Debemus igitur angelis & Prælatis reverentiam, parentibus pietatem, beneficis gratiam, egeno ſubſidium, quantùm eiſdem ratione comodè defertur: non quia debetur, ſed quoniam quòd præcipienti Deo debitores ſumus, hoc exhibitum illis comodum eſt. Complexa igitur, non ſimplex locutio; per emphaſin ſchematica, non imediata. Vtrumq; mandatum, de diligendo Deum & proximum, Dei mandatum eſt, & ejus voluntate obligatorium. Vnde & omnia legis mandata Dei debitores nos conſtituunt ſimpliciter: unde non homini debitor ſum de non eum occidendo, vel fodiendo, vel calumniando. Non enim homo homini legem tulit, aut per legem obligavit. Nullæ igitur leges, vel comuni conſenſu multitudinis latæ, vel à Prælatis, vel Principibus, vel magiſtratibus editæ, quemcũq; magis obligant quàm in divina lege comprehenduntur & præcipiuntur. In divina lege præcipimur obedire præpoſitis, poteſtati non reſiſtere, pacem civilem civitatum noſtrarum ſervare; pluraq; talia, quæ ſine illorum ſervatis legibus non ſervantur. Debemus ergo parêre illis. Sed ipſum parêre non debemus illis; ſed Deo debemus, quòd illis parêmus: quemadmodum quòd illos diligimus, Deo debitores ſumus, non illis. Hinc jam clariùs illuceſcit, quomodo illorum præceptis parêre debeam⁹: ut quia Deo debitores ſumus ad parendum illis, duntaxat illis parendum, quo ad nihil contra Deum præcipiunt. Nihil enim propter Deum debet fieri contra Deum. Hinc etiam facilè liquet, quanta & qualia præcipere poſſunt. Et hæc duo penes conſcientiam utriuſq;. Sec⁹ verò de forenſi & contentioſa obligatione: quoniam in ea quiſq; tantùm obligatur, quantum eſt vinculum adfectionis & deſiderij de bono præcepto. Vnde tantùm quiſq; ægrotus obligatur audire medicum, quantùm bonæ valetudinis fructum deſiderat ex ejus mandato: ſi multùm, multùm; ſi parùm, parùm. Parùm enim obligatur fatuo medico parêre, quem talem novit. Semper enim quiſq; tantùm obligatur mandato, quantum bonum exſpectat ex obſervato: & talibus valet regula, *non teneri mandato, quando ex obſervato majora detrimẽta ſequũtur, qũa ex præterito vel dimiſſo.*

Vnde

nde Grammaticorum præcepta rationabiliter prætereuntur & egliguntur à pueris egenis, quibus neceſſarium ditari ut vivant, tiàm doceri ut clareant: quoniam ſi ſcholam ſequerentur, claritatem cum ſanitate & vita perderent, quibus non parentibus pœna non Gramaticè loqui cum ſua ſequela. Sic de præceptis Logices; ſic de Philoſophiæ; ſic Regum; ſic ſummorum Pontificum. nia ſic in cauſa ſalutis obedire ſummo Pontifici, ſicut in cauſa infirmitatis medico, ſi poſſit rectè de utriuſq; præceptis dijudicare. Et qui non poteſt rectè dijudicare, quando hæſitat, recurrat ad ius directionem de quo non dubitet.

Prælatis quatenus à ſubditis obediendum.

PLurimi volunt Prælati Eccleſiarum & monaſteriorum, etiam ſecundum ſententiam Sacræ Scripturæ, obedientiam promtam, & eam neceſſariam ſubditis ad ſalutem: juxta illud; *Omnia quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, nolite facere.* Verùm obedientia perſpicaciter inſpiciatur, tàm ex voluntate præcipientis, tàm ex forma præcepti, tàm ex neceſſitate præcepti, quàm ex fructu & fine præcepti. Voluit enim ut per ſapientiam præſidentis imperitæ ſubditorum ſimplicitati conſuleretur, ut ita proficerent & accederent ad Deum. Propter ergo ſapientiam Dei conquirendam Deus obligavit ſimpliciores. Sed non ſola ſapientia fructus erit fideliter obedientibus: quoniam ipſa promta & humilis obedientia per ſe placet, niſi prorſus fatua fuerit, ut nihil ſerpentinæ prudentiæ admittat. Prælatus enim, niſi quantùm ſapientiam docet, audiendus non eſt: quia qui Prælatos poſt Apoſtolos audit, Chriſtum audit. Vbi ergo ſecundum Chriſtum docent vel præcipiunt, illic ſicut ſapientia ipſa ſi loqueretur audiendi ſunt; aliàs non audiendi: ſicut Paulus Petrum non audivit ſcandaloſo exemplo cogentem gentes judaiſare. In omnibus igitur ſapienter dictis audiendi ſunt, ſicut ſi Sapientia de cœlo loqueretur, propter ſapientiam in verbis comprehenſam. Non igitur propter paſtoralem auctoritatem ſimpliciter audiendi. Canones igitur & ſtatuta eorum tantam vim habent, quantam ſapientiam continent. Vnde non poßunt ſub pœna peccati

Mat. 23.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

mortalis præcipere, niſi quando prævaricatio inobedientis de ſe mortalem ſtultitiam implicat. Vnde in rebus neutris, ut erat illud *Pij Papæ* decretum *de alumine*, non obligantur fideles peccare mortaliter propter ſolum beneplacitum Papæ.

Explicatio verborum Domini de Scribis & Phariſæis audiendis, ſed qua moderatione.

Mat. 23. VErbum Domini Ieſu de Phariſæis & Scribis ſedentibus ſuper cathedram Moſis, licet multis inconſideratè loquentibus ſcādalum pariat, ſi diligenti oculo conſideretur, etiam in ſua latitudine ſervandum erit. Quia ſi attendatur latitudo qua præcipitur, ſatis reſtricta ac determinata ex utroq; fine. Ex præcedentibus enim, quia dicitur *de ſedentibus in cathedra Moſis*, hoc eſt, docentibus inſtar Moſis, & ex poſteriori fine, cùm dicitur, *ſecundum opera eorum nolite facere*, ſimiliter ſatis moderatur. Quia ſi ſecundum opera eorum non faciendum, etiamſi ad illam impudentiam venirent ut ſecundum ſua opera docerent ac dicerēt, non eſſent jam ſuſtinendi, neq; audiendi: neq; qui ſecundum opera eorum dictis eorum obediret, (quantumcunq; latè Dominus Ieſus dicat, *Omnia quæcunq; dixerint vobis*) excuſabilis eſſet; quia talia dicentes non in cathedra Moſis ſedent, ſed in cathedra peſtilentiæ. quia non dicunt ſecundum Moſen dicentem Spiritu Sancto inſpiratum. Poſſunt enim ſecundum Moſen loqui etiam corrupti homines, licet non ſentiant ſicut Moſes: quemadmodum liber mortuus dirigere poteſt vivum, & legendus eſt mortuus codex; ſic & ſermo mortui Scribæ, vel mortui Phariſæi. Monet Apoſtolus *probare omnia, ſed quod bonum eſt tenere.* Omnia

1 Theſ. 5. verſ. 21. igitur quæcunq; dixerint, non ſecundum corruptam adfectionem ſuam, ſed ſecundum rectitudinem cathedræ Moſis facienda, facere & ſervare præcipimur. In alijs non præcipimur facere aut ſervare quæ dicunt.

De vera & recta obedientia.

OBedientia ſi recta fiat, juſtitiæ naturalis portio. Semper enim juſto mādato ſuperioris, qui ſubditus eſt, parēre debet. Vnde quia

quia Dei præcipientis mandata ſemper juſta ſunt, ſemper eſt eis obediendum. Reliquorum verò mandatis obedire indiſcretè, indiſcretio eſt. *Apoſtolus* neq; angelis de cælo obtemperandum aliter adnuntiantibus, aut evangelizantibꝰ præter id quod acceperunt. Vult omnis præcipiens obediri ſibi, ſed non eodem ſpiritu affectus. Vult ſanctus Prælatus obedientiam, quia profectum ſperat obedientis. Vult corruptus Prælatus obedientiam ſubditorum, ut pro libitu dominetur. Inter hæc non diſcernentes quidam indifferenter & effrenè dicunt, ſemper obediendum: quòd ſi nullus reliquus fructus inſit, ſatis tamen ex illa prompta obedientia ſit; ſi propriam voluntatem abneget. quaſi propriæ voluntatis abnegatio ſemper bona ſit: allegantes illud *Bernardi*; *Nihil arſurum in inferno, niſi propriam voluntatem.* neſcientes ijdem ipſi, omnem ibi voluntatem propriam fractum iri. Non ergo propriam voluntatem frangere ſemper bonum illis quibus frangitur, niſi altiore illorum non fracta voluntate frangitur. Verùm alij volunt Monaſticam aut Eccleſiaſticam pacem, ac per hoc & charitatem, turbari & lædi. Charitas autem ſemper ſervanda: quare etiam ſemper obediendum. Hi ſi diſcrete penſarent verbum charitatis, non tàm præcipitem indiſcretæ obedientiæ ſententiam ferrent. Eſt tamen charitas Dei; eſt charitas hominum. Et in hominibus diligendis ratio quædam habenda, quò majora illorum bona magis diligantur; & adeò magis, ut propter majora bona aliquando minorum jactura fiat & diſpendium. Pax fraterna, ſi cum charitate fraterna ſalva ſalvari poſſit, ſemper quærenda. Alioquin in periculo charitatis, quemadmodũ in tempeſtate frumentum proijcitur è navi, temporalis domeſticorum pax proijcienda. Non enim cum errantibus, cum immundis, obſcuris, cum prophanis pax habenda. *Quæ enim communio luci ad tenebras?* Non ergo vel propter pacem, vel propriæ voluntatis abnegationem omni præcipienti ſemper obediendum.

Galat. 1

2. *Cor.* 6, *verſ.* 15.

Subjecti eſtote omni humanæ creaturę, *quomodo intelligendum?*

1.Pet.2. verſ.13. DIcit Petrus; *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ* propter Deum: principaliter hoc verbum de præpoſitis intelligens. Debent enim fideles populares Prælatis ſuis eße ſubditi, tàm docentibus credendo, quàm præcipientibus obediendo: ſic tamen quòd meminerint ſe ad hæc adſtrictos propter Deum, hoc eſt, ut primò ſuam credulitatem in Deum & in Evangelium referant, primò ſuam obedientiam in Deum offerant. Vnde quod populus paſtori ſuo credit, ſi ſanè credit, propter eà credit, quia Evangelio conforme credit. Et ſi putaret paſtorem ſuum difformiter prædicantem, non crederet, neq; obediret contra legem præcipienti. Hoc enim eſt ſubjectum eße omni creaturæ propter Deum, paſtori credere propter Evangelium, præceptis & exemplis parêre propter legem. Evangelium veritatem habet, lex præceptum, exemplum magnum audiendi, quantò verba Evangelij obediendi, quantò præcepta legis imitandi. Hinc jã clarè liquet, quantò in credendis ad credendũ Prælato Doctor ex officio ſubijciatur. Si enim verè Doctor eſt, ſicut eße debet, inſtructus & exercitatus, debet per exercitatos ſenſus vel æquè, vel magis noſſe veritates Sacrarum literarum, quàm non Doctores, non exercitati Prelati. Et hoc ſaltẽ ex debito: verùm de facto apertius aliquãtò claret. Et qui revera meliùs & clariùs Theologicam veritatem novit, non in credẽdo ſubijciatur adſerenti, minuſq; cognoſcẽti. Oẽs n. in credendo primò ſubjecti ſumus Evangelio, ut neq; angelo de cœlo aliter docenti, neq; S. Paulo ipſi per epiſtolã ſit credendum. De exemplis aliqua mutavit Eccleſia: puta, in tempore, loco, menſura fractionis panis, propter finẽ diſſimilẽ, fructũ diſparẽ in poſteris & priſcis. nõ quòd exemplũ cænę mutaverit, hoc n. jam pręceſſerat im̃utabile, ſed quòd primã imitationem ritu mutaverit. Vnde etiam legis præcepta quædam immutavit: ſed Evangelium non præſumſit immutare. Quod enim vel imitando vel obediendo mutabile credidit & mutavit, propter immutabilem Evangelij veritatem im̃utavit. Illa enim lux eſt ad obediendum & im̃utandum. Vnde tanta neceſſitas eſt verè ſcienti Evangelium, tanta neceſſitas Evangelio, ut nulla multitudo, nulla

celſitudo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

…ſitudo movere debeat ſcientem diſcredere. Propter Deum …m Evangelio credimus, & propter Evangelium Eccleſiæ & …æ;non Evangelio propter Eccleſiam. Vnde quod *Auguſtinus* …Evangelio & Eccleſia dicit,originis de credendo verbum eſt, …n comparationis aut præferentiæ. Dixit enim Apoſtolis Do…mus Ieſus;*Prædicate omni creaturæ,docentes eos ſervare quæcũ…q præcepi vobis.* Non igitut audiendi,niſi quantùm miſſi:non …ſſi,niſi cum Evangelio:non evangeliſantes, niſi ſecundum E…gelium. Sed quia veriſimilius eſt unum aliquem penes Evan…lium toti multitudini contradicentẽ errare, quàm totam do…rum virorum Eccleſiam,ideò debet,quicunq; ille fuerit,ſem… ſuſpectum ſe habere,& formidare de errore. Verùm quia ſcit …n impoſſibile multos Doctores errare,debet ſemper ad paren…n Evangelij veritatem primò amplecti. Debet igitur ſedulò …igenter inquirere veritatem & intelligentiam Evangelij. De… tertiò rationes contradicentium diligenter attendere, & illi …ti,quam viciniorem.Evangelio invenerit, firmiter adhærere. Mat. 28. verſ. 19. & 20.

De Scribis & Phariſæis audiendis,quomodo intelligenda verba Chriſti?

EX illo verbo Domini Ieſu, *Super cathedram Moſis ſederunt …Scribæ & Phariſæi:omnia ergo quæ dixerint vobis ſervare,ſer…e & facite,* multi Prælatorum Eccleſiæ trahunt erroneam & …am intelligentiam. Putant enim ex hoc verbo datam eis au…nticam poteſtatem,ut obligare poſſint auditorem ad ſervan…m & faciendũ quæ dicunt. Et errant alij penes latitudinẽ horũ …borũ. Putant enim propter latiſſimã diſtributionẽ verbi,cùm …itur,*quæcunq; dixerint ſervare,ſervate & facite.* Sed iſti facili …educuntur ad rectum. Facilè n. videre eſt, quòd non omnia …um verba,quæ dicunt,ſervare & facere oportet. Non n. illorũ …diæ, non publicæ,expreſſæ, & pertinaciter adſertæ perfidiæ …ba ſervanda vel facienda. Non Scribarum & Phariſæorũ blaſ…miæ ſervandæ vel faciendæ,ſi dicunt, *in Beelzebub dæmonio …n principe Dominum Ieſum ejcere dæmonia:* ſi dicunt: *quicunq; …avit in templum nihil eſt, qui autem juravit in auro templi, de…*. Cùm eos tales dicentes Dominus Ieſus fatuos & cæcos ap… Mat. 23. verſ. 2. & 3. Mat. 12. verſ. 24. Mat. 23. verſ. 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

pellat, numquid adeò deſipiendum, ut fatuos & ſtultos duces ſequamur? Ante fortaſſis dicent, Dominus Ieſus cùm hæc diceret, illa non meminit ante dixiſſe; vel cùm illa prædiceret, non
Luc. 12. verſ. 1. prævidit hæc poſteà ſe dicturum. Præterea *cavere jubet à fermento Phariſæorum:* & exponit in textu, *ab hypocriſi doctrinæ eorum.* Qui præcipit omnia facere & ſervare quæ dicunt, idem Dominus præcipit cavere à fermento doctrinæ eorum. Oportet igitur auditorem Scribarum & Phariſæorum ſimplicem eſſe ut columbam, ut nihil niſi bonum granum quærat; ſed inſuper prudentem & ſapientem, hoc eſt, prudentes aſtutias non ignorare, ut norit omnia Scribarum & Phariſæorum probare, ſed quod bonum eſt in illis tenere ſolùm. Hoc diſcretionis ſpiritu præditos eſſe oportet fideles auditores. Non enim habent Scribæ & Phariſæi præceptativam poteſtatem, ut princeps ſacerdotum habebat, & ſub eo ordinati. Sedebant enim ſuper cathedram doctrinæ, non ſuper tribunal aut ſolium, ſicut hodie apud nos Doctores vel prædicatores. Sed primus errorum, qui non tàm latus eſt, plus aliquid laboris habet propter conceſſam præſidentibus poteſtatem regiminis. Sed perſpicaciter dijudicantibus eadem ſtatera præcepta populo in adſumendis Prælatorum præceptis, quæ in audiendis corruptorum doctrinis. Oportet enim tàm Prælatorum quàm Doctorum prȩcepta ſic ſervare & facere, quemadmodum *Paulus* monuit: hoc eſt, quàm diu in cathedra Moſis ſedentes ſecundum Moſen dicunt. Et ſi quid extra vel contra, non magnoperè ligat fideles contra legem perfectæ libertatis. Dei enim ſervi ſumus, non Papæ; cui utiq; ſerviremus, ſi ad omnia
Mat. 4. verſ. 10. ejus qualiacũq; obligaremur. Dictum eſt autem; *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.*

De cæcitate & fatuitate Scribarum & Phariſæorum.

Mat 23. verſ. 21. & 22. *QVi jurat in templo, jurat in eo qui habitat in eo: & qui jurat in cælo, jurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum. Mat. 23.* Qui jurat per creaturam Dei ſui, rectè jurat per creatorem ejus. In hujuſmodi ſi fatui & cæci Scribæ & Phariſæi contrarium dicant ac doceant, numquid propter ſuperiora verba audiendi

ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

nt contra verum & unicum magiſtrum? Certè nunquàm:
i quando ſecundum illum docent, & ad illum ducunt. Stul-
m enim & cæcum ducem nemo ſequitur, niſi cæcus. Vnde non
ùm & Phariſæos ſtultitiæ & cæcitatis duces innuit ibi Domi-
s Ieſus; ſed etiam ipſos populos ductos ab eis. Dicit enim; *Fa-*
,& cæci duces cæcorum. Stultus revera & cæcus eſt, quicunq;
ltum & cæcum ſequitur. Et quando volebant mittere manū
Dominum Ieſum, laudatur turba, quorum timebant lapides,
n audentes reſpondere quæſtioni de baptiſmo Ioannis. Et
urba temerarios metu lapidationis eos ab inſano auſu non re-
ſſerit ſequenti Paraſceve, dignè per *S. Auguſtinum* vitupera-
, & ſceleris in Chriſtum particeps facta eſt. Dominus Ieſus
t ſeptem illa væ Scribis & Phariſæis comminata, vocat eos
mine Hieruſalem, quicunq; doctrinam & paſtorale officium
fitentur, & nihilominùs veritatem & rectitudinem ſuppedi-
t. Inquit enim; *Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas,* *Matt. 23.*
lapidas eos qui ad te mittuntur. Quòd autem ſolos hos nomi- *verſ. 37.*
,patet ex verbis textus, cùm ſubdit; *Quoties volui congregare*
os tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, &
iſti. Ecce manifeſtè tres partes. Prima, *Hieruſalem.* Secunda,
i Hieruſalem. Tertia, *Dominus Ieſus, qui vult congregare filios*
madmodum gallina. Secundi ſunt filij Hieruſalem congre-
di ſub alas gallinæ. Tertij ſunt, nolentes congregari ſub alas
inæ, ſeductores, & cæci, & ſtulti Paſtores ac Doctores. Hic jam
ero, ſi qui de tertio ordine Doctores & Paſtores gallinæ vo-
ti congregare velint ſtudijs gallinæ obſtare & contradicere,
m debent audire pulli gallinæ? Licet dicat Dominus Ieſus;
nia quæcunq; dixerint vobis ſervare & facere, ſervate & facite: *Mat. 23.*
è niſi cæci & ſtulti fuerint pulli, confugient ad alas gallinæ, *verſ. 3.*
túlibet noſter mercenarius paſtor vero Paſtori oblatret. Sed
re Dominus Ieſus tàm latā diſtributionē expreſſit? niſi ut no-
diligētiā Scripturarū collatione, mutuò congruētiū ac decla-
iū collatione exerceret. Nō n. ita attenderemus expreſſum,
ſapit exercitatione inventū, ut habeat exercitiū ſapientiæ &
itatis meritū ſuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Intentio Chriſti, quando Prædicatores & Paſtores non ſunt audiendi.

VAldè notanda intentio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qua ubi finali diſcurſu totius Evangelij, *Matth.* 23. concluditur, non audiendos Doctores, Prædicatores, Paſtores, quando & contra debitum ſuum inofficioſè docent, prædicant, paſcunt: uti ſunt *Hypocritæ*, oſtentatores, qui omnia opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus. *Ambitioſi*, qui quærunt primos diſcubitus in cœnis, primas cathedras in ſynagogis. *Vani*, qui in vanis oblectantur, volentes in foro ſalutari, & vocari ab hominibus Rabbi. *Avari*, devorantes domos viduarum. *Ficti*, quia occaſione & prætextu longæ orationis. *Corrupti* & *Peſtilentes*, quia cùm habeant creditam poteſtatem regni, neq; ipſi miniſterium pietatis exercent, neq; alios volentes fideliter exercere ſinunt. Hoc eis Dominus Ieſus improperat, cùm dicit; *Væ vobis*
Mat. 23. verſ. 13. *Scribæ, Phariſæi, hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum coràm hominibus, vos autem non intratis, & ingreſſuros non ſinitis, &c.* *Pſeudodoctores*, docentes populum falſa contra veritatem fidei ſalutaris: ut illi, de jurando in templo & in altari, non teneri; ſed obligari ex juramento qui in dono oblato juraret. *Perverſi*, culicem excolantes, camelum glutientes, majora legis negligentes, & circa minora ſeveri, perverſi. *Mandatorum hominum diſtricti exactores, divinæ voluntatis conculcatores*, quia nolunt ſubditos ſuos congregari ſub alis foventis gallinæ ſalutaris. Hujuſmodi cùm ſint, ſubditi tamen quibus regnum cælorum appropinquavit, quem duorum ſequentur? an eos, qui non ingrediuntur, & volentes non ſinunt? aut eum, qui per omnem vitam noſtram ſemper ad miſericordiam præſtò eſt congregare eos, velut pullos, ſub alis ſuis? In tali ergo caſu tenentur matrem gallinam audire; non falſos, vanos, oſtentatores, ambitioſos, avaros, perverſos, pſeudodoctores, peſtilentes prædicatores, ſtultos, cæcos, cæcorum duces Prælatos. Tenentur tamen ſubditi ſuſtinere eos in miniſterio, quàm diu ſuſtinentur facere & ſervare quæ benè & ſanè dicunt. Vbi malè dicunt vel docent, non debent eis obedire, niſi velint cũ cæcis cæci eſſe, & ab alis gallinæ

& regno

à regno cælorum excludi, & à peſtilentibus corrumpi & infici. Quomodo enim non peſtilentes & mortiferi, quos Dominus ipſius vocat *ſerpentes, & genimina viperarum?* Expreſſè enim dicit Apoſtolus, *colloquia prava corrumpere bonos mores*. Quorum ergo colloquia prava magis, quàm corruptorum Doctorum, Paſtorum, Preſbyterorum, Prælatorum? Horum ſermo ſicut cancer ſerpit, non ſolùm ſermo, ſed & exemplum pravum. Pronũ enim omne malum ad imitationem. Sed *quicunq;*, ſive Papa, ſive Paſtor alius, *unum de puſillis iſtis ſcandaliſaverit*, hoc eſt, à rectitudine, à profectu viarum Dei per prava dogmata, neglecto miniſterio, corrupto exemplo expediverit: *expedit magis, ut mola aſinaria ligetur in collum ejus, & in profundum maris demergatur*, quàm ſic peſtilenter præſideat & corrumpat. 1. Cor. 15 verſ. 33. Matt. 18 verſ. 6.

Omnis Prælatus puſillos ſcandaliſans eſt Antichriſtus.

OMnis igitur, quantumlibet in dignitate præſideat, quantò puſillos ſcandaliſat, & à puritate viarum veritatis & vitæ contra Chriſti voluntatem retardat, tantò eſt Antichriſtus: quoniam omnis talis contra Chriſtum conatur, ut ſcilicet perdat pro quibus Chriſtus fudit ſuum ſanguinem. Quid enim aliud eſt perdere quos Chriſtus ſalvare per mortem nititur, quàm Chriſto obſiſtere? Chriſtus per obedientiam vult ſalvare; multi Prælati per inobedientiam præceptorum, & corruptum exemplum, non curant ſcandaliſare per omnia illa, quæ Dominus Ieſus *Matth.* 23. commemorat ad plebem. Hæc ſi vera ſunt, ut mihi videtur, niſi melius informer, oportet ex ſuperioribus rationibus per quemlibet unum virum parvulos adviſari & admoneri, ne ſcandaliſentur. Sed niſi in particulari de ſingulis deformitatibus & peſtilentibus Prælatorum corruptis exemplis adviſentur & admoneantur, minus vitare poterunt. Hæc ſi doceamus, mox hypocritas, oſtẽtatores, ambitioſos, vanos, illecebroſos, avaros Prælatos non ſolùm contra nos, verùm & contra cõmiſſum populum concitabimus: sed Dominus Ieſus, qui ſcandalum paſſivum prohibuit, omniũ ſcandaliſantium dedecora publicè prædicavit in populo, *Matth.* 23. non ſolùm ſcandaliſantium dedecora detegens, ſed æternum

væ ſcandaliſantibus denuntians. Verùm qui hoc Domini Ieſu exemplum ſequi volet, ſciat, quia Dominus Ieſus, quando hoc prædicavit, jam paratus erat crucem bajulare: cujus qui nolit ſequi exemplum, ſinat ſcandala quieta paſſim pullulare. Semper enim videndum, ne medicina morbo nocentior ſit, propter tempora periculoſa. Et unde periculoſa, niſi propter corruptam vitam paſſim Prælatorum Eccleſiæ? Hæc licet ad Scribas & Phariſæos Dominus Ieſus dixerit, non tamen propter illos, quibus regnum Dei mox poſteà auferendum; ſed in longinquum doctrina reſpexit, ſcripta propter nos, quibus à noſtris Paſtoribus, Prædicatoribus, Doctoribus, quando non ſani fuerint, ſimile periculum impendet. Expreſſè namq; Dominus Ieſus in fine *capituli* 24. duo genera ſervorum vocat ſuper familiam ſuam conſtituendorum. Notat quoſdam fideles & prudentes, dantes familiæ eſcam in tempore: alios ſervos malos, ex mora Domini malam & ſtultam fiduciam capientes, qui comeſſantur, inebriantur, extolluntur, ſuper conſervos tyrañidem exercent. Quicumq; illorum exemplo corrumpitur, ut cum eis in foveam cadat, non excuſabit illum ſua ignorantia, vel cæcitas, vel ſtultitia. Si quis per cæcitatẽ & ſtultitiam ſcandaliſatur, cœcus & ſtultus eſt: quia per propriam cæcitatem illorum corruptelas adeò probat, ut ſequatur in corruptelam. Qui verò per ſanam doctrinam & bonum exemplum ſcandaliſatur ut pejor fiat, hic non inter puſillos habendos, ſed inter Scribas & Phariſæos, qui Sapientię conſilia reſpuit. Hic Prophetas lapidat & occidit; hujus interitu Sapientia gaudebit & ridebit. Paſſivum ergo ſcandalum duplex eſt: quoddam puſillorum, quo puſilli ſcandaliſantur; alterum Phariſæorum, de quo Dominus Ieſus, meliùs eſſe ut ſcandaliſentur, quàm ut veritas taceatur. Puſilli ſcãdaliſãtur ex malo; Phariſæi ſcãdaliſãtur ex bono.

Mat 24. *verſ* 45. *& ſeqq.*

Adſumitur quandoq; ad regimen, qui non adſumitur ad ſapientiam, cujus eſt auctoritas abſq; dignitate in ſola poteſtate. Sed quia nulla data poteſtas contra Sapientiam & veritatẽ, non defendendũ ducatui cæco: quia qui cæcũ ducẽ ſequitur, & qui in foveã cadit propter cæcitatẽ ducis, non propter auctoritatem ducis minùs cadit.

Quantùm

Quantùm ſubditi Prælatis & ſuperioribus ſuis obedire obligantur.

CONſideratu dignum, quantùm debet ſubditus Prælato ſuo, & inferior ſuo ſuperiori. Hoc enim debitum non eſt conditi-
nis, ut ſit debitum abſolutè; ſed magis eſt pacti cum Prælato. Nō
m ſuperior dominus eſt inferioris, licet inferiores dominos eos
cent, & ſuperiores aliquando juſtis cauſis perferant. Niſi tamē
periores, juxta debitum pacti, legi pactorum æqui ſint, non te-
itur ſubditus integro debito; ſed quantùm ille legē ſuperioris
plet, eatenùs debitor eſt ſubditus. Vnde ſi prorſùs legem ille
lælatorum abjecerit, jam tunc nullo debito ligatus ſubditus. O-
is enim illa ſubjectio voluntaria & ſpontanea eſſe debet; quã-
non ſubeunda, niſi cum deliberatione. Deliberatio autem
ſam conſiderabit & fructum. Vnde quandocunq; cauſa cum
ctu ejuſcemodi ſunt, ut movere poſſent deliberantem ante
tractum, pari ratione ſolvunt obligatum, quando alter con-
ientium deficit in promiſſo. Ferè enim ex natura hujus obli-
ionis eſt, ut ſubditi ſuperiorem ſibi eligant, quatenùs talem e-
nt, in quo & ex quo ſuæ deliberationis fructum & cauſā pro-
è conjectent. Vidētur autem omniū cautiſſimè agere in eli-
do Mendicantes, qui quotañis electionē ſibi renovant, licet
in ſingulis añis novum ſibi eligant. Sed ſi non eſſet cui tutè
ommitterent, poſſent in ejus locum alium eligere melio-
. Si enim cum ſtatu mutato mutaretur in pejus, expediret
ſq; diſcedere. Quod ergo de matrimonio ſponſi & ſpōſæ fin-
t inter Epiſcopum & Eccleſiam, debitæ fidei ſacramentū eſt,
ndiſſolubilis vinculi: alioquin caſu nullo libellus repudij lo-
nveniret. Quia verè non ſpōſus eſt, ſed paranymphus eſſe de-
cùm tamen ſæpè non ſit. Deberent ergo ſēper deijci à digni-
quando indigni eſſent pręſidentia. Indigni autē ſēper, quā-
lùm infructuoſè. Suſtinētur autē, & id majorū incomode-
more, ſicut & meretrices in civitatibus. Deberet etiā ſimile
de Regibus. Vnde in ōi Republica benè inſtituta ſum̄ꝰ magi-
us vel tempore vel auctoritate, vel añꝰ tātū ſi., vel ſuffragijs
tentiū ab inſolētia cōpeſcatur. Quid n. electio ſignat, niſi
libertatem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

libertatem deliberantis? Oportet enim parêre meliori,& hunc debet electio conjectare: à quo quantùm electio deficit, pro tantò ei non eſt obediendũ. Vnde etiam perfecti viri, quãtùm honeſtè poſſunt, ſeſe ſubtrahunt ab eis,& exemtiones quærunt, & habent in multis ex jure comuni. Ex hoc fundamento non ſolùm Regibus non parendum in malis; verùm etiam jure deberent regno deturbari, niſi majore damno timerentur accepta mala reſartum iri. Sed publico conſenſu impenſæ & opera perditæ, quando ſuſcepta plaga priore vulnere reſarcitur.

Quòd magis ſapienti, quàm Papæ conſentiendum.

Ubi ſapiens à Papa diſcrepat, potiùs & magis eſt ſapienti quàm Papæ ſtandum aut conſentiendum: quia ſententiam excommunicationis à ſapiente latam Papa abſolvere non poteſt. qualis
1. Cor. 16 eſt illa ſententia; *Qui non amat Dominum Ieſum, anathema ſit.*
verſ. 22. Hanc ſententiam Papa abſolvere non poteſt, neq; vinctum per eam abſolvere. Manet autem quiſq; tantùm reciſus à Deo & excomunicatus, pro quanto Deum non amat; licet ſit in ſtatu ſalutis & gratiæ, comunionem tamen illam nuptialem amplexuum & oſculorum non participat, quam ſentit amans. Multùm enim differunt inter ſe *deſiderans, diligens, & amans*. Vnde timens Deum excomunicatur à gradu deſiderantium; deſiderans à gradu diligentium; diligentes à ſublimitate ac dignitate amantium.

In contradictione Papæ & ſapientis, quid agendum?

In caſu ſimultatis & contradictionis inter Papam & ſapientem non ſolùm Papa tenetur audire & ſequi ſapientem, & ſapiens in his, quibus verè ſapiens, hoc eſt, in quibus creditur ſermo veræ ſapientiæ ſecundum imaculatam legem Domini, nullatenùs debet à ſua ſententia diſcedere, & ſequi Papalem auctoritatem: ſed etiam omnis Eccleſia fidelium, quæ cognoſcit rectum ſermonẽ ſapientiæ, debet ſimiliter adhærere ſapienti. Factum hoc nuper in Concilio Conſtantienſi, quando *Ioanni* 22. diſſenſerunt fideles, & *Ioanni Gerſon* conſenſerunt. Quis enim hodie contradicentibus ac diſſentientibus *Eugenio* ac *Bernardo Clarevallenſe*, non *Bernardo* magis quàm *Eugenio* cohæreret? Docet hoc exemplo

xemplo ſuo *Eugenius*, qui ſeveras illas monitiones & correptiones *de conſideratione* plurimas tàm deſideranter acceptavit Pōtificum igitur mandata, quantùm obligent, ad Theologum diſſinire ſpectat: ſi tamen verè theologiſet. *Quis eſt hic? & laudabimus eum.* Plus igitur conſenſu ſapientum Eccleſia in unitate, quàm Prelatorum regimine continetur: quia ſapientum conſenſus efficaciter à Deo dirigitur; Prælatorum regimen ſæpè non ita. quando cæci cæcos ducunt, vel deſerunt, vel errare ſinunt.

Quòd ſæpè verus Papa eſt pſeudoapoſtolus; verus Prælatus falſus paſtor.

VErus Prælatus eſt, qui legitimo titulo in cathedra Petri ſedet. Iuſtus verò titulus cenſetur, qui vel canonica electione, vel ſuperioris collatione provenit. Sequitur igitur, quòd ſæpè verus Papa eſt pſeudoapoſtolus, verus Prælatus falſus paſtor; verus præſidens falſus Epiſcopus. Oportet ergo populum ſæpè perferre pſeudoapoſtolos & evangeliſtas, pſeudo epiſcopos, pſeudopaſtores: alioquin pejor fiet ſciſſura.

Papa, quando non ædificat, nihil facit, niſi periculoſè.

PApa debet eſſe prudens & fidelis ſervus; quemadmodum ægroto medicus peritus ac diligens. Vnde ſicut ægroto medicus imperitus aut negligens nihil facit, niſi periculoſè: ſic ſummus Pontifex, quidquid non fida & ſapiente integritate facit, aut contra hæc facit, nihil eſt quod facit. quia conſtitutus ut ædificet, quando non ædificat, nihil facit: qui conſtitutus ut diſpenſet, ſi non fideliter diſpenſat, verè diſſipat. Sub temulento & perfido mercenario paſtore grex perit, cui ebrio, ſomnolento ſecuritatē promittente nemo de grege ſapienter credit. Longè ergo aliter Petro & Apoſtolis Dominus Ieſus claves regni cœlorum tradidit, aliter noſtris Prælatis. Prudens enim & fidelis ſervus conſtitutus ſuper familiam domini ſui dat eis menſuram tritici in tempore, hoc eſt, pabulum altiſſimum, omnium ſtudiorum pietatis ſollicitudine, cura pervigili, oratione, doctrina, bono exemplo præcedens, proficiens ſubditis, quantùm ſolet caput ſanū ac dignum prodeſſe in populo. Noſtris verò Prelatis negligentiam, laciviam, incuriam, pompam, præeminentiam, cenſuram, rigo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

rem, ſecuritatem mandatorũ tutelam conſervandæ prẹlationis. Has ergo non puto claves regni cælorum: imò, puto clavem eſſe Phariſæorum, qua nec ipſi ingrediuntur, cùm per iſta non ingrediantur, & alios ingredi non ſinant malo exemplo corruptos & impeditos. quantumcunq; certent pro clave poteſtatis, & verè certent: quia revera clavis eſt, magis clavis eſt & verior clavis pietatis, ſine qua nihil facit clavis poteſtatis; & ubicunq; fuerit, ſemper invenit ſibi conjunctam clavem poteſtatis. Nunquàm per has artes *Petrus*, *Paulus* januam regni cælorum gentibus aperuiſſent: nunquàm ſuo conſilio, ſuo ſtudio, ſuo exemplo dixiſſent, liberaßent à jugo ſervitutis & corruptionis. Liquet hoc ex familiaribus eorum, qui quantò magis illorum conſcij, tantò ſũt morum ſocij. In omnibus enim cathedralibus Eccleſijs collegiatis, ubi ſunt craſſiora beneficia, ſemper qui claves ante ferreas habẽt, primi ſunt ex domo Papæ & Cardinalium: qui quales in ædificatione ſunt, niſi qualiter ibidem, unde venerunt, inſtituti ſunt? Nunquàm hoc faſtu Cardinalium cum Apoſtolis & diſcipulis, vel in Hieroſolymis præſide Romano ac Pontificibus, nunquàm Antiochiæ, nunquàm Romæ, niſi majoribus armis invito Nerone, invito Senatu januam regni aperuißet: januam dico regni cælorum; quia ſui regni fortaſſis ita potuiſſet aditum aperire. Sed poſtquàm per Spiritum Sanctum charitas diffuſa fuit in cordibus eorum, & per charitatem confirmati ſunt, & per charitatem & fortitudinem animati ſunt evangeliſare & pati pro ſalute credentium, cooperatus eſt eis Dominus, ut oſtium ſalutis ac Regni aperiretur credentibus; non fidem dante Petro interiùs, ſed exteriùs tantùm ſeminante verbum Evangelij, in quo nulli vel gratia, vel ſapientia, juſtitia eſt magis, quàm in libro ſcripto vel impreßo.

Declaratio verbi Apoſtoli, Non eſt poteſtas, niſi à Deo.

NOn perfunctoriè aut ſuperficialiter legendum aut intelligendum verbum Apoſtoli; *Non eſt poteſtas, niſi à Deo: &*
Rom. 13, verſ. 1, & 2. *quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Itaq; qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Poſſunt enim qui in poteſtate, tàm corporali quã ſpirituali,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſpirituali,errare,& graviter errare,ut in via Dei ſcandaliſent ſubjectos,& obedientes in mortalem errorem præcipitarent. Liquet hoc de Romanis Imperatoribus,Chriſtianæ fidei & pietatis perſecutoribus,quibus forti conſtãtia Laurentius & Vincentius reſtiterunt. Imò, ſi populus pietate incenſus arma contra furentes illos Imperatores moviſſet, & ita illorum inſaniam cohibuiſſet, non putarem in hac ſeceſſione mortaliter populũ peccaſſe. Imò *Auguſtinus* necem Domini refert in tacitum plebis conſenſum, quòd principibus molientibus non reſtiterunt. Et *Ambroſius* unà cum *Gregorio* volunt, non carere ſcrupulo ſocietatis occulto, qui manifeſto ſceleri deſinit obviare. Verba ergo Apoſtoli de poteſtate,ſicut alibi moderatur ipſe, dicens; *Non eſt poteſtas, niſi in ædificationem*, intelligenda ſunt. Quatenus enim ædificat poteſtas, à Deo eſt; & quatenus non ædificat, qui reſiſtendo ædificat, à Deo poteſtatem reſiſtendi habet. Poſſe igitur ædificare, poteſtas à Deo eſt: & qui plus ædificat, plus in poteſtate eſt. Plus igitur in terra poteſtate Paulus quàm Petrus; plus Bernardus quàm Innocentius, vel Eugenius; plus Franciſcus quàm Honorius. 2. Cor 10 verſ. 8.

Præcipiuntur ſubditi monere Prælatum. *Dicite Archippo, vide miniſterium tuum, ut impleas illud.* Imò, præcipiuntur *ſubtrahere ſe ab omni fratre ambulante inquietè & inordinatè.* Igitur multò maximè à Prælato corrupto. Coloſſ 4. verſ 17. 2. Theſ 3. verſ. 6.

Clerus corruptus maximè Eccleſiam deſtruit.

NEmo magis Eccleſiam deſtruit, quàm corruptus Clerus. Deſtruentibus Eccleſiam omnes Chriſtiani tenentur reſiſtere, atq; etiam ad ultimos, puta ruſticos: juxta illud, *Sancta quippe ruſticitas quantùm* Eccleſiam *Dei ædificat vitæ merito, tantùm nocet, ſi deſtruentibus eam non reſiſtit.*

Inſolentia Prælatorum & Principum oritur ex nequitia & ſtultitia populi.

OMnis error, omnis licentia, omnis inſolentia Prælatorum, Principum et Regum, ex malitia, nequitia, ſtultitia populorum ortum habet. Patet hoc ſatis ex bonis, magnis quibuſq; civitatibus, ubi minor Principum licentia: magis autem ex optimè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

rectis optimorum religioſorum monaſterijs, ubi nihil ſibi licere Prælatus ęſtimat præter rectum. & ſi quando aliter putaret, non diu ſineretur: maximè autem ex facto Ioañis Baptiſtæ, Regem arguentis de his quæ non licebant, inſolentiam Regis nō admittentis. Et ſi plurima populi pars fuiſset ejuſdem ſapientiæ, niſi corrigeret, non eum in regno ſuſtinuiſſent. Tales igitur, uti oēs ſunt Principes ex populi peccatis, velut ex originis nido pullulantes. Nihil mirum ergo ſi vipera ſuo partu damnificetur, ſi in re familiari ac dura ſervitute calumniam patiatur à Principe populus foris, quia nulla damna pietatis ac religionis in Deum perſentit. Sentiat foris, ut perſenſa foris vexatio aliquando det intellectum auditui ad ſentienda majora interiorū bonorū detrimenta.

De diſpenſatione Prælatorum, unde habeat fundamentum: & quando non opus eſt eam petere: & quare petitur.

MAndatorum implendorum eſſe non ſolùm differentias etiam ante declarationem Evangelij, ſed eſſe gradus, Iudæorum Scribę cognoverunt. Sed & Dominus Ieſus ſui oris oraculo

Mar. 12. verſ. 30. & 31. explanat, dicens; *Primum omnium mandatorum, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima. &c. hoc eſt primum mandatum Secundum autem ſimile eſt illi, Diliges proximum tuū tanquàm teipſum* Et confitentem Scribam hęc eſſe majora omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs, Dominus Ieſus, velut vera confitentem, cōmendavit, non eum longè eſſe à regno Dei. Verum erat, hæc duo majora eſſe omnibus holocauſtomatibus. Hic autem gradus majoritatis tantam habet vim, ut in cauſa coincidentiæ duorum legis mandatorum ſemper majus ac primum mandatum minoris obligationem excludat. Non enim in lege Dei eſt contradictio: & ideò ſervis Dei non eſt perplexitas. Et ſuper hac veritate ſolida fundatur omnis Prælatorum licentia diſpenſandi. Imò, quia in lege Dei contradictio eſſe non poteſt, ac per hoc neq; ſervis Dei perplexitas, tenetur omnis fidelis Dei ſervus mox abſq; quacunq; diſpenſatione minoris mādati ſeſe prōtum accingere ad majora, quando non poteſt utrūq;. Docet Dominus Ieſus de coincidentia duorū legis mandatorum, de honorandi

randi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

dis parentibus, & de offerendis muneribus: quorum primum urale & neceſſarium; reliquum voluntarium & liberum. Oibus enim holocauſtomatibus & ſacrificijs majus eſt, non ſon parentum neceſſitatibus, verùm etiam proximorum indintiæ ſubvenire, etiamſi ſacrificium voto & juramento firmait. Sed quòd in talibus diſpenſatio petitur, fit aut propter mem ignorantiæ propriæ, aut vexationis aliunde.

De Sacramento Pœnitentiæ: & quæ ſint claves Eccleſiæ. De Poteſtate ligandi & ſolvendi.

Doct. Weſſelus *in quadam Epiſtola de poteſtate ligandi & ſolvendi.*

VErum eſt, Petrus & omnes Apoſtoli habuerunt in terris poteſtatem ligandi & abſolvendi; ſed hoc miniſterio, non imperio. Poterant miniſtrare verba Evangelij, & credenius myſteria gratiæ, ſacramenta chariſmatum, præcepta ſalutis: æ quicunq; piè recipiebant, verè ſolvebantur à vinculis diaboæ captivitatis. Non autem credo fuiße in arbitrio Petri, quos let à vinculo Sathanæ ſolvere, aut illo ligare. Quemadmom unus tantùm qui baptiſat in Spiritu Sancto; ſic unus tanm qui ligat & ſolvit: ligat, inquam, & ſolvit imperio. Quo em imperio Papa ſolveret, qui neſcit, ſolutus utrùm ſolutus ſit inculo Sathanæ, an non?

De clave Eccleſiæ non errante.

Tu igitur cautus ad conditionalem, tanquàm inexpugnabile lum refugis. &c. Vide *infrà*, in *Epiſtola de indulgentijs, ad M. obum Hoeck, Decanum Naeldwicenſem. Cap. 8. & 10.*

De clavibus Eccleſiæ quid ſentiendum.

TAnta eſt in univerſo orbe terrarũ diffuſæ Eccleſiæ latitudo, tanta eſt omnium fidelium multitudo, tanta ſtudiorum & luntatum varietas, ut nullius unius hominis induſtria, etiam mma diligentia invigilantis, idoneam eorũ curam gerere poſi in his quæ ad Deum ſunt: immò, nec unius quidem ſolius. uotidie non dico, neq; ſingulis horis homines aliter atq; aliter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

in his quæ Dei ſunt habent; ſed omnibus momentis, aut excidunt à vita quæ in Deo, aut revertuntur ad vitam Spiritu Sancto vivificante, charitatem ac gratiam diffundente in corda eorum. Quę autē tunc Eccleſiæ clavis reviviſcentibus illis Eccleſiam aperuit, *Apoc. 3. verſ. 7.* ubi nullus Eccleſiæ miniſter intervenit, niſi clavis illa, *quæ cùm claudit nemo aperit, & cùm aperit nemo claudit?* Clavis hæc Spiritus Sanctus eſt, & gratia Dei data per eum, & charitas Dei diffuſa in cordibus vivificatorum.

Mat. 18. Dicet hîc aliquis, Quid ergo Petro datum in verbo Domini? Duo dico data Petro. Primum, claves regni cælorum: & hæ ſimiliter datæ, licet non æqualiter, omnibus filijs Dei Spiritu Sancto vivificante viventibus. Et his clavibus fideles omnē pium admittunt, omnem impium excludunt, quocunq; etiā ſtatu aut dignitate fungentem. Secundū, Petro datum eſt paſtoralis curæ debitum, in quo ſi officium integrum præſtet, duplici honore dignus habebitur. Officium autem hoc in his eſt, quibus baptiſatus cum baptiſatis convivere tenetur. In his enim quibus ethnicus cum ethnico convivit, Papa à Chriſto non accepit paſtoralem commiſſionem. Neq; in quibus Deo ſoli officium ſuum homo negat aut exhibet, Papa à Chriſto commiſſionem accepit: ſed in his tantùm, quibus Chriſtiana multitudo invicem communicans Prælatorum judicio innoteſcere poteſt. Non enim præcepit Petro vivificare ſpiritu mortuos, non deijcere à vita viventes, ut vel det non habentibus charitatem, vel habentibus adimat.

Chriſtus promittendo claves promiſit Spiritum Sanctum.

DOminus Ieſus, quando promiſit Petro claves regni cælorū, ut quidquid ligaret in terris, ligatum eſſet in cælis, nihil aliud promiſit quàm Spiritum Sanctum, & per Spiritum Sanctum charitatem diffundendam in corde Petri. Hoc enim idem tunc promiſit, quod poſt reſurrectionem abſolvit, quando inſufflavit in Apoſtolos, dicens; *Ioan. 20. verſ. 22. & 23.* *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt eis.* Spiritus Sanctus datus in cordibus filiorum Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[..]ta gratia, ſapientia, charitate ſimilitudinem operatur, ut prorſus deiformes ac dij fiant, unus cum Deo Spiritus: qui ſic Spiritu [..]ntur, ut in omnibus vijs & actionibus ſuis purè, rectè, integrè [..]nt, in aliorum judicio ſapienter, juſtè, concorditer Deo judi[..]nt. Quos ergo Deo gratos gaudent & acceptant, verè gau[..]nt, verè acceptant, verè mundos judicant, verè judicat etiam [..]us mundos, & gaudenter acceptat. Non tamen ipſi mun[..]nt; neq; quia illi mundos judicant, ideò Deus eos mundat: ſed [..]a Deus acceptat, & mundat, & remittit, acceptant & remit[..]nt ipſi motum zeli, quem antè habuerunt adverſum illos, dùm [..]uc eſſent peccatores. Hîc jam facilè videre eſt, in ſacramen[..]bus & juſtificatione impij quam habeat Prælatus ex officio [..]eſtatem. Nam in hac, & ex hac Petro facta pollicitatione [..]hil amplius habet Papa, quàm quantùm ſortitur de ſimilitu[..]e Petri. Quantùm enim in actione per Spiritum Sanctum [..]ritate & ſapientia agitur, eatenus habet claves: & non [..]pliùs.

[..]tem, Qui dixit, *Quodcunq; ligaveris.* &c. idem dixit, *Non eſt [..]trum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua po[..]ate.* Et quia eorum non erat noße, non fuit eorum poſſe [..]ituere regnum Iſrael: multò minùs reſtituere regnum cælo[..]m, quod majus regno Iſrael erat. juxta illud; *Si non poteſtis [..]d minus eſt, quomodo quod majus eſt poteritis?* Suæ enim dun[..]at poteſtati Deus hæc reſervavit. *Act. 1. verſ. 7.*

De poteſtate Papæ & Prælatorum in excommunicationibus & indulgentijs.

[P]Ari paßu auctoritatis ſeu poteſtatis clavium ambulant indul[..]gentiæ & excomunicatio: neq; plus poteſt Papa in reconciliã[..]d Deo animabus, quàm poſſit alienandis. Sed in excomunican[..]di nihil poteſt, niſi per forum Eccleſiaſticum foris ad oculũ ſepa[..]r[..], & deſtituere etiam corpora mortuorum Eccleſiaſtica ſepul[..]; ſimiliter in indulgentijs à vinculo Canonum & cenſuris li[..]berare: Deo autem præter ſimplicem uſum aut abuſum fi[..]d[..], ſpei & charitatis, nihil eſt quod conciliare aut alienare

poſſet. Non enim reconciliatus Deo per gratiam ſacramentalem & charitatem plus ei reconciliatur arbitrio aut æſtimatione Papæ, aut excomunicatione Papæ magis alienatur à Deo. Non enim liceret excommunicare, ſi magis alienaret à Deo. Non enim licet ei facere magis peccatores. &c.

Fidelis & prudens in domo Domini ſui ſervus nihil facit præter & extra voluntatem Domini ſui: & quidquid facit in domo Domini ſui, Dominus ratum & firmum habet. Scit enim omnem voluntatem Domini ſui, quia prudens; & eam ſemper facit, quia fidelis. Quidquid ergo vult prudens & fidelis ſervus, ratificat Dominus ejus. Firmum ergo eſt & ratum in cœlo quidquid fidelis & prudens ſervus deſiderat, quidquid odit, quidquid deteſtatur, quidquid laudat, adprobat, favet, judicat mundum, pollutum. Nec ad hoc eum Ordinis dignitas authenticat, ſed charitas per Spiritum Sanctum diffuſa in corde. Fit ergo ut horum deſideriorum, favorum & judiciorum ratitudo non ex auctoritate prodeat, ſed ex conformitate ad rectitudinem primam primò judicantem, ſolventem primò, aut ligantem primò: cui quantùm judicando conformatur rectitudine, tantò etiam ſociatur auctoritate, & participat in bono opere. Non enim in ligando aut ſolvendo præcedit ligantium aut ſolventium hominum judicium, ſed ſequitur. Et hoc ſignificat in verbo ſuo Dominus Ieſus; *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur; & quorum retinueritis, retenta ſunt eis.* quaſi apertiùs diceret; Quorum peccata per acceptum Spiritũ Sanctum retinueritis aut remiſeritis, procul dubio retenta aut remiſſa ſunt. Sed quiſquis fidelis aut prudens eſt in domo Domini, hic Spiritum Sanctum accepit; neq; vel imprudenter, vel infideliter, vel contra Spiritum Sanctum remittit peccata aut retinet, neq; Deo præjudicare contendit: & facilè quidquid poſt judicantem Deum prudenter & fideliter judicat, ratum inveniet in cœlo. Neq; ad hæc plus facit auctoritas prudentis & fidelis Epiſcopi, præter miniſterium, quàm flagrans charitas fidelis & diſcreti juſti. Immò, nec ſexus femineus obſtat, quin ſi fidelis & prudens

Ioan. 20. verſ. 22. & 23.

charita-

caritatem habeat diffuſam in corde ſuo,poſſit & ipſe conformi-
t:ſentire,judicare,favere,diffinire divino judicio. Hujuſmodi
eim claves veræ claves regni cælorum ſunt, quibus omnibus fi-
l s Dei regnum aperitur,& efficaciter januam regni aperiunt.

De duplici ſacerdotio.

DVplex eſt ſacerdotium,unum Ordinis & ſacramentale;alte-
rum naturæ rationalis,& commune omnibus. Secundum
ſie primo ſatis eſt.Primum ſine ſecundo reatum habet. Secun-
dm gratiam adfert.Secundo Antonius ſupra multos Epiſcopos,
ſcoriarius ſupra Antonium.

Apoſtoli conſecrabantur & inungebantur in Spiritu Sancto:
quoniam Spiritus Sanctus ipſe eſt unguentum,quod nobis Chri-
ſtus ſua morte promeruit;ideoq; omnes baptiſati ſumus,& inun-
cti in morte Chriſti, & in Spiritu Sancto. Invenimus namq;
Chriſtum conſecraſſe Apoſtolos & diſcipulos: receperunt enim
omnes unguentum Spiritus Sancti. Nullo quidem alio oleo ſeu
chriſmate uſus eſt Chriſtus in Epiſcoporum ac Sacerdotum ſuo-
rum conſecratione:ſed propter reverentiam ac dignitatem San-
cti Eccleſia plurima ordinavit,quibus cultus ſacramentorum re-
dmitus eſt,quæ in primitiva Eccleſia fieri non ſolebant.Apoſto-
lus ait; *Impoſsibile eſt ſanguine hircorum aut taurorum auferri* Hebr. 10
peccata. Non ignorabat Apoſtolus legalia ceremonialia divini- verſ. 4.
tus fuiſſe inſtituta,& eodem auctore,quo novæ legis ſacramenta:
inde ut quæcunq; ſacramenta eſſent, neceſſe erat ut Filius veni-
ret,ut ſingulari ſacrificio placens faceret Dei ſui voluntatem. Ea-
dem etiam ratione de ſacramentis novæ legis. Adeò enim im-
poſſibile eſt aqua vel oleo peccata auferri, quatenùs hircorum
ſanguine. Et eodem auctore inſtituta ſunt.

Valdè in abſolutione fori pœnitentialis conſiderandum, quòd
peccator tenetur ligatus vinculo, quo ſacerdos eum non ligat.
Peccatum enim duntaxat ſeparat à Deo: quia illi ſoli peccatur.
Cui ſi unitus fuerit, mox à vinculo mortis iterum ſolutus liber
it in actum amoris, honoris, & ſancti timoris. In hanc liber-
tatem quiſq; reſpirare poteſt per nomen Ieſu, & per nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Trinitatis,& per nomen Domini, credendo cum pietate: *quia*
Prov. 18 *turris fortitudinis nomen Domini.* Quia qui credit in Ieſum, hic
verſ. 11. habet vitam æternam: quia vivit adeò ut poſſit ordinatè creſcendo proficere. Fides enim veram vitam habet. Non tamen hîc volo quin debeant confiteri, ubi cōmodè poſſunt; ut qui vivificè vident magis videant, & qui verè vivunt perfectiùs vivant. Semper enim cum pietate ſubeuntibus efficacia ſunt ad majorem gratiam ſacramenta, niſi quando majoris pietatis fiunt impedimenta. ut in quibuſdam vocalem confeſſionem ita ſectantibus, ut majora legis, charitatem, cordis pacem interiorem, pſalmodiam impediant. His non tàm ſacramenta, quàm impedimenta ſunt: quare in quibuſdam ad horam intermittenda. Hoc niſi *Paulus*, *Antonius*, *Macarius*, *Arſenius* ſenſiſſent, magno ſpiritualium damno latuiſſent in ſolitudinibus, vacantes ab Eccleſiaſticis. Sūt colligationes impietatum, & vincula impiorum, quæ monemur dirumpere. Sed hæc non poteſt ſacerdos poteſtate ſua, nec Papa ipſe ſolvere, niſi peccator ipſe divinitùs adjutus ut proijciat à ſe jugum quod portabat cum impijs. Poteſt autem eſſe miniſter verbi & prædicator, quò audiens convertatur; & converſionem ejus deſiderare & orare, convertere non poteſt. unde ad communionem piorum recipere. Nec ſunt ulla ſacramenta divinitùs ad hoc data, quibus ſolis efficaciter impius convertatur; ſed benè quibus converſus adjuvetur. Vnde ſecundum ordinem diligendo primò unitur Deo, quia filius Dei reſtituitur: deinde filijs Dei frater efficitur, & eorum communitati reſtituitur. Vnde in hac ſolutione æqualiter per omnes filios Dei in fraternitatem accipitur, ſive ſit Auguſtinus in Hiſpania, ſive Papa in Italia. omnes in hac receptione & participatione ſinum charitatis expandunt, ubi divinitùs in filium Dei ſumitur. Difficultas ergo multorum in hac materia eſt ex confuſo intellectu, rem à re non diſcernentium: quia ſi diſcernerent, profectò non ita fluctuarent, neq; tàm ambigui confunderent. Multa enim mala in populo Dei ex verbis confuſè prolatis: ut, ignorantia, ambiguitas, conſiliorum inopia, perplexitas, error,

..t,hæreſis,præcipitium, corruptio gregis. &c.

Non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno quis confitebitur tibi? Pſal. 6. verſ. 5.

NVllus autem confitetur,niſi memor. Nullus memor,niſi
juſtificatus ad vitam. Nemo vivit manens gehennæ filius.
..tet ergo, quòd antequàm quis confiteatur peccatum ſuum,
..m à reatu ſuæ prævaricationis, quo æterna ſibi ſupplicia debe-
..ntur, per gratiam internæ compunctionis abſolvitur. *Au-* Diſtin. 1.
..ſtinus de pœnitent. c. ſicui. Et arguit ibidem ſic: *Si ergo*
..tequàm quis confiteatur reſuſcitatus vivit dùm confitetur, ſicut
..tequàm reſuſcitaretur à mortuis confiteri non poterat; ſic poſt
..uſcitationem mortuus confiteri non valet: reſtat ergo ut reſuſci-
..us vivat, dùm peccatum confitetur. Habet utiq; ſuum reſuſcita-
..rem præſentem, ſeq; inhabitantem: quoniam, ut ſubdit ibi-
..m, *ſicut corpus abſente anima vivere non poteſt; ita niſi Deo præ-*
..te, inhabitante, vivificãte, anima vivere non poteſt. Habet ita-
..e anima ſibi Deum præſentem per gratiam, quæcunq; vivens
..catum ſuum confitetur; eamq; jam Deus, qui vita eſt, inha-
..at, quam inhabitando vivere facit. Si autem illam inhabi-
..jam templum Spiritus Sancti facta eſt illuminata. Eſt ergo à
..ebris peccatorum expiata. Ergo templum diaboli eſſe de-
..,quæ ad lucem redijt, cujus reſpectu tenebræ fugantur. *Nulla* 2 Cor. 6. verſ. 15.
..m, teſte Apoſtolo, *conventio Chriſti ad Belial.* Aut quæ com-
..nicatio templo & idolis? Templum ergo Dei eſt, in quo-
..q; ſacrificium laudis honorificat Deum. Quomodo mor-
.. laudabunt te, Domine? Quicunq; ergo Deum laudant, ma-
..vivunt quàm qui ſua peccata confitentur Deo adverſum ſe.
..s enim delectari in Domino, quàm ſua peccata deteſtari. Sed
..jore vita vivit qui Deum diligit multùm, quàm qui ſacrificio
..dis Deũ honorat. Vera igitur ſatiſfactio nihil aliud eſt, quàm
..fecta vita in Deo. Quantò enim imperfectiore vita vivit, tan-
..adhuc à vita diſtat: & quantò vivit, tantò habitantem in ſe vitã
..bet. Omnis enim qui odit malũ venit ad lucẽ. Sed hujus odij

argumenta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

argumenta ſunt, confeſſio, deteſtatio, ſatiſfactio. Magis eſt amare lucem, quàm odire tenebras. Qui autem laudat lucē, jam amat: & qui multùm diligit, magis amat. Ab his ergo non oportet odij argumenta exigere, ſed fovere & promovere in inſtituto. Non enim à potiori vita revocandi ad inferiorem. Vnde erraſſe puto, ſi quis Magdalenam propter ſatiſfactionem voluiſſet ad miniſteria eleemoſynarum à ſua vacatione revocaſſe. Vnde expreſſe ſubdit idem poſt pauca; *Cùm ergo ante confeſſionem, ut probatum eſt, ſumus juſtificati per gratiam, & filij lucis facti, evidentiſſimè adparet, quòd ſola contritione cordis, abſq; oris confeſſione, peccatum remittitur.* Et poſt pauca ibidem; *Non ergo in confeſſione peccatum remittitur, quod jam remiſſum probatur. Fit itaq; confeſſio ad oſtenſionem pœnitentiæ, non ad imperationem veniæ: quemadmodum circumciſio data eſt Abrahæ in ſignum juſtitiæ, quæ erat in præputio; non in cauſam juſtificationis. ita ſacerdoti offertur confeſſio in ſignum acceptæ veniæ, non in cauſā accipiendæ remiſſionis.*

Fides noſtra non homini, ſed Deo obligatur.

CRedere Domino Deo Patri, latria eſt. Vnde quod credit Eccleſia, nulli membro Eccleſiæ credit. Credit enim in Deú: & credens in Deum credit in Ieſum Chriſtū qui Deus eſt; credit & in Spiritum Sanctū loquentem per Apoſtolos, Evangeliſtas, Prophetas. Rectè ergo monet Paulus non credere venienti cuiquam præter id, quod acceperant ab Apoſtolo docente, *etiamſi veniret angelus de cælo; etiāſi veniret Apoſtolus ipſe docens aliter, quā ante per eum docuerat Spiritus Sanctus.* Non n. in Petrum aut Paulum credit Eccleſia, neq; in angelum de cælo, neq; in aliquam partem Eccleſiæ, neq; in Eccleſiam totam; ſed in Deū ſolum, in quem & ſperat, & quē credendo & ſperando adorat. Verba tamē Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Prophetarum, ſi quis loquente per eum Spiritu Sancto adferat, & fideles noſtræ fidei veritates firmiſſimè credit, quemadmodum alibi Spiritu Sancto loquente traditas. Vnde in talibus licet non loquatur Spiritus Sanctus, loquuntur tamen in Spiritu Sancto: quemadmodum alibi habet Apoſtolus; *Nemo loquens dicit Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto.*

Galat. 1.

1. Cor. 12 verſ. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quęcunq; ergo ejuſcemodi ſunt, ut ea nemo dicere poſſit, niſi in Spiritu Dei loquens, id eſt, ea loquens, quæ Spiritu Dei aliquãdo loquente auctoritatis robur acceperunt, ea omnia, per quēcunq; dicuntur, firma fide tenenda ſunt: non quia ille dicit; ſed quia in Spiritu Dei loquens dicit. Ex hoc jam planè ſatis patet, qualis habenda Doctoribus Eccleſiæ fides, qualis habenda ſumis Pontificibus, qualis item generalibus Concilijs. Semper enim habenda loquentibus in Spiritu Dei, hoc eſt, ea quę quandoq; Spiritus Dei locutus eſt. In Deum enim credimus, non in Eccleſiam catholicam; non in Concilium Latinum; non in Papam. Probabile tamen eſt, fidelium multitudinem, aut Latinorum fidelium cœtũ non adeò divinitùs derelinqui, ut corruptis Paſtoribus tradantur & deſerantur: niſi fortè propter altiſſimas & abditas cauſas, refrigeſcente charitate, periculoſis temporibus Deus aliud ſuper Eccleſiam ſuam permittat, ac det eis paſtores erroris. Iam enim etiam generalia Concilia indulgentias plenarias publicarunt, nõ minùs ſummis Pontificibus Romanis. Dico enim *probabile*; quia non neceßarium. Dico item *Latinorum fidelium*; quia tot linguæ fidelium ultra fontes Nili, trans Indum, Hydaſpen, & extra Gangen, quò Latina decreta pertingere non poſſunt. Dico *propter altiſsimas cauſas* juſtiſſimæ & abditiſſimæ prædeſtinationis. Dico *periculoſis temporibus, propter abundantem iniquitatem & refrigeſcentem charitatem*; quia in illis ſurgent homines quærentes ſemetipſos, contemnentes Deum, blaſphemantes, illuſores, quæſtum putantes pietatem.

Contra cōmunem opinionem de monarchia Romani Pontificis eſt, quòd impoſſibile homini eſt fines orbis terræ noſſe, qui nullo unquàm coſmographo omnes comprehenſi ſunt. Quomodo igitur judicabit, quos noſſe non poterit? Quomodo judicabit fidem, quorum linguam ignorat? Vnitatem igitur Eccleſiæ Deus Spiritus Sanctus fovendam, vivificandam, conſervandam tenuit & augendam; non Romano Pontifici, ſæpè non curãti, reliquit.

Vnam Eccleſiam Catholicam confiteri oportet; ſed hanc uni-

tatem

tatem in unitate fidei & capitis, & unitate lapidis angularis: non in unitate directoris Petri, vel ſucceſſoris. Quid enim potuit Petrus, niſi orare, cùm eſſet in Italia, pro his qui apud Indos tentatione vel perſequutione periclitabantur? licet plus aliquid quā ſucceſſores potuerit. Aut quid ſub ſæviſſimis perſequutoribus, contra doctores errorum in diverſis mundi partibus? quæ decreta vel generalia Concilia poterant in unitate hac ſecunda Eccleſiam continere? Sola igitur prima ſub eſſentialis capitis unitate unitas eſt, quod ſymbolum in illo verbo inſinuat. Hodie namq; verè, ſecundum verbum Domini, teſtimonium Evangelij uſq; in ultimum terræ receptum; & verè Chriſtiani inveniuntur ultra Hyperboreos, ultra Indos & Scythas, ultra Æthiopas, ultra tropicum Capricorni: quibus locis ac lingua diſtantiſſimis nulla Romani Pontificis, aut noſtrorum, Conſtantienſis aut Baſilienſis, generalium Conciliorum decreta humanitùs innoteſcere poſſunt. Et nihilominùs in unitate fidei, pietatis, & veræ charitatis nobiſcum unam Eccleſiam Catholicam & Apoſtolicam conſtituunt, etiamſi Romam, aut Romanorum aliquem Pontificem eſſe neſciant.

Non colligavit hominum ſocietatem Deus fidei vinculo, ut credat alter alteri neceſſariò verum eſſe quod adſerit alter; ſed colligavit charitate, ut neceſſariò teneatur alter alterum diligere: etiam peccatorem, quòd non oportet credere etiam vera dicenti. Poteſt enim juſta cauſa timoris ſubeſſe, ut non credam etiā dilecto, & diligenti, & uerum dicenti. Et hoc ex eodem fundamento, quo nemo alterius animum ſcire poteſt, magis quàm ſi mutus, ſurdus, cæcus eſſet omnis homo omni homini: non dico quin plus cōmunicent, ſed quo non magis quæ hominum ſunt ſciant. Cùm ergo non homini credere oportet, neq; Papæ oportebit. Valdè enim in ambiguo fluctuaret fides noſtra, ſi illi credendum qui ipſemet ſæpè errat: ut in & ex Decretalibus cōvinci poteſt, & *Rabineus* Andegavis publicè in cathedra arguenti mihi confeſſus fuit inquiens; *Si hæc ita ſunt, univerſum noſtrum fundamentū falſū eſt*. Si ergo nō Canonibus jam ſoleñiter publicatis, aut

authenticè roboratis, credere oportet, quia ſunt extra Sacrum
nonem, non Papæ ulli credere oportet: ſed diligere, venerari,
obedire, quantò rectè officio fungitur.

Debet quiſq; privatus de omni celebri multitudine præſume-
quòd in ſuis diffinitionibus non erret: quia rationabile & piũ
præſumere non ſolùm de celebri multitudine, ſed etiã de quo-
t famoſo viro. Sed non tenetur propter hanc præſumtionem
cipitare vel definire propterea verum eſſe quidquid illa mul-
do diffinierit: quia qui fidem ſuam Deo ſecundùm Sacram
pturam obtulit, quandocũq; aliqua diffinitio ſibi videtur Sa-
Scripturæ contraria, debet ſibi ante omnia ſuſpectus eße de
intelligendo Scripturas. Et ideò diligenter inquirere tùm
ones & intelligentiam contrà diffinientium, tùm ſententiam
erum intellectum Scripturæ, contra quam ei videtur diffini-
ſed nunquàm contra conſcientiam ſuam ſequi multitudinis
initionem, quàmdiu videntur ei diffinire contra Scripturam.
tamen, ut ſemper paratum ſe exhibeat credere, ubi melius fu-
informatus. Non enim ſine cauſa ſtatutum eſt in Concilijs,
tiam unus contradicens audiatur.

Quia in amore tota lex pendet & Prophetæ, utilius erit exer-
ium charitatis quàm ſtudiũ veritatis, non modò ad mercedẽ,
ùm etiam ad profectum cognitionis. Propterea enim legun-
literæ Sacræ, ut diligatur Deus. Et licet ex diligendo Deum
æ literæ planæ fiant & apertæ, non tamen propterea potiſſi-
m Deus diligitur.

Carnalis homo non ſapit quæ ſancti amoris ſunt: igitur judi-
non poteſt. Vnde judicium Eccleſiæ, & eorum qui in Eccle-
præſident, quia ſæpè carnales, animales, mundiales, aut diabo-
ſunt, & tamen ſuum officium verè adminiſtrant ſicut viri ſpi-
es & Deo pleni, liquet, excomunicationes & indulgentias
ad ea, quæ charitatis & amoris ſunt, ſe extendere; ſed tantùm
xteriorem pacem & tranquillitatem Eccleſiæ. Vnde indul-
tiæ ſunt remiſſiones de his pœnis, quas Prælatus injunxit, aut
ngere poteſt. Excommunicationes ſunt ſegregationes à

corporali

corporali convictu & communione: nam à ſpirituali participatione timentium & amantium Deum nullus reijcere poteſt, niſi ſolus Deus.

Si qui in Eccleſia Dei errores fiant, ſive per temeritatem, ſive per imperitiam, ſive per nequitiam, ſive malitiam Prælatorum in conſtituendo, in diſpenſando, de conſtitutionibus queſtũ faciendo, cenſuras fulminando, indulgentias dando, populum Dei inquietando, dominando, excommunicando, nihil in his magis offenditur verus amator Dei, qùam in aperta infidelium perſecutione. Sanè, cui mori lucrum eſt. Adeò enim amor Dei liber eſt, ut non ſolùm non humanis legibus, ſed neq; Prophetis & lege Moſis, etiam tempore quo adhuc ſtabat, ſubdatur.

Non omnis admittendus ad legendum: quoniam qui ſine charitate libertatem charitatis vendicat, diſſolutus & effrænis vagatur, ac præceps in omne malum ruit.

Scientia veritatis eſt conjectatrix; ſapientia ſalutis. Poteſt ergo ſcientia eſſe ſupervacua, vana; qualis eſt omnis ſcientia quæ ex curioſitate ſequitur veritatem: quemadmodum muliebris garrulitas fatua eſt, quia ſolo fatu ſatietatem quærit. Sic ſcientia veritatem ſolam; ſed ſapientia ſalutem ex veritate quærit. quo fit, ut quia multæ veritates parùm conferant ad ſalutem, ideò de illis, qui verè ſapiens eſt, parùm etiam curet: & ita rectè ſapientia non curioſa. Quemadmodum catulis omnis curſus, ſaltus, concertatio, & vinci invicem & vincere, lacerare, & inſultare pro fructu eſt: ubi verò ex catulis canes facti fuerint, maturi ad venationem, non jam invicem vanè concurrunt, ſed omiſſis ludis uno ſerio prædam ſectantur. Quemadmodum ergo jocus & ſerium, ludus & ſtudium, curioſitas & conſilium; quoniam in illis actus, in poſtremis fructus: ita ſcientia etiam & ſapientia diſtant. Inter ſe ludentibus actio ipſa pro fine eſt; ſtudioſè autem negotiantibus ex actu fructus deſtinatur.

Omnes homines natura ſcire deſiderant: quoniam naturalis actus mediæ partis imaginis. Et quia non minùs mens & voluntas imaginis Dei ſunt partes quàm intelligentia; ideò omnes homines

mnes natura meminiſſe deſiderant quantùm ſcire. Sed quia me-
miniſſe volumus propter ſcire, ideò videmur magis deſiderare ut
ſciamus, quàm ut meminerimus. Verùm hanc eandem regulam
ſequentes, invenimus etiam ipſum ſcire non finem ultimum eſ-
ſe: qui enim ſcit ut ſciat, ſtultus eſt, quia non ſapit ei ſcientiæ fru-
ctus, neq; ſapienter ſuam ſcientiam ordinat. Habet enim cognitio
veritatis magnum in ſe fructum, ſi ſapientem habeat colonũ. Per
eam enim poteſt ſciens accedere ad Deum, ut amicus Dei fiat, ſi
cognoſcendo Deum Deo adhæreat, proficiet paulatim, ut guſtet
quoniam ſuavis eſt Dominus, & guſtando concupiſcet, & concu-
piſcendo inardeſcet, ardendo amabit & vivet Deo, ut unus ſpiri-
tus cum Deo fiat. Hic eſt fructus verus, merus, ſincerus ſinceræ
ſcientiæ: quem verè omnes homines natura habere deſiderant
magis, quàm vel meminiſſe vel ſcire. Quoniam ſicut fluctuans
meditatio fatua eſt abſq; ſcientia; ſic ſcientia ſterilis eſt abſq; amo-
re. Imò, quòd reliqua duo deſideramus, ex hoc fonte deſideriorũ
prodit. Videmus enim, & certi ſumus, nihil tàm ab hominibus
omnibus amari quàm beatitudinem. Scimus præterea, nihil tàm
amabile ut amorem. Scimus præterea, nihil tàm debere amari
quàm Deum. Hæc tria ſi vera ſunt, imò, quia veriſſima & certiſſi-
ma ſunt, & omne verum vero conſonat, neceſſe eſt Deũ noſtrũ
nobis beatum amorem eſſe, & ad eum ſolum naturaliter nos ten-
dere & anhelare: quoniam is noſtræ perfectionis terminus & fi-
nis, noſtræ culturæ fructus verus & ſolus, ad quem qui non per-
venit ſtultus colonus eſt. ut qui meminit ut meminerit ſtultus
eſt quoniam ſcientiæ obliviſcitur; ſapientior aliquantò qui me-
minit ut ſciat. Sed ſi illic hæret, ſtultus & ipſe eſt; quia vacuus &
vanus manet, ſterilis de fructu ſuo. Quid enim, ſi firma radice,
ſolido trunco, proceris ramis, frondoſa in altũ arbor excreverit,
ſi tum grandi pollicitatione multorum fructuum falſa, menda-
cique fruſtret exſpectantem? Sic excreſcunt in altum Philoſo-
phi, inviſibilia Dei per ea quæ facta ſunt conſpicientes: quia noſſe
ſolum pro fine & fructu habent, velut ſteriles & aridi reproban-
tur, & inſipiens eſt cor eorum, quibus non ſapit ut ament. Sed

quare non amant, cùm ſciant & cognoſcant eum? niſi quia ſciūt eum ut ſciant, non ſciunt ut æſtiment; & ideò cùm ſciant non æſtimant. Et quomodo amarent, quàmdiu non æſtimant perverſi? Ergo duobus potiſſimis naturalibus deſiderijs inſenſati iſti reperiuntur in medio vitæ reſidentes, & illic finem conſtituentes ubi non eſt. Et quia *ſuperiùs* Deū finem hujus viæ definivimus, quid. quid aliud ſibi pro fructu & fine ſtatuunt, licet hominibus mitius aliquid videatur de eis, omnes idololatræ ſunt. Extollunt n. iſti qui ſciunt ut ſciant, etiam licet Deum ipſum ſciant, ſcientiam ſuam ſupra Deum: quoniam ſi Deum agnitum ſupra ſcientiam extollerent, jam ſuper omnia Deum glorificarent. Alij verò tertij, qui ſciunt ut ſciantur, turpiore ſtultitia deſipiunt; quoniam in arbitrio alieno poſuerunt Deum ſuum: inſtabilem ſanè & infidelē Deum. ſed qualem ſibi ſua finxit inſipientia: non longè diſtantes à quarto deſcenſus gradu, qui ſcire volunt ut magni habeantur. Hi in profundū lacus deſcenderunt, quibus ſciendi magnitudo pro Deo eſt. Et hi non ſolùm inſipientes ſunt cum ſuperiob⁹ tribus; ſed, quod intolerabilius eſt, etiam ſunt peſtilentes, & ſeditioſi, & importabiles ſocijs. Cùm enim volunt magni eſſe, volunt multitudinem parvam eſſe, & imbecillem plebē. Hic jam aliorū infirmitatem pro Deo habet. Quartus autem & ultimus gradus eorum qui ſoli volunt videri ſcientes. Hi non in lacu, ſed in fundamento, hoc eſt, ultimo loco, ſunt ſocij ejus qui rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ, qui nihil æſtimat præter ſe ſolùm. hic ſolitudinem habitat. Hoc jam loco de ligno ſcientiæ boni & mali, & quid ſit comedere de fructu ejus; ſcire, ſcilicet, ut ſciat: & quomodo ſe nudos invenient in futuro. Verùm qui ſic de fructu comedunt ut fiant ſicut dij, hoc eſt, ut magis habeantur præ ceteris ſicut dij, ſæpiſſimè per indecoram arrogantiam ab omni decore & ornatu nudantur, ut verè cogantur erubeſcere, & cadant in ſeipſis à pace cordis, inveniant ſic turbatos, iratos, & indignantes, velut à paradiſo ejectos, ut ſint eis omnia ſterilia, arida, aſpera, dura, horrida, quando videbunt ubiq; ambitionem ſuam confractam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Non eſt iſta ſapientia de ſurſum deſcendens; ſed animalis, terrena, diabolica. Sapientia verò quæ de ſurſum primùm quidem udica, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena miſericordia & ructibus bonis, judicans ſine ſimulatione. Animalis hæc ſapiētia on ab animali, ſed ab anima dicitur: licet ſententialiter penes aiquod in idem redit, ſi ab animali animalis dicitur. quia quæ anina carnem vivificante ſententia dictatur, frequenter animalis, animalium dictata, more & conſuetudine magis quàm rationalis. Verùm quia *Iacobus Apoſtolus* non ζωικὴ, ſed ψυχικὴ dixit, *Iacob. 3. verſ. 15.* anima, non ab animali ſapientiam hanc denominans ac dinguens, altiorem quandam ſapientiam reprobare videtur; eam delicet, quæ ab anima rationali, velut proprio fonte, oritur. onſtat non de ſurſum nobis venire ſapientiam eam, quæ ex obis fontem & ortum habet. Omnis ergo Philoſophorum rioſitas, quæ non pietate ſata germinavit, animalis fuit. Vn: evanuerunt in cogitationibus ſuis, ut beſtiales fierent & terni, & traderet eos Deus in reprobum ſenſum; adeò ut corpora a, quæ templa eſſe debebant per pietatem inhabitantis Dei, ſſionibus ignominiæ adficerent, neq; illo ruinam ſiſtentes, ex rrenis diabolici facti ſunt, occulto dæmoniorum ſuaſu ſeducti, ſtatuas, aras, thura, templa, dieſq; feſtos, ritum ſacrum, titulos, nominum inſcriptiones ſibi fieri procurarent. Hæc *Pytharas*, hæc *Socrates*, hæc *Plato*; ſed maximè *Ariſtoteles*: proreà in Ægyptum & Perſidem profecti, ut inde ſibi nomen, ſuam diabolicam curioſitatem, dæmonum colloquio & familiaritate diſſeminarent.

Spiritualis autem ſapientia eſt, quæ à Spiritu ſapientiæ dotur & inſpiratur, quam propterea *Iacobus* de ſurſum dicit, uia de ſuper de Spiritu Sancto orta eſt. Spiritus enim Sanctus, uemadmodum animæ noſtræ comparatus ſuperior eſt; ita uia ſine illo anima noſtra, quantumlibet corpus vivificet, ortua eſt: rectè qui animam noſtram vivificat, ipſe animæ oſtræ, menti noſtræ, virtutibus noſtris, & ſanctis actibus oſtris vivificans Spiritus eſt. Et hic Spiritus Deus eſt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Ioa. 6. verſ. 63. & qui adorant in hoc, pro Spiritu oportet adorare. Et *Spiritus eſt qui vivificat, caro non prodeſt quidquam.* Multa hîc de phantaſmatibus, conceptibus, tùm ſenſibilium, tùm intellectualium dũtaxat; & de reflectionibus actuum, & intentionibus, & primis actuũ cõceptib9, in quib9 vel animalis vel ſpiritualis negotietur.

Quid ſit detrahere: & quòd aliorum ſcelera narrare, non ſit detrahere.

DEtrahere proximo non licet: quia detractores Deo odibiles. Proximorum ſcelera retractare licet impiorum, exemplo Domini Scribis & Phariſæis avaritiam, faſtum improperantis. Sed & juſtorum beatorum exemplo: etiam Sacræ Scripturæ, peccata Davidis, filiorum Zebedæi explicitè pertractantis & recenſentis. Non ergo proximorum peccata narrare, detrahere eſt, neq; etiam ſi fiat cum diffamandi intentione: quemadmodum Apoſtolus pſeudoapoſtolorum peccata cõmemorat, ut infames faciat, & indignos auctoritate apud auditores. Peſtilens res eſt, quando de corrupto homine apud ſimplices habetur bona opinio. Velut enim ſi detur gladius in manus furioſi; ita ſi datur honor homini ſtulto: magis autem, ſi datur auctoritas homini nequam: maximè autem, ſi dignitas malitioſo. In talibus omnibus contravenitur præcepto Domini, prohibentis falſum teſtimonium dicere. Falſum autem teſtimonium fert, qui dicit, aut habet honorem indigno aut ſtulto. Præterea contra illud, *juſtum judicium judicate, filij hominum.* Injuſtum enim omne eſt, quo nequam dignus auctoritate, ſtultus honore dignus judicatur. Detrahere ergo quod in vitium ſonet, amplius habet, quàm ut aliena mala cõmemorentur; puta, ſi ex odio perſonæ, non ex odio peccati cõmemoret. qui ſi non aliàs, poſſet etiam per vera criminari quomodocunq;, etiam falſò & mendaciter inſinuare. Qui verò peccati odio peccatorẽ odit, & infamando inſequitur, perfecto odio odit illum cum Pſalmiſta.

Pſal. 58. verſ. 1.

Pſal. 139 verſ. 22.

Qui aliorum malefacta narrant, niſi certa malitia dicant, & ſolida mendacia dicant, non detractionis vitiũ incurrunt: quia non ideò faciunt, ut falſò innocentiam obruant. Vnde ſi vel ſola loquacitatis libidine dicant, & putantes verum dicere, non eos puto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

tractores. Tanta enim hypocritarum malitia atq; nequitia eſt,
expediat vulgatam & propalatã eſſe. Vnde qui propterea vul-
: ut audientes cautiores reddat, fraternæ charitatis officiũ ex-
vit. Monet n. Apoſtolus *obſervare eos qui non ita ambulãt. &c.* Phil. 3.
minus Ieſus *attendere à falſis prophetis. &c.* Et alibi, *attendere* verſ. 17.
rmento Phariſæorum & hypocriſi. & ſubdit, *à fructibus cogno-* Matth. 7
ndos. Quomodo autem attendent aut obſervabunt, de quibus verſ. 15.
il mali præſumunt? quomodo præſument, de quibus nihil au- & 16.
runt? & quomodo audient ſine referente? & quomodo refe- Luc. 12.
t ſi non liceat? Licet ergo non ſolùm, ſed & oportet aliorum verſ. 1.
itia, facinora & ſcelera referre, non libidine detrahendi, aut
nam famam alterius minuendi. &c. Bona eſt fama, non quæ
a eſt, quæ boni opinione impunitatem & peccandi licentiam
it & corruptelam. Fama, niſi vera ſit, quomodo bona? Quæ
ſa, quæ licentioſa, quæ impunis, quæ peſtilens, ab hac ſi ſum
ractor, non criminatoris, ſed eſt monitoris, præmonentis pro-
mum im̃inentia pericula devitare. Et hoc eò magis, quò ex ta-
urnitate majora pericula impendent: uti ſunt corruptorum
igioſorum & Prælatorum ſcelera, quos præcipuè ſum̃is crimi-
ibus judicijs oporteret coërcere. Quid ſi nõ liceret referre? &c.

haritas malis & hypocritis debet obſiſtere: & tales infamare, non eſt detrahere.

CHaritas diligit hẽm propter bonũ; & eadẽ charitas odit eun-
dem propter malũ. Dicit enim; *Super inimicos tuos tabeſcebã;* Pſal 139.
rfecto odio oderam illos. Homo in charitate dignus eſt amore; verſ. 20.
homo in iniquitate dignus eſt odio. In eodem homine ſi ſint & 21.
rporalis & ſpiritualis infirmitas, videaſq; ſpiritualem infirmi-
orem corporali, debes ex charitate negligere corporalem, nec
rare, etiamſi poſſis levi medicamine. Similiter de paupertate:
oniam exteriora beneficia omnia propter interiorem hominẽ
arandum fieri debent. Quemadmodum ergo in externis bo-
, & in corporali valetudine; pariformiter in fama & nomine.
ullatenus enim nomini aut famæ illorum, aut opinioni faven-
m, qui fama aut veſtimentis ovium utuntur ut licentiùs
ſſentur & corrumpant gregem. Dei enim charitas eſt talibus

obſiſtere. Neq; obſiſtitur, quàmdiu latere ſinuntur: prodere ergo oportet & in publicum propalare talium hominum nequitias. Neq; detrahere eſt, tales homines infamare: detrahitur n. quando viro bono & ſancto nomini mala intentione quidquam decerpitur. Falſo autem nomini, ac peſtilenti nomini ſi quidquam decerpitur, ut vulpes & lupus verè tales agnoſcantur, nihil puto detractum lupo aut vulpi, licet inſidijs ejus detractum ſit aliquid. Sed luporum inſidias reſcindere, non puto detractare cenſendū, niſi fortè diabolo reſiſtere detractare ſit &c.

In cathedra peſtilentiæ qui ſedeant.

Omnis alta profeſſio, frigida adfectio, peſtis eſt in Eccleſia Dei. Igitur qui principatum, præſidentiam, præeminentiam, dignitatem, religionem, doctoratum, ſacerdotium, pontificatum ſuſcipit, ſi adhuc divitijs, delitijs, honoribus, ambitioni inhiat, in cathedra peſtilentiæ ſedet. &c.

Cenſura Doct. Weſſeli *de ſtudijs Univerſitatum.*

GRande & grave contra Vniverſitates argumentū, quòd Paulus Athenis parvum fructum fecit, majorem operatus in Corintho vicina civitate, & in Theßalia tunc ferè barbara, quàm in Attica civitate, ubi tunc fons erat Græcæ ſapientiæ. Studium ergo liberale non valdè Deo placet. Et revera, ſicut ego Coloniæ & Pariſijs vixi, & quæ vidi, odioſa Deo magis ſunt, non ſtudia Sacrarū literarum, ſed ſtudiorum commixtæ corruptiones.

Marc. 2. vers. 15. *Multi publicani & peccatores ſimul diſcumbebant cum Ieſu: erāt enim multi, & ſequebantur eum.* In grandem confuſionem Phariſæorum & Scribarum illius temporis hoc verbum dicitur: quoniam cùm ab incunabulis legem & ſanctam inſtitutionem accepiſſent, ad quæſtum potiùs quàm ad pietatem, corporaliter etiam prædicantem pietatem non audierūt, non ſequuti ſunt; ſed contemſerunt, ſed ſubſannabant, ſed perſequabantur. Publicani autem, prava conſuetudine & contubernijs inſtituti & corrupti, foris quidem peccatores publici, ſed intus minùs corrupti, minuſq; peſtilentes quàm Phariſæi & Scribæ, non ſolùm non contemſerunt, ſed avidè acceptarunt. Formidandum eſt hodie, non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

non minùs in corruptis noſtris Prædicatoribus & Paſtoribus deteriorem eſſe peſtem, faciliusq; in die Domini magna publicanos, meretrices convertendos ad rectitudinem, quàm hujuſmodi qui ſciunt voluntatem Domini & ſubſannant. Qui, cùm quotidie verbum Dei tractant, non obediunt, velut calle quodam indurată mentis depravantur, ut pejores durioreſq; fiant, publicanis & meretricibus difficiliùs convertantur, & nequiùs doctrinæ divinæ adverſantur: & ſic eorum cõverſio deſperatior. Multi enim publicani & peccatores diſcumbebant cum Ieſu, & ſequebantur eum. Vnde etiam publicani & meretrices præcedunt Phariſæos & Scribas in regno Dei. Sicut enim fortis eſt ignis, qui ardet in aqua: ſic pertinax nequitia eſt quæ perſtat & fixa manet cum quotidiana verbi Dei tractatione. Qui enim cognoſcentes Deum contemnunt, neceſſariò traduntur in reprobum ſenſum, ut omnium hominum nequiſſimi fiant. Melius talibus viam veritatis non cognoviſſe: quoniam gravius judicium ſument. &c.

Sequuntur aliquot notulæ de Sacramento pœnitentiæ valdè conſolatoriæ, in quibus reprehenduntur ponentes tres partes eſſentiales Sacramenti pœnitentiæ.

DIcunt cõmuniter, ad integritatem Sacramenti pœnitentiæ tria concurrere; contritionem, confeſſionem, ſatiſfactioné. Sed hi, ſi intelligerent vim verbi in Pſalmo, *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies*, non tàm importunè inſtarent. Quid enim eſt cor contritum, niſi cor ad minima comminutæ & confractæ duriciei obduratæ mentis humiliatum cor? Nihil ergo contritio, quàm comminuta obduratio, confracta in obſequium Dei. Cor ergo conteri, eſt cor durum abijcere, cor voluntarium Deo offerre: juxta illud; *Voluntariè ſacrificabo tibi.* Nihil enim aliud declinare à malo, quàm facere bonum; Qui enim non facit bonum, nondum declinavit à malo: quia malum eſt, non facere bonum. Si ergo qui cor durum conterit & abijcit, cor piũ & ſpontaneũ, Deo non deſpiciendũ, offert, profectò jã humiliato corde juſtus, & jã Deo ſatiſfactũ in remiſſionem peccatorũ,

Pſal. 51. verſ. 18.

Pſal 54. verſ. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Non ergo prima contritio, neq; poſtrema ſatiſfactio ad Sacramẽtum pœnitentiæ vivificantis & juſtificantis ex morte ad vitam neceſſariæ ſunt, licet ſine vera contritione. &c. ſicut nec ſine vera humilitate vita ſpiritus vel redit, vel conſervatur.

Participatio ſacramentorum eſt opus gratiæ, non juſtitiæ. Majorem juſtitiam ponunt *Reales* ante Sacramentum confeſſionis, quàm poſt: quia ante, veram contritionem; poſt verò, ſolam pœnalem ſatiſfactionem.

Pœnitentia, ſi ſacramentũ eſt, contritione non eget: quia contritio juſtitiæ opus eſt; & ita contritus ante ſacramentũ juſtus. igitur ſacramentũ non juſtificationis eſt reditus ad vitam. Neq; propterea ſtatuo cõfitentẽ non poſſe venire contritũ ad ſacramentũ, quemadmodũ ad baptiſmũ pridem in Spiritu Sancto baptiſatus.

Contritio meræ opus juſtitiæ eſt natura, tempore ſequens ſacramentum, niſi divinitùs præveniatur & acceptetur pœnitens ad juſtificationem. Iuſtificatio gratiam, ſapientiam præſupponit; Contritio juſtitiam & charitatem. Charitas jam infuſa non propter præcedentia peccata purgationẽ poſtulat, ſed ſolùm propter præſentem imperfectionem & impuritatem: quoniã ſuper præteritam tranſgreſſionem. Ita Magdalena & Petrus, quemadmodũ quiſquam pœnitens, purgatorij longi eguiſſent.

Infuſæ jam gratiæ opus eſt contritio, deteſtatio videlicet peccati, opus meræ juſtitiæ. non ergo pars ſacramenti pœnitentiæ; quia ſacramentum pœnitentiæ præcedit, & operatur juſtificationem. Et eſt contritio nihil aliud quàm juſta peccatorũ æſtimatio, qualem de ſe Magdalena habere potuit in medio gaudio ſuo diei Paſchæ, & Petrus quando adparuit ei Dominus Ieſus: non tunc ſenſibilem habuerunt cordis dolorem.

Multùm ergo derogãt liberalitati donatoris, & multùm adgravant humeros peccatoris, qui ante ſacramentum gratiæ juſtitiam præexigunt in accedente. Iuſtitiam dico contritionẽ: qui n. conteritur, jam juſtus eſt, neq; ſacramento vivificatur; ſed à debito confitendi duntaxat in facie Eccleſiæ ſolvitur. De confeſſione vide etiam *ſuprà, & infrà, de poteſtate ligandi & ſolvendi.*

Præterea

Præterea valdè circa hunc locum notandum, quòd neq; dolor, neq; triſtitia, neq; contritio in oculis Dei accepta ſunt magis, quàm amor ex quo procedunt. Omnium enim paſſionũ primus eſt amor. Iudas n. doluit, & ideò triſtis fuit, quòd abiens laqueo ſe ſuſpendit. Sed non acceptus dolor ejus, qui ex amore ſui, non Dei proceſſit: ut ex ejus origine, videlicet pravo judicio & ſtultitia, ducentibus eum ac dirigentibus in finẽ ſtultũ, apertè liquet. Quoniã omnis timor, mœror, ſpes, dolor, ex amore velut radice naſcitur, ideò cõfiteri oportet in pœnitente mœrorẽ de peccatis nõ acceptiorẽ eſſe in conſpectu Dei, quã ſit amor unde procedit. Vnde dolor Iudæ, pœnitentia ducti quòd juſtũ ſanguinẽ tradidiſſet, nõ plus Deo placuit, quã amor ille unde proceſſit. Amabat n. ſeipſũ, & ideò fur erat, volens occultis loculis de furto propriæ concupiſcentię ſatiſfacere. Sed quia convictu, converſatione doctorũ quotidie divinarũ legũ veritates tractaverat, & ex his quę viderat ambigere non potuit, ſicut nec dæmones, quin vitæ Deus eſſet: ideò collatis & comparatis invicem cõmodis loculorũ & periculis divini judicij, ex eodẽ amore ſui velut ſtercora reputavit commoda loculorũ, quando videbat inſtare terrorẽ judiciorũ divinorũ. Vnde dolor ille non magis Deo placuit, quã radix ejꝰ in corde Iudę, videlicet amor ſui, quo cũ cuperet perpetuo impius vivere, & hoc per ſuã viã impoſſibile videbat, ideò ſtulto mœrore ductus abijt laqueo ſe ſuſpendens, reprobus in radice, reprobatior in ramo, reprobatiſſimus in fructu. Vnde minùs peritè faciũt qui tantoperè dolorẽ à pœnitente conãtur extorquere: magis n. gaudia movere deberent. Valdè facit ad propoſitũ parabola de amiſſa drachma vel theſauro, cujus amiſſionẽ nemo magis dolet, nemo ſapientiùs dolet, quã amavit, vel ſapienter amavit. Sed hic dolor non perſeverat, niſi cum jactura perſeverante. Vbi verò repertus theſaurus, non jam dolor, neq; jam ſapienter etiam ei dolendum; ſed magis ex abundanti gaudio vicinos & amicos cõvocat ad congaudendum. Vnde dignus fructus pœnitentiæ non dolor aut mœror de peccatis; ſed magis amor Dei, ex quo poteſt mœror procedere: licet amor potius & promtius gaudium re-

Luc. 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

conciliati Dei. Magdalena quòd verè dignos pœnitentiæ fructus fecerit, nemo dubitat. Sed quales? niſi quia multùm amavit, & ex amore multo multæ illæ lacrimæ proceſſerunt, & mœror ſuæ commiſerationis deteſtans, tanto bono tàm ſancti amoris expertem fuiſſe doluit. Ergo tantùm, quantùm hunc beatum amorem amavit. Sed multò plus & incomparabiliter plus gaudebat in ſe, videns amorem illum in ſe: verùm adhuc magis de Deo ſuo per amorem reperto. Quantò igitur majus habere Deum reconciliatum, & habere Dei amorem in ſe perpetuò manſurum, quanquam aliquanto tempore fuiſſe alienatum à Deo, tantò debuit plus gaudere quàm dolere. &c. Non enim dolor, aut mœror, aut ſenſibilis triſtitia neceſſariò requiritur ad pœnitentiam. Eſt enim actus mentis pœnitentia, ſicut peccatum: utrumq; enim voluntatis. Et ſicut peccatum voluntatis tantùm eſt, ita pœnitentia ſolius eſt voluntatis. Fructus autem dignus pœnitentiæ eſt converſio integra ad eum, à quo avertendo peccavit: & qui fructum illum præſtare poteſt, is veriſſimè pœnitet, quia pœnitentia propter illum fructum, velut finem, bona eſt. Magis ergo & fructuoſiùs Magdalena pœnituit, quando multùm dilexit, quàm quando priorem vitam deteſtabatur. Non tamen hîc macerationem carnis reprobandam cenſeo, quæ magno & ſalubri conſilio injungitur pœnitentibus.

Quòd in Magdalena non amaritudinem, ſed amorem, pœnitentię dignus fructus comendavit, Paulus etiam inſinuat, præcipiens charitatem confirmare in illum, qui ſuam novercam inceſtaverat matrimonio: & præſertim in cauſa quam ſubdit, *ne abundantiore triſtitia abſorbeatur.* Quòd ſi Paulus charitatem confirmaret, & in ea potiùs vult conſolandum & fovendum eum, & non abundatiore triſtitia abſorbendum, ſola ea triſtitia Domino placet, quæ ex amore offenſi Domini procedit; non quæ ex turpitudine peccati concipitur, qualem habuit Iudas, & ante illum Cain. Iudas poſt admiſſam proditionem retractans quid feciſſet, intolerabili perculſus amaritudine, pœnitentia ductus, relatis argenteis ac in templum projectis, publicè confeſſus pec-

2 Cor, 2. verſ. 7.

caſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

iſſe tradendo ſanguinem juſtum, confeſſus eſt, nec illo con-
tentus abijt laqueo ſe ſuſpendens. Hinc non mœrorem, ſed fu-
rorem adactæ mentis ejus advertere eſt, velut dæmoniorum in
gregem porcorum permiſſæ ingredi legiones, qui furore dæmo-
niorum ſeſe præcipitabant in mare. Sic Iudas, clareſcente im-
manitate patrati ſceleris in corde ſuo, importabilis ipſe ſibijpſi
factus eſt. Et quia ſuperbia contumax Deum reſpuit, neq; hu-
militer, neq; piè, neq; fideliter poteſt meminiſſe Dei ſui, ſtimu-
los veritatis ferre non ſuſtinens, confugit ad laqueum. Par-
um igitur ſalutem adfert gravium peccatorum agnitio verita-
tis, etiamſi magnum adfert mœrorem. Sed ex vera peccato-
rum agnitione magnum ſalutis fructum operatur fervor charita-
tis. Non enim ſteriles fuerunt amaræ illæ lacrimæ Petri, ſed a-
more Domini Ieſu, ac tanto amore conditæ, ut ceteris Apoſtolis
plus amaret. Ad amandum vocati ſumus, non ad amarican-
dum. In amore, non in mœrore beneplacitum eſt Deo. Vnde
ſi quis ex amore doleat, placet non quia dolet, ſed quia ex amo-
re dolet. Liquet hoc ex verbo Domini Ieſu ad Magdalenam
multùm amantem, quo mœrorem ponere juſſit, inquiens, *va-
de in pace.* Sed amorem commendans colere ſuaſit amorem. *Luc. 7. verſ. 50.*
Per hanc lucis & veræ ſapientiæ viam nonnulli ignorantes diffi-
culter animas ſuas quietare poſſunt, videntes Iudam tàm ama-
rè dolere, & legentes tàm grave judicium Domini Ieſu de eo-
dem. Sed fallit eos error primus, putantes mœrorem de immani-
tate peccatorum procedentem placere Deo. Tantùm enim
talis mœror placet Deo, quantùm credulitas, feritas, furor car-
nificum. Hæc enim extrema ſunt unguenta nequitiæ, contu-
maciæ, malitiæ, ſuperbiæ, contumeliæ, blaſphemiæ, ſuapte co-
natantia & agitantia ſceleratos, ubi ad aquilonem habitantes
atq; ullo fervore charitatis clarus radius veritatis mortis regio-
nem illuſtraverit. Quid enim tetrius viſu, ſpectatuq; horrendi-
us quàm regnum ſuperbiſſimi regis? &c. In hoc regno mors im-
perium tenet, hîc omnes mortem deſiderant, & quiſq; plenis
votis proximo ſuo mortem ſperat. Quàm diſſimilis regio hæc
regioni

regioni vivorum eſt,ubi perfecti amoris, decoris regnum eſt!

Pro illa mea adſertione de dignis pœnitentiæ fructibus abſq; medio dolore admiſsorum peccatorum, & media confuſione,& confeſſione,antequàm juſtificetur & reviviſcat, valdè facere videtur verbũ illud de duobus filijs, quorum primogenitus cùm primò renuiſset ire in vineam patris,poſteà tamen ivit,& pro tãto dicitur illic feciſſe voluntatem patris. Quæro,in quo fecit voluntatem patris?An quia potuit?an quia abijt in vineam? Nam quantumcunq; de eo quòd non abierat pœnituiſſet,ſemper non abeundo priorem irreverentiam auxiſset. Patrem igitur reverendo & ejus voluntatem faciendo pœnituit, non pœnitendo voluntatem fecit. Sic publicani & meretrices fecerunt voluntatem Dei credentes Ioanni Baptiſtæ, & adhærentes ei in via juſtitiæ,qua venerat ad eos. Propter viam juſtitiæ pœnitentia accepta eſt, non via juſtitiæ propter pœnitentiam accepta eſt. Sic pœnitenti Magdalenæ peccata multa dimiſſa ſunt,quia multùm dilexit: & pœnitentia ejus propter dilectionem accepta,non dilectio propter pœnitentiam.Non odium probabile niſi quod ex amore procedit:& ſi amor integer ſit,nihil opus illi ut per odium foveatur & creſcat.Satis eſt amori Magdalenæ,ut revertens ad viam juſtitiæ ſic feratur in ſua peccata, ſicut jam gaudens in cælo, vel ſicut in aliorum debebat ferri in via juſtitiæ deteſtando tantùm & reprobando,quemadmodum etiam in alia ſua non commiſſa ferendum erat illi.

Mat. 21.

InSacramẽto confeſſionis non eſt ſacerdos judex aut abſolutor magis,quã mundator in baptiſmo. Sicut n. ſacerdos tingit aqua foris, & Chriſt⁹ tãtùm baptiſat in Spiritu Sãcto;ſic in reliquis etiã ſacramentis.Sẽſibile quidẽ miniſteriũ ſacerdos exhibet, ſed nullius poteſtatis jura exercet. Spiritualis n. vita,quæ per gratiã Spiritus Sancti à nullo,niſi à Chriſto,donatur. Sacramentalis ergo abſolutionis beneficium in confeſſione non ex judiciaria poteſtate confeſſoris pendet,ut nulla ſit abſolutio,tanquàm à non ſuo judice, quàm ab alio ſacerdote,quando pia ſimplicitate,ſincera pietate quis alteri abſq; contemtu Eccleſiaſticæ auctoritatis extra confite-

nfiteretur: quia non ſacerdos abſolvit vincula peccatorum, ſed
riſtus. ſicut non preſbyter baptiſat in Spiritu Sancto, ſed Chri-
s. Chriſti enim baptiſma eſt, non Ioannis, aut Petri, aut Pauli,
: Apollo.

confeſſione ſacramentali, quòd non ſit judicialis, conſolatoria tractatio: & quòd confitens abſq; judiciali diſcuſſione ſit abſolvendus.

CONfeſſio ſacramentalis ex forma ſua non eſt judicialis, ita ut ſi non adſit judicium & diſtrictum judiciũ confeſſoris, nõ ſit
us confitentis & abſolventis verè verum ſacramentũ. Sufficit
m ad veritatem efficacis ſacramenti, ut confitens verè & fide-
r dicat; confeſſor poſt acceptam illius confeſſionem abſq; ju-
iali diſcuſſione abſolvat. Quia ſicut pœnitentis confeſſione
at pœnitentem Deus, & non peccator; ita ſacerdotis abſoluti-
e dimittit Deus, & non confeſſor. Hi miniſterium exhibent,
mysterium operatur Deus. Quid hîc opus exterius viſibile
icium faceret de peccato, quando Deus interiùs peccata non
udicat, ſupervacuè prætenditur in ſacramento, quod nihil re-
in abdito myſterio. De confitente & confeſſione ſolùm ju-
at Deus, nihil de confeſſis peccatis. Quomodo enim judicare
ditur confeſſa, qui confitenti promiſit omnia retroacta per ſc-
a confeſſionem condonare? Stultè ergo faciunt, qui poſt con-
onem non ſolùm judicant, ſed etiam poſt abſolutionem tor-
s fiunt, flagris feriunt, virgis percutiunt. Deus jejunia & cili-
non judicat, & homo judicium vendicat. Deus pœnitentiam
icit, peccata non reſpicit; homo qui pœnitentem reſpicere
poteſt, præterita peccata vult reſpicere, Deo contrarius in a-
do. Non poteſt ſacerdos judicare de confitente, ſi verè, ſi fi-
ter confiteatur. Quòd ſi verè, fideliterq; faciat, non vult De⁹
cata ejus quoquomodo dijudicare. Sed quòd poſt confeſſio-
Deus judicat, hoc eſt de confitentis reſtante im̃unditia, qua-
multa ſæpè ex infirmitate, ex mala priori conſuetudine, ex
tiplici ſocietate, ex varia neceſſitate, impoſita vanitate, ex oc-
is & alienis, quæ ſola Deus ignoſcere poteſt, in homine juſto,
ortu ſalutis & gratiæ conſtituto. Meliùs ergo facerent, bono
exemplo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

exemplo vitæ confitentium mores corrigendo, quàm verberibus & flagris terrendo. Magis enim contra libertatem confitentis & contra liberalitatem remittentis Dei faciunt, diminutam illius donationem facientes, & ſcrupuloſam iſtorum confeſſionem: utrumq; falſò implicantes. Infamatur Deus non liberaliter & integrè donare; terretur plectendus integrè confiteri. &c. Vide *ſuprà* plura *de confeſſione.*

Valdè irrationabiliter de Sacramento confeſſionis loquuntur qui adjunctam ſatiſfactionem adſerunt eſſentialem partem pœnitentiæ. Primò, quia detractant ſacramentali ſufficientię, qui nō putant Principis donationem ſufficere ad remiſſionē. Secundò, falſificant verbum abſolutionis: quia cùm dicunt abſolvo, poſteà ligant, & iñodatum dimittunt. Sed, quod omnium gravius eſt, univerſū ſacramentum periclitant: quia protrahunt uſq; in peractam totaliter pœnitentiam injunctam. Vnde ſi fragilis ille iterū tempore medio labatur durante ſacramento, propter obicē poſitum in parte ſacramenti, totū ſacramentum facit nullum fuiſſe. Quæ enim eſſentialiter unum conſtituūt, unius nullitate omnia fiunt nulla. Videant igitur, quantum laqueum fidelibus inijciāt, qui tanto tempore dicunt eſſentialiter trahi ſacramentum.

De non injungendis aut imponendis ſatiſfactionibus grande
Luc. 15. argumentū in patre recipiente filium ſuum ex perditione & morte revertentem ad ſe. Non increpavit, non caſtigavit, non flagellavit, non incarceravit: ſed accurrens oſculatus, amplexatus, prægaudio lacrimatus, juſſit proferri calceamenta in pedibus, ſtolam primam indui, añulum dignitatis in digitū, occidi vitulum ſaginatum, inſtrui convivium, epulari, lætari, & cantare. Quales huic revertenti Papales indulgentiæ neceſſariæ? Plena igitur ad Deum reverſio, dignus fructus pœnitentiæ ſolus. Sola igitur converſio ſatiſfactio eſt.

Pſal. 32. verſ. 1. *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Et qui ſint illi declarat ſubdens;
verſ. 2. *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.* Quomodo enim remiſſa peccata, quando adhuc imputantur ad pœnam? Peccata enim preterita, ſi pror-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

præterita ſunt,ita ut nullum reſtet malum veſtigium vel cica-
tric in volũtate;non poſſunt aliter imputari,niſi ad pœnã. Quòd
aliter imputetur,ſequitur implicatio & contradictio. Conclu-
ditur ergo,ſi Deus præterita peccata non imputet,quòd nõ puni-
at;quia ſi puniet imputabit, cùm non poſſit aliter imputare. Se-
quitur ergo ex verbo *Pſalmiſtæ*,quòd omnem remiſſionem con-
comitatur neceſſariò impunitas. Malè igitur in gratia defunctis
pœna reſervatur;niſi quantùm gratia illorum adhuc nondũ per-
fecta fuerit,& perfectionis indigens, conatu & ſtudio augendæ
charitatis,ac per hoc purgandæ imperfectionis habet. Malè igi-
tur Papa purgatorij pœnas relaxat,ſi non poteſt imperfectã cha-
ritatem facere perfectiorem ſine pœna. Miror itaq; valdè,& non
video quomodo intelligi poſſit mortale peccatum prorſus eſſe
præteritum:quemadmodum ſi dicamus, mortale vulnus pror-
ſus unquàm prætereat;quod ſi prætereat, liquet non fuiſſe mor-
tale. Sic etiam peccatum mortale ſi non mortem ſpiritualem ad-
ferat,hoc eſt,ſi non vitam animæ, Spiritum Sanctum, auferat,
mortale non eſt. Vnde ſi mortale,mortem neceſſe inferat:igitur
ignorantiam Dei,(*vita enim æterna noſſe Deum,*) deſpicientiam *Ioan. 17.*
Dei, & contemtum Dei. His enim & hujuſmodi anima mortua *verſ. 3.*
llo, morte ſcilicet peccatorum. Mors autem peccatorum
peſſima. Manent igitur peccata mortalia in mortuis, neque
tranſeunt peccatoribus magis quàm letifera vulnera mortuis.
Vnde ut peccata mortalia prorſus prætereant, & non pejore
morte ſuperſint, ſola rediens vita præſtare poteſt. Non redit
autem vita,niſi Spiritu Sancto redeunte. Mortalia igitur pec-
cata nunquàm prorſus prætereunt, niſi Spiritu Sancto renova-
tis in viſceribus mortuorum reſuſcitatorum. Igitur quàm diu
in morte ſunt, ſi puniantur mortaliter, proprium ſuæ mor-
tis fructum ferunt. Mirabile plurimùm,cùm videant remiſ-
ſam in reddita vita mortem, cur non videant mortis pœnam
remiſſam, poenam peccati. Qui enim conſubſtantialem ſi-
bi Spiritum & vitam peccatoribus donavit, impunitatem non
donabit? Quòd ſi dicant,etiam poſt redditum Spiritum oportere

præce-

præcedentia peccata puniri, quia præceſſerunt: ergo in æternum oportebit Petrum & Magdalenam puniri, quia in æternū verum erat eos peccaſſe, debere ergo tanto ſupplicio puniri pro mortali. Aut ſi dicant, æternam pœnam remiſiſſe, ſed non temporalē; hoc non aliud eſt, quàm non totaliter eſſe remiſſam pœnam. Sed mirū, qui æternam remiſit, quare non etiam temporalem. Rationabilius ergo videtur dicere, temporalem pœnā non propter præteritam culpam, ſed propter venialia prioris peccati præſentia veſtigia venialia, & propterea venialiter ac temporaliter puniri: ſed ea punitio talis erit, qualis eſt caſtigatio filiorum intra latitudinē adoptionis & gratiæ venialiter offendentium.

Sicut nullus egeſtatem tollit, niſi qui divitē facit; & nemo ſurditatem aut cæcitatem tollit, niſi qui videntem facit, aut audientem; ſic etiam nemo peccata multa dimittit, niſi qui multùm diligere facit. *Dimiſſa* quippe *ſunt ei peccata multa, quia dilexit multùm.* Et ille dimiſit, qui dilectionem dedit. Peccata autem dicuntur, quia contra legem: debita verò, quia non ſoluta ſecundū legem, quia tenetur ligatus lege debitor, qui non exſolvit quæ ſecundum legem debet. Idem igitur debitum & peccatū. Nemo igitur peccatum dimittere poteſt, qui non poteſt debitum dimittere. Debitum autem legis, quòd non ex toto corde, ex tota anima, ex toto ſpiritu, nō ex tota fortitudine, nō ex tota virtute &c. Deum diligimus. Hoc debitum nunquàm in hac vita ſolvimus, & quàm diu non ſolvimus, manemus debitores, manemus peccatores. Sed peccatoribus manentibus in peccato peccata præſentialiter manentia non dimittuntur. Et hoc fortaſſis Dominus notare voluit in Magdalena, non omninò illi peccata dimiſſa, quia non omnimode pro integritate primi mandati dilexit; ſed multa illa peccata dimiſſa, quia multùm dilexit: & quantò adhuc non perfectè dilexit, pro tanto adhuc illam in peccato eſſe, neq; dimiſſam eſſe. Novit autem ille, qui menſuram iſtam charitatis infudit, quando reliquum uſq; ad perfectum eſſet infuſurus; & profectò tunc illi omninò omne peccatum & omne debitum dimiſſurus. Nemo igitur, neq; Apoſtolica ſedes, neq; etiam peregrinans

Luc. 7. verſ. 47.

Deut. 6. verſ. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

gnans in terris Catholica Eccleſia, poteſt per quaſcunq; bullas vel indulgentias plenariam dimiſſionem vel remiſſionem facere. Et hîc grandis locus de auctoritate Conciliorum: quia invenitur patentibus literis publicaſſe indulgentias plenariæ remiſſionis, licet in veritate ſit ejuſdem poteſtatis, omnia, & multa peccata vel debita dimittere; ſicut ejuſdem ſolius Dei multam vel perfectam charitatem infundere. &c.

In baptiſmo Ioañis confitebantur peccata ſua, & ſic baptiſabantur à Ioanne baptiſmo pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. *Marci 1.* Chriſti verò baptiſmus eſt etiam baptiſmus pœnitentię digniore fructu. Nam & Dominus Ieſus ad ſuum baptiſmum vocans, ait, *pœnitentiam agite*. &c. & Petrus ad Iudæos in die Pentecoſtes, *Pœnitemini*, inquit, *& baptiſetur*. &c. in quo tamen baptiſmo nulla requiritur peccatorum confeſſio aut mẽtio, ut ñoteſcat fidelibus liberalitas donationis ſacramentalis, quo usq; minima juſtitia præcedens requiritur, ut gratia detur. &c.

Marc. 1. verſ. 15.
Actor. 2. verſ. 38.

Et valdè conſolari nos debet verbum Ioañis, quo dicit; *Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ*: licet multos terreat. quoniam Ioannes, cùm ante ſuum baptiſmum dignos pœnitẽtiæ fructus exigeret, ut habenti duas tunicas, aut victum ſuperſufficientem, nõ habentibus dandum præciperet, & id vocaret dignum fructum pœnitentiæ & ſeveritatis rigorem, quid Chriſtianæ pietatis liberalitas in confitentes & pœnitentes facere debeat, oſtendit: neq; pro quolibet mortali peccato ad ſeptennem laborem & luctum remittere, & benigno miſericordiæ ſinu recipere. Gaudium eſt angelis in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, & nos in luctum in terra indicimus. Longè mitiùs agebat cum pœnitentibus Ioañis ſeveritas, quàm Canonum juris auctoritas: mitiùs Chriſti benignitas, quàm Ioannis juſta, ſed moderata ſeveritas.

Matth. 3 verſ. 8.

Verbum illud, *facite ergo dignos fructus pœnitentiæ*, multos primo tonitruo ſuo non parùm terret & conſternit, quaſi non recipiendos niſi multa carnis maceratione corpus ſuum caſtigaverint. Sed quantùm primo tonitruo terret audientem, tanta cõſolatione lenit & ungit conſiderantem. Quis enim fructus eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

pœnitentiæ, niſi ut qui peccator fuit dimiſſis & omiſſis peccatis vadat in pace cum ceteris filijs gratiæ, pacatus fratribus, gratificatus Deo? quemadmodum Magdalena ſancto numero filiorum Dei pacata, unita, placita Deo ambulavit. Quomodo autem in pace dimiſſa fuiſſet, ſi poſt omiſſa peccata manſiſſet adhuc debitrix duræ legis ſatiſfactionis omnium illorum reatuum, tùm ex præteritis flagitijs, tùm ex facinoribus & ſceleribus reſtantium? quos ego vel penitùs remiſſos cum culpa remiſſa, vel poſt remiſſam culpam penitùs integros reſtare puto. Qua enim ratione partim Deus pœnitenti reatum relaxat, cur non eadem ratione totum reatum relaxet, cùm totam culpam dimittat, non video: niſi fortè magis in parvo Deus juſtitiæ rigoré ſervare velit, quàm in grandi. Omnibus confeſſum, plus eſſe peccati remiſſionem quàm reatus. Non enim eſt homo debitor ſupplicij, niſi propter culpam: quoniam ſi vacaſſet culpa, non obligaretur ad pœnam. Quamcunq; igitur partem reatus juſtitiarij iſti relaxent pœnitenti, dummodò tamen pars aliquota ſit quæ reſtat, ſemper infinitæ miſeriæ jugo pœnitentem involvunt, pro quo cum ipſo pœnitente, præter ſummum Sacerdotem Ieſum, neq; totus reliquus mundus ex æquo ſatiſfacere poſſet. In Magdalena igitur in pace dimiſſa, quando ſeptem ab ea dæmonia ejecta fuerunt, quæro, quota pars reatus in ea remanſit? Primò, utrùm totus reatus poſt culpam penitùs dimiſſam, ut ſcilicet omnem pœnam adhuc perfectè, quæ pro univerſitate peccatorum ſuorum ex divinæ legis rigore debebatur? Non puto quiſquam hoc dixerit. Vt ergo non in æternum crucianda relinquatur, nulla pars aliquota reatus beatæ illi peccatrici remanet exſolvenda in pœnis. Quòd ſi nulla aliquota, quæro, quis reatus? Dicunt hìc, temporalis pœnæ, quæ miſericordi indulto commutata reſtat ex æterna. Magnæ ſanè miſericordiæ eſt, primò, quòd omnia peccata dimiſſa ſunt: ſecundò magnæ miſericordiæ, quòd non æternis cruciatibus debitor eſt; ſed quia omnes viæ Domini miſericordia & judicium, ideò voluit ut ſaltem temporaliter obligaretur ad pœnam. Qui hæc dicunt, non vident quantam

m fidelibus pœnitentibus miſeriam imponunt, quanta pie-
ais ſcandala, offendicula, impedimenta ſtruant in vijs pietatis.
mper enim cogent pœnitentes priorem ſuam turpitudinem
erſare mente, ſemper carnifices eſſe, ſemper corporalem non
co exercitationem ad parum utilem, ſed ſemper corpora-
m adflictionem, caſtigationem, flagellationem, contritio-
m & mortificationem ſuæ carnis circumferre, non parcen-
o corpori ſuo, quaſi contritum corpus Deo ſacrificium ſit:
m contradicat Propheta, *Sacrificium Deo ſpiritus contribu-* Pſal. 51.
us; & cor contritum & humiliatum, Deus, non deſpicies. verſ. 18.
on ergo quantam perferre poſſet in carne ſua, temporalem
am pœnam, ferendam Chriſtus Magdalenæ reliquit, quan-
dixit, *Vade in pace.* Quæ enim pax miſero, etiam dimiſ- Luc. 7.
offenſis, quando retinetur adhuc tortoribus? Et quid re- verſ. 50.
t, ab alijs, an à ſeipſo cruciandus? Vel ergo qui totam cul-
m totaliter dimiſit, & in pace remiſit, miſerum reliquit, vel
nſolatum. Quòd ſi conſolatum, quia Domini perfecta ſunt
era, plenariè conſolatum dimiſit, ut ſolutis omnibus cate-
n debitorum & inutilium corporalium exercitationum libe-
am ſe exerceat cum reliquis filijs Dei, reſtitutus in regnum
pietatem omnia valentem, quæ nihil aliud eſt quàm cul-
Dei. Semper enim, quantumlibet præcedente peccato ce-
erit homo à maximo illo & primo mandato, in quo omnis
pendet & Prophetæ, debitor manet, & in peccatis eſt, quan-
legi ille difformis eſt. Difformis autem ſemper, quando di-
ſſa pietate valdè ad omnia, ſtultæ corporali exercitationi ad
rum utili intendit. Stulta igitur omnium ſententia de pœ-
i obligatione poſt remiſſam culpam. Dices forſan, Quid
o antiquorum Patrum ſententia ſervatur, pœnitentem
tisfactione aliqua onerare? quin etiam ſatiſfactionem ne-
ſſariam partem pœnitentiæ poſuerunt. Sed de his ali-
&c.

Verbum ſatiſfactionis, quod à Decretiſtis & prædicantibus in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Sacramento pœnitentiæ tertiam partem ſignificare volunt, ſi ad rigorem accipiatur, errorem non ſolùm habet, ſed & blaſphemiam continet, ac deſperationem nutrit. Si enim Chriſtus jurejurato conſtitutus Sacerdos in æternum ſuper domum Dei, neq; vacuè, neq; vanè conſtitutus eſt, ſed à Deo gratiæ plenus & veritatis; quia veræ gratiæ plenus, & de plenitudine ejus accipiant univerſi: oportebit confiteri, pleno illum ſacerdotio Sacerdotem eſſe. Plenam igitur & perfectam hoſtiam, victimã, perfectas primitias, perfectas decimas, perfecta pacifica, perfectum ſacrificiũ, perfectum holocauſtum, perfectum incenſum obtulerit. Igitur in hoſtia ſua pro peccato perfectè repropitiavit populum, perfectè reconciliavit, perfectè mũdavit, perfectè reſtituit, perfectè juſtificavit, perfectè ſublimavit, perfectè univit in plenitudine gratiæ & veritatis. Nihil de veræ gratiæ plenitudine detrahere licebit: & quiſquis detraxerit, blaſphemiæ reus in donatorem, calũniæ reus in donatarium. Detrahit autem, qui non integram gratiam dicit, aut qui non gratuitum donum, gratuitam propitiationem, gratuitam remiſſionem confitetur. Gratuita verò quomodo erit, quẽ oportet pro ſui remiſſione, pro relaxatione, pro redemtione æquum, aut tantũ refundere, donec ſatiſfaciat? Ad rigorẽ n. niſi æquum aut ultra refundat, non ſatiſfacit. Dicis fortaſſis, non oportere ut ad ęquũ, ſed eatenùs duntaxat ſatiſfaciat, quatenùs non eſt per Chriſtum paſſũ ſatiſfactũ: & in hoc ſatis verba
Coloſſ. 1. vers. 24. Pauli conveniunt, dicentis; *Suppleo quæ deſunt paſsionum Chriſti*, quibus Eccleſiæ conſuetudo ſe munit. Sed confitentium puritas merã Dei gratiã, & per gratuitã Chriſti donationẽ amplectitur, & per illã ſolùm confidit juſtificari in Chriſto, non in ſua juſtificatione. Supplet nihilominùs quæ deſunt paſſionũ Chriſti, quia facit hoc, quod ad hanc gratiã paſſionis participandæ neceſſariò requiritur: qui credit promittenti, ſperat promiſſionẽ, & amat promiſſa. Quantùm autẽ ex fide per charitatẽ operetur, vita quidem vivit, ſed nulla æquitate vel priora ſcelera, vel poſteriorẽ gloriam poterit adæquare. Præter fidem integram & charitatem nihil in Maria Magdalena relaxanda Chriſtus requiſivit.

De Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

De Sacramento pœnitentiæ: de Indulgentijs: de poteſtate Eccleſiaſtica.

1.

INdulgentiarum materia eſt abuſus quæſtorum, & ſæpè illorum falſum crimen, nonnunquàm impura & corrupta intentio Papæ. Verùm his tribus omiſſis de ſincera intentione, juſta cauſa, & plenaria poteſtate videndum: & de theſauro Eccleſiæ, & de participatione membrorum ſub uno capite. Nam Pſalm.
Particeps omnium timentium Deum. Et ſuper Phariſæos venit omnis Pſal. 119.
ſanguis juſtus ab Abel uſq; ad Zachariam filium Barachiæ. verſ. 63.
Niſi enim Papa poſſit pro arbitrio ſuæ voluntatis diſtribuere de theſauro, qui Mat. 23.
realiter majoris gratiæ eſt, multũ nutabit & vacillabit adſertio indulgentiarũ. verſ 35.

Magna differentia inter miniſtrũ ſacramentorum & diſpenſatorem gratiarum. Utrumq; tangit Paulus, cùm dicit; Miniſtratores & diſpenſatores 1. Cor. 4.
myſteriorum Dei. Primus agit ex officio, & neſcit quid proficiat. Secun- verſ. 1.
cundus ex arbitrio, & dat quantum vult.

Circa effectum ſacramentorum in participatione, non eſt miniſtrorum Eccleſiæ determinare gradum gratiæ, & fructus conſequendi. Unde quantùm baptiſmo, vel confeſſione, vel Euchariſtia, plus aut minùs diſpoſitus, quantùm gratiæ conſequitur accedens, non poteſt miniſter Eccleſiæ limitare: effectus enim ſacramentorum ſunt ſecundum diſpoſitionem accedentis. Non poteſt Papa dignè accedenti ad baptiſmum, vel dignè accedenti ad Euchariſtiam, pro arbitrio ſuo metiri gratiam per ſacramentum conſequendam.

Baptiſmus & pœnitentia ſunt duo ſacramenta, quibus filius iræ & tenebrarum poteſt fieri filius Dei, & de morte redire ad vitam. Igitur ex ſua natura non poſtulant externum aliquod ſuffragium: & quæcunq; externa eis adnectuntur, ut baptiſmo locus, patrinus, aqua conſecrata, miniſter; confeſſioni admiſſio, caſuum reſervatio, pœnitentiæ ſalutaris injunctio, omnia hæc Eccleſiaſtica ſunt, non divina, ſed à prudentioribus rectoribus utiliter inventa, &, niſi extra caſum neceſſitatis, non prætereunda.

Confeſſor, quando in ſacramento reconciliationis pœnitentiam injungit poſt abſolutionem, miſcet officia. Eſt enim miniſter ſacramenti, & conſiliarius regendæ in futurum vitæ. In primo officio habet audire tantùm, & abſolvere. Nam Dominus pro præterito dixit; Remittuntur tibi peccata tua: vade in pace, officio primo. Sed quod ſubdit, Noli amplius peccare, conſilium de futuro: & hoc officio ſecundo, quo etiam ſacerdos pro regimine futuræ vitæ conſulit, & præteritorum memoriam diſplicentiam dirigit in deteſtationem futuram.

Penes primum officium nulla injungitur pœnitentia, ſicut nec in baptiſmo. Eſt enim ſacramentum tantum liberali donatione legiſlatoris & Regis decretum, cui qui juſtitiam adijciendam putat, is ſacramenti inſufficientiam adſtruit & liberalem Regis gratiam minuit, & pejorem facit conditionem filiorum Ec-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

cleſiæ, quàm filiorum perfidiæ. Nam infidelis ſolo ſacramento juſtificatur, & fidelis non poteſt confeſſione.

8. Semper ab exordio naſcentis Eccleſiæ non ſolùm confeſſus Domino abſolvebatur, ſed qui propoſuit confiteri Domino injuſtiam ſuam conſequebatur remiſſionem impietatis peccati ſui. Sed Eccleſia hoc tempore liberaliorem habet donationem. Igitur nunc fructuoſior eſt confeſſio ſacramentalis, quàm tunc actus obedientialis de actu judiciali. Raro quis per confeſſionem ſacramentalem juſtificatur, quia jam ante per propoſitum juſtificatus, ſed ante Evangelium confeſſus Domino. Quis poſt remiſſam impietatem peccati injunxit Manaſſi tot ſeptennia? vel David pro tribus mortalibus 21. annos?

9. Officium conſiliarij injungit pœnitentiam: quoniam ſic oīa peccati remedia nominari poſſunt. Nā & baptiſmus pœnitentia per S. Petrū dicitur. Et quia quidquid in futurū fit, officio fit conſulentis, itaq; niſi acceptat confeſſus, nō obligatur implere: neq; etiā ſi ſimpliciter proponat, & dicat facturū, niſi voveat Deo. Sicut n. domeſtica, ita & perſonalia propoſita. & hæc vocari poteſt pœnitētia injūcta.

10. Differentia inter pœnitentiam injunctam & injungendam. Prima eſt conſilij confeſſoris; ſecunda fori divini. Prima utilitatis; ſecunda charitatis. Prima laboris; ſecunda amoris. Revertenti & reverſo ad Deum nihil ita injungendum, quàm ut non ampliùs peccet, ſed purè Deum diligat. Igitur cordis munditia ſola eſt pœnitentia conſummata & injungenda per viam inſtructionis & adhortationis. Docere eam poteſt; hortari ad eam non poteſt, neq; dare.

11. Deus non mandat munditiam cordis directè, ut prævaricatorem exitialiter cōdemnet; ſed ſtatuit tantùm, ut, niſi mundo corde, Deum non videat.

12. In his, quæ merè divini juris ſunt, Papa docere, monere, hortari poteſt; mandare non poteſt. Non plus ligatur audiens præceptum charitatis de diligendo, addito mandato Papæ, quàm ſi ſolùm moneat & hortetur: quoniam ſatis obligat mandatum Dei, nec majori opus obligatione. Quòd ſi Papa non poteſt mādatoriè obligare fideles ſuper obligationem divini fori, relinquitur, non poſſe mandare præter mandatum divinum ſecundum ſuam voluntatem.

13. Fideles ſunt ſervi Dei ſervitute latriæ, à λατρεύειν, non ſervi Papæ, neq; per duliam, neq; per latriam: quoniam lex Chriſti lex perfectæ libertatis.

14. Circa duodecimum & tredecimum non prætereundum verbum Apoſtoli; Tit. 2. verſ. 15. Cum omni imperio doce. Sed verbum ſeipſum explicat: tu doce cum imperio divini, non tui mandati.

15. Eccleſiaſticus miniſter tantùm miniſtrat ſacramenta, ſed effectum & fructum eorum relinquit cordis inſpectori.

16. Plenaria indulgentia eſt omnis obſtaculi beatificam viſionem impedientis ſublatio activa; ſicut perfecta pœnitentia eſt vera & ſincera cordis munditia. Utraq; à Deo tantùm.

Ioan 5. verſ. 14. 17. Perfecta pœnitētia, eſt pœnitētia injungenda: ſcilicet, Noli ampliùs peccare.

ad quam miniſter Eccleſiæ monere poteſt; mandare, aut dare non poteſt. Ergo nullam aliam præceptoriè injungere inferiorem pœnitentiam.

Poſſibile eſt, perfectam pœnitentiam actu, & abſq; eo quòd ſit plenaria indulgentia: ut patet in Ioanne Baptiſta poſt decollationem, uſq; ad paſſionem Domini; & de Ioanne Evangeliſta neſcit Eccleſia, ſi vel cum Petro & Jacobo & Andrea in patria, vel cum Enoch & Elia in via.

Dominus Ieſus præcepit fidelibus ſervis ſuis negotiari, donec veniat, de talentis ſibi creditis: & non poteſt Papa ſuo arbitrio aut æſtimatione facere, quatenùs negotiatio ejus qui ſuperlucratus fuit alia tria, valuerit quinq; talenta.

Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, *1. Cor. 3.*
Ieſus Chriſtus. Super hoc Fundamentum ſuperædificat lapides preti- *verſ. 11.*
oſos, aurum, argentum, lignum, fœnum, ſtipulam: uniuſcujuſq; opus *12. 13. 14*
quale fuerit ignis probabit. Si cujus opus arſerit, detrimentum patietur; ſed ſpiritus ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

Nemo mortalium etiam de ſuo proprio opere dijudicare poteſt differentias ſuperædificatorum, licet omnes vel formaliter vel æquivalenter verè confeſſi & cõtriti ſint: quoniam Spiritus ſingulorum ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

Nemo mortalium novit qualis ille ignis, qui uniuſcujuſq; opus probabit. Tropica enim loquutio eſt de igne non minùs, quàm de lapidibus pretioſis, auro, argento, ligno, fœno, ſtipula: talem neceſſe eſſe ignem & urentem, ſicut ſuperiora combuſtibilia. tropus tropum trahit.

Quòd ſi nemo mortalium hujuſmodi dijudicare poteſt, liquet profectò, quòd nemo mortalium ſuo arbitrio alterum pro altero commutare poteſt, ut is qui lignũ ſuperædificavit, arbitrio Papæ aurum ſuperædificaverit, aut ut ignis ille non aliter fœnum aut ſtipulam probet, quàm argentum & aurum. Valdè ſuſpectum facit opinionum diverſitas, & adverſitas Doctorum: & ex hoc libertas fidelibus, ut Catholicæ opinioni & Doctori adhæreat, ſingulas pertractet, & circa eas opinetur, quàmdiu rationabiliter circa litus navigant Sacri Canonis; Canonis, dico, Sacræ Scripturæ.

Sancta civitatis Hieruſalem quædam eſt participatio in idipſum: quia David participem ſe dicit omnium timentium Deum. Sunt itaq; divitiæ quædam ſupererogationis in theſauro, de quo ſecundum juſtitiã diſtributivam participant cives, ſecundum dignitatem majorem vel minorem.

Sanctæ Eccleſiæ fidelium corpus unum Sancti Spiritus operatione vivificatur in nobilioribus membris potiora chariſmata ſuſcipiens. Sed horum membrorum collatio vel adunatio in corpore, & Spiritualis vivificatio, Dei duntaxat opus eſt: quæ licet ſit meritum hominis Chriſti, opus tamen eſt Chriſti Dei.

Quòd ſi Papa pro arbitrio æſtimare poſſet, & taxare poſſet valores operum pietatis, ſubverteretur fundamentum pietatis antiquorum Patrum, qui ſerviendum Deo putabant in ſanctitate & juſtitia omnibus diebus vitæ ſuæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Magis enim ſerviendum Domino Papæ, vel exigua pecunia obtemperandum, ut poſt veram confeſſionem & contritionem momentaneo labore liberati de manu inimicorum koſtrorum ſine labore evolarent. Pœna enim eſt in manu inimicorum noſtrorum ſervitus.

27. *Quòd ſi Papa arbitrarius arbiter, non jam ipſe Chriſti, ſed Chriſtus ejus eſſet vicarius: nam ex voluntate ejus penderet judicium Chriſti.*

28. *Fundamentum magnum in regno Dei in Spiritu, in fructu Spiritus, in meſſe, in vita juſtorum, in forma ambulationis Pauli, in charitate, in gratia.* Fructus Spiritus, charitas, gaudium. &c. ſuperędificatio. &c.

Galat. 5. verſ. 22.

29. Cum omnibus ſectamini ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deū.

Epheſ 4. verſ. 7.

30. Vnicuiq; data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. *Solus Chriſtus menſurat donationem.*

Coloſs. 4. verſ. 5.

31. Videte, quomodo cautè ambuletis, redimentes tempus. *Faciliori compendio dediſſet viam de mille annis indulgentiarum.*

32. *Perfecta munditia cordis eſt perfecta interioris hominis reparatio.*

33. *Perfecta interioris hominis reparatio eſt, ut fiat perfecta imago Dei.*

34. *Perfecta imago Dei eſt perfecta conformatio interioris hominis ad Deum.*

35. *Veræ divitiæ Eccleſiæ ſunt in vera munditia cordis, in reparatione interioris hominis, in perfecta conformatione imaginis ad id, cujus debet eſſe imago.*

36. *Omnia membra participant ſub uno capite. Participatio civium Hieruſalem in idipſum. Et David particeps omnium timentium Deum. Et Phariſæi participes omnis ſanguinis juſti effuſi ab Abel uſq; Zachariam: & ipſi occiderunt Zachariam inter templum & altare, cùm plus ſexcentis annis occiſus eſſet Zacharias ante tempora Chriſti. Quis ibi diſtribuit theſauros Sathanæ, ut Phariſæi participes fierent illius homicidij? Neq; Sathanas, neq; Caiphas: & tamen fuerunt participes.*

37. *Iudicij & diffinitionis tempus, quo animæ ad dexteram aut ſiniſtram in perpetuum conſtituuntur, utrum in morte carnis, aut poſt mortem carnis ſit, Auguſtinus* in principio cap. 9. lib. 13. de Civitate, *indeciſum relinquit.*

De Sacramento pœnitentiæ: de Indulgentijs: de poteſtate prælatorum Eccleſiæ.

1.

IN *materia indulgentiarum circa propoſitiones ſuperiores valdè notandum verbum Auguſtini,* lib. 8. de Trinitate, cap. 4. Deum, niſi hîc nunc jam diligamu; nunquàm videbimus.

2. *Sed oportet addere,* ut mundo cordè diligamus, & ut perfectè diligamus. *Hoc Papa donare non poteſt.*

3. Fide mundatur cor, *non voluntate Papæ.* Fide, *inquam,* per charitatem ſtudioſa, ut emundetur, donec ad videndum Deum cor aptum & idoneum. *Hæc Auguſtinus.*

Papa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Papa poteſt docere ſecundum voluntatem Dei, non præcipere ſecundum voluntatem Dei. Non enim plus ligat præcipiens, quàm docens mandata Dei. Quòd ſi non poteſt præcipere ſecundum voluntatem Dei, non etiam poteſt præcipere ſecundum voluntatem ſuam. Chriſtiani enim non ſunt Papæ ſervi, ſed ſervi Dei tantùm. Et hæc ſervitus Græcè λατρεία *à* λατρεύειν. *Sed non prætereundum verbum,* Cum omni imperio doce. Tit. 2: verſ. 15.

Papa miniſtrat ſacramenta tantùm, ſed effectum & fructum eorum relinquit cordis inſpectori.

Plenaria indulgentia eſt omnis obſtaculi beatificam viſionem impedientis ſubtractio activa, ſicut conſummata pœnitentia eſt vera & ſincera cordis mūditia. Prima à Deo tantùm: ſecunda in creatura rationali, ſed à Deo tantùm. Juxta ſecundam conſummata pœnitentia eſt pœnitentia injungenda, Noli Ioan. 5. amplius peccare. verſ. 14.

In Eccleſia Paulus ſupplevit quæ defuerunt paſſioni Chriſti; David particeps omnium timentium Dei. Eſt igitur quidā theſaurus divitiarum participatio cœleſtis Hieruſalem. Ergo inferiores à ſuperioribus accipiunt, & quo etiam ſuperiores ab inferioribus redundantia quadam locupletantur. Sed ejus theſauri diſpenſatio apud illum ſolum eſt, qui novit cives cæleſtis Hieruſalem ſingulos ſuo ordini diſtribuere. Et Spiritus Sanctus unicuiq; membro influet vitam & operationem, ſicut voluntate Patris in corpore Chriſti viri perfecti occurrente in conſummatione ordinem & locum accepit: neq; poteſt Papa facere, neq; præcipere, ut in illo corpore perſit in loco manus aut oculi; ſed divinæ hoc tantum reſervatum eſt diſpenſationi.

Papa non ſolùm humiliter, ſed etiam veraciter ſcribit ſe ſervum ſervorum. *Nam Chriſtus, quando præcepit fieri omnium minimum, et ſi miniſter, non præcepit mentiri; ſed reverà majore ſibi debito incumbit in lege Dei voluntatem ſuam eſſe, & in ea meditari die ac nocte, ſicut mater filio ſervit ægroto nihil imperans. Et hoc juxta quartum* ſuprà.

Paulus parturivit iterū in viſceribus charitatis Corinthios, donec conformaretur Chriſtus in eis. Igitur matris officio functus nō ſolùm quia voluit, ſed etiā quia debuit ſicut mater ægrotantibus filijs ſervire, & ōi ſtudio ſalutē pcurare.

Papa, ſicut Paulus, materna adfectione ex charitate debet ſervire omnibus ſervis Dei: & ita eſt ſervus ſervorum Dei majoris charitatis debito, non vilioris conditionis gradu.

Sicut in medijs procellis & tempeſtate navigantibus detrito perito gubernatori obviare, ſed parêre; ita ſi gubernator temulentus fuerit, & ſopitus dimiſſo clavo fluctuare & jactari navem patiatur, poterunt non ſolùm alij maris & navalis artis periti, ſed & debent ejecto illo ad temonem accedere, ſibi & ſocijs navigantibus conſulere. Ita & in navicula Petri.

Pœnitentia indulgentia eſt, Noli amplius peccare. *quam ſi perfectè ſervat.*

eſt mundus corde. Igitur conſummata pœnitentia. Et ſicut pœnitentiam abſolutio & indulgentia, ita conſummatam pœnitentiam plenaria indulgentia ſequi-
Matt. 5. verſ. 8. tur. Nam beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

13. Populares aliter de indulgentijs, & aliter Romani Pontifices. Papa n. plenariã remiſſionem ab injuncta pœnitentia; populus inoffenſũ tranſitũ ad beatitudinẽ.

14. Nemo poteſt plenariam concedere remiſſionem, qui non poteſt dare plenariam indulgentiam.

15. Plenariam indulgentiam nemo poteſt dare, qui non poteſt dare ea quæ ad illam requiruntur; puta poenitentiam, contritionem, gratiam, charitatem, munditiam cordis.

16. Non poteſt Papa ſcire quæ ſint illa obſtacula, quæ dilectum filium à patris oſculo prohibent aut differunt. Nihil enim in foro divino ſcit Papa, niſi per poenitentis confeſſionem.

17. Nullus pœnitens poteſt ſcire obſtacula, quibus dignè diſcernit filium adoptionis, & qui jam habet Spiritum Filij ſui, non debere adhuc admitti ad amplexum & oſcula Patris.

Tit. 2. verſ. 15. 18. Cum omni imperio doce, compoſitum verbũ eſt, duas perſonas reſpiciens, Deum & diſcipulum. Nam quòd dicit doce, ad diſcipulum; cum imperio, ad Deũ, cujus edicta docere debuit gravioris poteſtatis auctoritas, quàm cujuſq; Imperatoris. Magis autem dicit, argue cum õi imperio. Sed eodẽ modo modificandũ. Nã argue docendo ſecundũ õe imperiũ divinũ. Nã niſi ſic, graviori quã Iudæi jugo ſerviremus: quia duplicis mandati prævaricatores eſſem⁹.

19. Nullo graviore ſcandalo Eccleſia ureretur, quàm ut Epiſcopi ſuæ auctoritatis imperio præcipere poſſent. Magis hoc formidandum Regibus & Principibus, quàm Herodi & Romanis Chriſtus naſciturus.

20. Quandocunq; ex ſervato Canone tantum malum ſequitur, quantum urgebat, ut conderetur, tunc contraria tempora Canonem ex ſua natura abrogant.

21. Quòd ſi Papa in his, quæ merè divini juris ſunt, nihil præcipere poteſt; ut puta, de diligendo Deum: non poteſt præcipere in vim peccati mortalis ut ſui Canones ſerventur. Unde Canones directiones ſunt, & ſapientum conſilia.

22. Papa non poteſt, ut opus meritorium valeat æſtimatione ſua plus, quã valeret æſtimatione Dei. Sic n. nõ vicarius Chriſti eſſet, ſed Chriſtus vicarius ejus. &c.

Statuta & præcepta Prælatorum quantùm obligant, & quantùm ſint ſervanda.

AD auctoritatem Prælatorum Eccleſiæ ſuo metro & gradu juſto in obligatione præceptorũ & ſtatutorum ſuorũ moderandam, non parùm facit verbum Domini de obſervantia traditionũ Seniorum. Non enim Seniorum illorũ auctoritates minùs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

er Dominum ſtabilitæ in *Deuteron. cap. 17.* dicentem; *Et erit o-*
mis anima, quæ non audierit verbum Seniorum, quando à fluctuan-
iudicio adſcenderint ad locum, quem elegerit Dominus: quàm no-
teſtamenti auctoritas, dicens; *Qui vos audit, me audit; & qui vos* *Luc. 10,*
ernit, me ſpernit. Verum hoc in his, quæ ſecundum Deum, ex *verſ. 16.*
eo, & in Deum decreverint: alioquin ſi relinquentes mandata
ei, humana & ſua mandata præcipiant, quantumlibet in Apo-
lorum locum ſucceſſerint, nihil eſt quod faciunt & præcipiũt.
hò Apoſtoli ipſi ſi facerent, non eſſent audiendi, auctoritate *A-* *Galat. 1.*
ſtoli, monentis non credere etiam ſibi per Epiſtolam aliter
ædicanti, quàm veritatem quam ante acceperant. Vnde denſa
a ſilva Decretorum & Decretalium, ſua diligentia Sacrarum li-
rarum ſtudium abolens, & intelligentiam impediens, & relin-
ere cogens: unde pro tanto mandato Dei noxia invenitur. Ni-
l ergo fuit illorum determinatio, etiam in materia ſacrificio-
m, quæ res divina erat, quando pietatem in parentes Dei man-
ato firmatam non fovebat.

Quæ ſit vera communio ſanctorum. De theſauro Eccleſiæ. De participatione & diſpenſatione hujus theſauri. De fraternitatibus. &c.

VEra eſſentiali unitate comunicant ſancti omnes, quotquot
una fide, una ſpe, una charitate Chriſto cohærent, ſub qui-
iſcunq; Prælatis, quantumlibet ambitioſè contendentibus aut
iſſentientibus, aut errantibus, etiam hæreticis Prælatis degant:
uantiſlibet locorum ſpatijs, quantiſlibet annorum intervallis
ſjungantur. Et hæc eſt illa ſanctorum comunio, de qua in Sym-
olo, *Credo ſanctorum communionem.* Vnde nobiſcum comuni-
verunt Patres noſtri omnes, qui eodem nobiſcum baptiſmo
ptiſati, & eadem eſca ſpiritali refecti, eadem ſpiritali petra no- *1. Cor. 10*
ſcum refocillati. Nihil hanc ſanctorum unitatem & unionem
æſidentium diverſitas diſtrahit; nihil identitas promovet:
uia pijs nihil nocet præſidentium impietas; etiam hæreticæ
pravitatis.

pravitatis. Conſtat autem, quòd valdè poſſibile Græcum vera pietate adfectum omnia credere in Conſtantinopoli ſub ſuo Patriarcha ſchiſmatico, quæ Latinus Romæ credit. Quid illi nocet ſuorum hæretica pravitas? Vnitas ergo Eccleſiæ ſub uno Papa tantùm accidentalis eſt, adeò, ut non ſit neceſſaria, licet conferēs multùm in ſanctorum cōmunione: ſtat enim ſub eodem præſidente ſubjectis eis qui preſidenti non cōmunicant. Talibus enim quiſq; cōmunicat, qualis ipſe eſt: pius pijs, fidelis fidelibus. quemadmodum impius impijs, fur furibus, adulter adulteris. &c.

De poteſtate Papæ. De theſauro Eccleſiæ, & participatione, & diſpenſatione hujus theſauri.

DE theſauro Eccleſiæ neminem poteſt Papa vel Conciliū generale locupletare vel ditare, in parte vel in toto, niſi quem poteſt corde integrare, & adfectu inflamare, quatenus verus theſaurus Eccleſiæ verè illi theſaurus fiat. Vnde ſi non poſsūt inflammare cor in poſſeſſionē illius theſauri, non etiam poterunt dare poſſeſſionē theſauri. Deſiderare poteſt Papa, orare poteſt, obſecrare poteſt, confidere poteſt, cōmendare poteſt, gratias agere poteſt: poteſt fortaſſis & precibus impetrare interdū; ſed ut auctoritate donare, aut regulariter imperare poſſit, quoniā nec neceſſaria requiſita præparatione aptare poteſt, non credo. Nullo n. ſuo miniſterio, vel opere, vel arbitrio poteſt, ut accedentes aut ſubeuntes omnes regulariter Deo ſint quales eſſe debent. Quòd ſi nō poteſt quę incerta ſunt, & imperfectiora ſunt, quomodo quę graviora, perfectiora ſunt, poterit? Qui non poteſt dignè præparare, quomodo poterit glorioſè conſūmare? Vtrumq; ſicut in ſolum Deū, ita etiam à ſolo Deo. Vniverſa triumphantiū Eccleſia magno noſtro munere non ſine nobis conſūmabitur. Sed quid in eo meliùs proviſum, niſi ut nocte & die pro nobis interpellent? non autem lego, ut poteſtativè tribuant juſtificantem charitatem vel amorem. Nemini enim ulla res theſaurus eſt, niſi quatenùs cor adponit. Puer nuces & poma theſauriſat; ſtulto aurum & gemmæ peripſema ſunt. Sola igitur cordis æſtimatione theſaurus eſt. Vnde quibus theſaurus Eccleſiæ theſaurus non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

e, illis non poteſt Papa vel dare, vel facere ut fiat eis theſaurus. Quiſquis ergo volet verè de theſauro Eccleſiæ participare, particeps fiat amoris. Et qui ditari volet ex theſauro, dives fiat amore & adfectu. Et qui plenè locupletari, plenè & perfectè amet: alioquin omnis via caſſa eſt. Et hanc viam etiam in Thebaide & Scythia Antonius & Paulus, qui de hac plenitudine poteſtatis nihil adhuc Romani Pontificis opinabantur, tenebant. puto impunè, plenaria remiſſione, plenaria remuneratione, plenaria fruitione tranſierunt expediti in Deum; neq; pleniore expeditione tranſiiſſe, etiamſi Romanus Pontifex plenariam remiſſionem miſericorditer indulſiſſet.

) Comunio ſanctorum articulus eſt fidei, à qua neminem Papa poteſt excludere invitum, nec debet: in quam expertem neminē conſtituere poteſt, ut propterea ſit, quia ipſe ſic vult. Poteſt autem, ut Petrus & Paulus, fideli miniſterio, ut communicent ſanctis, qui audiendo & obediendo cives fiant ſanctorum, ac domeſtici Dei. Quiſq; comunionis aut excomunicationis mēſuram habet penes menſuram amoris & vocationis à Deo ac Domino Ieſu: nec in arbitrio vel ſcitu Papæ, quis magis aut minùs communicet ſanctis, aut excomunicetur. Debet Papa velle, ſicut Moſes & Paulus, deleri de libro vitę, & optare fieri anathema pro fratribus nōdum communicantibus. &c. ut *ſuprà*. Exod. 32. verſ. 32. Rom. 9. verſ. 3.

S. Petrus, primus Papa, per Spiritum Sanctum caſſavit omnes vias & aditus regni, præter viam ſcalæ denariæ: & hanc ſolam dicit abundanter miniſtrare introitum in regnum Dei & Salvatoris. Et hoc non auctoritate Summi Pontificis, errare potentis; ſed auctoritate Dei Spiritus loquentis per eum. Videtur igitur expreſſè Spiritus Sanctus propheticè per Petrū damnaſſe & reprobaſſe formam indulgentiarum. Dicit enim expreſsè; *Cui non adſunt hæc*, decem ſcilicet, *Fuga corruptionis concupiſcentiæ mundanæ, ſollicita cura miniſtrata, fides, virtus, abſtinentia, patientia, pietas, fraternitatis amor: cui non adſunt hæc, cæcus eſt, & manu viā tentans, oblivioſus purgator veterum delictorum.* Dicit item; *Cui hæc adſūt, abundāter miniſtrabitur ei introitus in regnūSalvatoris.* 2. Pet. 1. verſ. 4. & ſeqq. verſ. 11.

Hæc

Hæc igitur bulla, non S. Petri, ſed Sancti Spiritus per Petrum publicata, & per Eccleſiam canonicè ſuſcepta, ſola, unica, indubitata, verè, perfectè indulgentialis eſt: neq; ulla alia longior, aut alia via plenaria remiſſionem promittens acceptanda.

Hæc ſcala & ſolida bulla indulgentiarum. *1. Fugientes ejus, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem. 2. Omnem curam ſubinferentes. 3. Miniſtrate in fide veſtra virtutem. 4. In virtute ſcientiam 5. In ſcientia abſtinentiam. 6. In abſtinentia patientiam. 7. In patientia pietatem. 8. In pietate fraternitatis amorem. 9. In amore fraternitatis charitatem. Hæc enim ſi vobis adſint, & ſuperent,* id eſt, perfectè ſint, *non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri cognitione. Cui enim non præſtò ſunt hæc, cæcus eſt, & manu viam tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum delictorum.* Ergo ſine his non eſt clavis regni, neq; purgatio. *Quapropter, fratres, magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis &c.*

De vera communione ſanctorum, à qua nullus excommunicare, nullus participem facere poteſt, niſi ſolus Deus; ad quam obligatur omnis homo, quantumlibet excommunicatus.

OMnes homines, à principio inſpiratæ animæ rationalis uſq; in mortem, viatores ſunt, & cōmunicant omnes una cōmuni facultate lucis lucentis in tenebris. Sed quia viatorū quidam odiunt lucem hanc lucentem in tenebris, obturant aurem ſuam ne audiant verba legis, depravant vias ſuas ne faciant legē, ideò eſt alia germanior cōmunicatio viatorū ambulantiū in vijs Domini, audientium quid in eis loquatur divina Sapientia: quia loquitur pacem in eis. Et qui legem non habentes naturaliter ea, quæ legis Dei ſunt, faciunt, ipſi ſibi lex ſunt, oſtendentes opus legis ſcriptū in cordibus ſuis. Hi omnes poteſtatem habent filij Dei fieri & eſſe. Vnde horum communio fraterna germanitas eſt in Deo. Neq; ab hac communione quiſquam excommunicare poteſt, neq; participem facere, niſi ſolus Deus. Et ad communionem iſtam tenetur omnis homo, quantumlibet excōmunicatus. In hac filiorum Dei cōmunione participantior eſt, qui charitate pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

rna in Deum, & per hoc fraterna major. Vnde fit, ut quia quan-
d fideliùs gaudet frater de bono fratris, quàm is qui habet, fit ut
e magis participet, qui majorem ejus fructum capit. Hinc jam
ilè liquet, quemq; tantùm participare fraternis bonis, quanto
isq; deſiderio trahitur & fervet in illa. Non ergo literæ frater-
atum participes faciunt vigiliarum, jejuniorum, diſciplinarũ,
ationum; ſed unio fraterni amoris. Vnde angeli in cælis, quia
udent ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, participant
no pœnitentis. Et participem ſe dicit Propheta omnium ti-
entium Deum, quoniam in omnibus illis plenos manipulos
ſideriorum ſuorum metit: & id abſq; illorum detrimento. Hæc
eſſentialis filiorum Dei communio, & germana fraternitas, à
a nulla Eccleſiaſtica poteſtas vel excludere vel introducere po-
t. Particeps ergo vigiliarum, jejuniorum, obſervantiarum, &
ationum omnium religioſorum eſt, quiſquis illa illorum bo-
valdè deſiderat, etiamſi non Prior aut Capitulum illi literas
derint ad hoc. Immò, ſi ferventiori deſiderio talia illorum
na velit, quàm ipſi, plus ipſe quàm ipſi facientes participabit:
ia pleniores pietatis manipulos beato ſuo gaudio ſine illo-
m detrimento colliget. Sed & illorum augmento colliget:
oniam deſiderium hujus exaudiens Dominus illos facit cha-
ate ferventiores.

De materia fraternitatis & participationis, oſcitanter & frigidè ab alijs tractata.

VNde mirabile valdè eſt, quòd in omnibus his doctiſſimis
viris, & cùm multi materiam fraternitatis & participationis
tæ externis & beneficis de theſauro collegij monaſtici teti-
grint, nemo eorum profundiùs intravit ad quçrendum & ſcru-
tadum, de quanto Prior domus benefactorem aliquem parti-
ciem facere poſſit: utrum quantùm pietas ejus benefacti me-
tur, aut quantùm illi favet Prior præſidens? Manifeſtè enim
cit Scriptura; *Qui dederit juſto in nomine juſti, merce-* Mat 10. verſ 41.
m juſti accipiet. Non tamen puto, quòd partem accipi-
de mercede juſti, ita ut juſtus ille tantò minùs accipiat,
quanto

quantò hic benefactor de mercede illius accipiat: ſed mercedem cum juſto accipiet, quia juſtitiam tametſi ante non dilexit, quia tamen juſtitiam in eo quem juſtum credit, opere diligit, quatenùs diligit juſtitiam, eatenùs juſtorum mercedem accipiet. Et illam mercedem juſti juſtus non donat aut tribuit, ſed Dominus, inſpector cordium, diſcretor cogitationum & intentionũ cordis, qui novit quanto amore juſtitiam veneratus dederit juſto. Poteſt enim eſſe, ut majore amore hic veneratus, quàm coluerit ille: & ergo majorem mercedem juſti accipiet, quàm ille. Vnde non de illius mercede. Neq; veriſimile eſt, licet Doctor Sanctus, & pleriq; alij poſt eum Doctores hoc ſentiant, & hodie communis religioſorum practica hoc habet, ut ceteros benefactores ſuos omnium operum ſuorũ conſtituant participes. Mirabile dictu, ut qui de orationibus ſuis, quas in poteſtate habent; poſſũt enim pro quibus volunt orare, & quantùm volunt. quia tamen orationis meritum neq; ſcitum, neq; certum, neq; in poteſtate habent, participem facere non pollicentur, ſed profectum & fructum Deo, quantùm velit exaudire, cõmittunt. Hi ipſi de omnibus ſuis repoſitis meritis præmijs diſtribuitionẽ promittunt, quaſi de ſuo pro poſſeſſo alterũ in ſtituere poſſeſſorem, & ſeſe exſpoliare; ſaltẽ pro illa parte, ad quam percipiendam externus ille admiſſus & inſtitutus ſuccedit. Cautiùs agerent fratres nullum externũ inſtituendo, ne fortè non illis & iſtis ſufficeret, & fieret majus charitatis ſchiſma ex tali cautela. Quod ne cogamur confiteri, revocemus participationem iſtam ad merita participantis, & diſtributionem cognoſcentis & acceptantis. Vnde quantùm ego in corde meo, & ex corde in opere vel ſermone beatificavero timentes Deum, tantùm imò timorem Dei & timentes Deum. Quiſq; autem timorem Dei & timentes Deum quantùm diligit, tantùm in eis remunerabitur, & tunc particeps omnium timentiũ Dei ſine illorum detrimento, (quia participatio Hieruſalem in idipſũ, quia ſine detrimento mutuati luminis cõmercium in Hieruſalem eſt, in lumine & igne omnia ibi aguntur,) ſicut illos abſq; illorũ detrimento venerabatur. Neq; illam ſuam participationem ipſe à

timen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

mentibus accipit, ſed à Deo menſuram amoris cognoſcente. *qui dat juſto in nomine juſti, mercedem juſti accipiet, & qui dat prophetæ in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet* ab illo, qui ſcit quantùm in dando amat juſtum aut prophetam. Amor enim, non opus remunerabitur. *Si* enim *diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum. &c.* Vnicuiq; à Deo erit laus & menſura conferta & coagitata & ſuperfluens in ſinum ſuũ à Deo, non temporalium Prælatorum arbitrio: quia cùm non ſit eorum poteſtas arbitraria ſuper effectum ſacramentorum, multò minùs per merita pietatis. Prælatio enim non altius bonum præſtare poteſt, quàm propter quod conceditur. Eſt autem conceſſa pro pacifico & inoffenſo convictu ſervorum Dei, quantò id prudentia & diligentia humanæ fragilitatis, divinitùs adjuta, præſtare poteſt. Vt autem homo magis ac magis Deo placeat, in eo poteſtatem non habet; neq; ad hoc auctoritas prælationis ſe extendit. Hi forma pietatis per teſtamenta domos & agros vendicant. Sic verba *Doctoris Sancti*; ſic per benedictiones turpem quæſtum ſequunt. Sed de his aliàs. &c.

Mat 10. verſ. 41.

1. Cor 13. verſ. 3.

Sequuntur propoſitiones.

1.

NOn fecit Deus cujuſq; ſortem pejorem ex Præſidentis corrupta intentione.

2. *Multùm periclitaretur ſors bonorum religioſorum, ſi Præſidentis arbitrio cujuſquam merita transferrentur in alterum.*

3. *Præſidens monaſterio neq; dominus eſt, neq; arbiter, neq; depoſitarius, neq; diſpenſator meritorum tàm communium, quàm privatorum.*

4. *Omnia enim merita, qualiacunq;, perſonalia ſunt, non realia; gratia, non iure provenientia: & quantumcunq; poteſt, ſive prædicando, ſive intercedendo, ſive docendo, monendo, hortando, ſuadendo, conſulendo, adjuvando, favendo, ſollicitando, aut aliàs qualitercunq; faciendo, facere tenetur & debet.*

5. *Unde licet altiorem gradum, ſibi & ceteris fructuoſum, & per hoc illis ſupererogantem, pro ſuo tamen gradu nihil ſupererogavit: quoniam reddet Deus unicuiq; ſecundum opera ſua.* Vbi abundat meritum, ſuperabundat & præmium.

6. *Bona, ſortes, hereditates, jura civium Hieruſalem non ſunt qualia Ægyptiorũ & Chaldæorum, ut quantò plus iſte, tantò minùs ille poſſideat.*

7. *Cæleſtis illius Hieruſalem, quæ ædificatur ut civitas, ejus participatio eſt in idipſum: quia ſine poſſeſſoris detrimento.*

8. *Beatifica illic ſummi boni poſſeſſio, qua quiſq; in ſolidum poſſidet, & nemo alteri in præjudicio eſt. Quin immò, quantò ſunt plures participes poſſeſſores, tantò cuiq; fit latior poſſeſſio.*

9. *Vnde nulla ex participatione anguſtia, penuria, injuria, invidia, aut querela poteſt oriri.*

10. *Et ſi in illa participatione cuiq; ſuum jus ſit in ſorte ſua, nullus tamen ſuæ ſortis dominus, ut poſſit quo cum velit participare.*

11. *Erit illic locorum diſtributio, velut officiorum in palatio, aut actionis membrorum in corpore, ubi efficaciam & ordinem nutus Principis, aut vitam & actũ Spiritus influit.*

12. *Quòd ſi non comprehenſores domini ſint ſuæ ſortis domini, multò minùs hi qui adhuc in via, neſcientes ſi vel odio vel amore digni ſunt.*

13. *Offerebat Moſes deleri de libro vitæ nomen ſuum pro populo Iſrael.*

14. *Optabat Paulus anathema fieri à Ieſu pro fratribus.*

15. *Quotidie moriebatur pro gloria fratrum Paulus, libenter impendebatur & ſuperimpendebatur pro fratrum ſalute, & ſupplevit quæ deerant paſſionum Chriſti.*

16. *Omnia hæc Pauli & Moſis licet omnia multitudini in ſalutem auxilia fuerint, merita tamen ſunt Paulo tantùm & Moſi: neq; enim Paulus donare potuit aut Moſes. Orare & impetrare potuerunt; donare autem ſolius, cujus & æſtimare, & remunerare, donare, & inſpirare, & acceptare, & plantare, & rigare, incrementum dare, & conſervare.*

Mat 25. 17. *Non illiberalitate aut inhumanitate, ſed ſapienter ſollicitè prudentes virgines ſuum oleum, quod ſecum acceperunt in vaſis ſuis, negarunt fatuis virginibus ſe daturas.*

18. *Non inveniuntur niſi fatuæ virgines alienum oleum mendicaſſe. Mendicanti æſtate non dabitur.*

Omnes unius divitis mendici ſumus, unius merito reſtituti, unius obedientia reconciliati, qui ſuum locum non merito, ſed nativo jure poſſidet. Mercedem autem laboris & ſervitutis ſuæ tranſtulit in nos, ut ſimus emtitij & adſcriptitij cives ſub uno nativo Rege, qui ſolus regni & regalium dignitatum Dominus & diſtributor eſt. Neq; *enim* qui plantat, aut qui rigat, aliquid eſt, ſed qui incrementum dat Deus. 1. Cor. 3. verſ. 7.

De Miſſarum fundationibus quid ſentiendum: & quantum proſint fundatoribus.

Conferentiũ temporalia in ſuſtentationem ſacerdotum ad celebrandum intentio eſt, ut Miſſæ dicendæ ſint in ſatisfa-

ctionem

itionē de pœnis debitis, ſive de reatu ſuo minorando, ut videlicet Miſſa plus proficiat conferenti, quàm aliis nō conferentib⁹.

Quæritur, *utrum ſit recta illius conferentis intentio?* Hîc videtur non tàm perfunctoriè, aut ſicco pede tranſeundum. Non enim effectus & fructus ſacramentorum ſola intentione miniſtrantis aut ſuſcipientis proveniunt. Patet hoc in quotidiana fidelium experientia. Non enim ſemper, qui propterea celebrat ut à tentatione convaleſcat is, pro quo celebrat, non propterea mox ille fortior factus ad reſiſtendum; etiamſi idem ipſe intendat, pro quo offertur Euchariſtia. Effectus enim ſacramentorum ſunt ſecundum diſpoſitionem ſuſcipientis, & ſecundum requiſitam illi intentioni diſpoſitionem. Diſpoſitio verò requiſita huic ſacramento, ut efficax fiat, eſt fames & ſitis hujus vivifici cibi & potus. Vnde quantò minùs eum eſurit & ſitit, pro tanto minorem etiam effectum conſequitur. Et hoc eſt, quod Apoſtolus inquit; *Qui parùm, parùm; & qui multùm, multùm.* 2 Cor. 8. verſ. 15.
Difficile autem eſt, ut qui beneficia inſtituunt, nihil adficiantur. Et è regione, cōmuniter qui inſtituunt divites ſunt, & ſeculares: ſemper enim qui eſuriētes replet bonis, ipſe faſtidientes & reſpuentes dimittit inanes Divites n. hujus ſeculi, qui ſuas conſolationes in hoc ſeculo habent, parùm eſuriunt & ſitiunt: unde parùm replentur bonis. Et licet non ſit eſurientis neq; ſitientis, quēadmodum neq; volentis neq; currentis, quia non ex merito redditur; ſemper tamen eſurientes & ſitientes bonis replentur, & ſemper volentes & currentes adſequuntur, ſecundū ſuæ ſitis menſuram, licet hoc nō intendat miniſter ſacramenti ſeu Miſſæ. Plus n. ex fame audientis refectionem accipit in hac menſa, quàm ex intentione celebrantis. Nec eſt in poteſtate aut arbitrio ſacerdotis, quantùm debeat accipere is pro quo celebratur: imò, nec in arbitrio utriuſq;. Vnde neq; noverunt quem effectum conſequētur ſive remiſsionis, ſive oblationis: quanquàm Dominus Ieſus duos effectus expreſserit, redemtionē, & remiſsionē. Redemtionē pro multis, & remiſsionē peccatorum. &c. Speratur autē quòd multū eſurienti multùm aboleat; eſurienti dico juſtitiā; & magis illi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quàm abolitionem eſurienti. Semper enim ſacramenta fidei ſunt inſtrumenta, tantò ſemper efficacia, quantò eſt fides negotioſa: quemadmodũ ubi ars torpet & dormit, inſtrumenta effœta ſunt; ſic ſopitæ fidei otioſa ſunt ſacramenta. Non igitur data pecunia, non ſacerdos, non Miſſa, non ſacrificium, ſed participatio & communicatio eſt quæ abolitionem facit, ſicut redemtionem & remiſſionem impetrat & obtinet. Quando Dominus Ieſus Euchariſtiam tradidit in redemtionem, ſicut in remiſſionem, verè abolitionem in pietate conſtituit abſq; omni pœnali ſupplicio; quia manducatio fructum paſſionis adfert dignè manducanti, juxta illud; *Quotieſcunq;* &c. quia cõmunicatio eſt corporis & ſanguinis ejus in remiſſionem & redemtionem. Poſſent ergo fideles boni, ſicut ſacerdotes, eadem pro defunctis intentione communicare. Conſecratio eſt ordinis, communicatio pietatis. Igitur penes id, quod fit in Miſſa, non minùs devota mulier, quàm devotus ſacerdos, quando de pari pietate cõmunicat corpori & ſanguini: quia quidquid illic non cum pietate, quantumlibet ex officio, ſemper ad judicium, ſive conſecret ſacramentaliter, ſive manducet ſpiritualiter.

Poteſt quidem eſſe intentio abſq; omni dijudicante adfectione in altero duorum: & ita quod ad vitam inſtitutum atq; collatũ eſt, ad judicium & ad reatũ accipiatur. Imò, fieri poteſt, ut & miniſter & fundator fructu vacuus, & qui divinis intereſt utriuſque intentione excluſus; quia pro ſolo fundatore oblatum ſacrificiũ non ſoli fundatori fructificet: imò, neq; fundatori, neq; celebrãti fructificet; ſed utroq; excluſo tantùm illi, qui famelica fauce & ſitienti palato refectionem exſpectat. Quid igitur profuit fundatori collata in opus miniſterij eleemoſyna? Multùm per modum, ſi conferendo multùm flagravit: alioquin parùm. Fidenter enim dico, parùm illi confert multa pietas officiantis beneficiati, quam fundator multo faſtidio repellit. Adeò non in alieno eſt opere noſtra ſalus conſtituta, ſed in nobis tantùm eſt regnum noſtrum: quò quantùm accedimus, tantùm regnamus. Noſtrę mentis, noſtri deſiderij paſſibus accedimus, nõ aliena promotione. Mentis

regnũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

gnum eſt,mentis mutationem exigit. Non hîc dico,quin ex a-
rum oratione alius fructum ſalutis accipit:ſed nunquàm, niſi
entaliter inde mutatus,quantùm fides vel alterius,vel utriuſq;
vinis accedit,quæ niſi mentali actu accedere non poteſt, tantū
ctum ad quamcunq; intentionem, ſive redemtionis,ſive re-
iſſionis,ſive ſatiſfactionis,accipit.

Hîc jam aliqualiter videre eſt,quantùm conferat fundatori alí-
um excluſio,ut pro ſe ſolo offeratur; quaſi detrimentum ſenti-
et conceſſi luminis,ubi alius de eodem ſole ſuum uſum faceret.
uiſq; ſuum ſolem facit ſua converſione ad ipſum:à quo ſi pro-
reà alterum excludere volo, quò non ego minùs inveniam,
n ſolùm proximo fratri,ſed & ſoli ipſi injurius ſū. Adeò cuiq;
i in Deum converſio vinculum colligans eſt, ut unio ſit in
lum, ut quātùm deſideret,tantùm participet,etiam à quocun-
e celebrante offeratur. Imò,qui credit manducat,etiamſi nuſ-
ām extra offeratur. Teſtis eſt *Paulus*, *primus Eremita*, tantos
nos in ſolitudine demoratus, qui niſi manducaſſet carnem Fi-
hominis, & ejus ſanguinem bibiſſet, non habuiſſet vitam in
. Habuit autem vitam in illa ſolitudine. Igitur in illa ſo-
dine manducavit. Sed id quomodo,ubi nullus aderat ſacer-
s, niſi ſua ſiti, ſua fame manducavit & bibit? Tantùm igitur
iſfacit hoſtia illa, quantùm ille, pro quo ſatiſfaciendum eſt,
capax ejus muneris. Capax autem eſt quantùm deſiderat,
mſi nullus pro eo celebret. Et è diverſo, ſi totus pro eo fa-
ente mundus offerret,parùm aut nihil ſatiſfacit. Faſtidium
m obicem ponit, ut non fluat oleum, ubi deſunt vaſa va-
. Vnde quòd dicunt, celebratam pro multis Miſſam non
ere unicuiq;, quantùm valeret ſi pro eo ſolo celebraretur,
um puto: judicio tamen interim meo ſolius. Valet enim u-
uiq;, quantùm ſpiritaliter immutatur & proficit,non quan-
n deſiderat qui celebrat. Eſt enim ſacramentum, & eſt mi-
erium ſacramenti. Sacramentum par & æquum omnibus.
niſterium ſimiliter in quibuſdam par omnibus. In preci-
item quibuſdam ſimiliter. In quibuſdā autem voluntarium

ad hos, vel illos. Et in illis non ſolùm eſt meritum celebrantis, ut evidenter videmus in orationibus pro exemplari vita ſummorũ Pontificum, ubi tamen ſępè ſanctiſſimorum hominum interceſſio nihil proficit, obſiſtentibus quandoq; contrarijs diſpoſitionibus eorum, pro quibus univerſus fideliũ cœtus, in quo non dubiũ ſanctiſſimi multi viri ſunt. Hæ preces, licet in miniſterio Euchariſtiæ funduntur, non tamen ſecundum omnem virtutẽ Euchariſtiæ efficaces ſunt; ſed ut efficaciores eſſent, multùm pietas conferret offerentis, & pro quo offertur.

De Miſſarum abuſu, & falſa intelligentia.

STultum enim eſt dicere, corporalem Euchariſtiæ manducationem habere vim ſatiſfactionis pro quo manducatur, ad aliquotam diminutionem pœnæ ejus. Stultum eſt dicere, numerum conſecrationum hoc facere; quia ſic in una Miſſa triginta, vel trecentas hoſtias conſecrare deberet. Igitur ſi ex omni Miſſa fructus, videndum unde. &c.

De virginitate, propter verbum Magiſtri Sententiarum *de neceſſaria connexione.*

DE virginitate, propter verbum *Magiſtri Sententiarum* de neceſsaria connexione, eò concedit *Antoninus*. In primo concedit, quòd formale virginitatis in corrupta, ſicut magnificentia in paupere poteſt eſſe. Et *Auguſtinus*; Non impar meritum continentiæ in Ioañe nullas experto nuptias, & in Abraham filios generante. Secundum *Thomam*, meritum non ſolùm penſatur ex genere actus, ſed magis ex animo operantis. Habuit Abraham animum ſic diſpoſitum, ut paratus fuiſſet virginitatem ſervare, ſi opus fuiſset. Et ex hoc meritum conjugale in ipſo æquatur merito continentiæ virginalis in Ioanne. Sed hoc *S. Thomas* intelligit quo ad meritum eſſentiale, non accidentale, quo ſcilicet omnes virtutes connexæ ſunt.

4. parte. titulo 4.

In lib. de bono conjugali.

Finis, quo virginitas redditur laudabilis, eſt expeditè vacare Deo. Martyres, Doctores, religioſi pluribus & majoribus renuntiant, ut vacent Deo, quàm virgines. *Thomas*. Et *cap. 8.* dicit, quòd in futuro ſeculo, quia neq; nubunt, neq; nubentur, ſed erunt ſic-

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

angeli Dei: ideò omnes erunt virgines. Item *ibidem*; quòd parvulis non detur aureola; quoniam hæc actui reddatur, non habitui charitatis infuſę. Benè concedit habitū virginitatis, & eſſe tantùm ex infuſione. *S Thomas in Secunda Secundæ* tenet votum virginitatis neceſſariò & eſſentialiter adnexum. Tenet *in eodem* [illegible]. quòd firmum propoſitum perpetuò continendi, etiam ſine voto, ſit vera virginitas & virtus. Item *ibidem*, quòd ſi virginitas excluderet votum, non eſſet eſſentialiter temperantia, ſed veritas & juſtitia: & ita ens per accidens, ſicut jejunium cum voto. Ad virginitatem ſufficit integritas propoſiti, non facti: ad virtutem requiritur firmitas elicita, non firmitas imperata. In religione requiritur utraq;, elicita & imperata. Igitur in ea votum. Quòd ſi carnis integritas accidentalem virginitatis aureolam affert: omnis ergo mentis non ſtuprata integritas illic accidentalem, illic aureolam recipiet: ut alius, quia nunquàm idolatravit, alius quia non pactum violavit, alius quia nunquàm perjuravit, alius quia nunquàm furatus, alius, quia nunquàm ſine [illegible] ratione iratus. & ſic de alijs innumeris. Quare non tres tantùm aureolæ, ſed innumeræ. Quòd ſi ſtuprata mentis integritas non prorſus in primam integritatem per Agnum tollentem peccata mundi reſtituatur poſt peccatum, ſaltem pro tanto confiteri oportet Agnum non prorſus tuliſſe peccata. Si verò perfectè tollit, perfectè reſtituit. Si verò perfectè reſtituit, perfectè ſic erit quaſi nunquàm læſa fuerit integritas. Confiteor gloriæ decus Virginis matris in ſua virginitate: confiteor inſuper in omnibus virginibus, ut Tecla, Agneta, & ſplendidam gemmam in corona decoris. Verùm quibus non ita datum illibatam conſervare, datum per eundem Agnum integra mente poſteà ſequi Agnum quocunque ierit. Iam igitur quando virgines? quando integræ? quando ſequūtur Agnū quocunq; ierit. Petrus non integra mente ſequebatur, quando dixit, *Non novi hominem.* Nunc autem in perfectam charitatem reſtitutus, quo minoratus eſt quæſo jam, ut non ſequatur Agnum in omnibus vijs ſuis? Quia ſi perfectè reſtitutus eſt, quid minùs *Mat. 26. verſ. 72.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

habet, quàm ſi firmus perſtitiſſet? Sed numquid Deo facilius fidei, quàm carnis temperatam integritatem reparare? Verùm iſta quia ſic interim videtur non intrepidus diffinire propter communem Scholam contradicentem. Sed urget me perfecta inſtauratio omnium lapſorum facta & facienda per Agnum tollentem peccata mundi.

De integra reparatione vulnerum ex prævaricatione inflictorum, omnimodam virtutem & completum opus Domini Ieſu prorſus dubitare non eſt, quoniam qua integritate in paradiſo tranſiſſent caſti Deo, etiam nunc purgati tranſeant: quoniam in his, qui mundo corde ſunt, ita beneficio medentis vulnera curata ſunt, ut ne minima cicatrix remaneat. Neq; id magis in peccato carnis, quàm in graviſſimis peccatis Davidis prophetæ; adulterio, proditione, homicidio. Non enim credibile, magis Deum odire legitimum actum conjugalem, quàm proditionem & adulterium. Præterea ſi omnis lex & omnes prophetæ pendent ex mandatis charitatis, liquet eum qui magis diligit, magis eſſe integrum, ſanum, mundum, & abſq; cicatrice; benè qui magis diligit munditiam, caſtitatem & virginitatem, magis virginum mercedem accipiet. Charitas enim non eſt virginitas, quæ terram optimam facit, ut centuplum fructum adferat: quia terra bona trigecuplum, & melior ſexagecuplum. Videmus Petrum in conjugio vocatum ad Apoſtolatum, & Timotheum in virginitate ad diſcipulatum, longè Petro inferiorem in fructu verbi Dei. Sed prærogativa Virginis matris, quæ etiam inſigni primatu & ſingulari prærogativa inſignes etiam, quotquot poſt eam ſacerdotio fungentes adducuntur in templum Regis. Alii perfecti, alii integri. Integri ſecundum charitatem. Prælati etiam ſi majorem virginitatem carnis amaverint, cùm virgines non ſint, prælati virginibus, & majorem virginum mercedem accipientes, non tamen virginum inſigne ferentes, licet majorem magis amatæ virginitatis mercedem accipiant. Aliud enim juſtitia, & cordis munditia; aliud illibatum virginitatis ſacrificium. In illis charitas, in iſtis virginitas coronatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Qui dederit juſto in nomine juſti, mercedẽ juſti accipiet: & qui Mat. 10.
dederit propheta in nomine propheta, mercedem propheta accipiet. verſ. 41.
Hoc ſi ad conſequentiam trahatur, oportebit dicere, qui dederit Evangeliſtæ in nomine Evangeliſtæ, mercedem Evangeliſtæ accipiet. Et, qui dederit Doctori in nomine Doctoris, mercedem Doctoris accipiet. Quare hoc? niſi quia qui amat dona Dei in altero, & veneratur ea, & colit, ſic ei cultus ille, & amor & venerantio ad meritum reputabitur, tanquàm ipſe illo Dei dono donatus eſſet: quia charitas una omnis virtus eſt. Vnde qui majore veneratione & cultu alterius juſtitiam amat, quàm ipſe qui eam à Domino accepit, magis etiam juſti mercedem accipiet, quàm juſtus ille quem amat: quoniam actus objectalis eo ſæpè gradu in metro elicitur, quo multis actibus formalibus apud Deum acceptior ſit. Poteſt adeò quis alterius amare juſtitiam, ut etiam ſi ad operandam juſtitiam locus vacaret, majore affectu iſte, qui in altero venerabatur, juſtitiam etiam ſervaret in opere quàm juſtus ille. Et hæc concluſio ſi vera, & univerſaliter vera, inferet, etiam eos qui martyres non ſunt, dant autem pleno corde martyribus in nomine martyrum, mercedem martyrum accepturos: et eas quæ virgines non ſunt, qualis *Eliſabet, Hungariæ Regina*, quæ & ante & poſt nuptias virginitatem virginibus multis plus amavit, & niſi grandis neceſſitas compulißet, illibatiorem multis conſervaſſet. Credo itaq; magnam cum virginibus virginum mercedem accepiſſe, quæ tanta virginibus in nomine virginum dederat. Magis autem hæc ratio profundabitur, ſi fundetur in merito & efficacia ſacerdotii Ieſu, propitiantis & emundantis non ſolùm immunda, ſed reſtaurantis omnia, in antiquam originalemq; dignitatem inſtaurantis. Illo ſacrificio Pater placatus ſi in integrum reſtituat, & quantò reſtituat, quantoq; relinquat non integrè reſtitutum, temerarium diffinire. Et ſi illo non imputante in omnibus reliquis erit quaſi non fuerit, quare non et in iſto? *Beatum* enim dicit David, immò Spiritus Sanctus per os Davidis, *cujus tectæ iniquitates, & cui non imputavit peccatum.* Pſal. 31. verſ. 1.
Non enim plenè obductum vulnus, cujus reſtat cicatrix qualiſ-

tunque noxæ monimentum. Vnde ſi dicatur, parem caſtitacis amorem pari mercede coronandum, tùm id, quo non iniquinata corpore & ſingulari aureola donandum; dicam ſimiliter, Petri pœnitentiam non integra cum innocentibus emundatione reſtituendam; cùm illi non peccarunt, hunc autem negaſſe in præteritum tranſivit, ut nequeat non fuiſſe. Verùm ſic exilis erit lanx virginitatis, quæ non ex cardine pendet charitatis, ſed ex præterito tempore duntaxat immutabili. Et Iephtæ filia, quæ virginitatem ſuam planxit, virginum acciperet coronam; & multis virginibus hoſtili irruptione vim paſſis inſolens perſequutoris libido ſuam pietati coronam abſtuliſſet. Sed hæc utcunque ſint, firma tamen fixa utrobiq; ſententia, ut & Eliſabeth Hungariæ, quæ tantis votis & deſiderijs beatificans virgines, virginum mercedem accipiat, & nihilominùs ſua virginibus corona propria ſit. Velimus enim, nolimus, Mariæ & Ioſepho ad inſigne illud prærogatæ celſitudinis decus non ſuffeciſſet, quantalibet cordis munditia, quantumlibet etiam conjugium Abrahæ Ioannis cœlibatui comparetur. Oportet enim ut quæ tantam habent rectitudinem in opere, proprium etiam habeant titulum in gloria. Sed adparentem hanc urgentium utramq; rationum diſcrepantiam facilè concordat perſpecta veritas intùs. Merces enim virginum, & virginitatem amantium, adjecta quædam aureola eſt. Hæc autem aureola gaudium eſt quoddam & alacritas mentis in Deum latè gaudentis, confitentis, gratias agentis de tanto munere Dei. Vnde virgo gaudet, confitetur, & gratias agit, quia divinitùs præſervata. Eliſabeth Hungariæ Regina, & Magdalena gaudet, confitetur, & gratias agit, quia tantæ virginitatis & puritatis amore inflammata ſit: & cujuſque rectitudinem pro metro recti coronat Deus titulo honoris. Quiſque enim quò magis accepit, magis confitetur & gratias agit. Nec poteſt Eliſabeth confiteri præſervatam, nec filia Iephtæ ſpiraſſe cœlibatum. Hoc tamen commune omnibus erit, omnes animæ officinas locupletandas, ut benedicant omnia interiora noſtra Domino, & con-

fiteantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſcantur omnia oſſa noſtra nomini ſancto ejus: quoniam charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum datum nobis, qui interpellat pro nobis, etiam neſcientibus nobis officius, ut reputetur nobis tanquàm in alio amaverimus, quod ipſi non accepimus: quoniam imbecillitas noſtra in his temporum anguſtijs ad omnia obeunda facto non poteſt ſatis eſſe.

Quemadmodum qui purum, verum, merum, ſincerum aurum habet, tametſi recolat & ſciat ex plumbo, aut luto, aut etiam ex ſtercore factum, nullas illi auro prioris vilitatis aut abjectionis injurias facit, ſed unà cum nativo auro recondit. Et ſi fortè, ſicut ferro & ære videmus, ita in auro alterum altero melius, hoc transformatum nativo temperantius, & per hoc indiſſolubiliore complexione fuerit, non modò cum auro nativo, ſed præ illo amabit. Ita & in filijs gratiæ ſuæ Deus Pater, quibus à terra & ex ſtercore ſuſcitatis & elevatis, humilioribus ampliorem gratiam dederit, hos in regno ſublimabit clariores. Quid igitur Petro, Paulo, Magdalenæ detrimenti adferet, ſi aliquando fuerint peccatores, quando plenè mundatis nullus priorum ſordium nævus remanet? Stultitiæ humanæ trepidatio hæc eſt, non clariſſimè omnia dijudicantis. Rerum gradibus gradatus eſt honor. Quod enim fuit, ſi non eſt, perinde nihil; & per hoc nulla judicij ſtatera pendendum: nec habet reatum, quod non eſt in poteſtate. De futuro ſaltem aliquid poſſumus, penitùs nihil de præterito. Et quòd penitùs in voluntatis poteſtate non eſt, quis juſtè poteſt imputare? niſi relicta ex præcedente peccatomentem præſentia veſtigia fœdarent, nullam converſo pœnam pro illo reſtare.

D. VVES-

D. WESSELVS

de Purgatorio. quis & qualis ſit ignis purgatorius. De ſtatu & profectu animarum poſt hanc vitam. &c.

Et primò de duobus mandatis charitatis. De poteſtate Papæ & Eccleſiæ, Propoſitiones XX.

I.

Omnis averſio à malo, omnis converſio ad bonum, omnis juſtificatio, omnis unio ſpiritualis cum Deo, ex duobus illis primis mandatis.

2. *Omne pendens tendit ut perventu in perfectum abſolvatur.*

3. *Omnis igitur lex & prophetica promiſſio, & præcepta, ſola charitatis perfectione pendent implenda.*

4. *Quàm diu illa duo mandata non perfectè fuerint impleta, non perfectè implebit Deus promiſſionem ſuam de ingreſſu Regni.*

5. *Omnis poteſtas Papæ prærogativa extra & ſupra ceteros in Eccleſia paſtores eſt merè juriſdictionalis.*

6. *Omnis juriſdictionalis Eccleſiaſtica poteſtas debet eſſe ſecundum arbitrium viri ſapientis, prout utiq; verè ſapiens determinabit.*

7. *Hoc debitum creditæ poteſtatis non facit ſummos Pontifices inerrabiles, ita ut non poſſint errare, aut ita ut neceſſitet eos in bonum.*

8. *Nulla Eccleſiaſtica, ſive ordinis, ſive juriſdictionis poteſtas, poteſt quenquam ſuo arbitrio facere, ut illa duo mandata perfectè impleat.*

9. *Poteſt juriſdictionalis poteſtas Papæ miniſterium facere in monendo, docendo, movendo, ædificando verbo & exemplo, regimine, miniſterio ſacramentorum.*

10. *Sed ut ædificentur, nullius poteſtatis aut imperii jura exercet in cordibus ædificatorum, ut ideò intùs ædificentur, quia Deus vult.*

11. *Deus, qui Papam conſtituit ſuper familiam ſuam, non requirit ab eo ut ſubditorum corda convertat & inflammet; ſed ut ad hæc fideliter conetur.*

12. *Volentem aliquando Paulum evangeliſare Spiritus Ieſu non permiſit.*

13. *Iuriſdictionalis poteſtas eſt earum rerum, in quibus homo ab homine regẽdus.*

14. *Quæ immediatè inter Deum & hominem geruntur, hæc ſibi Deus dijudicanda reſervavit.*

15. *Qui, quæ intra hominem ſic aguntur, ut nullis indiciis foris pateant, ſcire non poteſt, judicare non debet.*

16. *Quantò purgandus oculus, aut quàm purus eſſe debeat quò dignus inveniatur videre Deum, nullus mortalium diffinire poteſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quæ Papa de ſeipſo diffinire, noſſe, non poteſt, hoc non poteſt in alijs judicare.

Qui neq; poteſt, neq; debet, ſi vult judicare, peccat & errat, & judicium nullū eſt, velut à non ſuo judice latum.

Omnis actus ex totaliter nullo judicio ſequens etiam nullus.

Plenaria remiſſio prærequirit judicium de perfecto purgato oculo: unde non efficacior illa remiſſio, quàm ſit verax præcedens dijudicatio.

Propoſitiones XIII. *de poteſtate Papæ, & materia indulgentiarum: de remiſſione culpæ & pœnarum, miſſæ* Domino Iacobo Hoeck, Decano Naeldvvicenſi.

1.

NON ampliùs Papam poſſe ſuper pœnis relaxandis, quàm ſuper peccatis remittentis.

2 *Non magis hominem impunem eſſe à ſupplicio, quàm ſit immunis à peccato.*

3 *Omne peccatum, quantumcunq; veniale, ſuo naturaliter ſupplicio æternis legibus colligatum, propter innexam imperfectionem, diſtantiam, diſſimilitudinē, turpitudinem, reprobationem, ignominiam, & repulſam à fruitione.*

4 *Multos verè confeſſos contritionem & indulgentialem conditionem exſecutos, verè parvulos in Chriſto, verè adhuc valdè informes Chriſto, multo partu opus habentes antequàm Chriſtus formetur in eis.*

5 *Papam nulla poteſtate arbitraria poſſe perfectè formare Chriſtum in parvulis & imperfectis.*

6 *Papam non poſſe evacuare quod ex parte eſt, non poſſe facere ut veniat quod perfectum eſt, non poſſe facere de viatore comprehenſorem, nec poſſe viatorum perfectum etiam in termino viæ conſtituere.*

7 *Papam non ampliùs poſſe ſuper meritum paſſionis Chriſti, quàm ſuper baptiſmum in Spiritu Sancto.*

8 *Nullam ſponſam divinum illum thalamum intraturam, niſi perfectè menſtruis omnibus purgatam, totam pulcram, immaculatam, & judicio Salomonis perfectè decoram.*

9 *Maculas menſtruorum nihil eſſe, niſi malè perfectos amores.*

10 *Niſi perfectè amantem minime poſſe gaudere de Deo.*

11 *Omnem imperfectum amorem excluſum à perfecta fruitione.*

12 *Omnem excluſionem amanti pœnalem eſſe.*

13 *Papam pœnales excluſiones, & chaos magnum, firmatum inter imperfectè amantes & perfectè amandum, tollere non poſſe.*

Propoſitiones XXXII. *eiuſdem, de Theſauro Eccleſiæ, & participatione, per quem, quibus, & quomodo Theſaurus iſte diſpenſetur: & de qualitate purgatorij.*

1.

PArticipatio cœleſtis Hieruſalem eſt in idipſum.

2. Participatio in idipſum eſt penes perfectam charitatem.

3. Qui de profectu & perfectione omnium timentium Deum rectè & perfectè gaudet, æſtimat, & glorificat Patrem qui in cœlis eſt, hic perfectè particeps eſt omnium timentium Deum.

4. In participatione cœleſtis Hieruſalem ſemper menſura deſiderij eſt menſura participij.

5. Papa quantò poteſt fideli miniſterio hoc deſiderium ſuſcitare, tantò poteſt facere participes omnium timentium Deum.

6. Qui non poteſt imperantis jura exercere in deſiderio, non etiam poteſt arbiter eſſe in participio.

7. Participatio in idipſum quædam beatitudinis eſt, quædam ſanctificationis.

8. In illa Hieruſalem, quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra, ſemper actualis, nihil niſi Deum amantium, aut propter Deum.

10. Actualis participatio quædam perfecta, quædam imperfecta.

11. Perfecta participatio nulli contingit, niſi duobus illis primis mandatis impletis.

12. Actualiter nemo participat omnium timentium Deum, niſi qui actualiter cognoſcit, æſtimat, deſiderat omnia bona timentium Deum, & actualiter inde glorificat Deum Patrem in cœlis.

13. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

14. Pro menſura dilectionis eſt menſura cooperationis in bonum, & participationis in idipſum, & participationis timentium Deum: ſi parùm, parùm; ſi multùm, multùm; ſi habitualiter, habitualiter.

15. Si ex menſura dilectionis pendet menſura participationis, ſolus ille poteſt efficaciter decernere participationem, qui ſolus poteſt infundere dilectionem.

16. Poſt Deum & Salvatorem potiùs in voluntate fidelium, quàm in poteſtate Papæ conſtitutum, quis quanto particeps fiat omnium timentium Deum.

17. Omnibus credentibus in nomine unigeniti Filij Dei data poteſtas filios Dei fieri. Ergo heredes; ergo participes.

18. Heredes Deo Papa non poteſt facere coheredes Chriſto; cùm ad habitum non ſit motus: jam enim ſunt.

19. Theſaurorum Eccleſiæ non facit participes, quo ſive volente, ſive non volente, fideles nihilominùs pro primi mandati menſura participant.

20. Qui theſaurum Eccleſiæ non adhuc ſapienter habitu vel actu æſtimat & concupiſcit, non adhuc participiat: quia ſolùm pro tanto participat, quanti æſtimat.

21. Theſaurus Eccleſiæ, cæleſte regnum, nuptialis fruitio, ſanctum ſacerdotium, realiter idem ſunt, ut unum non ſine reliquo contingat.

Cant. 4. verſ. 8. 22. Nulla fidelis anima nuptialem illam vocationem audiet, Veni, ſponſa mea, veni, coronaberis, niſi præcedant illa quæ dignam faciant hac vocatione, ut

ſic

ſit judicio veri Salomonis ante tota formoſa & perfecta.

Totam pulcram, totam formoſam ſolus ille judicat & vocat, qui deſponſat.

Qui vel ſe, vel proximum nuptialibus amoribus dignè exercitatum judicat, ſeipſum ſeducit, & veritas in eo non eſt.

Neq; Prælatorum auctoritas, neq; ſacramentorum veritas in hac vita immunem conſtituunt à peccato.

Qui non poteſt immunem à peccato reperire, non poteſt impunem decernere.

Amanti animæ graviſſima adflictio eſt, ſanctorum deſideriorum dilatio, quam neq; tollere poteſt Papa, neq; debet.

Naturale, juſtum, ſanctum imperfectè amantibus animabus hoc purgatorium, ut nuptialiter, ſed imperfectè amantes thalamo ſponſi excludantur.

Purgatorium, ut ſi verè purgatorium ſit, oportet ut ſordes purget.

Sordes amoris nihil ita purgat, ut æſtuans, dilatus, & ſitiens amor ſeipſo inceuditur, quemadmodum ſapientia conſideratione inclareſcit. Erit enim ignis qui probet opera uniuſcujuſq;.

Poſt hanc vitam quædam peccata dimittuntur: igitur poſt hanc vitam charitas perficitur.

Alias pœnas doloroſas ex igne non refello, ſed principaliter purgatorias eſſe nego.

Purgatorius ignis quis ſit?

Vrgatorius ignis eſt, qui interioris hominis ſordes etiã carne
ſoluti comitantes purgat potiùs, quàm torquet. Ignis, inquã,
vorans ſordes, hoc eſt, peccata: quoniam interior homo ma-
as alias habere non poteſt. Has maculas intellectualis diſcipli-
ignis ſecundum Apoſtolum probat, quando dijudicat, & i-
eo zelo accenſus lignum, fœnum, ſtipulam exurit, donec ſu-
. unicum, verum, ſolum, & ſolidum fundamentum, Ieſum
riſtum, nihil remanet ſuperædificatum, niſi argentum, au-
m, lapides pretioſi; ut ſic omnis ædificatio conſtructa creſcat in
plum ſanctum in Domino. Neceſſe ergo eodem igne ſancto
ſcere in templum, quo neceſſe eſt à malis moribus & amori-
depurari. Hæc non tàm ſententia *Auguſtini*, verba iſta po- *Lib. 21. de. civit. Dei cap. 26.*
atis, quàm ſententia *Pauli Apoſtoli.* Vnde & hæc mea ſenten-
firmatur, ut neq; ſi angelus de cælo aliud præter id quod acce-
pi us adnuntiaret, credere oporteret. Puto enim ſententias Pa- *1. Cor. 3.*
um tropicas magis eſſe quàm proprias, ſi quæ diverſa ab hac

ſententia

ſententia ſentire videantur. Manifeſtè enim *Apoſtolus* ferè omnia
vers. 11. verba tropica ponit, inquiens; *Lignum, fœnum, ſtipulam, argen-*
& ſeqq. *tum, aurum, lapides pretioſos, ignem,* & *fundamentum,* & *ſuperæ-*
dificatum. Vniverſa enim hæc tropica ſunt & parabolica. Duo
tantùm verba ponit parabolam exponentia, *Chriſtum* ſcilicet, &
probabit. Per hæc duo totam parabolam corporalium rerum ad
ſpiritualem intelligentiã interioris hominis transferamus. Vnde
non illic lignum, fœnum, ſtipula, non illic argentum, aurum, &c.
ſed Chriſtus fundamentum, imago & ſimilitudo Chriſti, maculã
& rugam non habens, aut aliquid hujuſmodi, ſuperædificata ſtru-
ctura eſt: & niſi zelus ardentis amoris maculam & rugam tepo-
ris exurat, nunquàm creſcit cepta illa ſtructura in templum di-
gnum habitatore Deo. Ex his puto facile colliges meam ſenten-
tiam, facilè conferes cum opinione populari, & rumoribus flu-
ctuantis & leviter credentis vulgi. &c.

Eiuſdem Doct. VVeſſeli, *ſive* Baſilij Phriſij *Propoſitiones* XLVI.
de Purgatorio, & de Statu animarum poſt hanc vitam.

MEam de animarum corpore ſolutarum purgatione & purga-
torio promiſſam ſententiam exigere placuit. Et ecce ſpon-
taneus utcunq; abſolvo, proteſtãs nihil me in hac opinione mea
velle adſerere, niſi quantùm Sacris literis concordet. Sicubi autẽ
Sacræ Scripturæ diſcrepet, ego quàm celeriter, ubi ſenſero, revo-
cabo. Cum hac mea conſtanti voluntate non errabo damnabili-
Gal. 2. ter magis quàm *S. Hieronymus* in materia Petri & Pauli ad Gala-
tas. Error enim, qui non eſt pertinax, venialis eſt. Itaq; ſic in-
terim ſentio.

1. *Cùm dicitur homo factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei, ego de interiore homine tantùm intelligo.*
2. *In interiore homine imago & ſimilitudo Dei eadem, quæ in interiore angelo.*
3. *Sicut eſt interior & exterior homo, ſic eſt interior & exterior angelus.*
4. *Et utriuſq; finis idem, imago ſcilicet & ſimilitudo Dei.*
5. *Dei imago, Dei ſimilitudo non perficitur, niſi perfecta unione, qua ſuo prototypo, Deo viventi adhærens, unus Spiritus efficitur.*
6. *Ad hunc finem diverſa hominibus & angelis via eſt: diverſa, dico, penes accelerationem & moram.*

7 *Angelis fulguris inſtar lux divina luxit, fulſit, incendit, ut ſubitò ad quam Spiritus unionem facti erant pertingerent: hominibus autem de communi lege non ita.*

8 *Primi homines, Adam & Evah, in paradiſo collocati, longè ab hac unione diſtabant angelorum.*

9 *Adhærendo, diligendo Deum oportebat eos ad hanc proficiendo accedere.*

10 *Primi parentes uti neceſſariò ad hunc finem feſtinare, ſic præceptum primum, in quo omnis lex pendet et Prophetæ, ſcriptum habebant in cordibus ſuis.*

11 *Huic mandato quantò diſpares erant, tãtò ab imagine & ſimilitudine diſtabãt.*

12 *Non credo Magdalenam, amantem Dominum Ieſum ut amabat, ſi accepiſſet mandatum à Domino Jeſu de non guſtando lignum ſcientiæ boni & mali, ſicut Evah & Adam à Domino Deo, quòd ulla ſerpentis aſtutia ſeduxiſſet eam contra mandatum.*

13 *Interiori homini idem diſtantia, finis, diſparitas, parvitas, paupertas, infirmitas, impuritas.*

14 *Divinæ ſimilitudini & verè ſpirituali unioni plus in paradiſo diſpares diſtabant in originali juſtitia, quàm ſub cruce Magdalena.*

15 *Fortior infuſa juſtitia in Magdalena, quàm originalis juſtitia in Adam & Evah. Patet ex 12.*

16 *Infirmior igitur originalis primorum parentum juſtitia in paradiſo.*

17 *Interiori homini accedere, conformari, creſcere, ditari, confortari, purgari, idem ſunt. Patet per 13.*

18 *Primi parentes in paradiſo, ſicut acceſſu, confortatione, incremento, locupletatione, conformatione opus habebant; ſic & purgatione. Patet per 16.*

19 *Si locus purgationis eorum quæritur, paradiſus eis purgatorium fuiſſet.*

20 *Si de modo & forma purgationis quæratur, Obedientia angelicæ monitionis.*

21 *Non magis inconveniens, hominem imperfectè factum ab angelo jam beato purgari, quàm angelum beatum inferiorem actu hierarchico per ſuperiorem purgari.*

22 *Si beatus angelus purgatur actu hierarchico, & illuminatur, & perficitur, hoc neceſſariò in partibus imaginis diſtribuendum.*

23 *Igitur purgatio menti per ſapientialem cognitionem Dei: illuminatio intelligentiæ per ſublimem glorificationem Dei: perfectio voluntati per beatam fruitionem Dei.*

24 Omnem palmitem ferentem fructum Pater purgat, ut fructum plus adferat. *Ioan. 15. verſ. 2.*

25 *Purgantibus angelis Pater cooperatur: illuminantibus angelis Verbum, vita & lux glorificans: perficientibus & inflammantibus igneus ille amor & charitas æterna, Deo amante, Deo amato digniſſima, Spiritus Sanctus.*

26 *Græci putant, animas corpore ſolutas omnes mox in beatificã illorum ſanctorũ*

Alum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

angelorum purgationem, abſq; ulla media ſancta moroſa purgatione tranſire.

27. Latini tenent, animas pretioſa in conſpectu Domini morte ſolutas, moroſa ſancta quadam purgatione, quæ nondum beata ſit, purgari. In hac purgatione tùm de forma, tùm de loco, tùm de fine apud Latinos diſcrepantia eſt, quibuſdã ſenſibilem cruciatum ex reatu dimiſſæ culpæ metientibus ac diffinientibus; alijs autem, ſicut interiori homini congruit, cum Auguſtino in Sermone de verbis Domini duntaxat intellectualem diſciplinæ ignem illum fore volentibus.

1. Cor. 3. 28. Pro ſecunda parte valdè facit verbum Apoſtoli, dicentis; Vniuſcujuſq; o-
verſ. 13. pus, quale fuerit, ignis probabit.

29. Talem igitur ignem illum dicunt, qui fundamentum, & ſuperædificata fundamento, lignum, fœnum, ſtipulam, dijudicare poſſit, & malè ſuperædificata reprobare non ſolùm, ſed & exurere ut ardeant, & opera bona probare, & cum fundamento conſervare.

Luc. 12. 30. Dominus Jeſus in hac vita præcipit, lucernas ardentes in manibus tenere, ex-
verſ. 35. ſpectare, donec veniat Filius hominis pulſans. Et S. Petrus in Canonica ſua
& 36. poſt lumen lucernæ lucentis in caliginoſo loco duas vices, aut viciſſitudines po-
2. Pet. 1. nit; Orientem luciferum, illuceſcentem diem.
verſ. 19. 31. Orientem luciferum ego intelligo Filium hominis venientem & pulſantem, longè ſupra lumen lucernæ lucentem, clara virtute in eis opera facientem, quæ nemo alius facere poteſt: ut qui tunc non confeſtim aperuerint, excuſationem non habeant de peccato ſuo.

32. Qui verò ſuccincti lumbis exſpectantes confeſtim aperiunt, hi videntes Chriſtum Domini accipiunt in ulnas, & benedicunt, dicentes & orantes in pace, ſecundum verbum Domini gratias agentes, quia viderunt oculi eorum ſalutare Dei, paratum ante faciem omnium populorum.

33. Illic eorum exanditur oratio, & fit pretioſa eorum, velut jam ſanctorum, & à ſuis peccatis ſalvatorum, mors in conſpectu Domini.

34. Antequàm à corpore ſolvantur, ſalvi facti ſunt amantes Dominum Ieſum: & hoc in lumine orientis luciferi.

35. Poſt lumen lucentis luciferi S. Petrus ponit adſpirantem diem, qui quia nondum orto Sole, cum Latinis credo moroſum illum profectum, quo animæ à corporibus ſolutæ purgantur & proficiunt in gradum ſanctæ charitatis, qui cuique pro ſuo loco in templo, pro ſua manſione in domo Patris debitus.

36. Manifeſtè in Canticis prædicat animam columbam, formoſam, adſcendentem de deſerto, totam pulcram, à capite uſq; ad pedes immaculatam, chariſſimam in delitiis.

37. Hæc ornamenta nõ in hac vita: quoniam hîc in multis offendimus omnes. Et ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, veritas in nobis non eſt. Abſit autem ab ore ſponſi, ut mendacium inveniatur in ore eius.

38. Hæc igitur veræ ſponſæ ornamenta, vero & veridico ſponſi præconio adſcripta,

poſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

poſt hanc vitam ſponſæ competunt. Sed quando ſponſæ ſuæ ſponſus hæc præconia tribuit, adhuc viatrix eſt, nondum ortum Solis videns, aut beatifica viſione comprehendens.

Anhelat videre ſponſum, & non videt, quando dicit; quæſivi illum, & non inveni: vocavi, & non reſpondit mihi. Cant. 5. verſ. 1.

Hæc ſanctiora opera ſponſæ credo poſt pretioſam in conſpectu Domini mortē, ſubilluſcente die, ante beatifici Solis ortum.

In hac luce purgari poſt mortem in conſpectu Domini pretioſam, hujus purgationis purgatorium locum credo paradiſum.

Omnes qui pretioſa in conſpectu Domini morte mortui ſunt, ſunt confirmati in gratia. Longè igitur ſanctiores & purgatiores quàm Adam & Evah in paradiſo.

Latro de cruce paradiſum accepit purgatorium, quia interim adhuc viator.

Non credo latronem puriorem exſpiraſſe pleriſq; ſanctis viris, pro quibus à principio naſcentis Eccleſiæ ſancti viri oraverunt.

Hæc mihi videntur convincere purgatorium ſpirituale potiùs, quàm ſuppliciale.

Quòd ſi iſta convincant, exempla omnium dialogorum, & illuſtrium virorum viſiones parabolicè potiùs quàm hiſtoricè interpretandæ & accipiendæ ſũt. Sed de his aliàs plura.

Item de purgatorio dicit *M. Weſſelus*, ſenſibiles pœnas non eſſe r ſe purgatorias: quemadmodum cæcitatem, ſi decē millia coliorũ adhibeas, nihil purgat, niſi redditus viſus: ita ſordes animę cedentis nihil per ſe, niſi creſcens amor Dei purgat.

Quantò pœnitens magis eſt amans, tantò exſpectatio pœnali; nec per diſpenſationem inflicta, ſed naturaliter concomitans. nde nec Papa, nec Prælatus eam tollere poteſt. Et ſi iſtæ pœnæ; ,timere Deum, exſpectare, eſurire, ſitire juſtitiam, fugere, ingeiſcere, concupiſcere, & deficere in atria Domini: ſi, inquam, iſtę œnæ efficaciſſimæ purgatoriæ ſunt, quid oportet alias quærere? im ſine his aliæ inutiles ſint.

Defuncti enim proficiunt exploratiore fide, fidentiore ſpe, fer- ntiore charitate: propterea fragili corpore exuti, ut celeriùs ropoſitum agonis ſtadium currant, magnis paſſibus properans ad perfectionem. Hæc, vel beatiora his, vult *Paulus* cre- 1. Theſ. 4 de defunctis, dùm dicit; *Nolumus vos ignorare de dorientibus, ut non contriſtemini.* quaſi diceret, Si ſciretis verſ. 13.

quæ circa illos ſunt, non contriſtaremini. Sunt igitur in tali ſtatu, quem ſi ſciremus gauderemus. In ſtatu igitur non miſero, non ſub virga lictoris, aut in igne præparato diabolo & angelis ejus ſed ſub diſciplina Patris inſtituentis, & eorum quotidiano profectu gaudentis: & ipſi alacri profectu, ardenti ſpe, ſitienti deſiderio ſibi indignantes, quòd non ampliùs fervent.

Quod quidam de merito & merendi facultate dicunt, quemquam ſequi ſua opera, neq; ampliùs merendi locum eſſe, hoc de prima ſpecie motus, videlicet vivifica generatione ad vitam intelligendum, vel corruptione; de augmentatione & alteratione depravationis nequaquàm. Non enim illic regenerantur à morte ad vitam, ſed benè creſcunt ex imperfecto ad perfectum, & depurantur à ſordibus venialium ſuorum amorum, ſecundum *Auguſtinum lib. 21. de Civitate Dei, cap. 26.* & *Gregorium in Moralibus*, & *Guilielmum Pariſienſem lib. 1. de univerſo corporali*, ubi ad longum vult, quòd animæ defunctorum etiam à peccatis & ſordibus expurgentur, & ab imperfectionibus perficientur. quia ſecundum ſententiam *Apoſtoli*; *qui cepit in nobis opus bonum, perficiet uſq; in diem Domini Ieſu.* Phil. 1. verſ. 6.

2. Cor. 5. verſ. 10. *Apoſtolus* quando dicit, *ut referat unuſquiſq; prout geſſit in carne*, non dicit cum excluſione *ſolùm in carne*: quia cõfeſſa quædam peccata remittuntur in futuro ſeculo. Erunt ergo illic peccata, de quibus non in carne geſtis referetur.

Ignis ille, qui uniuſcujuſq; opus probaturus eſt, non pœnalis tantùm erit; quia tunc nihil ad illum ignem, quale eſſet uniuſcujuſq; opus. Nunc autem talis erit, qui uniuſcujuſq; opus probet ac dijudicet. Non ergo corporalis ignis ille, de quo *Paulus* hîc loquitur, qui mentales intelligentiarum ac voluntatũ differentias dijudicare, probare, reprobare norit: quemadmodum neq; corporalia cremabilia ſunt, quæ ignis ille cremabit, licet *Apoſtolus* corporalium rerum vocabulis, fœnum, ſtipulam, lignum, argentum, aurum, lapides pretioſos unico illi fundamento ſuperædificet. Quis tàm abſurdus, ut credat aliquem filiorum Dei ſuum angularem illum in fundamento ſpiritualis ædificij lapidem fœnũ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſtulam, ligna corporalia ſuper ædificare? Imò, ſanctiores quicq; argentum, aurum, lapides pretioſos illi fundamento ſuperædificantes, omne argentum, aurum, & pretioſa lapidum contemſerunt, ut nihil talium offerre poſſint ſuperædificandum. Indigniſſimum valdè tali fundamento talia ſuperædificare. Non ergo minore abſurditate deſipere puto, qui talium probandorũ ac dijudicandorũ ignem corporalem putant. Quis ergo ille ignis? niſi ignis ille conſumens, qui Deus eſt, urens renes & comburens, depurans aurum, donec defluat omne ſtannum & omne plumbum ejus, examinans argentũ, & purgans ab omni ſcoria, ſcrutãs corda & renes Deus. Ignis igitur ille purgatorius idem qui & fundamẽtum poſitum. Hunc ignem, & cremabilia hæc, ſi benè attenderent Indulgentiarij noſtri, non tàm temerè poſt mortẽ plenariã remiſſionem & omnimodã impunitatem promitterent. Scirent enim neceſſariam illius ignis probationem, ſicut poſt neceſſariam mortem rectum judicium. Hoc autem judicium in igne iſto erit, probante quale ſit opus uniuſcujuſq;. Niſi ergo per indulgentias Papa facere poſſit, ut opus ejus tale fiat, ut nullũ patiatur detrimẽtum, non poterit eum ſine depuratione tranſmittere illó, quo nihil intrat imũdum. *Pauli* n. teſtimonio, imò Spiritus Sancti per *Paulum*, plurimorũ opera talia ſunt, ut in illius ignis probatione detrimentum patientur, qui tamen verè ſancti ſunt: quia ſpiritus ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Si poteſt quis illum ignem à opere ſuſpendere, ſi juſtum judicem, imò juſtitiam à retribuendo & judicando ſi quis poſſit ſuſpendere, etiam immundorum purgationem poterit retinere.

Deus noſter ignis conſumens eſt, qui hominem fecit ad imaginem ſuam, quando ignem miſit in terram, & voluit ut arderet, ut omnem deformitatem ab imagine ſua fervore charitatis conſumeret. Vnde omne opus humanum ab hoc igne arſum & conſumtum verè detrimentum eſt. Vnde hic verè purgans ignis eſt per ſe, licet ignis materialis per accidens purgatorius eſſe poſſit. Sicut concupiſcentia, priuſquàm concipiat, porta mortis & inferni quidem eſt, ſed clauſa; ſed ubi concupiſcentia per ſtul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

titiam conceperit, aperit morti ſinum: ſic ſynteresis janua quidē regni eſt, ſed clauſa, quàmdiu non veritas Evangelij acceptatur. Veritas igitur Evangelij quædam viva clavis regni, ſicut ſtultitia clavis mortis. Veritas igitur & falſitas claves perditionis & ſalutis, etiam per quemcunq; miniſtretur ſacramentum, & antidotum ſuam facit operationem.

Ignis ille, quem hinc egredientes animæ ſanctæ exſpectant, operum prout in carne geßerunt detrimentum paſſuræ. Hunc ignem ſancti Patres *Purgatorium*, non *ſatiſfactorium* nominaverunt. Sed poſteriores, quia mundificationem arbitrio Prælatorum tribuere non poſſunt, confugerunt ad ſatiſfactionem: cùm tamen revera, ubi plena munditia cordis eſt, nulla exigitur ſatiſfactio. Nihil enim juſtitia invenit in juſto quod cauſetur. Quod autem tranſijt in præteritum, non in ſua eſt ampliùs poteſtate, & magni Sacerdotis morte ſopitum eſt in ſatiſfactionem, cujus fructus integrè donatur integrè cohærentibus Chriſto: & in illum ſolum ſummi & maximi Pontificis voluntas legitimè intervenit.

Quòd pleriq; Sanctorum pœnalem & materialem ignem ponunt, primò puto Dei voluntate; quia illorum pietate, & multitudinis utilitate factum. Secundò, non mendaciter adſertum, ſed parabolicè: cùm ſint multa Scripturæ etiam Canonicæ tàm parabolicè tradita, quòd à vulgo realia putentur; ut ſunt, lux, lumen, claritas. &c. Tertiò, non materialem ignem purgatorium puto principaliter, ſed tamen ignem principaliter puto purgatorium; quia per ſe ſuo incremento ſancto purgatorius eſt, qui quantò creſcit, magis Deo adſimilat & unit. Vnde adſimilari Deo, & per amorem uniri, purgari dico: & impurum voco, non perfectè amare. In amore creſcere, id verè purgari eſt. Quòd ſi pœnaliter adfligi purgari eſſet prædicatione per ſe & eſſentiali, ſtatim ſequeretur, magis torqueri magis eſſe purgari. Et ita malignißimus dæmoniorum Lucifer magis purgaretur, quia magis torquetur. Sed ſi magis purgatur, magis ad puritatem accedit; & ita nunc purior & mundior, quàm ſtatim à principio

ruinæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

rnæ. Ejus autem ſuperbia adſcendit ſemper.

Qui ex hac vita imperfecti diſcedunt, vera purgatione opus bent, & creſcente charitate; quia malis moribus & amoribus ac diſcedunt, ſecundum *Auguſtinum, cap. 20. lib. 21. de civit. ei*, & ſecundum *Guilielmum Pariſienſem, cap. 100. primæ partis universo corporali*. Opus igitur habent purgatione per ſe & entialiter purgante. Sed quia in gratia hinc diſceſſerunt, dò nõ ſunt confuſi cùm loquerentur inimicis in porta. Et quia mortem confirmati ſunt, ut à gratia excidere non poſſint, dò verè pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eum, quia jam in Domino mortui ſunt, beatiores in via Dei um Adam & Evah; majore igitur charitate quàm illi, & ma- in gratia Dei quàm illi. Quòd ſi beata paradiſi felicitate cir- mfuſi ab illa ſua imperfecta charitate purgari potuerunt ac de- erũt, quare non latro de cruce deſcendens reliquũ id imperfe- onis in paradiſo ſub doctore, duce, donatore Domino Ieſu, ho- , victima, holocauſto, manna, libamine perpetuo, purgari po- it? Quòd ſi ille, quare non omnes beatè in Domino mortui, tioſa morte mortui, pari beatitudine reliquũ imperfectionis gari potuerũt? Nõ tamen ab re, aut invito tropo ſtatus ille per is parabolam deſignatur, quando clariſſimus ille Doctorũ *Au- ſtinus, in ſermone 112. de verbis Domini*, partim tropicis, partim oprijs, partim hinc inde adpropriatis, dicit per igneos torrentes tellectualis diſciplinæ tranſire, id eſt, purgari.

De felici ſtatu animarum in purgatorio.

Vnt educti de carcere captivitatis, liberati corpore mortis, ex- uti carne peccati, eruditi de neceſſitatibus fragilitatis, erepti laqueis inſidiatoris, reſtituti in promtitudine ſpiritus, audiẽtes em & vocem legiſlatoris, non ſurdi auditores, accincti ad cur- dũ viam mandatorum Dei, promti magis in horto, & ideò a- riores cantantes cantabiles juſtificationes in illo loco peregri- ionis eorum. Verùm quia latum ibi mandatum nimis, & i in latitudine mentis etiam dilatis deſiderijs adfliguntur. d quia hæc adflictio urit & incendit, votiva etiam hæc

dilatio. Chriſtus triplex exemplar juſtitiæ; primò, laborioſæ juſtitiæ in exſilio. Et hæc fortis, perfecta. Secundò, felicis & proficientis juſtitiæ in paradiſo. Hæc ſancta. Tertiò, beatæ juſtitiæ in patria. Hæc beata.

Dilati amoris deſideria, niſi adfligant, & adeò adfligant, ut accenſa charitas creſcat in perfectum ardorem, ut nulla creatura ſeparare poſſit à charitate Dei quæ eſt in Chriſto, fortem ut mors, durum ut infernum, immò, fortiorem utroq;: nam erat parva charitas adhuc, quia adhuc aliquid ſui habens, quando propter mortem vel infernum adhuc adfligitur: quoniam charitati ſolus Deus eſt omnia in omnibus, quod quàmdiu non fuerit, non eſt pura, purganda igitur à fermento veteri, ut epulari poſſit in azymis ſinceritatis & veritatis. Sed charitatem nihil purgat, niſi argumentum charitatis. Vnde quantumcunq; cruciatur, niſi augeatur, non purgatur.

Omnium optimus, omnium piiſſimus Dominus Ieſus, mille cruciatus pertulit, nullatenùs tamen purgatus. Lucifer æternos cruciatus perferet, nullatenùs purgabitur. Cruciatus igitur non purgat, niſi per accidens: per ſe autem non purgat, niſi creſcens amor Chriſti ac Dei.

2. Pet. 1. verſ. 15. Quòd ſi *Petrus in Canonica ſua ſecunda, in principio*, promiſit poſt mortem frequenter operam dare fidelibus, memoriam ut facerēt ſalutarium illorum illic monitorum, & proculdubio verax pollicitationem abſolvit, quid putamus Dominum Ieſum facere, qui promiſit nobiſcum fore uſq; ad conſumationem ſeculi, datus Evangeliſta, quibus datus eſt mediator, ac per hoc ſol omni creato ſpiritui, miſero, beato, & medio? Et quia arbitrarius eſt, ideò qui in carne ſunt, quando vult, illuminantur, & quantùm vult; & interim de jure videndi pro arbitrio diſpenſat. In carne ſolutis mox immediatè lucet. Et qui bona voluntate recipiunt lucem, intrat ad eos, & manſionem in eis facit nunquàm ab illis diſceſſurus. Verùm quia Latinorum Eccleſia dilationem ponit, & purgatorium vocat, & Apoſtoli baptiſmum pro mortuis tradiderunt, rationabile videre, quantò piis animabus corpore

ſolutis

ſolutis arbitrarius ille Sol,& qualiter lucet. Manifeſtè enim,ſi converuntur ad eum,eum amant; & ſi differuntur, à beatifica fruitione adfliguntur: quia vellent adeò placere ei quem amant, quantùm amant. Et hoc deſiderium urit eos ardentiùs, quàm unquàm in carne illos amatores. Hoc ergo deſiderium ignis ille probans & reprobans omnia ligna,fœna, ſtipulas ab re ſuper fundamentum fidelis amoris ſuper ædificata: & quantùm ab hoc fervente deſiderio reprobantur,tantùm ardent hæc eorum opera, tantum detrimentum patiuntur,tantumq́; purgantur.

Quæcunq; poteſt habere paganus ut Chriſtianus, horum non accepit Petrus à Chriſto paſtoralem comiſſionem. Quæcunq; nõ poteſt habere fidelis extra ſtatum gratiæ & charitatis, horum etiam non accepit paſtoralem comiſſionem. Accepit ergo duntaxat illorum poteſtativam comiſſionem, quibus fidelis cum fideli fideliter, hoc eſt, Chriſtiano vivendi more poteſt & debet comunicare: in quibus rebus ſi diligentem & ſollicitum ſe exhibeat, fidelis ſervus; & ſi proficiat ſubditis, quod tamen in eo non eſt, utilis ſervus eſt. Velle enim proficere in eo eſſe debet, ex mandato commendantis; verùm ut proficiat, gratia eſt incrementum dantis. &c.

Quorſum hæc? niſi ut intelligamus, quidquid poteſt fidelis & prudens ſervus Dei ſuper commiſſum ſibi gregem in communicando,ædificando, proficiẽdo,regendo,ſollicitè & utiliter prę-ſidendo,totum hoc exterioris eſt hominis. Interior enim homo, qui ſecundum Deũ creatus eſt,non eſt homo quàmdiu mortuus eſt. Mortuus autem, quàmdiu non in vitam illam, quæ per charitatem eſt, reſpirat. Dicit enim ſemper in reliquis donis finaliter concludendo; *Nihil ſum*: itidem; *mortuus ſum*. Interior enim homo, ſicut imago duntaxat eſt Dei ſecundum ſolum Deum, ita à ſolo Deo creatus eſt, neq; ullam in eum, aut ſuper eum accepit auctoritatem. Et hoc voluit *Ambroſius* duntaxat, quando dixit *ſacerdotem exhibere quidem miniſterium, nullius tamen exercere jura pietatis*, in interiorem videlicet hominem. Et ſicut hic interior de die in diem renovatur; ſic de die in diem mu-

datur, donec formetur Chriſtus in eo. Hanc verò mundationem, renovationem, formationem, reformationem non accepit Petrus in paſtoralem commiſſionem. Vnde nec eorum, quæ niſi poſt eam, & per eam interior homo conſequi poteſt, paſtoralem accepit commiſſionem: qualia ſunt, ut formato Chriſto in nobis mundo corde occurramus Deo, admittamur ad videndum Deum, & irruamus in amplexus amoris, & adſurgamus ad oſculum concordis voluntatis non ſolùm, ſed ejuſdem per omnia voluntatis, neq; ullo nævo aut deformitate minùs dignus habitus divini contubernij thalamo excludatur. Hunc igitur thalami ingreſſum quia nemo, niſi corde mundus, & ſecundum Deum creatus, perfectus vir in menſuram ætatis & plenitudinis, conſequitur; reſtat, ut qui munditiam hanc, & formationem, reformationem, & perfectionem, & plenitudinem dare non poteſt, etiam dilationem ab ingreſſu auctoritate ſua tollere non poſſit, aut obſtantes nævos remittere. Quid ergo per plenariam remiſſionem Petri ſucceſsores, non video; licet multi dicant Scholaſtici de poteſtate pœnæ relaxandæ. Quis enim neget pœnam eſse amanti, & taliter amanti, ſi velut indignus excludatur? Deſideria dilata adfligunt animam, & eò magis adfligunt, quò fuerint ardentiora. Et ex altera parte, ſi ſe norit propterea differri, quia indignus eſt, quanto credimus in ſeipſum zelo exardeſcat, duplici igne uritur & exuritur iſte dilatus & excluſus? Et hunc duplicem ignem verè purgatorium interioris hominis, & mundantem cor, donec mundo corde Deum videat: & interim omni morte corporali graviùs urens, quantò ex ardentiore æſtu deſiderantis proceſſit. Hunc ignem ſi propter indulgentias Petrus aut Paulus tollere vellet, valdè eſset importunus: quia omnem decorem ſpecioſiſſimæ illius & ſpectatu gratiſſimæ ſucceſſionis tolleret, & ſuavitatem percipientis. Puriſſimi enim limpidiſſimi illius fontis hauſtus tùm puto dulciſſimus erit, quando plurimùm ſitienti benevolentiſſimè condonatur: contraque ſi incurio atque ignavo, quales plerique verè confeſſorum, & verè contritorum, & in gratia conſtitutorum exſiſtunt,

offera-

fferatur, impunè offeretur,quàmdiu non mundi & perfecto a-
nore ardentes exſiſtunt. Quis enim ex nobis poterit habi-
are cum ignibus ſempiternis,qui adhuc caro ſumus, quouſque
dhuc carnalis adfectio,etſi non contra Deum, tamen adhuc à
Deo detinet inviſcatos? Quid ſibi vult purgatorium nomen,
iſi purgationem?Purgatio,quaſi ad purum actio. Depuratio
utem,impuri abjectio,emundatio. Habet ergo omnis purgan-
us impurum aliquid & immundum,quod etiam in juſtis manet
oſt hanc vitam.

Nemo immundus corde Deum videbit, quàmdiu manet illa
ordis immunditia. Multi verè confeſſi,& ſalubriter contriti, &
erè exſiſtentes in gratia & charitate, adhuc ſunt immundi cor-
e. Ergo tales cum tali immunditia cordis morientes,non ſta-
m videbunt Deum. Hic ſyllogiſmus patitur aliqualem in-
antiam circa materiam de indulgentijs; ſed majorem de effica-
a ſacramentorum; præſertim baptiſmi, ubi omnes fatentur,
uòd plenariam remiſſionem tribuat. Non enim poſſibile
uas invicem veritates repugnare. Oportet ergo ambas ſimul
lvas eſſe,ſi veritates ſunt theologicæ. Verum autem eſt,quòd
d illam beatificam viſionem Regis Hieruſalem in decore ſuo
ontemplandam, nullus quantumlibet civis ſanctorum, & do-
neſticus Dei admittetur,quàmdiu aliquid immundum in ſe ha-
uerit. Nihil enim immundum intrabit in illam civitatem,
bi non lucernæ lunæ,aut ſolis lumine lumen lucet, ſed pro ſole
Dominus mentis oculos illuminat. Verum item eſt, baptiſmum
ſacramentũ pœnitentiæ omnia peccata tollere,& integrè. De
cramento pœnitentiæ ſimiliter confiteri oportet. Sed hoc ac-
piendum de his quæ fecit ante baptiſmũ& ante pœnitentiã.Illa
nim,quia non ampliùs in poteſtate ſunt,credenti in Deũ, & re-
icienti, & adhærenti,adhærenti magno Sacerdoti & hoſtię ma-
æ,per fidem prorſus mundantur. Si autẽ inter mundandũ ali-
uid imũdũ admiſcuerit,quia id in ſua poteſtate &culpa,nõ ſacra-
ẽti defectu cõtigit,ut vivus,ſed nõ mũdus tamẽ à baptiſmo ad-
ẽdat, etiã ſi à Petro vel Paulo baptiſetur. Signat ſatis hoc *Paulus* 1. *Cor.* 3.

per-

per differentias eorũ, qui vero fundamento, quod eſt Ieſus Chriſtus, verè & ſalubriter ſuperædificati, ſuperædificant nihilominùs fœnum, ſtipulam, lignum; alij meliùs argentum; alij optima, & lapides pretioſos prorſus ab igne non lędendos. Omnium tamen horum opus quale fuerit ignis probabit. Si igitur neq; pœnitentiæ ſacramentum, neq; baptiſmus mundare poſſunt ſecundum legem urentis juſtificationis, neq; gratia præſens, & multum ſtudium charitatis etiam perfectæ, neq; ipſe Spiritus Sanctus illapſus & præſens, niſi inſuper ſtudium ipſum perfectè mundum fuerit; non video, qua fiducia ſummus Pontifex paſſim tantæ multitudini hujus ignis im̃unditatem & immunditiæ impunitatem polliceatur. &c. præſertim cùm hic ignis, licet fortaſſis etiam alium ſibi ſubſervientem habeat, ipſe tamen magis charitas, & maximè Spiritus Sanctus ſit.

Baptiſmus à morte ad vitam regenerat à præteritis omnibus credentem, ſive pœnitentem, ſive non pœnitentẽ abluit & mundat, ut neq; ad culpam neq; ad pœnam imputentur. Vnde ſicut in baptiſmo quem Deus à culpa mundat, etiam ad pœnam non imputat: ita etiam in pœnitentia quantùm à culpa, tantùm & de pœna. Nam in baptiſmo quantumlibet præterita etiam ſine pœnitentia dimittantur, ſi tamen placeant præterita adeò, ut velit habita opportunitate redire ad illa, etiamſi à Petro ipſo baptiſaretur, nõ mundaretur: & ſi non placeant ad opus iterandũ, placeat nihilominùs aliqualiter, ſed venialiter, in tantum baptiſmus ejus im̃undus eſt, cetera mundatus. Ita & in confeſſione & in contritione pro tanto mundatur, quantò nihil puritatis admiſcet inter pœnitendum, ut ſi penitùs mundus pœnitet, prorſus oĩm præteritorum impunitatẽ conſequitur: adeò, ut cùm ignis ille opus ejus probaverit, ſi nihil urẽdũ inveniat, abſq; detrimento trãſeat, neq; in ea mũditia quiſq; pręter Deũ dijudicare poteſt, neq; Papa, neq; Eccleſia tota. Vnde ad illius finalis ignis impunitatem neq; Papa, neq; Cõciliũ indulgẽtias facere poſſũt; judicij auctoritatẽ non habẽt, ubi dinoſcere nõ poſsũt. Et hinc argumẽtũ, quòd miniſter ſacramẽtũ miniſtrat, ſed gratiæ effectũ nõ præſtat; quia mẽtẽ accedentis

ẽtis dijudicare nõ poteſt. Sacramẽtorum ergo effectus apud illũ ſt, qui corda novit accedentium: & hic à peccatis abſolvit, non iniſter; & quantùm abſolvit à peccato, tãtùm abſolvit à pœna.

iuſdem Doct. VVeſſeli *ſententia, quòd exſiſtentes in purgatorio proficiant poſt hanc vitam, ex verbis* Petri Apoſtoli *elicita. De Evangelio, & pulſatione Chriſti poſt mortem, cum propoſitionibus ex eodem textu elicitis.*

MVlta poſt mortẽ carnis indefinita & ignota viventibus Theologis in hoc mundo, facilè convincit verbum illud *Petri*, 1. Pet. 3. verſ. 18. & ſeqq.
icentis; *Quòd Chriſtus ſemel mortuus eſt, juſtus pro injuſtis, ut nos fferret Deo: mortificatus quidem carne, vivificatus autem Spiritu, n quo & his, qui in carcere erãt, Spiritu veniens prædicavit, diſcreentibus aliquando, quando ſuſcepta Dei longanimitas in diebus Noe, quando arca parabatur.* Facit non minùs verbum ſequens juſdem ad eandem ſententiam; *Qui reddent rationem ei, qui pa-* 1. Pet. 4. verſ. 5. & 6.
atus eſt judicare vivos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis vangeliſata ſunt, ut judicentur: mortuis quidem ſecundum homies carne, viventibus autem ſecundum Deum ſpiritu. Hoc poremum ſi cum primo conferatur, ſicut oportet omnia verba Saræ Scripturæ benè intellecta invicem convenientia mutuò ſe eclarare, valdè raram ſententiam facient. Iſtam ſcilicet, quòd Chriſtus mortuus pro peccatis noſtris, juſtus pro injuſtis, morticatus quidem carne, vivificatus Spiritu, his qui in carcere erant piritu veniens prædicavit, diſcredentibus aliquando, & ab eodẽ, ui ab eo qui paratum habet judicare vivos & mortuos: ab eodẽ, quam, Chriſto evangeliſata ſunt mortuis, quia Spiritu veniens rædicavit. Semper enim ejus prædicatio evangelium eſt, ut judientur: hoc eſt, vel credentes ſalventur, vel tanto Evangeliſtæ increduli condemnentur. Et eis mortuis qui in carcere, quia ſubdiur expreſsè in textu, *mortuis quidem ſecundum homines, viventibus autem ſecundum Deum Spiritu.* Sed hîc ſcrupulus quidam ontra hanc ſententiam, & contra meam opinionem, quòd Latius textus habet, *ut nos offerret Deo mortificatos quidem carne, vivificatos autem Spiritu.* qui ſi verus eſſet, parvulum ſcrupulum

adferret

adferret priori ſententiæ. Sed Græcus textus clariùs ad prædi-
ctā ſententiam facit; quia Græcè ponuntur illa duo participia in nominativo ſingulari, θανατωθεὶς, ζωοποιηθεὶς, non in accuſativo plurali, θανατωθέντας. &c. Patet hoc ex litera ſequenti, qua re-
latívum, quo refert Spiritum Chriſti, non vivificatorum: quia nō illorū ſpiritu, ſed ſuo Spiritu venit. Igitur ſi Chriſtus carne mortuus & Spiritu vivificatus Evangeliſta prædicavit his, qui in carcere, mortuis quidem carne, viventibus autem Spiritu, diſcredentibus aliquando, ſuſcipientibus tamen Dei longanimitatē; oportebit confiteri, mortuos illos, carne mortuos, Spiritu viventes, in
Hebr. 11 verſ. 6. parte quidem credidiße; quia *ſine fide impoſsibile placere Deo*. ſed in parte non expreßè credidiſſe. Quare enim aliàs tantus Evangeliſta prædicaret eis? Et oportebit confiteri, valdè magnū abditorum verborum, quæ non licet homini loqui, hoc Evangelium fuiſſe, quod à tanto Evangeliſta prædicabatur.

Valdè enim humanum videtur credere, in tanta multitudine in diluvio pereuntium omnium, fuiſſe noñullos, quemadmodū
Ionæ. 4. verſ. 11. in Ninive multa millia neſcientium quid ſit inter dextrum & ſiniſtrum, qui Noë prædicationem non audierunt, vel etiā ad quos pervenire non potuit, qui tamen, cùm perirent, ſalutari ſanctorū angelorum inſtinctu converſi fuerunt ad Dominum, per eoſdem angelos de neceſſarijs edocti & moniti. Valdè enim clarum radium latiſſimæ & abditæ miſerationis, & longè aliorum judiciorum Deus in verbo illo de Ninivitis ad Ionam detexit. Nec
1. Pet. 3. verſ. 20. obſtat verbum *B. Petri, quòd in arca octo animæ ſalvæ factæ ſint per aquam*. Illa enim ſalus tantùm corporalis, contra corporalem ceterorum pereuntium perditionem. Patet hoc, quoniam in illis octo animabus Cham, deriſor patris, pater Chanaan, ſupputatur, excluſus à reliquis duobus filijs benedictionis. Salus enim, quæ per arcam facta fuit, corporalis tantùm fuit; quia animantibus mundis & immundis, ut illis octo animabus, communis.

Et graviſſimè facit in hanc ſententiam verbum cauſale, quo
1. Pet. 4. verſ. 6. dicit; *Propter hoc evangeliſatum mortuis* à tanto Evangeliſta & prædica-

ædicatore, *ut judicentur:* quaſi dicat, non judicandos cum an- elis vel dæmonibus, niſi parem angelis charitatem, vel dæmoni- us contumaciam tanto prædicatori & Evangeliſtæ præſenti ex- ibeant. Hæc ſic dixerim pro meo captu interim, quia mihi rba Sacri Canonis ita urgere videntur; paratus adquieſcere cui- unq; clariorem & congruentiorem verbis ſententiam adferen- . Oportet autem exponentem ſententiam congruere verbis xtus, & non extortam eſſe. Omnis enim extorta ſententia, uæ metu argumentorum diſſidet à forma Canonis, debet eſſe ſpecta de hæreſi. Facit non minùs hoc verbum, *ut judicentur*, o omnibus, quàm pro illis in carcere & limbo: quia ſi propter- evangeliſata ſunt illis ut judicentur; ergo omnia illis evange- ſata de quibus judicabuntur. Omnes ergo per Chriſtum ju- icandi ante per ipſum Chriſtum, ut juſtè judicentur, prædican- m evangeliſabuntur. Sed quale credimus fore illud Evange- ium? quàm latum? quàm clarum? quàm efficax? ut verè qui ſic diens ejus venientis & ſic pulſantis obdurat cor ſuum, nullam ſequenti judicio habebit excuſationem de peccato ſuo: ſed in ſua juret, & juratam ſententiam dictet, non introituros in re- uiem ſuam, ſed juſtè cum diabolo pari maledicto in ignem ęter- um alligandos. Non enim tali Evangeliſtæ & prædicatori diffi- e quibuſcunq;, qualitercunq; diſpoſitis, quamlibet neceſſariam nitionem illuſtratione ſui adventus infundere.

ropoſitiones elicitæ ex eiſdem verbis Petri, de Evangelio & pulſatione Filii ho- inis, *miſſæ* Domino Ludolpho, Decano S. Martini Eccleſiæ Traiectenſis.

Unt igitur concluſiones ex hoc textu.

1. Quòd Chriſtus in Spiritu prædicavit.

2 *Quòd Chriſtus in carne mortificatus prædicavit.*

3 *Quòd incarceratis prædicavit.*

4 *Quòd Spiritu venit ad illos carne mortificatos.*

5 *Quòd illi incarcerati erant carne mortui.*

6 *Quòd illi incarcerati carne mortui vivebant Spiritu.*

7 *Quòd illi incarcerati aliquando increduli veritati.*

8 *Quòd illi increduli veritati crediderunt quantùm ſatis erat ad ſalutem.*

9 *Quòd illi increduli facti acceperunt patientiam, vel potiùs longanimitatẽ Dẽi*

10. Quòd illi incarcerati crediderunt, ſed imperfectè.

11. Quòd illi imperfecti opus habuerunt prædicante & evangeliſante, ut in ſapientia fidei perſeverarent..

12. Quòd illis imperfectis evangeliſatum, ut pararentur ad judicium.

13. Quòd illi evangeliſati ante Evangelium prædicantis Jeſu non parati, aut integrè diſpoſiti ad judicium.

14. Quòd illi evangeliſati, poſtquàm Chriſtus venit & evangeliſavit, ſi non credant, excuſationem non habent de peccato.

15. Quòd qui magno & ſummo Evangeliſtæ credit, ut adhæreat integro corde, verè habet vitam æternam.

16. Omni homini veniet Filius hominis prædicator, Evangeliſta magnus, pulſans.

17. Quòd cuiq; audienti vocem pulſantis & evangeliſantis, credenti, adhærenti fideliter, Chriſtus Evangeliſta factus eſt, eum non deſerat donec perficiat.

18. Quòd totus proceſſus illorum evangeliſatorum paradiſus eſt, regnum antecedẽs.

19. In ſtatu innocentiæ paradiſus tempore, ac duratione, & mora præceſſiſſet regnum cœlorum.

20. Quòd rationabile & probabile, quòd talẽ paradiſum latroni Chriſtus promiſit.

21. Quòd ſoli evangeliſati per magnum Evangeliſtam idoneè diſpoſiti ſunt, ut æterno judicio judicentur.

22. Quòd æternum judicium perfectè juſtos pares angelis diffiniet.

23. Quòd qui veniente Filio hominis, & magno Evangeliſta pulſante ſimul & coruſcante, cor ſuum obduraverit, dignè cum dæmonibus judicabitur.

24. Quòd omnis judicandus ante judiciũ per hunc Evangeliſtam evangeliſandus.

25. Quòd diverſa multùm ſunt inter ſe, hoc Evangelium, & hoc judicium.

26. Quòd in ſtatu originalis juſtitiæ paradiſus tempore & duratione præceſſiſſet.

27. Quòd proceſſus medius inter Evangelium perficiendorum uſq; ad plenam idoneitatem judicandorum, non incongruè paradiſus nominatur.

28. Quòd probabile, quòd Chriſtus talem ſpiritualem paradiſum latroni in cruce promiſit.

29. Quòd non puto latronem illum judicio ſuo magis idoneum fuiſſe multis probatiſſimis Patribus veteris teſtamenti, clariſſimis Dei amicis.

30. Quòd ſi illos tàm ſanctos viros adhuc per magnum Evangeliſtam inſtitui oportuit, ut judicarentur, non facilè credo, popularem hodie multitudinem Chriſtianam, hinc exeuntem, ut magno illo Evangeliſta non opus habeat.

31. Quòd nullus ex hac vita, niſi per evangeliſantem Chriſtum perfectè monitus, perfectè doctus, perfectè motus, perficiatur.

32. In nullius mortalis hominis arbitrio conſtitutum, quantùm quemq; Chriſtus moneat, doceat, moveat illo ſuæ pulſationis Evangelio.

33. Quòd Chriſti Evangelium eſt ſolum, verum, præcipuum purgatorium: licet etiam alia minùs principaliter poſſint rationabiliter tolerari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

4. *Quòd idem ergo verum purgatorium eſt paradiſus; ſed amanti tantò amarior, quantò magis ipſe purgatior divino amore flagrarit.*
5. *Hunc flagrantis animæ ardorem & amaritudinem ego puto verum, poſtremum, & perfectiſſimum purgatorium.*
6. *Quòd in originali juſtitia multa valdè ſuberat imperfectio; multa igitur reſtabat purgatio.*
7. *Hoc Evangelium non eſt impoſſibile neq; evangeliſanti neq; evangeliſatori.*
8. *Quòd non expreſſè contra aliquem paſſum Scripturæ.*
9. *Quòd ſi talis evangeliſatio ponatur, multi Sacræ Scripturæ paſſus faciliùs enodabantur.*
10. *Quòd neq; Deum, neq; Chriſtum dedecet.*
11. *Quòd ſi ſic facit, manifeſte omnia Scripturæ loca congruent.*

Hæc ſunt quæ movent ut faveã; nõ tamen permovent ut adſeram. &c.

De Evangelio æterno, quando, & quomodo, & à quo Evangeliſandũ?

I:

L*Ex naturæ longè ſub lege divina.*
2. *Lex naturæ omnibus hominibus abdita rectitudo.*
3. *Legis divinæ omnibus hominibus inſcrutabilis abyſſus.*
4. *Legis divinæ forma traditionis vix pauciſſimis, ingenioſiſſimis, otioſiſſimis, ad hoc ſtudioſiſſimis explicabilis.*
5. *Legis divinæ omnibus explendæ propoſito Dei ſuperimpoſita neceſſitas: quia ad imaginem & ſimilitudinem.*
6. *Legis igitur perfecta inſtitutio alibi exſpectanda.*
7. *Legis Dei integritas ad imaginem & ſimilitudinem Dei neceſſaria.*
8. *Legis Dei perfecta integritas neceſſeriò ingreſſum regni Dei antecedit: quia ſanctum eſſe oportet, antequàm beatum.*
9. *Legis divinæ ſenſus literalis eſt, quo non in proverbijs loquitur Verbum caro factum.*
10. *Veniet hora, cùm non in proverbijs loquatur Filius hominis; ſed palàm de Patre adnuntiabit.* Ioan. 16. verſ. 25.
11. *Quæ palàm adnuntiabit de Patre abſq; proverbijs, illa erunt Evangelium.*
12. *Evangelium æternum non eſt parabolicum, non proverbiale, non de lingua in linguam interpretabile, non vocale.*
13. *Evangelium non vocale, non parabolicum, non proverbiale, nulla virtute organica ſuſceptibile; quoniam abſq; phantaſmate.*
14. *Commodiſſimè & opportuniſſimè illud Evangelium evangeliſabatur, quando viribus organicis omnibus homo deſtitutus ſolas intellectiones & noſtra deſideria in Deum, non per phantaſmata intelligimus.*
15. *Pauciſſimi poſſunt in hac vita intelligere phantaſmata non ſpeculantes.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

16. *Phantaſmatum ſpeculatio impedit intelligentiæ puritatem.*

17. *Potentia inorganica, in operando conjuncta organicæ, minor eſt ſua naturali operatione in hac vita.*

18. *Interior homo ſuis limitibus inorganicus eſt prorſus; oculus interioris hominis valdè clauſus in cognitione intuitiva.*

19. *Interior homo non impeditus & finis proprius divini propoſiti facientis hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.*

20. *Propoſitum Dei non excidit, ut obliviſcatur Deus, vel derelinquat opus ſuum Deus, volens omnes homines ſalvos fieri.*

Ioan. 1. verſ. 9. 21. *Lux vera illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

22. *Illuminare dignabitur perfectè, quos tantoperè redemit, quos perfectè redemit.*

23. *Perfectè de opere redemtionis illuminabit, ut ſi obdurent corda ſua, non habeant excuſationem de peccato.*

Ioan. 15. verſ. 22. 24. *Niſi veniat Filius hominis pulſans, illuminans de opere, quod nemo alius facere potuit, peccatum illud obdurati cordis non habent.* Nunc enim, quia viderunt me, & oderunt me & Patrem meum, excuſationem non habent de peccato.

25. *Si non coronabitur, niſi qui legitimè certaverit; & ſi non legitimè certat, qui non totam legem implet, qui vel jota unum reliquerit mandati lati nimis: liquet neminem coronandum, qui non in latitudine mentis legem impleverit. Hoc non ad lumen lucernæ; neq; orientis luciferi. Hanc latitudinem* Salomon *ſignificavit, quando dixit* ſemitam juſtorum lucem, proficientem in perfectũ diem. *hoc eſt, in omnem legis lucem in mente, in omnem gloriæ ſplendorem in intelligentia, in omnem charitatis fervorem in voluntate.* (Prov. 4. verſ. 18.)

An S. Stephanus *ſtatim poſt mortem ſit coronatus?*

SEntentiæ illi de dilato ingreſſu purgandorum vehementer refragatur verbũ illud de *Stephano vidente cœlos apertos*, & obdormiente in Domino. Expreſſè enim dicit Scriptura, *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris.* Verùm quia hæc verba de Patribus veteris teſtamenti non minùs urunt, ideò pari poſſunt moderatione, imò, propter alia Scripturæ verba oportet ut etiam de Stephano moderentur. Si n. Abraham in pace collectus, qui exſultavit ut videret Chriſti diem, ſi vidit & gaviſus eſt: ſi Moſes loquebatur cum Deo facie ad faciem, ſicut amicus ad amicũ, cùm adhuc eſſet in carne, carne

(Act. 7. verſ. 56. — Pſa. 127 verſ. 4.)

ſolutus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ſolutus quomodo exſultavit ut videret diem Chriſti? Et quando
loquebatur cum eo in monte videns Ieſum, quantò gravíſus ſit Matt. 17.
quis explicet? Et Lazarus ulceribus plenus, ab angelis delatus in Luc. 16.
ſinum Abrahæ, non quò Abraham illum recepit niſi felici comu-
nione, ſed quò ipſe cum Abraham conſolabatur, & cum Moſe,
exſpectantes beatam ſpem. Verè dilecti, verè dato ſomno dor-
mientes in pace in idipſum, & requieſcentes. Manifeſtè n. dicit
Apoſtolus, ſanctos per fidem operatos juſtitiam, adeptos repromiſſi- Hebr. 11.
ones: cùm tamen in fine capituli pluribus grandibus virtutibus e-
numeratis concludat; *Et homines teſtimonio fidei probati non ac-* verſ. 39.
ceperunt repromiſsionem, Deo melius aliquid providente pro nobis, & 40.
ne ſine nobis conſummarentur, vel potiùs perficerētur. Liquet igi-
tur gradus eßе in repromiſſione adepta, & nondum adepta. Imò,
ſi melius aliquid pro Paulo & ſanctis providit Deus, ne Abraham,
Moſes, David ſine Paulo & ſuis acciperent repromiſſiones: ergo
neque tunc Stephanus adhuc accepit repromiſſionem, quando
Apoſtolus iſta ſcribebat Hebræis. Et quia non de viſione Apo-
ſtoli intelligit, ideò gradus in repromiſſione oportet accipere.
Immò, gradus in beatitudine videntium Deum. Quare non
gradus in ſanctitate? Et quis novit, qui gradus conſummatæ ſan-
ctitatis? Et ſi meliùs pro nobis eſt, ſanctos illos non ſine nobis
perfici, quis diffinire audebit, angelos in illa beatifica viſione,
qua ſemper vident faciem Patris, conſummatos eſſe ſine nobis,
ut in eis ſine nobis conſummatis Deus non hîc pro nobis meliùs
providerit? In quo enim id meliùs, niſi ſuam conſumationem o-
rantes, etiam pro nobis orare monentur, ſine quibus non con-
ſummabuntur aut perficientur? Cùm igitur omnes adminiſtra- Hebr. 2.
torij ſunt ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui heredita- verſ. 14.
tem capient ſalutis, quare non in eis non conſummatis abſq; no-
bis id meliùs pro nobis Deus providerit? Saltem hoc loco ſatis eſt,
neminem poße dicere ſine nobis conſummatos finaliter, cùm li-
quidò conſtet ſacerdotio Chriſti profeciſſe cum ſanctitate per ſa-
cerdotium ſanctum cum beatitudine. Quod ſi profecerunt illo,
quis diffiniet conſummatos abſq; nobis? &c.

Weſſelus *in quadam epiſtola.*

Miror ego te, virum doctiſſimum, non meminiſſe. &c. vide *infrà* in *Epiſtola de indulgentijs ad Iacobum Hoeck, cap. 13.*

De profectu animarum carne ſolutarum.

HAnc ſeriem ducatus animarum à lumine lucis præſentis exſilij, quo puſilla ſapientia fidei noſtræ ſicut granũ ſinapis eſt, & velut parvum centrum, quod creſcere oportet in illam cęleſtis globi imenſitatem, univerſum proceſſum & felix animarum incrementum uſq; ad orientem ſolem, purgationem puto. Et in hac purgatione non pœnam, quæ ad modicũ utilis; ſed ad omnia valentem pietatem: & illam pietatem purgatricem. Habet nihilominùs illa pietas, imò flagrans amor dilatus, languorem & pœnam ſuam: habet etiam felicem conſolationem. Conſolatur pręſentia paſtoris & Salvatoris. Verùm quia Doctor & Evangeliſta eſt miſſus à Patre, docens amorem quo ipſe Patrem amavit & amat, & illum ſuum amorem imitari, inardeſcunt amore. Sed quia nondùm dignè amant, adhuc differuntur, & adfligitur anima eorum. Hæc adflictio non dolor, ſed mœror eſt ſecundum Deum: & ſicut ex charitate Dei, ita efficax ut charitatis augmentũ impetret. Et quantò mœrentior, tantò ſanctior, tantoq; impetrantior.

Vnde valdè miror cõmunem Doctorum noſtræ Scholæ inadvertentiam, qui non veterum primævæ Eccleſiæ auctoritate moventur, purgatorium ignem à punitorio diſtinguere.

Gregorius Nazianzenus purgatoriũ ignem dicit, quem Dominus Ieſus mittit in terram volens ut ardeat. Et iſtum, quia ſordes rationabiles imperfectæ ſcientiæ, imperfecti de Deo judicij, & imperfectæ juſtitiæ purgare debet, rationalẽ eſſe oportebit. quod
1. *Cor.* 3. etiam *Paulus* innuit, quando dicit ignem illum probaturum: qui ſi probat, utiq; cognoſcit quale uniuſcujuſq; opus fuerit. Punitorium verò ignem dicit illum, qui præparatus eſt diabolo & angelis ejus. Multùm enim inſolens, & nova verborum licentia, ut purgare dicamus illum, qui nihil impurum aufert. Hæc *Weſſelus.*

Orate pro defunctis quare ſalubris cogitatio.

Quemad-

QVemadmodum *Pſalmiſta* adhortatur angelos fortes virtute, facientes verbum ejus, ad audiendam vocem verbi ejus, qui tamen tota virtute & fortitudine id faciunt: ita licet optare ut faciant, & orare ut faciant quod faciunt. quemadmodum pro illis, ita pro dormientibus exorare ſancta & ſalubris eſt cogitatio; ſicut ſanctum & ſalubre velle quæ vult Deus, & orare ut fiant quę vult fieri. Poteſt enim pia voluntas converti ſuper omne quod eſt primum, & citra primum, & primi voluntatem, in omnibus deſiderare & orare. *Pſa. 103*

FINIS.

LECTORI S.

IN ea, quæ Wittebergæ *anno 1522. impreſſa eſt,* Farraginis *hujus editione, quam poſt inchoatam hanc mihi demum videre contigit, ſequens Epiſtola præfationis loco præfixa erat, quam ommittendam non duxi. Boni itaque conſule, & Vale.*

IOANNES ARNOLDVS Bergellanus, ANDREÆ PALÆOSPHYRÆ Salutem.

EQuidem, *Andrea* jucundiſſime, neſcio qui fiat, ut in his ultimis temporibus non minoris negotij ſectæ in Chriſti ovili exoriantur, atque jam olim, cùm Apoſtoli primas fidei baſes ædificare officioſiſſimè ſtudebant. quaſi verò, ut cum *Paulo* loquar, Chriſtus unicus ſervator noſter diviſus ſit; & quaſi ab homine præſentius auxilium exſpectandum foret, quàm à Deo, qui firmiter in ſe credentibus largitur omnia uberrima. Nec eſt, qui recta charitatis fide eum amplectatur: ſicq; fit ut palantes ultrò citroque oves longè ſępiùs à ſuo Paſtore oberrent, atq; tùm, cùm ſinguli ſingulas civitates paſcebant; etiamſi hodie tot ferè ſint paſtores, quot oves. Qua re, quæſo, quid poſſit homini Chriſtiano eſſe deteſtabilius? Non mirum, ſi univerſa gregis multitudo ſemel ad unum interiret. Huius erroris cæcitas profectò alia eſſe nulla poteſt, niſi quòd nequam paſtores oves à ſaluberrimo animæ pabulo, quę ſola Chriſti doctrina eſt, excludunt. Siquidem pro fide in Chriſtum vana ceremoniarum opera, pro gratia leges & hominum ſōnia, pro ſpiritu carnem, & mille ejus farinę nugas obtrudunt; erigentes quiſque, *1. Cor. 1 verſ. 13.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

quæ ſua eſt libido, proprium idolon. hic neſcio quod portentum: alius verò *naturæ lumen*, ſi Dijs placet, *Ariſtotelem*; cuius ſcitis tàm pertinaciter adhæret, ut potiùs *Chriſtum* quàm *Ariſtotelem* abneget. Verum enimverò ſæpè fit, Scriptura atteſtante, ut Deus quorundam hominum corda ſic indurat, quò ceterorum fides in Chriſtum ſpectatior fiat; & ut ſimul ſuę poteſtatis potentiam in illis exhibeat: rurſum nonnullis ſuę gratiæ lumen infundit efficaciſſimum, dans cum illo ſui verbi, quæ veritas eſt, veram & germanam agnitionem, ita ut quæ à Patre luminũ acceperint (ſunt enim θεοδίδακτοι) audeant vel abſq; pallore coràm omnibus denuntiare. Id quod tametſi hodie non in paucis veræ Chriſtianę philoſophię adſertotibus adparet, ad invidiam etiam uſq: ; tamen in doctiſſimo viro *Weſſelo* multò maximè animadvertere licet. Is, vitales dùm carperet auras, tám ſtrenuè Evangelicum munus tùm ſermone pręſens coràm populo, tùm ſcriptis adminiſtravit, ut etiam veritate odium apud quoſdam parùm pios ſibi compararet. Atq; hinc factum eſt, ut ea, quæ in communem Chriſtianorum uſum ſcripſerat, propter impias Sophiſtarum impoſturas in hunc uſq; diem intercepta fuère. Inter cetera verò, quæ ſcripſit, exſtat *Theologicarum rerum Farrago uberrima*, in qua talis ac tantus eſt, ut nemo omnium ſit, relicta Sophiſtarum ſentina, qui non ex tàm ſincera adeóque rara eruditione magnum, immò ingentem fructum deportaturus ſit, ſi modò pio & candido judicio acceſſerit. Huius itaque ῥαψῳδίαν nuper excuſam ad te, ſummum meum amicum, tranſmitto, non tàm, quòd novitatis ſpeciem præ ſe ferat, quàm quòd rectum ad Chriſtum pergentibus iter velut digito oſtendat. Vale. Anno Domini M D X X I I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

VVESSELI
GRONINGENSIS
Epiſtolæ.

IN QVIBVS

DE PVRGATORIO

& Indulgentijs.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Chriſtiano Lectori,
MARTINVS LVTHERVS S.

3 Reg. 19 HELIAS Theſbites *Propheta, olim, cùm ſermo Domini eſſet pretioſus, nec abundaret viſio, occiſis univerſis penè Prophetis ab impijſſima* Ieſabele, *arbitrabatur ſeſe relictũ eſſe ſolum; ob id vitæ pertæſus optabat animã ſuam tolli, quòd unus impar ſibi videretur ferendo oneri intolerabili impijſſimi populi & Principum ejus, neſcius adhuc ſeptem millia Domino relicta, &* Abdiam *cum centum Prophetis latitantibus ſervatum. Quæ parabola, ſi parvis liceat componere magna, hujus mei ſeculi eſſe videtur. Ego enim, neſcio qua Dei providentia, in publicum raptus, cum monſtris iſtis Indulgentiarum & Pontificarum legum ſic pugnavi, ut me ſolum eſſe putarem, etſi ſatis mihi ſemper fuerit animi, ita ut paſſim mordacior & immodeſtior accuſer præ nimia, qua ardebam, fiducia; ſemper tamen id optavi, quò tollerer & ego de medio meorum Baalitarum, & civiliter mortuus in angulo mihi viverem, prorſus deſperans me poſſe quidquam promovere apud æreas iſtas frontes, & cervices ferreas impietatis. Sed ecce & mihi dicitur eſſe Domino reliquias ſuas ſalvas, etiam in hoc tempore, & Prophetas in abſcondito ſervatos. Nec hoc ſolùm dicitur; ſed & cum gaudio oſtenditur. Prodijt enim* Weſſelus, *quem* Baſilium *dicunt*, Phriſius Groningenſis, *vir admirabilis ingenij, rari & magni ſpiritus, quem & ipſum adparet eſſe verè theodidactum; quales prophetavit fore Chri-*

Eſai. 54 vers. 13 *ſtianos* Eſaias. *Neq; enim ex hominibus accepiſſe judicari poteſt; ſicut nec ego. Hic ſi mihi anteà fuiſſet lectus, poterat hoſtibus meis videri* Lutherus *omnia ex* Weſſelo *hauſiſſe: adeò ſpiritus utriuſq; conſpirat in unum. Mihi verò & gaudium & robur augeſcit, jamq; nihil dubito me recta docuiſſe, quando tàm conſtanti conſenſu, peneq; eiſdem verbis, tàm diverſo tempore, alijs cœlo & terra, alioq; caſu, ſic ille mihi per omnia conſentit. Miror autem, quæ infelicitas obſtiterit, quò minùs in publico Chriſtianiſſimus hic auctor verſetur: niſi in cauſa fuerit, quòd ſine bello & ſanguine vixerit, qua una re mihi diſſimilis eſt; aut metus Iudæorũ noſtrorum eum oppreſſerit, qui ſuis impijs inquiſitionibus in hoc nati videntur, ut optimos quoſq; libros faciãt hæreticos, quò ſuos Ariſtotelicos & plus quàm hæreticos nobis ſtatuant Chriſtianos. quorũ finis Deo vindice jam deſinit in confuſionem. Legat itaq; pius Lector, legatq; cum judicio, quo maximè hic præſtat, quod & egregiè format: & quos in me offendit nimia aſperitas, in alijs nimia dictionis elegantia, hîc non habent quod querantur. Stilus eſt trivialis, ac pro ſeculo ſuo; res ipſa tractatur modeſtè & fideliter. Et ſi in ſtercoribus* Ennii *legit aurum* Virgilius, *poterit & ex* Weſſelo *noſtro legere, quod opibus eloquentiæ ſuæ ornet theologus. Dominus Ieſus addat ad hunc multos alios* Baſilios. *Vale Chriſtiane frater. Wittembergæ, IIII. Calendas Auguſti.*

EPISTOLA

M. VVESSELI GRONINGENSIS

AD

F. BERNARDVM MEPPENSEM

Canonicum Regularem,

De profectu & ſtatu animarum poſt hanc vitam: quid, & quomodo pro eis orandum? &c.

SAlutem, quæ ſi vera, verè ſalvat à peccatis populum Ieſu: ſi perfecta, perfectè ſalvat à peccatis; unde ab omni peccato. Peccatum autem grande, talem amatorem non redamare. Huic venienti & pulſanti nemo confeſtim aperit, niſi cum pulſu adveniat repentè de cœlo ſonus tanquàm advenientis ſpiritus vehementis, & aperiens induatur virtute ex alto, ut amatorem amans dignè recipiat in ſpiritu judicij & ardoris, lavante ſordes filiarum Sion: ſordes, dico, non amantium talem amatorem. Hîc accipiunt in ulnas, & grandi ore benedicunt, orãt in pace dimitti ſecundum verbum Domini, gratias agunt de viſo ſalutari ſalvante à peccato, ſalutari parato ante faciem omniũ populorum. Et hæc in lumine orientis luciferi nondum corpore ſoluti, & voti compotes apud illum Salvatorem ſolvuntur à carcere captivitatis, à carne peccati, à corpore corruptionis: & hoc morte tàm pretioſa in conſpectu Domini, ut qui ſalvi fiunt, in magna vita ſapientiæ, gloriæ, & charitatis confirmati ſalvantur; adeò confirmati, quò nulla deinceps creatura poſſit eos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hîc ad lumen lucernæ nominibus & nuntijs omnia nobis geruntur, veniente Filio hominis, & cum vehementi ſono advenientis ſpiritus, induente virtute ex alto, Agni nomen in ſpeciem tranſit, ut qui ante exaltato nomine formoſus fuit, fiat ſpecioſus forma præ filijs hominũ in

lumine orientis luciferi: Nimirum hîc pretioſa in conſpectu Domini morte, ſolvente ab omnibus infirmitatibus, & in illam ſanctam vitam vivificante & confirmante, tranſeunt in illuceſcentē & adſpirantem diem felices viatores, donec eis conſpicuus oriatur ſol; non jam ambulantes in vijs Domini, non currentes, non ſaltantes. Imò, minùs dicere puto, ſi dixero volantes. Credo autē potiùs raptos, aut fulguris inſtar in latiſſimo illo mane luceſcētis ante ſolis ortum diei magnæ, latiſſima, altiſſima die diffuſionum flagrare charitate. Hæc ſi mihi hanc vitam miſerabilem functo ſuccedant, volam quæ Deus de me volet. Volet autem, ut ex illuceſcente die in lumen ſolis orientis procedam. Hoc orare debebo. Id ipſum orant angeli pro defunctis. Oramus etiā & nos pro angelis, quando oramus ut eorum beata deſideria de nobis fiant efficacia. Idipſum orat Eccleſia tota, vel orare debet. Orant pro nobis defuncti, ut in illorū felicem ſocietatem traducamur. Angelorum pro defunctis beatior oratio. Defunctorum pro nobis, quàm noſtra felicior oratio, vel pro nobis, vel pro illis. Si quis autē orat ut à peccatis ſolvantur, qui tanti amatoris teſtimonio prorſus imaculati perfectiq; ſunt, & adhuc tamen viatores, quia quærunt, & non inveniunt, quia vocant & non reſpondet; hęc oratio, licet ex pietate procedat, habet nihilominùs errorē admixtū. De tali ego dixi oratione me dubitare, ſi vellē pro me defuncto fieri devotorū orationes. Volo quòd orent pro me ſanctificando & perficiēdo in lumen magis ac magis luceſcentis & adſpirātis diei, quò mox orituri ſolis nomen ſanctū in beatam orti ſolis ſpeciem tranſeat, quemadmodū Agni nomē in felicē ſpeciem tranſivit, ut oculo ad oculū omnes theſauros domus Dei in Chriſto videam, imēnſos illos theſauros ſapientiæ, glorię, & charitatis, & quidquid in eo creati decoris eſt contēnentes, & in illū increatū Solē quærendo rapti nondū inveniunt, quia vocatus nec dū votis reſpondet. Hæc angeli beati pro jam felicibus orant. Hęc felices jam pro ſe ipſis beatificandis orāt. Hæc miſerabiles pro felicibus orare debem⁹. Non autē debemus pietati errorē comiſcere; ſed ſic orare, quò per ſapiētiā & rectitudinē orantis fervor orationis adſcēdat,

& ac-

ſt accendatur velut incenſum in conſpectu Domini. Hic eſt baptiſmus in Spiritu Sancto, quo in primitiva Eccleſia baptiſabantur pro mortuis. Et ſi qui aliter baptiſabantur, puto notatos per ſubjectam quæſtionẽ, *ut quid baptiſabantur pro illis?* quaſi dicat, 1. Cor. 15 verſ. 29. baptiſmum illorum detrimentum pati, & pro tanto inutilẽ. &c.

Propoſitiones.

SAncta cogitatio exorare pro mortuis.

Sanctum eorum deſiderium exorantium pro vivis.

Sanctius eorũ deſiderium pro nobis, quàm noſtrũ pro illis, quantò ſunt ſanctiores.

Sancta noſtra cogitatio exorare pro beatis, ut celeriùs duplices ſtolas accipiant.

Sanctum deſiderium pro angelis, ut miniſterij ſui votivum fructum accipiant.

Si tamen quis pro mortuo exorat, qui talis eſt, ut in Canticis *ſponſa deſcribitur, tota pulcra, immaculata; licet ejus oratio de pietate procedit, errat nihilominùs, petens ut à peccatis ſolvatur: quemadmodum errat pro angelo petens, ut à mœrore ſolveretur.*

Placet illis noſtra pietas orantium pro illis.

Prodeſt nobis illorum acceptiſſima charitas, inenarrabilib. gemitibus interpellãtium pro nobis. Hoc in hac vita non poterant. Quomodo enim illis gemitus? quomodo hîc inenarrabiles?

Oratio noſtra quantò ex pietate procedens, ſancta eſt. Sed quantò erronea eſt, pro tanto adhuc ſancta non eſt. Eſt igitur ſancta, & non ſancta: quemadmodũ quæ in medio conſtituta partialiter, ſive participantia denominantur, & adfirmativè, & negativè.

Epiſtola M. VVeſſeli, *provocans quendam ad diſputationem de impletione Sacræ Scripturæ: de imperfectione ſanctorum Apoſtolorum & Martyrum, qui etiam poſt hanc vitam non mox ſunt coronati; ſed adhuc proficere & creſcere opus habebant in purgatorio, hoc eſt, in paradiſo.*

SAlutem, & eam utriuſq; hominis; ſed interioris plurimam & perfectam. Mandaſti per hunc Henricum meum, ſi cominùs eſſem, quod eminùs conſtitutum nequis, diſputando me ſanares. Et revera credo, quia valdè acutorum ingeniorum diſputationibus gaudeo. Semper enim vel diſco, vel doceo; cùm utriuſq; me ſciam debitorem: ſapientum, ut diſcam; diſcere cupientium debitor ſum, quò doceam. Igitur diſputationis inter nos ſeminarium ſpargam.

Ecce hanc tibi meã ſub Domini Abbatis arbitrio cauſã; in tento

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

non minùs de purgatorio, quàm de indulgentijs. Iamdudùm noſti. Ecce, nunc argumenta produco. Primum, quòd univerſa Scriptura una copulativa eſt, cujus neceſſe eſt omnes partes per Spiritum Sanctum inſpiratas & veras eße. Non enim copulativa vera, cujus vel minima pars falſa eſt. Sed in hac tàm lata copulati-
Math. 5. verſ. 18. va una pars eſt, quòd neceſſe eſt omnẽ legẽ ita impleri, ut nec apex, nec jota deſit. Per eandem Scripturam Spiritus Sanctus per
2. Cor. 11 verſ. 2. Paulũ oẽs nos deſpondit exhibere virginem caſtã uni viro Chriſto, nõ habentẽ maculã, neq; rugã, neq; aliquid hujuſmodi. Hanc autem deſponſationem non Paulus, ſed Spiritus Sanctus per Paulum deſpondit; & tamen in ipſo Paulo, quàmdiu in hac vita fuit, nõ perfectã in ſe reperit, ut nec apex nec jota deeſſet, ut neq; ma-
Rom. 8. verſ. 26. culã neq; rugã haberet. Confitetur n. de ſe, neſcire ſe quid oret ut oportet. Magnum ergo jota, magnus apex deerat ſcientiæ ſuæ, quando in tertiũ cœlũ raptus non illam plenitudinem, ut ſciret quid orare oportebat. Vnde & infelicẽ ſe exclamabat, dicẽs; *Quis*
Rom. 7. verſ. 24. *me liberabit de corpore mortis hujus?* Quãdo liberari, & libertatẽ poſtulat, adhuc ſervitutẽ corruptionis & mortis ingemiſcit, vanitati ſubject⁹ nõ volẽs, utpote quẽ veritas hujus ſciẽtiæ nondũ liberavit. Servus ergo adhuc erat, reus in legẽ perfectę libertatis. In *Canticis* ſpõſ⁹ nõ jã deſponſatã per ſponſalia de futuro, ſed verbis de pręſenti ſponſalib⁹ ſpõſã ſuã, qui mẽtiri non poteſt, & cui ſpõſa diſcredere non licet, verbis de præſẽti laudũ titulis toties ornat pulcrã prædicãs, & inquiẽs; *Ecce tu pulcra es, amica mea: ecce tu pulcra, colũba mea, formoſa mea, ſurge, propera, veni.* Itẽ; *Surge, propera, amica, ſpõſa mea, & veni; colũba mea, in foraminibus petræ, in caverna maceriæ. Oſtende mihi faciẽ tuã. ſonet vox tua dulcis in auribus meis: vox n. tua dulcis, & facies tua decora.* Quæ facies hęc decora, ut nec apex nec jota deſit, niſi interioris hoĩs amãtis? Et quę vox ej⁹ dulcis, niſi cãticũ veri & puri amoris? Cãticũ, dico, cãticorũ canẽtis. Quod ſi non verũ, non purũ, & merũ fuerit, falſò Canticũ canticorũ dicit. Item, prædicatur à ſolido laudatore & amatore ſuo *adſcẽdere per deſertũ, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmẽtarij.* Quartò, dicit eã eſſe

monte myrrhæ, & collem thuris, iterum exclamans, *quàm pulcra es, amica mea, quàm pulcra es!* Quintò; *tota pulcra es, amica mea, & macula non eſt in te.* Sextò dicit *odorem unguentorum ejus tranſcendere ſuper omnia aromata.* Septimò, *labia ejus eſſe favum diſtillantem.* Octavò, *odorem veſtimentorum ejus velut odorem thuris & incenſi ſuaviſſimi.* Nonò; *pulcra es, amica mea, ſuavis & decora, ſicut Hieruſalem; terribilis, ut caſtrorum acies ordinata.* Decimò; *una colũba mea, perfecta mea, una matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.* Vndecimò; *greſſus ejus in calceamentis filiæ principis.* Duodecimò; *quàm pulcra es, & quàm decora, chariſsima in delicijs!* cujus illic odorem per ſingula recenſens laudat à capite uſq; ad pedes.

Hæc Sponſi de ſponſa præconia à præceptis Sponſi præcipientis quotidie orare, *dimitti debita noſtra.* Debitores ergo hîc Petr⁹, Paulus, Ioañes, Iacobus frater Domini. Petrus nõ recto pede incedens ad veritatẽ Evangelij. Paulus etiam, cũ oĩb. primitias Spiritus adſecutis, adhuc vanitati non volens ſubjectus. Et Ioañes, diſcipulus quem diligebat Ieſus, pro ſe & Apoſtolis oĩb. confitetur; *ſi dixerimus quia peccatum non habemus, mendaces ſumus, & veritas in nobis non eſt.* Et Iacobus; *In multis offendimus omnes.* Nullus igitur his laudibus *Cantici Canticorum* à Sponſo cumulatus eſt: cumulandus autem quandoq; tamen fuerit, ſicut hîc ſponſa prædicatur. Alibi ergo nitorem hunc, candorem, & decorem ſponſa adſequuta eſt. Eſt igitur non ſola hæc in corpore vita tota via noſtra. Manifeſtè enim ſponſa non de patria fuit, quando ipſa conqueritur; *Quæſivi eũ, & non inveni: vocavi, & non reſpondit mihi.* Quoniam illic beata ſponſa erit, ubi nemo conqueritur de non viſo, de nõ invento: nemo conqueritur, *quis mihi det te fratrẽ, ut inveniam te foris, & deoſculer te?* Illic n. beatæ nuptiæ ſunt, oſculo oris ad os, nõ tàm complexu quàm beata unione Spiritus un⁹. In via igitur erat poſt hanc vitã. Primò quidem purgãda à fœno, ſtipula, & ligno, per ardentẽ & exurentẽ ignem charitatis. Poſteà pura charitate flagrans, donec ad veras illas laudes perfectæ ſponſæ ex ore veriſſimi & ſapientiſſimi Sponſi cumulata, & adhuc arbitrio Sponſi non inventi, non reſpondentis, perfectus amor

Matth. 6. verſ. 12.

Galat. 2. verſ 14.
Roma. 7.
1. Ioan 1. verſ. 8.

Iacob. 3. verſ. 2.

Cant. 5. verſ. 6.
Cant. 8. verſ. 1.

ejus

ejus in fratrem primogenitum, perfecta charitas in Deum, loco & manſione in domo Patris digna haberetur. Non ergo Petrus, Paulus, Ioañes, Iacobus, mox poſt hanc vitam his laudibus digni inventi ſunt, neq; protomartyr Stephanus, neq; laureatus ille Laurentius, neq; inclytus ille victor Vincentius mox illa deſiderata & beata corona poſt mortem coronati ſunt. Sed licet in ortu luciferi confirmati, ut retrocedere non poſſent, ſed procedere tantùm & in anteriora extendi, ut ad has ſponſæ laudes creſcerent, pretioſa in conſpectu Domini morte evocati ſunt. Et quo evocati? niſi ubi pollicitum latroni comitem fore ſponſæ, ubi Adam & Evah purgandi, ungendi, decorandi, donec perfectæ ſponſæ fierẽt ſub magno amoris magiſtro, ſub magno perfectarũ nuptiarum Sponſo acceptante. Paradiſus enim medius eſt inter debitores & comprehenſores. In via igitur eſt; quoniam non eſt ab extremo ad extremum, niſi per medium & mediatorem. His meis jaculis & argumentis acceptis tu me diſputationibus, rogo, ſanes: quia revera velut unctio mihi tua diſputatio. Age, vive, vale. Tuus *Weßelus.*

De ſtatu animarum: & quid ſit amare Jeſum.

1. *Mortui in Domino, mortui ſunt pretioſa morte in conſpectu ejus.*
2. *Mortui in Domino pretioſiores in conſpectu Domini quàm Adam & Evah in originali juſtitia.*
3. *Mortuorum in Domino perfectior charitas, paradiſo dignior, quàm originalis juſtitia.*
4. *Mortuorum in Domino confirmata charitas non commovebitur proſperis vel adverſis.*
5. *Mortui in Domino purgantur partes imaginis, quia temporibus Apoſtolorum baptiſabant pro mortuis.*
6. *Mortuorum in Domino non mox omnium charitas perfecta.*
7. *Imperfecta charitas non conſtituit perfectè cor mundum.*
8. *Quamdiu non eſt perfecta cordis munditia, non videbunt Deum.*
9. *Semita juſtorum lux ſplendens, & creſcens uſq; in perfectum diem.*
10. *Splendente luce, creſcente luce, dico ſapientiæ, gloriæ, & amoris, id mortuis in Domino purgari eſt.*
11. *Lux hæc ſplendens eadem quæ ſapientiæ Magiſter, Dominus Jeſus.*
12. *Huic luci conformari, huic exemplari per omnia ſimilem fieri, purgari eſt.*

Amor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Amor in Dominũ Ieſum propter ſalutem noſtram, propter ju-
ſtificationem noſtrã, propter beatitudinem noſtram, niſi valdè
purgatus fuerit, amor concupiſcentiæ eſt & pannus menſtruatæ:
ſicut famelicus lupus amat Agnum. Oportebit enim ſic amare,
ut nihil noſtrum quæramus, niſi propter Deum. Et huic legi con-
formari & accedere, purgari eſt.

Mortui in gratia meliori conditione gratiæ ſunt, quàm Adam
in paradiſo: quia confirmati in gratia. Ergo cum perfecta ſapiẽtia,
gloria, & charitate, quòd nulla creatura poteſt eos ſeparare à cha-
ritate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Ergo nullã creaturã ſeparantẽ
ament: perfectè igitur cum charitate Dei in Chriſto colligati ſũt,
in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & gloriæ, & charitatis; no-
bis interim abſconditi, nõ illis qui in Domino mortui ſũt. Multũ
beati, qui theſauros illos Dei vident creatoris in Chriſto Ieſu; quã-
vis Deum ipſũ non videant: certi quòd aliquando videbunt.

Qui non amat Dominum noſtrum Ieſum, anathema eſt. Sed quid 1. Cor. 16 verſ. 22.
eſt amare? niſi in mandatis ejus velle nimis: nimis velle quod ille
vult, & quia ille vult. Amavit Iacob Rachel, & præ amoris magni- Gene. 29 verſ. 20
tudine ſeptem anni laborioſæ ſervitutis videbantur ei dies pauci.
Quid amare? niſi cor ſignatum ſigillo cordis Ieſu, ut nihil cogita-
re poſſit niſi de illo: juxta illud, *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tu-* Cant. 8. verſ. 6.
um. ut nihil velit, niſi quod ille, & omne quod ille, & ſolùm pro-
ptereà, quò cor Ieſu ſit ei ſigillum, regula, cauſa, cardo, fructus,
menſura, & ſigillum immobile.

Amor non exſpectat mandatum. Non enim amat qui man-
datum exſpectat, qui ex mandato operatur. Difficilius Magdale-
næ fuiſset otium quàm obſequium; difficilius non ſequi, non cõ-
pati, quàm tollere crucem, quàm ſimul crucifigi. Patet hoc de
Gallo in Lycori, &c. quòd indignus amor Galli; quo *Virgilius* in Eclog. 10.
Ecloga magnum exemplum ſit digni amoris debiti.

Non eſt vita, niſi in amore: nec vita ſancta, niſi in ſancto amo-
re. Oportet ergo amare fratrem primogenitum, & per fratrem
primogenitum reduci ad amorem Patris: quem niſi mundo cor-
de amemus, non videbimus faciem ejus. Si non amat, anathema

eſt. Ergo ut non ſit anathema, oportet ut amet. Evidenter *Ioannes* arguit viam & charitatem Dei per amorem fraternitatis, quando inquit; *Qui fratrem ſuum quem videt non diligit, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere?* Hæc argumentatio non potenter convincit, niſi de fratre viſo explicetur. Igitur ſi recipiatur frater ille primogenitus in multis fratribus, primogenitus omnium filiorum Dei, Rex, & Sacerdos, & hoſtia, victimæ, primitiæ, decimæ, pacificum, ſacrificium, holocauſtum, incenſũ, Sponſus, amator, veniens, pulſans, adparens, non receptus, non dilectus, non amatus; quanquàm talis à Deo, & ad tanta donatus: quomodo Deum, quem non videt, poteſt diligere? Sic enim evidenter cogit argumentatio. Et quantò clarior veritas, tantò charior & amplectenda charitas.

1. Ioa. 4. verſ. 20.

Fraternitatis amorem oportet habere: amorem, dico, qualis ac quantus debet eſſe in talem, tantum fratrem primogenitum, & propter fratrem primogenitum tantus, ut pro fratribus ejus animam ponamus. Imò, tantus amor ſalutis & Salvatoris, ut omnem amorem noſtri amor Ieſu exſtinguat: ante non ſalvat populum à peccatis.

Pauci homines ſciunt amorem verum, etiam humanum: quia niſi per internam experientiam amoris amor non cognoſcitur. &c.
Nullus hominum ſcit amorem dignum primogeniti fratris.
Qui noſceret illius amoris dignitatem, ſemper oraret quomodo oporteret, uſq; dùm dignè amaret.
Apoſtolus neſcivit quid oraret quomodo oportebat.
Nũquid abſq; purgatione hujus ignorantiæ Apoſtolus intravit?
Numquid abſq; digno amore intravit?
Numquid oportuit ab indignitate illa amoris purgari?
Et per quem purgantem, niſi per amantem, & amoris magiſtrum & primum fraterni amoris exemplum?
Et quanto tempore purgantem? Certò, quantò volet magiſter amoris.
Et quis congruentiſſimus locus? Non cœlum, quo nihil intrabit indignum, aut infirmum & vanum. Non carcer captivorũ: amor

nihn libertate fovetur & creſcit. Congruentiſſimus igitur locus purgationi huic paradiſus, originali juſtitię datus à principio, permiſſus latroni, qui citò pretioſa morte mortuus in Domino, confirmatus in æternum, non commovendus retrorſum ad malum, multò jam purgatior quàm Adam & Evah non confirmati in amore fraternitatis, & charitate Dei: quoniam per amorem fraternitatis purgatum via eſt in charitatem. juxta illud; *Qui fratrem ſuum quem videt non diligit, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere?* 1. Ioan. 4. verſ. 20.

Oportet igitur ſub magiſtro magno & primo amoris viſo inſtitui ad perfectum amorem; deinde in charitatem non viſi Dei. Vnde videntes Ieſum in paradiſo, & omnes theſauros ſapientiæ, gloriæ, & charitatis in eo abſconditos nobis, adhuc verè in via ſunt, licet magnam & felicem vitam vivant: quia videntes fratrē primogenitum omnis creaturæ, beatiſſimam creaturam, creaturam adhuc tantùm vident, quàmdiu charitas in Deum perfecta non fuerit. Manifeſtè enim Ioannes fratrem viſum à Deo non viſo ſecernit.

Non poteſt ſolvi Scriptura Sacra. Tota enim Scriptura Sacra una copulativa neceſſaria: quia falſa eſſe non poteſt minima contingens categorica in ea. Immò, oportet impleri omnia legis, ut nec apex, nec jota deſit. &c.

Epiſtola ejuſdem, de ſtudio & pietate quærendæ veritatis: de fructu honeſtæ contentionis in palæſtra veritatis.

Weſſelus F. Ioanni Aemſtelredamenſi *Salutem in finem.*

CRebriùs intra me memor, quomodo reſponſionem meam ad eam tuam dubitationem de im̄ediato tranſitu pro Chriſto morientium, puta Stephani, Laurentii, acceperis, non parùm deſideravi reſcire mentem tuam, dulciſſime mi Ioannes. Deſiderio enim deſidero in palæſtra veritatis apud intelligentes conflictare; non ſolùm vincere, ſed & proficere & creſcere deſiderās. Quoniam veritatis conflictus is eſt, quo vel vincens, vel victus utrobiq; proficio in libertatem filiorum Dei. Promiſſum enim veritati, quòd ſtantes in ea liberabit. Quoniam hæc eſt contentio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

qua Dominus Ieſus præcepit contendere ut intremus. Rogo igitur contendamus, uti cepimus, quærere veritatem: neq; meis reſponſionibus ita adquieſcas volo, ut à motibus animi tui nondũ ſatisfactus requieſcas. Sed quidquid movet, opportunus, importunus inſta, & reſcribe: neq; tu ſolus, ſed & omnes qui tecum ſũt inſtent; quoniam ea mihi fiducia eſt, quod qui ad veritatem quærendam, ſive duo, ſive tres, congregati ſunt, ipſa via, ipſa veritas, ipſa vita in medio congregatorum erit. Et quomodo in hoc loco caliginoſo congregatiores eſſe poſſum⁹ ad veritatem inquirendã, quàm pia veritatis inquiſitione & contentione? Promiſit Capellanus in Advvert, ſi loco pariter cum eo eſſem, ſola contentione me ſanaret. Supplico, ſi ſanatum velitis, vos de monte Agnetis crebrò mecũ contẽdite: neq; deſiſtatis, niſi vel victores, vel victi, veritatis confeſſionem omnia lavantem extorqueatis. Quare etiam pro ulteriore ſeminario fructuoſæ noſtræ contentionis principium contentionis adortæ cum Capellano pro neceſſaria viatoribus perfectione per Henricũ noſtrum tibi ruminandum tranſmitto. Morde, mande, guſta, proba & reproba. Age, vive, vale.

Epiſtola ejuſdem M. Weſſeli Groningenſis *ad* M. Iacobum Hoeck, Theologum, *de ſtudio & pietate inquirendæ veritatis ſine pertinacia voluntatis.*

EX prima conferentia ſimul & bono inter bonos nomine tuo non parùm gaviſus, gratulor ſincerum veritatis cultorem inveniſſe; præſertim tàm dignanter ſpondentem ſemper velle ſcribẽti mihi reſcribere. Gaudebam hoc accepto promiſſo, velut antiquę palæſtræ meæ reperto gymnaſio: non quòd me, ut olim, vanæ verborum contentiones delectent; ſed quia jam commutato ſanius conſilio vel mihi, vel proximo proficere ſperem. Accepi ex ore tuo, nonnullis meis doctrinis te ſcandaliſatum, & ea re permotum ſcripſiſſe deſuper Coloniam. Neq; reprehendo: commodius tamen, & ad normam Evangelicæ rectitudinis vicinius puto, ut me peccantem in te fratrem tuum primò inter te & me corripuiſſes, & ſic non audienti duos vel tres fide & auctoritate præſtantes teſtes adhibuiſſes; & ſic demùm non audientem denuntiaſſes. Verùm quia neq; tu perſonam ex nomine denuntiaſti,

adhuc

illhuc huic Evangelicæ normæ locus ſalvus ſupereſt. Tuam, egregie Magiſter noſter, claram & famatam inter bonos viros integram ſinceritatem rogo & requiro, per eam etiam, quam modò requirenti mihi fidem de ſemper ſcribenti reſcribendo dediſti & ultrò ſpopondiſti, obſecro reſcribe, ſi quid ex meis dictis uſquàm te offendit. Fateor, in multis adſertionibus meis, & crebrò, ſingularis invenior: & valdè mihi de ſingularitate ſuſpectus non parùm errare formido. Sed quia rationes ad eas concluſiones me moventes, ut mihi videtur, ex fide & Sacra pagina ortum habent, parturio intra me, & nonnunquàm etiam foràs prorumpo, ſperans per te, vel tui ſimiles & me ſapientiores viros argui & corrigi. Nec ignoras quid ſit arguere & corrigere; quoniam efficaci & aperto argumento ad veritatem reducere. Tu igitur fratrem tuum lucraberis, ſi me de meo peccato ſcandaliſantem doceas. Nunquàm pertinax fui, etiam in certaminibus vanitatis: magis autem nunc erubeſcendum puto apertam veritatem inficiari. Circuivi multas Univerſitates, & certamina quærens multos reperi contradictores: aliquando etiam de fide ſcandaliſatos, verùm nunquàm in ſcandalis dimiſſos: quia rationibus meis auditis & perſpicaciter conſideratis vel conſentientes, vel ſaltem non irrationabiles confitentes, quietos reddidi, ut nemo finaliter de me conquereretur.

Epiſtola Venerabilis M. Weſſeli Groningenſis, Sacræ Theologię Profeſſoris *ad* M. Engelbertum Leydenſem.

S. Petrus & alij Apoſtoli nec unam horam indulgentiarum dare potuerunt.
Poteſtas Apoſtolorum ligandi & ſolvendi eſt miniſterio, non imperio.
Sicut unus qui baptiſat in Spiritu, ſic tantùm unus qui abſolvit & ligat.
De pœnis remittendis nihil in Sacra Scriptura habetur expreſſum.
Apoſtoli remiſerunt peccata non imperio, ſed verbi Dei miniſterio.
Eccleſia non ſemper pro omni parte regitur Spiritu Sancto.
Multi ſunt diſpenſatores mali in Eccleſia, errores ſeminantes.
Sæpè pro paſtoribus mercenarios, pro mercenarijs lupos, pro lupis diabolos in Eccleſia habemus.
Sixtus juravit ſe neſcire de Indulgentijs.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Prælati mali tolerandi, ſed arguendi.
Papa, & quilibet Chriſtianus eandem remiſſionem poßunt.
Verè confeſſi & contriti parvuli adhuc ſunt in Chriſto.
Plenaria remiſſio non datur, niſi perfectè diligenti.
Papa non magis ſcit de ſua ſalute, quàm ceteri.

QVam tibi quantamq́; ſalutem percupiam, tuę puto charitatis non ignarus, facilè noſti. Fateor, junior olim juniori aliquot epiſtolas miſiſti, non juveniles tamen, ſed gravitatis plenas, & viro dignas, ut non de multitudine queri oporteat. Et nunc adeò charitas tua fervet & æſtuat, ut omittere nequeas quin vel paullulum ſcribas, ut bonam videaris mei memoriam retentaſſe. Satis credo non potuiße omittere. Quin eatenùs & uſquàm pius ille tuus pro Eccleſia Dei zelus efferbuit, ut etiam ſequentibus & copioſis titulis operias me illum valdè ſapientem, altiora me quærentem, fortiora me ſcrutantem, de numero eorum quos ambitio ſupplantat; me valdè ſapientem mihi, multumq́; ſapere viſum mihi, ac per hoc ſtulto homini placentem, velut oculum univerſa præter me videntem, & mei plus æquo amatorem, ac propterea meum in me ac de me perverſum judicium. His atque hujuſmodi, quàm bonam mei memoriam retentes, verè dilucideq́; exprimis, neq; prioribus annis dilucidare ceſſaſti. Et verè grates debeo tibi atq; multitudini, quòd mecum ſentis, & mihi meam de me opinionem confirmas: quia verè, ſicut ſubdis, incomparabiliter multò plura ſunt, de quibus, ut verbis tuis utar, nullam prorſùs retineo notionem. Vnde valdè prudenter cavendum mones, ne quibuſlibet ſapientibus velim ſapiẽtior æſtimari: quia non inique, ſi id velim, ſapientum judicio fortaſſis inſipiẽs reputabor. Et non parvas in his tuis monitionibus gratias tibi habeo, & debeo, quòd meas tantoperè vices doles. Sed & plurimùm gaviſus legi quod ſubdis, de litera mea, quam venerabiliſſimo Magiſtro noſtro, *Domino Decano de Naeldwijck, Iacobo Hoeck*, ante annos ampliùs quatuor miſi. Et quoniam nullo reſcripto dignatus eſt interim reſpondere, verebar non perlatam. Nunc autem nihil ambigo de non perlata; ſed quomodo acceperit, ſuſpenſus exſpe-

cto:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

[...]o: tamen utcunq; gratulor, quòd accepit: & qui tibi legendas [...]ommunicavit, me ſupplico non judicet reſponſo indignum, & [...]berè judicet; quoniam non parùm ex magno apud magnos viri [...]omine pendeo. Et ſi ſcribere dignetur, ex hac nunc mea reſcri[...]bentis tibi pollicitatione vinctum ligatum teneat, ſemper ſcribēti [...]lli reſcripturum. Neq; me putet vanè nunc illi promittere, ſicut [...]lle olim mihi, quando hæc ejus verba; *Quòd ſi has non dedigne[...]is, tuaq; reſponſione dignas judices, non ceſſabo poſthac ſæpiùs re [...]meis ſcriptis viſitare.* Quartus jam annus evolutus eſt, quo non [...]olùm reſcripto dignas judicavi, ſed & quotannis reſcripſi, & etiā [...]nno in añum exſpectās & reexſpectans, nullo reſcripto conſolat[...] [...]um, niſi tandem tenui hoc tuo, quo ſaltem conjectare cōceditur [...]quòd accepit. Et revera gratias habeo tuis etiā improperiis, quia [...]icet nullatenùs illum tecum ſentire putem, de indulgētiis tamen [...]ut omniquaq; mecum ſētiat vix credo. Multę n. ſunt cauſæ viro gravi atq; prudenti, ut nolit inter vulgaria ingenia ſuam opinionē publicare. quare etiā anno priore tuæ de illo ſentētiæ, *Nominalē* illum doctrinam deteſtari, minùs añui: non n. facilè fieri poteſt, ut ex via *Realium* vir talis emicuerit.

Hinc jam ad invectivas tuas accingar. Ægrè fers, S. Petrum, & omnes poſt eum Pontifices ne unam quidem indulgentiarum horam concedere potuiſſe, vel donare. Hæc adeò fers iniquo animo, ut impatiens exclames; *Quis adeò cæcus, & Sacræ ignarus Theologiæ, ac Pontificii juris neſcius, ut Papam atq; Antiſtites auctoritate Chriſti nullam cuiq; poſſe conferre indulgentiam arbitretur?* Miror ego hîc, te, virum literis & eloquentiæ ſtudioſum à puero, non acutiùs tua verba ponderantem. Quid enim eſt, auctoritate Chriſti dare, ſi non volente Chriſto dat? Igitur ſi ſic auctoritate Chriſti volentis ac taxantis dat, quæſo, ubi ſtabilies hanc determinatam Chriſti voluntatem, ut nunc unum atq; idem op[us] indulgentiale ſex annos valeat; nunc ſeptem; nunc ſeptingentos; nunc ſeptem millia; nunc plenariam remiſſionem? Num alicubi fundabitur, ut quanti Papa bonum opus æſtimaverit, perinde quaſi Chriſtus æſtimaverit? Verum eſt, Petrus, & omnes Apo-

ſtoli habuerint in terris poteſtatem ligandi & abſolvēdi; ſed hoc miniſterio, non imperio. Poterant miniſtrare verba Evangelii, & credentibus myſteria gratiæ, ſacramenta chariſmatum, præcepta ſalutis, quæ quicunq; piè recipiebant, verè ſolvebātur à vinculis diabolicæ captivitatis: non autem credo fuiße in arbitrio Petri, quos vellet, à vinculo Sathanæ diſſolvere, aut illo ligare. Quemadmodum unus tantùm qui baptiſat in Spiritu Sancto; ſic unus tantùm qui ligat & ſolvit: ligat, inquam, & ſolvit imperio. Quo enim imperio Papa ſolveret, qui neſcit, ſolutus ſit à vinculo Sathanæ, an non? Quomodo judicare poteſt, quod cognoſcere non poteſt? Infero enim ſic: Vincula illa non cognoſcit, igitur non dijudicat. Si non dijudicat, non decernit. Quòd ſi non decernit, quomodo abſolvit?

Et magis pudenda tergiverſatio illa, qua, cùm à principio S. Doctores confitentur ſolum Deum peccata remittere, confugiant ad pœnas: quoniam mitior illic mentiendi locus conferatur. Cùm tamen theologica regula ſit, *nihil debere fideles adſerere, quod non in regula fidei continetur.* Iſti autē tergiverſatores utrobique obluctantur. Dominus Ieſus expreſſè de culpis dixit, *Quo-*
Ioan. 20. verſ. 21. *rum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Et quomodo intelligēdùm ſit, poſt *Auguſtinum* non audent ſecus, ac debet, interpretari. De pœnis Dominus Ieſus nihil dixit: neq; ullum locum Sacræ Scripturæ dabunt, ubi pœnarum pro peccatis pręteritis & prorſus dimiſſis debitarum judicium in Papæ arbitrium referre poſſint. Fateor quorum Apoſtoli peccata remiſerunt, in veritate fuiſſe illorum peccata remißa. Sed multæ ſunt ſpecies tropicarum loquutionum. Hæc tropica loquutio. Ego autem non tropo, ſed proprio ſermone certo atq; contendo. Verè enim qui ab Apoſtolis Evangelii veritatem audierunt, acceperunt, crediderunt, corde & ore confeſſi ſacramenta ſuſceperunt, & monitis paruerunt Apoſtolicis, horum Apoſtoli miniſterio, non imperio, peccata quodammodò remiſerunt: quia Deo foris cooperatores fuerunt. Et verè remiſſa fuerunt eis: quia niſi verè divinitùs remiſſa fuiſſent, neq; Apoſtoli dicerentur aliquo modo remiſiſſe.

Subdis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Subdis, & non ſine grandi pondere verbi, ſanctam Eccleſiam divino Spiritu gubernari. Omnifariam verum eſt, nunquàm in his quibus ſancta eſt, & in quibus ſuam ſalutem operatur: in quibus autē ignorat & errat, ſicut, proh dolor, in multis valdè plàgius errantē; prȩſertim in ſale infatuato, in villico diffamato quòd bona domini ſui diſſipet, in ſervo imprudente & infideli diſpenſatore conſtituto ſuper familiā domini, dare illis menſuram tritici, percutiente ſervos & ancillas. in hujuſmodi zizania, in talibus propter peccata populi regnare ſuſcitatis, nō grande inconveniēs & per tales aliquos in Eccleſia ſeminari errores, qualeſq; nō mercenarios pro paſtoribus, non lupos pro mercenarijs, verùm pro lupis diabolos *Bernardus Claravallenſis in Sermone ad Synodū generalē Remenſem*, prȩſente Papa diffinit. quales itē proh dolor, per corruptiſſimos illos Indulgentiarios hodie pro falſarijs cōdēnatos diſſeminabātur. Neq; errorē hunc illorū falſitati ſolū tribuam⁹. Olim *Sixtus* illū ſcivit, quando apud Legatū Lodovici Regis Frāciæ, medio juramento, corporaliter manibus præcordia tegens, purgavit in verbo Pontificis non ſeſe ſcire. Sed quid valuit purgatio illa ſcienti, quando poſteà, cùm ſciret, nihilominùs diſſimulavit & toleravit? Et non ſolùm in Francia duravit; ſed & circumivit, uſq; dùm Hollandiam comigraret. Hæc, atq; omnia hujuſmodi falſa credo: tu ſuſtinenda, credenda, fovenda diffinies, ne quo Sanctam Eccleſiam à Spiritu Sancto rectam errare blaſphemes. Hæc tua ſapientia eſt, ut ſic omnem errorem corruptorum Prælatorū rectifices & faveas, pro impoſſibili habens, avaros Pontifices turpi quȩſtu turpiter aliquid facere; & id prȩſertī tēporib⁹ periculoſis. *Sixtum IV. intelligit.*

Poteſt Papa perfectè contritis & confeſſis plenariam remiſſionem facere, ſicut & fidelem catechumenū in Spiritu Sancto baptiſare: miniſterio, inquam, tantùm, non imperio, ut ita ſit, quia ipſe ſic velit magis quàm alius quiſq; legitimus miniſter. Et id ordine, non auctoritate.

Verè autem confeſſis & contritis, niſi perfectè confeſſi & contriti fuerint, neq; Deus plenariam dat remiſſionem; ſed veram tantùm remiſſionem: quia licet verè vivant in Spiritu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

parvuli tamen in Chriſto multis adhuc purgationibus, incrementis, & perfectionibus opus habent, quò perfectam inveniant remiſſionem. quia non datur venia niſi contrito: & omni correcto datur venia, quantùm correcto: & quanta eſt correctio, tanta eſt venia. Multa peccata dimittuntur multùm amanti; ſed non perfectè dimittuntur, niſi perfectè diligenti. Plenaria enim remiſſio & perfecta remiſſio idem ſunt. Perfectus autem in hac vita, ita ut ſine peccato ſit, nemo eſt. Nulli igitur in hac vita plenaria conceditur remiſſio: quia nulla perfecta contingit remiſſio, niſi cui Chriſtus viſibiliter abſens, præſens per fidem locum parat in domo Patris ſui, & perfectum locùm, & perfectè parat. Ieſus abiit ſenſibili viſione: Ieſus manet ſpirituali viſione; quia per fidem habitat in cordibus noſtris. Sed hujus loci præparationem in domo Patris Papa non cognoſcit. Non ergo præcipere de recipiendo in locum paratum poteſt. Immò, Papa ipſe, qui ſui cordis intima meliùs omni homine novit, de ſeipſo neſcit, quantò ſuus locus in illa domo Patris paratus ſit, aut non paratus. Neſcit quid orandum ſicut oportet, quamdiu non eſt in ſapientia Dei perfectus: ſed gradualiter proficiens, gradualiter diſcit quid & quomodo oportet orandum.

Dedi ego venerabili Magiſtro noſtro pauculos ante annos aliquot propoſitiones, in quibus putabam ſatis nudatam adſertionem meam; quas ſi non accepit, aut ſi non ei placent, ſolùm reſciam, & morem geram.

Ego valdè titubanter dictum puto, ut alicui peccata remiſſa ſint, & adhuc nuda in conſpectu Dei. Quomodo enim tecta, quæ adhuc imputantur ad pœnam? Quomodo verum non imputari, quando puniuntur? Dominus fortè dimiſit, ut Papa retineret ad pœnam?

Sed hæ tibi nullæ videntur eſſe rationes; aut, ut voto tuo concludam, potiores Evangelii & Eccleſiæ auctoritatibus arbitrabor, quare vel nullæ ſint hæ rationes, vel illis potiores. Valdè mihi videris, vir bone, præcipitare ſententiam, quæ tàm facilè utrobique refellitur. Parciùs itaq; atq; circumſpectiùs de cetero decer-

nito;

ito: & in his meis ad te ſi quid offendat, unà cum venerabili Magiſtro noſtro collatum fideliter ex illius mandato reſcribito. Omnis operæ meæ pretium erit mihi, qualitercunq; dulciſſimi viri illius reſcripta meruiſſe. Crebra mihi in manibus & oculis unica illa, quam ſemel miſit, epiſtola. Feliciter opto vivat & valeat, & unà tu, abolim dilecte mi Pater, ac Domine colendiſſime. ipſo Pancratii, quo tuas XI. Calendas Maij emiſſas accepi.

Iacobus Angularis Decanus Naeldvvicenſis, M. Weſſelo *Salutem.*

NOn minùs, mihi crede, digniſſime VVeſſele, ego ad te ſcribere, quàm tu meas recipere literas, jam dudùm deſideravi: ſed aut nuntium non habui, aut adeò fui neceſſariò, & quidē ſæpiùs, ſecularium rerum tumultibus occupatus, quòd ne minimū quidem tempuſculum, quod tuis ſcriptis intenderem, aut contēplationi vacare poſſem, habuerim. Et revera me mea in laqueos hos, qua nihilum petentibus negare ſcio, dejicit cordialitas. Verū nunc bonum mearum nactus literarū bajulū, ex ſomno tantùm mihi tēporis ſurripui, quòd noſtrā tibi de te tuiſq; propoſitionib. mentem tranſſcripſi; & quidem incultè atq; confuſè. In primis itaq; te ſcire cupio, me nullatenùs in te deceptū eße, quippe quē majore experientia, & tuorum ſcriptorum lectitatione poſteà cognovi, quàm ante plurimorum, & quidem magnorū, relatu audiveram. At unum duntaxat ex literis tuis colligo, quod virū grādem, mea opinione, vehementer dedecet. Id eſt, quòd dura te jactas cervice, qua cunctis in dictis tuis quandam niteris inveniri ſingularitatem, adeò ut plurimorū judicio *Magiſter cōtradictionis* meritò valeas appellari. Et, ne dubites, tua doctiſſimi viri ſingularitas pleroſq, ſcandaliſat. Fateor ingenuè, alterius me eße cōtradictionis, qui non, niſi ob maximas cauſas, à communibus veterū Patrū ſoleo recedere limitibus, eoſq; defendere magis quàm impugnare. Meminiſti, haud dubito, hujuſce opinionis grandem illum virum noſtrum *Buridanum in Ethicorum ſuorum proœmio* exſtitiſſe, quando dicit, *ſeſe modernorum adinventionib. crebriùs, traditionibus verò antiquorum nunquàm deceptum fuiße.*

In materia Indulgentiarū non poſſum à te non diſſentire; neq;

te rationibus oppugnare intendo. Quæ nam enim ſpes, quæſo, mihi eße poteſt, durum illud atq; inexpugnabile tuum atq; imperterritum caput rationibus expugnare, quod neq; malleo communis credulitatis omnium, neq; auctoritatis antiquorum Patrũ gladio valet emolliri? Meam duntaxat opinionem atq; judicium pauciſſimis explicabo. Verum eſt, de Indulgentiis nihil expreſſè ex Sacra Scriptura haberi; nihil de ipſis veteres ſcripſiſſe Doctores: quanquàm *Gregorius* dicatur, quod nuſquàm tamen legi, ſeptennes Romanis in ſtationibus indulgentias collocaße. Ex hoc tamen non audeo, quemadmodum nec debeo, illam tecum ſententiam effundere, ut Prælatos hoc facientes obſervanteſq; errare credam. Et revera, ut nihil te celem, horrore attonitus inauditę veritatis primitùs ſcribere deſtiti, quamvis ſemper ſperaverim te illa potiùs conferentiæ & indagandæ veritatis gratia, quàm adſertivè pronuntiaſſe. Non enim te ad illud adſeverandum movere debet, quia in Sacra Scriptura & evidentibus Apoſtolorum traditionibus de ipſis haberi nihilum: cùm pleraq; dignoſcas, quæ nõ minùs ſub pœna ignis credere oportet illis, quę in prædicta fidei regula continentur. *Multa* enim, dicit Evangeliſta, *fecit Ieſus quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.* Hujuſmodi autem eſt, ut de ceteris taceam, quòd Petrus fuerit Romæ. Credere te non ambigo confeſſionem ſacramentalem de neceſſitate exſiſtere ſalutis: ad bonum ſenſum, neſcio tamen, an benè ſcires in regula fidei ſtabilire. Scio Doctores ad hoc complures conatos fuiſſe; ſed an ritè, ita quod duram cervicem convincere poſſint, fundaverint, tibi magis judicandum relinquo. Ego præter Scotum, mihi utcunq; in hoc placentem, vidi neminem. quanquàm non admodùm mihi diſpliceat dicere, ut aliqui volunt, illam obligationem non eſſe ſcriptam in libro Evangeliorum; ſed eam Apoſtolos à Chriſto audiviſſe, & ab Apoſtolis ad nos uſque perveniſſe auctoritate Eccleſiæ: ex qua quantum pendêre debes ipſe videto. Iſtud idem de noſtris nonnulli volunt indulgentiis adſerere. Vides quorſum iſta tendunt. Ipſe ſiquidem in hoc, tanquàm in noſtræ conſcientiæ baſi & fundamento, tibi etiam ex corde repugno,

Nihil de Indulgentiis in Sacra Scriptura, nihil veteres dixere Doctores.

O mirum hominem qui veritatis ſono terretur.

Evan. 20. verſ. 30.

Hoc modo liceret quodlibet adſerere.

gno,

no, firmiter credens adſerenſq́;, *Papam poſſe ne dùm unam horã* *dulgentiarum, ſed & plures annos; immò, & plenariam decerne-* *indulgentiam.* Neque tamẽ credas me adeò deſipere cum ple- ſque, ut conſentiam firmum fore quidquid Papa in talib⁹ ſta- erit; etiamſi deliret ſtatuendo. Hoc tantùm firmum eſſe, quod hujuſmodi ſtatuerit clave non errante, & Chriſto non repro- ante. In mentem venit dictum venerandæ circumſpectionis & naximæ ſcientiæ viri, (quem tu meliùs, ut credo, Pariſiis Deca- um noſtræ Dominæ noviſti,) Magiſtri noſtri *Thomæ de Curſellis.* Quibuſdam enim in Baſilienſi Concilio Papæ poteſtatem plus ebito extendẽtibus, fertur dixiſſe, *ſibi à Chriſto dictum, quidquid igaveris ſuper terram; erit ligatum: non autem, quidquid dixeris ſſe ligatum.* Dices fortaſſis, non ſufficit dicere, niſi dicti rationẽ ubjunxeris. Revera, chariſſime VVeſſele, pro magna tibi ratio- e, immò magis quàm ratione, debet eſſe Papæ nedùm, ſed & o- nnium tàm Prælarorum quàm Doctorum auctoritas, qui omnes ndulgentias aut largiuntur, aut largiendas eſſe ſcribunt docẽtq́;. Recordare *Auguſtinum* dixiſſe, *Evangelio non crederem, niſi me uctoritas Eccleſiæ compelleret.* Nonne etiam in corpore Juris per Eccleſiã adprobati pleraq; de indulgentiis capitula loquũtur? Nõ- ne venerabilis *Gerſon* ad idem eſſe videtur, dicens; *Indulgentiarũ conceſſionem non eſſe parvipendendam, ſed devotè in fide, ſpe, & charitate Chriſti, qui talem dedit hominibus poteſtatem, amplectẽ- dam? Conſtat n.* ut ejus verba proſequar, *quòd fructuoſior ſit & ac- ceptabilior; ceteris paribus, talib. innitens operatio, quã alia eiſdem non innitens. Conſilium eſt igitur,* ſubdit ipſe, *ſolidum & ſanum, ut abſq; curioſa diſcuſſione de præciſo & certo earum valore, ſtudeat homo pius tales adquirere.* Idẽ ipſe in prĩcipio ej⁹, quod *de Indulgẽ- tiis* fecit, opuſculi, in cuj⁹ circa finem prædicta habẽtur verba vi- detur in Sacro velle Evangelio hujuſmodi Põtificũ fũdare ac ſtabi- lire poteſtatẽ. Allegato nãq; illo; *Quæcũq; alligaveritis.* &c. cum nõnullis aliis Sacri Evãgelii paſſib. ait; *Fũdatur deniq; ſuper præmiſ- ſis poteſtas omnis indulgentias conferendi.* Iſte ſiquidem noſter Doctor cùm ſentiat, & quidem benè, opinione mea; nullum pu- rum hominem, immò neque totam Eccleſiam poſſe quidpiam ad-

Subiacet ideò omnibus factũ Papæ examinãdũ.

Non pleraq; modò, ſed ad nauſeam. ideò faſtidimus.

Matt. 18. verſ. 18. Sed nihil ad rhõbũ.

peccatum mortale obligare, videtur contra tuam æſtimationem velle iſtud Chriſti dictum, *Quodcunq; ligaveris ſuper terram*, non de peccatis, ſed de pœnis intelligi. Cum his ego ita eſſe & prædico & doceo. In ea itaq; re, quoad palum noſtri certaminis, meũ nunc percepiſti judicium, & quidem pro perſonæ qualitate meritò floccipendendum. Mea namq; de Indulgentiis ſententia eſt iſta: *In confeßione ſacramenti, quæ nonnunquàm de adtrito facit contritum, in temporalem mortali crimini debita perpetua pœna commutatur. Hanc temporalem pœnam, quoaduſq; per ſacerdotem fuerit taxata & injuncta, de foro Dei æſtimo, & non Papæ: cùm verè fuerit injuncta, & virtute clavium ad eam pœnitens obligatus, jam eam de foro Eccleſiæ judico. Super hanc Eccleſia habet poteſtatem, non quòd ejus arbitrium ſit apud Papam, ut quidquid in talib. Papa decreverit, ideò in foro divino ſic ſubſiſtat quia de illis Papa ſic voluit; neq; quòd Papa poßit illã pro libito ſuæ voluntatis remittere: ſed quia pro illo poßit de theſauro Eccleſiæ ſatisfacere, meritaq; ſanctorum, & præcipuè paßionis Chriſti in locum illarũ pœnarũ ordinare.* Neq; hujus adſertionis meæ oppoſitũ, quas mihi tradidit præceptor meus, *Engelbertus Leidenſis*, tuæ oſtẽdunt propoſitiones, in quibus longè aliter, quàm communes Eccleſiæ Doctores, *theſauri participationiſq;* vocabulis uti videris: quo fit, ut eis non ad rẽ, ſed ad vocẽ duntaxat contradicas. Concedũt oẽs tecũ, Papã neq; poße cuipiã gratiã conferre, neq; ſi ipſemet aut alius quiſpiã in gratia ſit judicare; & multò min⁹ præcipere ut quis ſit in gratia. Sed quòd ex his tua intẽtio poſſit deduci, fateor me non intueri. Ex his n. ſolùm inferri poteſt, Papã neq; indulgentiarũ capacẽ facere, neq; talẽ quempiã certitudinaliter judicare poſſe. quod rurſum cuncti tecũ adfirmant. Verumtamen oĩb. tuis iſtis præmiſſis ſive antecedẽtib. ſtat in veritate oppoſitũ cõſequẽtis per te illati, Papã, ſcilicet, verè cõtrito confeſſoq;, ac cõditionẽ implẽti, poſſe indulgentiã modo dicto conferre; etiã, ſi Papa id exigat, plenariã, quaten⁹ tales carne ſoluti mox evolẽt ad regnũ. Neq; vereri debes ſi Eccleſiã peregrinantiũ nobiſcũ ita extollas, te blaſphemũ in Regẽ, regnũ cælorũ offẽſũ ire. Nã ſordes, quas ne libẽs quidẽ videris

O miſerũ ſeculum, quo qui diffiniunt explicare volentes omnia involvunt! Innumerabiles et inauditæ ex hac ſequentia quæſtiones ſurgunt.

Si nulli gratiam conferre poteſt, nulli indulgẽtias dare poteſt: cũ gratia deletur peccatum. Si hæc vera, Papa Nerone crudelior eſt, qui non liberat cum poteſt: ſed mittit in ignes.

in

 pulcherrimum illud regnum velle recipere, magna pro parte
 mole corporis animam gravantis prȩveniunt, carneq́; depoſita
 ox abluuntur ceſſantq́;. Non ſunt in ea tunc immundæ cogita-
 nes; non tot inſipientiæ, ignaviæ, pigritiæ: ſanctorum deſideri-
 um dilationem, quam probè dicis amanti animæ graviſſimam
 fflictionem, rei deſideratæ exhibitione Deus ipſe tollit. Non
 t etiam inibi amor aliquis impurus; ſed omnia ibi pulcra, o-
 nia perfecta ſunt in ſuo genere. Nihil illic impurum vel imper-
 ctum. Non itaque ob iſtas ſordes abluendas animam, quæ lu-
 rata eſt plenariam indulgentiam, in purgatorio neceſſe eſt deti-
 eri, quò minùs ſtatim evolet, dummodò eo in ſtatu moriatur.
 urgatorium non à ſordibus, ſed potiùs à pœnis, quæ ibidem ſol- *Punitorium igitur, non purgatorium dicitur.*
 untur, purgandis Theologi nominant. At quanquàm quæ
 ixi poſſibilia, docenda, populoq́; prædicanda ſunt, vix tamen
 rediderim decentum millibus animam unam quidem ſic ſtatim
 volare; cùm hoc pro grandi quodam glorioſo ſoleo de beatiſſi-
 a Dei genitrice prædicare. Fortaſſis enim, immò ſine fortè,
 redens indulgentiam adipiſci aliquod eſt crimen aut per oblivi- *Miſeri homines in pœnis verſantur.*
 nem, aut per negligentiam non confeſſus, cujus pœnam, niſi
 ic ſolvat, in purgatorio patietur. Inſuper quis in momento
 doptionis earum illicò decedit? aut potiùs, quis non poſt ade-
 tas crimina aut committendo aut omittendo nanciſcitur? O-
 nes quoque, ut ſatis tuæ videntur innuere propoſitiones, ma-
 ent vel in venialibus, & quotidie offendunt. Ipſa ſiquidem
 anentia peccata nullus adſerit eſſe dimiſſa. Vera tamen manet
 ta conditionalis, quòd ſi quis ſit verè de omnibus contritus &
 onfeſſus, impleveritq́; opus indulgentiale, illi poteſt Papa de
 eſauro Eccleſiæ communicare. Itaque ſi ſit plenè contritus, *Gratis venundati eſtis, & abſque argento redimemini.*
 z abſque novi peccati perpetratione moriatur, mox evolabit.
 alem indulgentiam ſupremus Papa Chriſtus latroni imperti-
 us eſt in cruce. Nec iſta mirari vir doctus debebis, cùm, ſecun-
 um omnes, tanta poſſet eſſe contritio, quòd omnem culpam
 & pœnam deleat, faciatq́; abſque aliqua dilatione ad regnum e-
 olare. Adultus etiam, quantumcunq; fuerit crimino ſus & Chri-

ſto difformis, ſi mox baptiſatus moriatur, ſtatim candidiſſimus, puriſſimus, & in Chriſto perfectè formatus in regno adparebit. Neq; regnum, ut videris formidare, ſordidum & turbulentum faciet in ſua receptione: qui tamen ſi ſupervixiſſet, multo partu opus habuiſſet antequàm Chriſtus formaretur in eo. Video papyrum deficere, ea propter finem facio. Hæc ergo, prout multiplex diverſaq; occupationem varietas permiſit, ſatis improviſè atq; aliò diſtractus, de te tuiſq; propoſitionibus calami officio deſignavi, petens ut ipſe, qui magis es collectus, & ob id beatior, quæ ego confuſè nimium, more occupatorum & aliis intentorum, ſcripſi, colligas, & rurſus mihi quàm primum ſcribas. Tuum ſiquidem erit, ex his, quibus convenimus & diſſentimus, elicere, noſq; in puncto contradictionis ad rem ſtatuere: uti noſtri veritatis Doctores, quanquàm *Nominales* adpellentur, ſatiùs his, qui *Reales* dicuntur, efficere ſolent. quo facto, ad id peccatum, quaſi ad ſignum Romanum & auctoritatū telis tecum libens ſagittabo. Eo n. pacto fiet, ſpero, ut veritas tandem in difficillimis facilè inveniatur. Non, VVeſſele, De⁹ nobis hęc otia dedit quę tibi; ſed tamē haud poſtponā ſcribere poſthàc. Quā primū ſēper tua ſcripta accepero ſcribam. Neq; tamen potero hoſthàc tantùm occupari, quin, uti jam ſemel, iterum, atq; tertiò pollicitus ſum, indilatè ſēper tuis ſcriptis vel parùm dictando reſponſum dabo. Interim, ô dulciſſime Magiſter noſter, optimè vale. Ex Naeldvvyck, IX. Calendas Auguſti, per verè tuum, ut plenè dignus es, Decanū ibid.

Optimè dicis, Decane: quòd ſi pro vidè materiā gratiæ vidiſſes, VVeſſelū in omnib fuiſſes ſequutus.

Epiſtola Venerabilis M. Weſſeli Groningenſis *reſponſoria ad* M. Iacobum Hoeck, Decanum Naeldvvycenſem, *de Indulgentijs.*

Veritatis amator doceri cupit.
Weſſelus *veritatis amore tranſtulit ſeſe de loco in locum.*
Veritatis inquiſitor facilè ab hæreſi defenditur.
Error Hieronymi contra Auguſtinum.

Matt. 18 verſ. 20. SAlute ſua medius interſit conferentibus qui in ſuo nomine congregatis promiſit medius fore. Gratias habeo dignationi tuæ, digniſſime Magiſter noſter, pro diu deſiderato mihi tuo de me judicio. Et quò meliùs clariuſq; de mea poſſis opinione dijudicare, ſtatui, quantumlibet laboris fugitans, aliquantò longiuſculum

uſculum

[…]ulum deſideratis tuis ſcriptis reſpondere. Indagandæ veritatis [de]ſiderio tractus non debeo pigritari, ubi cum Doctore ortho[d]oxo, & eo veritatis amantiſſimo & ſtudioſiſſimo, longùm deſi[d]erata offertur non ſolùm, ſed & petitur conferentia.

Inprimis itaq; rogo, & per geminam charitatis legem obſecro, [n]on ſic hanc meam ſingularitatem accipias, velut jactantiam pu[ta]tam, quaſi cunctis in dictis meis quandam nitar invenire novita[te]m. Quòd ſi mentem & animum meum cernere poſſes, profe[ct]ò non jactantiam, ſed magis querimoniam judicares, qua corā [D]eo in oratione ſæpè aures miſericordiæ ſuæ pulſo, ne propter [d]uram cervicem meam, nonnunquàm jure mihi ſuſpectam, ab[d]uci me ſinat in reprobum ſenſum. Mihi crede, ſi erro, non tàm [l]ibidine quā hebetudine ſeducor, bono interim & ſereno animo [c]ertus mihi, quòd ſemper tanta ſollicitudine veritatem fidei quæ[ſi]vi & quæro, quam cùm invenero, non ſolùm per tui ſimiles vi[r]os doctiſſimos & probatiſſimos, ſed & per quemcunq;, etiā no[v]iſſimū, etiam per meipſum, ſemper parat⁹ ſum corrigi & confi[rm]ari. Et id facto non ſemel Pariſius oſtendi: primò, quando voca[t]us Heidelbergam, neglectis grandibus beneficiorum pollicitati[o]nib⁹, quas per dictum *Quapponem*, pro tempore Confeſſorem Domini Archiepiſcopi Colonienſis, Comes Palatinus offerebat, [e]a ſola intentione & animo Pariſios contendebā, ut famoſſimos [i]llos duos viros Magiſtros, *Henricum Zomeren*, & *Nicolaum Tra[i]ecti*, velut novus & ſingularis athleta, ſuis opinionib. diſturbarē, & à ſententia *Formalium* in meam *Realium* revocarem. Hæc mi[h]i tamen, fateor, arrogantia fuit. Sed ubi fortiorum occurſu pro[p]riam deprehendi imbecillitatem, ante tres menſes meæ ſenten[t]iæ ceſſi: & mox omni ſtudio ſcriptores conquiſivi in libros *Scoti*, *Maronis*, & *Boneti*, quos illius viæ principes acceperā. Neq; illo cō[t]entus, ante añum inceptæ viæ *Scoti*, cum omni diligētia, quantū [p]otui perſpectè, graviores in ea, quàm in via *Realium*, errores de[p]rehendēs, etiā corrigi paratus mutavi ſententiā, & *Nominales* ad[p]rehendi. In quib⁹, ingenuè fateor, ſi quid fidei contrariū putarē, hodie paratus remearē vel ad *Formales*, vel *Reales*. Unde, ſecundū ſententiā *B. Auguſtini*, nulli⁹ mihi pertinaciæ conſci⁹ ſū, etiāſi non 23. q. 3. c. dixit Apoſtolus.

mox adquieſco, quando propter hebetudinem non adſequor quod aliis datum celeriùs clariuſq; capere Argumento & exemplo mihi ſanctus ille & catholicus orthodoxus *Hieronymus*, qui in tàm grandi & periculoſo errore, totius Canonicæ Scripturæ auctoritatem ſubruente, propter eaq; pejore quàm vel Arrii vel Sabellii error fuerit, non mox monenti Auguſtino ceſſit; ſed ſententiam defendens & contradicens reſcripſit epiſtolam. Dices fortasſis, non tantas hodie concedi inducias. Neq; contra id ego contendo; ſed hoc mihi ſatis eſt, ſi tàm quærendi veri moroſa ſollicitudo verè Hieronymum, quia ſincera fuit, ab hæreſi defendit, nullum ego credo hæreticum, qui pari ſollicitudine verum quærit, & pari promtitudine agnitum confitetur.

CAPVT I.

Auctori ſemper indignum viſum eſt, quòd ſolo humano decreto accedente bonum opus augeri poſſit; & quòd indulgentiæ ſint piæ fraudes: ac de erroribus indulgentiarum Romanarum.

ADſeris item, neq; diſcredo, multos meam hanc ſingularitatem ſcandaliſare. Neq; minùs me hoc illorum ſcandalum urit, quod ego, nullo ſingularitatis ambitu, ſed veritatis, ut mihi videor, zelo raptus & coactus non hodie, ſed ante annos 33. crebrò Pariſius inter doctos quoſq; propoſui: quoniam à puero ridiculum & indignum ſemper mihi viſum credere, aliquem hominem ſuo decreto poße facere, quò bonum in oculis Dei ut quatuor, fieret bonum ut octo, ſolo decreti humani acceſſu aut interventu.

Confiteris tu, maximas ob cauſas interdum te à veteribus Patrum limitibus recedere. Num igitur tibi leves aut futiles cauſæ videntur, quibus ab hac nova Indulgentiarum adſertione Patres ante Albertum ac Thomam, ut ipſi ſcripto teſtātur, diſceßerunt; adſerentes, nihil eſſe niſi *piam fraudem, ac dolum non malum*, quo plebs officioſo errore trahatur ad pietatem? Non ergo temporibus illis omnes credebant; neq; qui ſincera ſollicitudine verum quærebant, hæretici fuerunt. Mihi ſanè non parvæ illorum cauſæ videntur, qui propter indubitatam Scripturæ auctoritatem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ꝛeceſſariè confitendam, à probabili ſententia Pontificum diſceſ-
ꝛrunt. Apertiùs dico: quàmdiu mihi videtur quòd Papa, vel
ſchola, vel quæcunq; multitudo contra Scripturæ veritatem ad-
ꝛrat, ſemper debeo Scripturę veritatem prima ſollicitudinis par-
ꝛe amplecti; ſecundò autem, quia non probabile tantos errare, de-
ꝛeo diligenter veritatem utriuſque partis perveſtigare. Sed ſem-
ꝛer cum reverentia majore Sacri Canonis, quàm humanæ adſer-
ꝛonis; quicunque ſint adſertores.

Quantos errores in materia Indulgentiarum Romana curia
ꝛemerè præſumſerit, & peſtilenter publicaverit, & hodie noxiè
ꝛullularent, niſi ſana paucorum verorum Theologorum ſeveri-
ꝛas obſtitiſſet, non opus commemorare. Tu tibi teſtis & argu-
ꝛnento es in his, quæ vel Pariſius vidiſti, vel inde regreſſus in pa-
ꝛria feciſti & pertuliſti. Tu noſti, ſi tuis adverſariis fundata ſupra
ꝛrmam petram pietas in cauſa fuit. Noſti, quanta Eccleſiaſticæ
ꝛuctoritati, quanta Catholicæ fidei reverentia debeatur. Habes
ꝛn hanc ſententiam totam ferè novam diſtinctionem.

CAPVT II.

In materia Indulgentiarum diſſentit à modernis Doctoribus: & quòd clavis ſit perfectæ charitatis miniſterium.

QVòd ad adſtruendam antiquorum auctoritatem gravem il-
lum veritatis teſtem *Buridanum* allegas, non ſolùm probè,
ſed & liberaliter facis, mihi licentiam non ſolùm, ſed & incita-
mentum adferens, tantum virum ſequendum, qui tàm favorabi-
liter & rectè pro antiquis loquitur; & magis pro antiquiorib. quo-
rum probatior commendatioręq; virtus ad nos pervenit. Num-
quid cùm dicit, *ſe antiquorum traditionibus nonnunquàm deceptũ
fuiſſe*, Albertum, Thomam, vel Scotum, vel univerſæ *Realiũ* aut
Formalium ſcholę quenquam notavit? Hos n. omnes novitios, &
ferè contemporaneos æſtimavit. Patet hoc facilè per totum illius
clari operis decurſum. Vbicunq; problematicum aliquod incide-
ret, non ſecundum illorum, ſed ſecundum *Nominalium* ſenten-
tiam terminat. Alii ſunt igitur antiqui illi, quorum ſententiis,
præſertim in *Moralibus* nunquàm ſe confitetur deceptum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

In materia Indulgentiarum non potes à me non diſſentire; neque tamen rationibus oppugnare intendis, quia non ſperas durũ caput meum rationibus oppugnare, quod neq; malleo cõmunis credulitatis omnium, neq; gladio auctoritatis antiquorum Patrũ valeat emolliri. Quid quæſo, vir bone, quod rationibus dicis non te compugnaturum? quaſi ego rationem, non fidem attulerim?

De auctoritate antiquorum aliquatenùs tetigi, tacturus ampliùs ubi magis opportunum. De cõmuni autem credulitate conſideratiùs aliquantò diſſerendum video, & neceſſarium judico, tùm ex tua, tùm Scholæ, tùm potiſſimè Chriſtianæ religionis adſertione. Palàm etenim tu in ſequentibus adſeris, non poſſe quẽquam certitudinaliter judicare. neq; adeò deſipis cum pleriſque, ut conſentias firmum fore quidquid in talibus Papa ſtatuerit, ſi deliret. Tu ſolas eas firmas confiteris, quando clavis non errat, & Chriſtus non reprobat. quaſi vel perfectæ charitatis miniſterium per Spiritum Sanctum in cordibus fidelium diffuſæ, quam *ſolam* Auguſtinus *Regni clavem* diffinit, errare poſſit, vel talis clavis miniſterium aliquando Chriſtus reprobet.

CAPUT III.

Gerſon multa contra abuſum Indulgentiarum loquens eas tribuit ordini, non jurisdictioni.
Variè tractatum de Indulgentiis.
De tribus poteſtatibus Eccleſiæ; juriſdictionis, ordinis, & adoptionis.
Solus Chriſtus dat indulgentias à pœna & culpa.
Gratia infunditur antequàm peccatum dimittatur.
Papa nullam pœnam poteſt relaxare, niſi quam poteſt infligere.
De moderatione Indulgentiarum.

VEnerabilem illum *Gerſonem* allegas, dignum allegatu, dignum conſideratu; qui multa valdè in abuſu indulgentiarum reprobat. Primò, dùm principaliter eas magis ad poteſtatem ordinis, quàm ad poteſtatem juriſdictionis refert, *hanc in Indulgentiis eminentiorem, utiliorem, eligibiliorem.* Hoc verbum

tanti-

tanti viri ſi ad rigidam veritatem, quam continet, explicetur, nonne ſtatim ſtatus omnium Indulgentiarum, & omnis nutat aſſertio? quando per ſimplicis paſtoris aut ſacerdotis miniſterium ordinis per ſacramentalia dignè præcepta eligibilius, utilius, eminentius, ac per hoc & propinquius ad plenariam remiſſionem acceditur, quàm per omnem plenitudinem Papalis juriſdictionis?

Confitetur idem, varios variè tradere de Indulgentiis. Nihil igitur unum & inconfuſum traditur. Confuſa verò credulitas non eſt catholica, ſed ſeditioſa magis: quia ſingula ſingulorum. Quòd ſi paucùlas eas adnotationes perſpicaciter conſideres; videbis Papam nihil poſſe, niſi vel juriſdictione Papali propria, vel ordine clericali, vel adoptione filiali. Tres enim has poteſtates in Eccleſia invenimus. Tertia propriè propria filiis adoptionis, & propter eam reliquæ duæ poteſtates in ejus ædificationem ſunt. In ordinis poteſtate, ſive preſbyter, ſive Epiſcopus, *miniſterium quidem exhibet*, ſecundum Ambroſium, *ſed nullius poteſtatis jura exercet*. Iuxta ordinis poteſtatem Papa ſi quid poteſt, id juriſdictione poteſt: & illa directè & principaliter, ſecundum eundem Gerſonem, *nullam pœnam diminuere poteſt, niſi quam infligere poteſt; uti ſunt, excommunicatio, ſuſpenſio, inhabilitatio, privatio, irregularitas*.

Præterea tenet idem Doctor, quòd *ſolus ſummus Pontifex Chriſtus* (excludit igitur Pontificem Romanum) *cum Patre & Spiritu Sancto poteſt plenaria auctoritate dare omnimodam indulgentiam à pœna & culpa: quam dùm confert, ſimul dat innumerabiles dies, & annos indulgentiarum infinitos*. Graviter per hoc verbum, licet leviter videatur adnexum, invenies errorem plenariæ remiſſionis: quaſi dicat, Papam non habere talem immenſam poteſtatis plenitudinem.

Et graviter valdè contra fundamentalem intentionem facit verbum ejuſdem venerabilis viri, quo dicit, & verum dicit, quòd *in juſtificatione impÿ naturaliter priùs gratia infunditur, quã culpa*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

dimittatur; et quòd priùs reatus dimittitur, quàm culpa dimittatur. Primi ratio, quia non tollitur privatio niſi conſtitutione habitus. Secundi ratio, quia lex non multat niſi prævaricationem. Prævaricatione igitur ceſſante ceſſabit & multa. Poſt ergo culpam perfectè dimiſſam nullus reſtat reatus. Reatus enim culpam, ſeu prævaricationem, habet pro cauſa totali. Convertibiliter igitur cum ea ſtatuitur ac deſtituitur.

Præterea expreſſè reprobat idem venerabilis Theologus illas tantorum annorum indulgentias, paſſim in diverſis Romanorũ Pontificum conceſſionibus repertas, & *enormitatem* vocat. Notat igitur Papam de errore, quando ad quæſtorum turpitudinem revocat: quando item communes indulgentias adſerit difficilè ſalvabiles, probans donationem irritam eße, quæ ſe extendit ultra menſuram obligationis. Et manens in fundamento ſuo priore, quo *nullam pœnam relaxare poteſt, niſi quam poßet infligere,* pro ratione dicti ſubdit, quòd *nullus miniſter Eccleſiæ poßit ad pœnam temporalem tantùm obligare.*

Conſulit idem venerabilis Theologus, ut ſuas indulgentias Papa moderetur, quò divinæ juſtitiæ ſimul & miſericordiæ non derogent. Iſtud conſilium ſi ſanum, ſicut verè ſanum conſilium eſt, neque de impoſſibili, neq; de inevitabili dabitur: quia in talibus non cadit conſilium. Poteſt igitur Papa per ſuas indulgentias divinæ juſtitiæ, divinæq; miſericordiæ derogare. Sed hoc impoſſibile, niſi divinæ ſapientiæ præjudicet. Sed hoc non, niſi propriã ſtultitiam, & errorem. quod ſi faciat, ſcandalum præbet puſillis.

CAPUT. LV.

In nomine Jeſu orantes impetrant.
Per nomen Ieſu quid intelligatur.
Certiſſimum ſignum indulgentiarum; bona facere, & mala pati.
Cor contritum & humiliatum habet indulgentiam plenariam abſq; Papa.
Papa non poteſt facere cor contritum omnibus ſuis bullis; neq; imperfectè contritum poteſt perficere.

POnit præterea venerabilis ille quaſdam conſiderationes ibid. tanquàm abſolutas, quæ ſi abſolutæ ſint, ab re poſitæ ſunt, ni-

il facientes ad propoſitum. Igitur ſi indulgentię aliquid facient, portet comparativè intelligantur. Dicit itaq; *Si quis petit pro ;, & id perſeveranter, & piè, & in nomine Ieſu, & ex charitate etit, efficax erit ejus oratio: quia fundatur ſuper verbo; Si quid etieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Hæc ſi comparati- Ioan. 16. verſ. 23. è ad conceſſionem bullæ Papalis referantur, quid aliud conclu-unt, quàm potiùs inniti verbo Domini, quā bullæ Papali? Val-è hoc loco conſiderandum & quærendum puto, quale oportet ſſe nomen illud Ieſu, in quo petentes accipient. Non enim pu-o, quòd notio illa, qualem de Domino Ieſu Caiphas & Annas abuerunt, prophanam & indignam, idonea fuerit ad impetran-um apud Patrem: ſed aliud nomen pium & ſanctum, ſapienta-e ſcilicet, quod qui habet, ſcit quantō oporteat pro nomine Ieſu ati. Hoc nomen ſapientale de Deo, de Ieſu ſanctificari petim⁹. Quæro igitur, hoc nomen Ieſu quàm ſanctificatum eſſe debeat, x petitio quàm fervens eſſe debeat & ardens, ut omne petitum mpetretur? Poteſt enim minùs ardens, & ardentior eſſe. Quin i ſanctificatiſſimo nomine ardentiſſima fuerit, uti debet, utrum d obtinēdum quod petitur Papę voluntas neceſſariò interveni-t? Quæ ſi non neceſſariò interveniat ad impetrandum, rationa-biliter illa conſideratio à tanto viro interpoſita eſt.

Sed omnium potiſſimè conſiderandum verbum ejus finale, quo dicit, *certiſſimum ſignum ſalutaris indulgentiæ eſſe, bona fa-ere & mala pati.* Certius igitur hoc ſignum, ſecundum hunc venerabilem Theologum, quàm bulla plumbata ſecundum oēs regulas Cancellariæ; dato etiam, quòd propria manu Papa de ple-itudine poteſtatis ex certa ſcientia ſubſcripſerit. Sed hoc certiſſi-mum ſignum, niſi merè perfectum fuerit, non erit certiſſimum. Dicit n. Propheta; *Cor contritum et humiliatū, Deus, non deſpicies.* Pſal. 51. verſ. 18. Quærendum igitur, quomodo contritum, & quantò? Tropo di-itur contritum, quod inter molares à tumore proprio ac duritia omminutū. Et qui ſunt hi duo molares, niſi quos venerabilis hic Doctor ponit, *facere bonum quod præcipit, pati flagella quæ infli-git?* Hi ſanè duo molares granum frumenti, & adipem pinguem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

præbentem delicias Regibus, Patri, Filio & Spiritui Sancto: quos ideò Reges in plurali dicit, quia perſonaliter plures. quando etiã Sacer Canon eos Deos viventes in Hebræo nominat. Hoc granũ frumenti perfecta contritione ad minima ſui humiliatum & cõtritum, ut nihil ſui amoris retinuerit, ut ſine exceptione dicere Pſal. 57. verſ. 10. poſſit, *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum* ad utrũq; ſcilicet paratum, ad currendam viam mandatorũ tuorũ, & paratũ cor meũ, Deus, in flagella tua. Profectò, ſi utrũq; perfectè dicere poſſit, certiſſimũ juge ſignũ indulgentiarũ habebit. Verùm ſi quid adhuc ſui amoris habet imparatũ & incontritũ, licet cẽtum bullas habeat, filo, & plicatura, & omnibus Cancellariæ clavib⁹ aut ferreis inſtructas, quantò adhuc incontritum & minùs humiliatũ cor ejus, licet verè contritum, & verè confeſſum, quia imperfectè contritum & confeſſum, tantò Deus adhuc deſpiciet.

Liquet igitur, ex venerabilis hujus viri ſententia, indulgentias Papales non tàm certum ſignum remiſſionis eſſe, quàm perfectam contritionem cordis inter hos duos molares contriti. Sed omnium catholica confeſſione certum eſt, quòd iſta talis contritio, ſi perfecta fuerit, nullis Papalibus bullis indigebit: & hæc ſi minùs perfecta fuerit, per Papam perfici non poterit. Papalis ut plenaria ſit, hac indiget: & hæc ſi plenaria fuerit, Papali non indiget. Hæc de venerabili illo Gerſone.

Caput V.

Thomas erravit de indulgentiis, dicens, Papam non poſſe errare.

Communis credulitas enervatur, cùm ſemper petimus orationes pro nobis fieri.

De reliquis autem quid cenſendum ſit, qui tanta invicem varietate inter ſe diſſident, ut ferè impoſſibile ſit duos invenire prorſùs invicem concordantes. Tu, cum Gerſone & Bonaventura contra Doctorem Sanctum, non neceſſariò, præciſè, quantùm ſonant, valituras. Bonaventura, quò validæ ſint oportere juſtam cauſam ſubeſſe. Doctor Sanctus non putat privilegium S. Petri ſalvum & integrum, niſi valeant præciſè, quantùm ſonant: neq; aliter putat univerſalem Eccleſiam ab errore damnabili poſſe defendere; & eligit magis damnare Papam de peccato irrationabilis conceſſionis, quàm de errore falſæ adſertionis.

Commu-

Communem contra me credulitatem allegas. Quis, quæſo,
ligioſorum, etiam Carthuſienſium, aut Minorum de ſtrictiſſi-
a obſervantia, per bullam indulgentialem in extremo vitæ ab-
lutus à ſuo Priore, nolit, ut poſt mortem oretur pro eo? Et quis
t vivorum, qui non oret pro illo? Dicis forſan, poſt indulgen-
alem abſolutionem venialiter illum peccaſſe. illam ſcrupuloſā
villationem *Eugenius Papa* excludere volens, declaravit ſuam
ſuper voluntatem, quod ſolùm pro ultimo inſtanti vitæ, quò
orientes mox in gratia decederent. Pro tali igitur moriente, &
indulgentiis munito, tuam fidem & confeſſionem exigo, vel-
s adhuc pro te orari? velles adhuc pro alio orare, aut non? Quòd
dicas utiq; ubi illa tua communis omnium credulitas? Quanta
itur communis credulitas, cui nullus merè ſapiens integrò con-
d.t? Primùm ſanè credulitatis argumentum, firma fiducia.

CAPUT VI.

Bulla pleniſſimarum indulgentiarum per S. Petrum *publicata, quam nullus* 2. Pet. 1.
Papa relaxare poteſt.
Omnes aliæ bullæ ſunt ſuperfluæ.
Doctores antiqui nil expreſſé de Indulgentijs dixerunt.
Falſé dicitur, Gregorium indulgentias dediſſe.
Weſſelus *de Indulgentijs Pariſijs & Romæ diſputavit.*
Romani liberiùs loquuti ſunt contra Indulgentias, quàm Weſſelus.
Weſſelus *informari petit, quia veritatem præ omnibus rebus quæſivit ſemper.*
Quædam per Apoſtolos inſtituta, quæ ſcripta non ſunt.
Credendum ſecundùm Eccleſiam ſanctam, non in Eccleſiam.

Confiteris, nihil à Patribus ſcriptū, nihil expreſſū in Scriptu-
ra. Hoc ſi adfirmativè intelligas, videlicet, pro ſtylo & cōſue-
curſu Indulgentiarum in Eccleſia ſolito, ſatis adſentior. Si verò
enitùs diſtribuas, ut prorſus nihil de eis vel adſtruendis vel im-
robādis habere putes, valdè renitor. Ponit n. judicio meo, non
rimus Papa Petrus, ſed per Petrum Spiritus Sanctus, unicam, ſo- 2. Pet. 1.
dā, & ſolā bullam indulgentialē; quam ſolidā conteſtatur, quia
er eam abundanter miniſtratur introitus in regnū Dei, ſalvato-
s noſtri Ieſu Chriſti. Et quòd eadē ſola ſit, idē cōteſtatur, ſubdēs,
uòd cui non pręſtò ſūt illa decē illic enumerata, cęc' eſt & manu verſ. 9.

tentans, & oblivionem accipiẽs purgationis veterum delictorũ. Nulla igitur alia bulla ſuſcipienda vel admittenda, quæ non hanc includit. Omnis igitur alia ſuperflua. Aliquid igitur habetur in Scripturis de Indulgentiis: quia de abundanti introitu in Regnũ. Quid enim aliud abundans introitus in Regnum, quàm plenaria remiſſio à pœna & à culpa? Præterea cæcitas, & manu palpatio, quid eſt aliud, quàm à regno excluſio? Hanc, meo interim judicio, unicam, ſolidam, & ſolam indulgentiarum bullam Petrus
2. Pet. 1. Apoſtolus ponit. Aliquid igitur invenitur in Scripturis de plena-
verſ. 5. 6 riis indulgẽtiis; licet non ſecundũ uſitatũ hodie morẽ in populo.
7.

Doctores antiqui nihil expreſſè ſcripſerunt; quia talis abuſus nondum temporibus Auguſtini, Ambroſii, Hieronymi, Gregorii irrepſerat: etſi Gregorius Magnus dicatur, quod nuſquàm tamen legiſſe confiteris, ſeptennes in ſtationibꝰ Romanis indulgẽtias collocaſſe, ex hoc tamẽ non audes, quemadmodũ nec debes, mecum illam ſententiam effundere. &c. Quòd dicis, *ex hoc*; quid, quæſo, illud *ex hoc*? An quia vulgò dicitur? An quia nuſquã legiſti? quaſi ego ex altero duorũ, tanquàm idoneo argumẽto, ſentẽtiã aliquam effuderim? Valdè ſiquidẽ ab re, propterea ſententiã aliquã effundere, quia vulgò dicitur quidpiã. Si verò propterea ſententiã aliquam non mecũ effundis, quia nuſquàm legiſti? Sed neq; ego ſententiã vel hanc, vel ullam effundo, quia nuſquã legi Gregoriũ Magnum ſeptennes illas indulgentias in ſtationib. collocaſſe, qui ante annos 34. Pariſius, dicaciter magis quàm ſagaci-
Paulum ter, utinam non temère, inter doctiſſimos quoſq; crebrò, & Ro-
II. P. M. mæ anno penultimo Pauli, in pœnitentiaria Papæ, ſententiam
intelligit. hanc effudi, quam tibi nunc effundo, quoniã ita compellare placet. Effudi, paratus tamen, tribus illis Theologis, Magiſtris noſtris Pariſienſibus, *VVilhelmo de Phalis*, *Ioanni de Bruxella*, *Ioanni Picardo*, conferre ſententiam hanc meam cum illis. Horum duo primi de pœnitentiaria Papæ, quartus ego illis paratus conferre non meas rationes, ſed Scripturas, meo judicio, meam opinionẽ de Indulgentiis tangentes. Sed venerabilis Magiſter noſter *Ioannes Picardus*, recens de Pariſius veniens, & non parva ex parte ab

olim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

olim quæ argumenta me? recolens, quemadmodum & reliqui
uo, vetuit meam ventilare, adſerēs, minùs quàm duob. menſib'
nte ſuum ad nos adventum diſputationem Pariſius fuiſſe in vico
orbonæ, à qua nemo doctior, ſed omnes quàm venerant confu-
ores receſſerunt. Meminiſſe potes, annus n. erat neſcio ultim'
auli, quo tu non poſtremus de Schola Theologorum Pariſius
uiſti, & præcedente die, qui Lunæ in carniſprivio fuit, invitato
nihi per Cubicularium Papæ, *Henricum Dalman*, in Camera Par-
amenti prandentibus nobis per jocum dixit Magiſter *VVilhel-
mus*, qui ſuprà, *de Phalis* in aurem *Ioannis de Bruxella*; *Vellem
nunc adeſſe Magiſtrum noſtrum* Iacobum *Schelvvert*. & ſubriſe-
unt ambo, ut Cubicularius verbi & riſus cauſam quæreret; & illo
auſam dante, propter meam ſingularem de Indulgentiis opini-
onem, non parùm ex loco illo agitato mihi, ſolatioſè ſatis Cubi-
ularius hoc accepit, inquiens, *non hoc novum eſſe*. Quin etiam
oſteà Curiales ipſos audivi plenis verbis in meam ſententiā con-
ſentientes; & id liberiùs quàm ego.

Vnum ſubdis verbum, iſtud ſcilicet; *Et revera, ut nihil te cæ-
lē, inauditæ veritatis horrore attonitus, primò ſcribere deſtiti.* Quę,
quæſo, veritas illa, tali ac tanto viro inaudita? Et quid eam, ſi ve-
ritas eſt, horruiſti? Rogo te, ſi verè nihil me cælas, non hanc me
veritatem cæles, ut & ego inauditam eam ex te audiam diſcamq;.
Saltem in hoc nunc ſcribere non deſiſtas. Verè enim profiteor
tibi, conferentiam hanc indagandæ veritatis me cauſa ſuſcipere:
& libenter ſuſcepi, ſperans per te, per tui ſimiles, bonos magis
quàm contentioſos, vel inſtrui, vel confirmari in veritate, quam
ſemper à puero quæſivi prę omnibus rebus, & nunc magis quàm
unquàm; quia per veritatem unica via eſt ad vitam. Plus autem,
ſaltem non minùs, gratulabor victus quàm victor, quantò mi-
hi meus quàm alienus profectus optatior eſt, vel eſſe debet.
Vnde non parùm admiror te, virum ſapientem, quòd me tàm
levem facilemque adſertu judices, ut ex hac ſola negativa, ut
quia nihil in Scriptura continetur de Indulgentiis, adeò ſo-
lummodò moveri me putes? Scio ſanè, non ſolam Sacram

Scripturam eſſe fidei regulam adæquatam. Scio quædam per Apoſtolos tradita, quæ ſcripta non ſunt: & omnes eas traditiones, velut Canonicam Scripturam, in fidei regulam ſuſcipiendas. Hæc duo ſola, & quæ ex his per neceſſariam conſequentiam evidenter deducta conſtat, unicam fidei regulam conſtituunt. Et hanc ſolam fidei regulam confiteor ad rigorem, à qua nemini licet abſque ſalutis interitu declinare. Multa tamen extra hanc piè credenda, hoc eſt, non abnuenda, propter pietatem quam evidenter fovent.

De ſacramentali confeſſione mos Eccleſiæ non admodùm tibi diſplicet, illam à Chriſto traditam Eccleſiæ per Apoſtolos. Placet mihi hæc tua ſententia generalibus quidem *Ioannis*, ſed ſpecialioribus verbis *Iacobi* confirmata. Confiteor ergo, in hac fidei regula debere me pendêre ex Eccleſiæ auctoritate, *cum qua credo, nō in quam*. Credo autem in Spiritum Sanctum, regulam fidei regulantem, loquutum per Apoſtolos & Prophetas. Cum Eccleſia ſancta credo, ſecundùm Eccleſiam ſanctam credo, non in Eccleſiam: quia credere actus latriæ eſt, virtutis Theologicę ſacrificiū, ſoli Deo offerendum.

CAPUT VII.

Antoninus Florentius *maximé erravit de Indulgentijs, cujus tamen tumbam multa cera adornat.*
Bonifacius IIX. *tria grandia fecit: & de vita ejus.*
Bullæ Clementis *ubi ſervantur.*

Et ſequutus adjungis, quòd nonnulli ex noſtris volunt Indulgētias ita eſſe de fidei regula. Qui, quæſo, ſunt illi? Non ne venerabilis ille *Antoninus, Florentinus Epiſcopus*, vir in vita ſua ſpectabili honeſtate præditus, ut hodie multa cera tumbam ejus, ubi requieſcit, adornat, qui velut hæreſin cenſet aliquid contra Indulgentiarum curſum ſentire? Sed numquid igitur *Gerſon* hæreticus, qui tàm graviter, & fundamentalibus verbis, hodiernum curſum inuſſit? Video quorſum iſta tendunt; quia ſi verum illi dicerent, omnis qui cōtradiceret, in regulā fidei, quia contra traditionē Apoſtolorū, impingeret; & ſi pertinaciter inſiſteret, hæ-
reticus

ricus eſſet. Sed ubi, quæſo, illi ex noſtris, imò, ut cum ſtomacho
quar, ſuum hoc mendacium, ſuum hunc errorem ſtabilient?
umquid Evangelio, aut Apoſtolorum conſuetudine traditum?
umquid perenni à temporibus Apoſtolorum obſervatione,
rpetua conſuetudine roboratum? Studioſiſſimus ille, qui ſuprà,
hronographus Antoninus, qui in hanc ſententiam plurimⁿ eſt,
anè confitetur, nondum inveniſſe ſe quando Indulgentiæ ha-
erunt initium. Et quaſi Legiſtis & Canoniſtis potior in hac re
leat auctoritas, ipſe Theologus Doctor & Epiſcopus, *Ioannem*
Andreæ conjugatum allegat ſcripto reliquiſſe, quoſdam alios
octores referre, *Bonifacium* VIII. de conſilio Cardinaliū pri-
ùm inſtituiſſe. Digna auctoritas, quæ tanti viri ſanctitate robo-
retur! *Tria grandia fecit Bonifacius ille; perſuaſit Celeſtino cede-*
e Apoſtolatum: adſeruit Papam dominum omnium: ſtatuit Indul-
entias. Intravit ut vulpes, regnavit ut leo, defunctus ut canis. Et
undem plenarias voluiſſe fore de centenario in centenarium;
eſq; tantùm adſignaſſe Eccleſias viſitandas; Lateranenſē, S. Pe-
i, & S. Mariæ majoris. Et hoc circa añum Domini 1300. Igitur
er hos 1300. annos ubi, & quare obdormivit illa Apoſtolica tra-
itio, ſi ſic Apoſtolica, ut in regula fidei ſtrictè accepta connume-
anda ſit? Non puto ego in regula fidei cenſendum, quidquid *Bo-*
ifacius VIII, vel poſt eum *Clemens*, aut *Gregorius* determina-
erunt. Satis ad hoc venerabilis ille Gerſon, palàm reverendiſſi-
nus ille Antoninus confitetur, copias bullarum *Clementis* tan-
am continere exorbitantiam, quòd non credit fuiſſe bullatas:
quæ tamen hodie Viennæ, Limovis, Pictavis plumbatæ in the-
auro privilegiorum reſervantur.

Et ſubdis, te in hoc, tanquàm conferentiæ noſtræ fundamen-
o, velut in baſi, etiam ex corde mihi repugnare. Quid, quæſo, il-
ud fundamentum, & baſis tàm ſolida? An quod Indulgentiarū
pſe curſus, Apoſtolorum Chriſti traditione inceptus, continua
Patrum obſervatione talis ad nos pervenerit? Hanc enim proxi-
mè præmiſiſti. Suſpicor igitur, hoc tanquàm fundamento & baſi
te mihi ex corde repugnare. Aut ſi aliud pro fundamento vel

baſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

baſi habes, id explices, cujus motivo firmiter credis & adſeris, Papam plenariam poße decernere indulgentiam.

CAPUT VIII.

Clavis error quis ſit.
Formidoloſum regnum cujus portæ & claves errare poſſunt.
Clavis eſt charitas per Spiritum Sanctum diffuſa in cordibus fidelium.
Claves non uni, ſed unitati Chriſtus dedit.
Solvere & ligare quid ſit.
B. Petri facto oſtenſum, Eccleſiam Pontificum determinationibus non ligari.
Miniſter Chriſti ſolvit & ligat ſoluta & ligata in cælis.
Miniſterium pietatis Petro & ſucceſſoribus ejus commiſſum eſt.
Temeritatem Clementis reprehenderunt Pariſienſes, qui angelis mandavit.
Voluntas Papæ ſecundum Scripturæ auctoritatem regulanda.
Doctores non omnes volunt Indulgentias.

HÆc firmiter credis, non tamen cum pleriſq; deſipis, ut conſentias firmum fore, quidquid in talibus Papa ſtatuerit. Tu firmiter credis & adſeris, Papam plenariam poſſe decernere. Et pleriq;, ſi conſentiát firmum fore in talibus quidquid Papa ſtatuerit, judicio tuo deſipiunt. Vtraq; hæc tua verba ſunt, plenariam indulgentiam ſi decernat, firmiter credis & adſeris. Et, ſi quidquid in talibus Papa ſtatuerit conſentias, deſipis; niſi fortè extra hanc plenariam indulgentiam, aut ſupra ſtatuat. Non video, quomodo nutantia hæc verba quadrabis, ut coëant. Non decent magnoperè conſtantem animum tuum hæc verba. Noſti, ſchola noſtra *Nominalis* talem verborum diſſidentiam & diſcohærentiam non admittit. Si propterea non deſipis cum pleriſq; quia non putas firmum fore ſi quid in talibus Papa ſtatuerit; non jam firmũ fore deſipies, ubi plenariam ſtatuerit.

Et, velut pro ratione, ſubdis, *etiamſi Papa deliret*: quòd ſi non pro ratione ſubderes, incaſſum ſubderetur. At ſi, ut judico, pro ratione ſubdis, rationabiliter mecum ſentis, in talibus Papá poſſe delirare. Sed quæſo te, quomodo poterit in talibus delirare, ſi non per inſcitiam, perfidiam, aut malevolentiam à regula fidei exorbitet? Sed quolibet horũ modorũ indulgẽtiarũ donatio caſſa & ambigua delirabit. Cautus igitur ad conditionalẽ, tanquã inexpugnabile

ugnabile vallum refugis, *hoc tantùm firmum fore, quod in ejuſ-modi Papa ſtatuerit clave non errante, & Chriſto non reprobante.*

Quid, quæſo, neceſſaria conditio illa, *clave non errante?* Quæ-namq; clavis illa regni cælorum? & quis error ejus clavis? Clavē igitur talem ponis, quæ errare poſſit, & ſimul efficax & legitima regni, & cæleſtis regni clavis eſt. O formidoloſum regnum, cujus portæ, ſeræ, vectes, claves hujuſmodi ſunt, quibus error & falſitas ſurripere poſſunt! *Clavis*, quam *Auguſtinus* explicat, *charitas eſt per Spiritum Sanctum diffuſa in cordibus filiorum regni.* Has du-as claves Dominus Ieſus ante reſurrectionem Petro promiſit, quando dixit; *Tibi dabo claves regni cælorum.* Et; *quodcunq; liga-veris ſuper terram, erit ligatum & in cælis. Et quodcumq; ſolveris ſuper terram, ſolutum erit in cælo.* Has item claves poſt reſurrecti-onem non uni, ſed unitati donavit, quando inſufflavit in eos, di-cens; *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiſeritis peccata, re-mittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt eis.* Iſtas duas claves, penes Auguſtini ſententiam, nequaquàm vel Chriſtus a-liquando reprobat, neq; aliquando errare contingit: quia chari-tatem per Spiritum Sanctum diffuſam in cordibus filiorum Dei, & Spiritum Sanctum, regni claves exponit; & ſolvere & ligare di-cit ſimilitudine charitatis in conſortium recipere, vel diſſimili-tudine à conſortio excludere. Et quia ſic in conſortium ſimili-tudinis recipere pietatis magis eſt quā auctoritatis, neq; quiſq; ſā-ctorum, nullo ſexu vel conditione, prohibetur ligare & ſolvere; neque hanc ligationem aliquando Chriſtus reprobat; quia neq; aliquando errare contingit. Si verò clavem errare dicas, quando errat is cui commiſſæ ſunt claves, non verbis pugnam paro: quo-niam ego ſententiæ Auguſtini fixus inhæreo, quæ talem nutanti-um verborum ambiguitatem non formidat. Immò, ſic totus in tuam ſententiam concedo, confitens primùm, *& ſanctiſſimum Papam Petrum erraſſe, quò poſtera ſciret Eccleſia, non ſeſe ligatam ſummorum Pontificum determinationibus, quin in diſſidentia fide-lis omnis teneatur, exemplo S. Pauli, pro regula fidei contra Papam in faciem, &, ſi non aliter, coràm omnibus reſiſtere.*

Matt. 18. Ioan. 20.

Adducis

Fuit hic Doctor Pariſienſis, & Canonicus Ambianēſis.

Adducis verbum venerabilis illius viri, *Thomæ de Curſellis*, volentis Petro dictum, *quidquid ſolveris*; non ei dictum eße, *quidquid dixeris*. Et benè allegatum ac dictum verbum ad veritatem: ſed nondùm per hoc ſatis declaratum. Plus enim oportuit adjicere, quomodo ſcilicet, & per quæ ligaret & ſolveret, quo verbũ Chriſti clarum & indubitatũ fieret. Ego autem ſic accipio, quòd miniſter Chriſti, ſi ſecundum traditionem Chriſti & Evangelii miniſtret, ſive fidei verbũ, ſive fidei ſacramentum, ſive charitatis exemplum; & ſubditi ſive auditores fideliter accipiant, quòd revera fidei & pietatis miniſter ſolvat & liget in terra ligata & ſoluta in cœlis: & quacunq; alia via vel ſolvere vel ligare tentat, nihil eſſe quod facit. Nihil enim, niſi ſalutaris pietatis miniſterium, Petro puto & ſucceſſoribus ejus promiſſum. Et hoc interim, donec per te aut alios fuero ſaniùs informatus.

Neque parùm horrori mihi eſt verbum tuum illud, quo mones, quòd magis quàm pro ratione mihi eſſe debet auctoritas Papæ. Numquid Pariſienſi facultati Theologicæ non dico ratione majus fuit, immò numquid fuit pro ratione *Clementis* auctoritas, quando temeritatem illam Angelis in cœlo præcipientem reprehenderunt & correxerunt? quando cruce ſignatis ad eorum vota tres vel quatuor animas ex purgatorio, quas vellent, clargiebatur. Item, nunquid quando indulgentias à pœna & culpa publicabat. Horum tamen errorum hodie bullæ plumbatæ reperiuntur. Tu tamen mones, in hujuſmodi auctoritatem Papæ non ſolùm pro ratione, ſed ſupra rationē debere eſſe mihi. Quæ, quæſo, in his ratio mea? nonne Sacra Scriptura? Numquid vis Papæ mihi auctoritatem ſupra Scripturam Sacram? Papæ voluntas, & Scripturæ auctoritas non æquè conſtituta ſunt, ut volũtas Papę ſecundũ Scripturę veritatē, & veritas à Papę volũtate regulāda ſit.

Et huic, velut minoris momenti, fundamento adjicis Prælatorum auctoritatem: &, ne quid ſummè deſit, addis inſuper Doctores. De prælatorum auctoritate quod allegas, non aliud puto quàm principium petere. Doctores non omnes largiendas volũt, niſi quantùm proficiunt ad pietatem. Et in hanc ſententiã nonnulli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

illi mitiùs loquuntur, dato quòd in multis unà tecum Eccleſiæ ſimam & abuſus non adprobant; qui quantumlibet indulgentiam conceſſionem non parvipendendam eſſe, ſed in fide, ſpe, & charitate Chriſti amplectendam. Neq; parvipendendam du-o, quin devotæ in fide, ſpe, & charitate Chriſti dona Eccleſiæ ta in clavibus complector.

CAPUT IX.

Explicatur dictum Auguſtini, Evangelio non crederem. &c.
In Iure multa de Indulgentijs ſcripta ſunt, ſed non ideò vera.
Culpæ remiſſio eſt gratiæ infuſio.
Miniſter Chriſti quantùm ligat & ſolvit.
Inutile eſt, Prælatis tribuere poteſtatem, præter miniſterium.
Pœna remittitur cum culpa.
Purgatio eſt propter gratiam imperfectam.
Auctoritas Papæ ex Scripturarum auctoritate pendet: non contrà.
Manſuetudo Gerſonis.
Ordo Prædicatorum 14. annis ab Univerſitate Pariſienſi abſciſſus Zelo doctrinæ S. Thomæ.
Gerſon *errorem ſuſtinere mavult, quàm ſciſſuram pati.*
Zelus Weſſeli *de Indulgentijs.*
Gerſon *quare diſcrepantia in hac materia ſcripſerit.*

CEterùm illud verbũ *Auguſtini* de Evangelio & Eccleſia, non ampliùs probat quàm continet. Originis, non comparatios verbum eſt, *Evangelio non crederem, niſi Eccleſiæ credidiſſem.* Quemadmodum primæ multitudinis credentium quiſque rectè xiſſe potuiſſet; *Ego Evangelio non crederẽ, niſi Petro credidiſſẽ:* c & ego hodie, *niſi domeſticis primùm puerulus, & poſteà ſcholaſticis, demùm Eccleſiaſticis credidiſſem, hodie Evangelio non crederem.* Evangelio tamen magis quàm alicui mortalium multitudini credo; adeoq; debeo credere, quòd ſi ſentirem omnes homines diſcredere, denuò nihilominùs Evangelio quàm illis adhærere. Parvulæ naſcentis adhuc fidei originem texit *Auguſtinus* in verbo ſuo; non auctoritatem Eccleſiæ cum Evangelii dignitate comparat.

Quòd in corpore Iuris pleraq; capitula de Indulgẽtiis loquũtur, no, & ratũ habeo: quia novi, quòd ante tempora *Ioannis XXII.*

fuerit

fuerit Indulgentiarum uſus in Eccleſia, & ex hinc Decretalibus inſertum, non abnuo. Sed ut propterea velut fide tenendas obliger, non adſentior.

Ad venerabilis illius *Gerſonis* moderationem quid ſentiam reſpondendum, aliqualiter ex præcedentibus puto poße colligi. Chriſtus de peccatorum remiſſione expreſſam dedit poteſtatem; de pœnarum nullã expreßit. Sed poteſtas illa quomodo debeat intelligi, ſatis jam peccatis ſolvendis publica fides eſt. Vult *Gerſon* expreßè, quòd in peccatorũ remiſſione naturaliter prior ſit gratiæ infuſio, quàm culpæ remiſſio, quia nihil aliud eſt culpæ remiſ-
Luc. 7. verſ. 47. ſio, quàm gratiæ infuſio. *Propterea dimißa fuerunt ei peccata multa, quia dilexit multùm.* &c, ſecundum eundem, prior æternæ pœnæ remiſſio, quàm reſurgat à peccato. Et ad hæc tria miniſter Chriſti quantùm cooperatur, tantùm ligat & ſolvit miniſterialiter tantùm: quia ſcilicet verbo vel miniſterio concurrit. Sed quãtis Dei muneribus in ligato vel ſoluto præceptis concurrit miniſtrando, neq; ſolvens novit, neq; ſolutus; neq; ipſe in imperio vel facultate habet. Et ſi hæc mea ſentẽtia ſervat & ſalvat omnia verba Domini, quid opus ulteriorem Prælatis tribuere poteſtatem? De adminiſtrationibꝰ ordinum in effectu ſacramẽtali nemo ambigit, quin ſequatur non ponenti obicem: in juriſdictionalibus verò non ita. Sed hoc ideò, quia juriſdictionalem quidẽ poteſtatẽ pleriq; protendunt ad internũ forum: fortaſſis ultrà quã oportet. De pœnis ego ſimpliciter teneo, donec ſaniꝰ informer, quòd pœna cum ſuo peccato remiſſo remittitur; neq; ullũ prorſus à peccato immunem deinceps obligari ad pœnam. Unde quòd purgatio indicitur, eſt propter gratiam imperfectam, cum qua quædam venialia manent. Et ſicut illa non ad mortem ſunt, ſic illorum pœna ſolùm temporalis. Hęc ſi ſolùm ſic rationabiliter adſererẽ-
Pſal. 32. verſ. 1. tur, moverent mediocriter intellectum urgentes; juxta verbum Prophetæ, *beatificantis eos, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, & quibus non imputat Dominus peccatũ.*
1. Ioan. 4 verſ. 18. Sed habemus apertius teſtimonium de pœnis, illud ſcilicet Ioannis; *Perfecta charitas foràs mittit timorem; quia timor pœnam habet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

rt. Hæc igitur conſequentia eſt Spiritus Sancti per diſcipulum ium, quem diligebat Ieſus; *quia timor pœnam habet, ideò timor on eſt in perfecta charitate.* Ex hac forma arguendi ego arguo à ontrario ſenſu; *purgandi in purgatorio habent pœnam & timorē: rgo non ſunt perfecti in charitate.*

Sic puto ſenſiſſe venerabilem illum *Gerſonem:* quia ſcio de ente ſua eſſe, univerſam auctoritatem Apoſtolicæ ſedis ex Canonicarum Scripturarum veritate pendentem debere modera- & æſtimari; non Scripturæ veritatem ex Papali voluntate aut ıctoritate, etiamſi non deliret, aut erret. Quare ſi quidquam oſteà vel in illo de Indulgentijs venerabilis ille aliter dicat, miùs aliquantò quàm Theologica pura veritas habeat, puto pietamagis tacentem condeſcendere, quò non veritas, malitia quondam, puſillis ſcandalum pariat. Noſti ſtudioſam & officioſam ri illius pietatem, quàm ſæpè ſuam opinionem alijs contrà ſéntibus deſerat. In quo tamen valdè mirandū videtur tàm diverſum à vero & recto conſilium: ut in Epiſtola monente, *quid qualiter ſtudendum ſit*, ubi monet illas logicas ἀκριβολογίας enes diſtinctiones multiplicium declinare. &c. pleraq; talium cholaſtico exercitio neceſſaria. Quis enim unquàm ad illum apicem Theologiæ, quò *Petrus de Alliaco* conſcendit, abſq; diffinitionibus, diviſionibus, argumentationibus, diſtinctionibus, inantijs logicalibus perveniret? In diſputationibus, dico, ubi diſuſſionis dente opus eſt: non in ſermonibus ad populum, neque n contemplatione ad Deum. Quomodo Petrus *Ioannem de Monteſono* in Rota de errore 14. illarum concluſionum concuſſet, niſi diſtinctione multiplicis, aut elenchi ignorantia antecedente vel conſequente deluſum docuiſset? Opus igitur Theologicis logicam inferre. Et *Gerſon* ipſe, quo tandē tantus ipſe Theologus, niſi per accuratiſſimam illam ſui magiſtri Petri logicam vaſit? qui non ſolùm illum *de Monteſono*, cujus condemnationi idem ipſe *Gerſon* interfuit, & juſtam fuiſſe adſerit, & univerſum ordinem Prædicatorum ab Univerſitate Pariſienſi 14. annis bſciſſum, eò quòd eorum Baccalaurei dictos errores nollent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

abjurare, zelo quodam doctrinæ S. Thomæ, quam ipſe *in tertia parte ſui tractatus contra* Ioannem *de Monteſono* editi clarè docet non ſic adprobatam, quò vel in minimo juſtam illius Doctoris *de Monteſono* condemnationem impediret. Puto igitur, virum illum, ſtudioſum pietatis & ædificationis, latiſſima in Eccleſia Dei ſcandala ex pertinaci Scholaſticorum contentione expertũ, elegiſſe magis errorem ſuſtinere veritatis in puſillis, quàm ſciſſuram & ſcandala charitatis. Et hinc mitiora ſua dicta in hanc partem accipienda; uti videmus conſilium naufragi, ſuas & charas merces in tempeſtate jactantis, quò vitam & animam ſalvet, natura duce & lucente: quando non utrumq;, ſaltem quod minus malum ſubimus, quò majus declinemus. Vnde & ego ſæpiùs Pariſius, & hodie quandoq; meipſum reprehendo, quòd aliquando cum non capacibus materiam iſtam confero: atq; utinã ſolùm ſine fructu. Vnde crebrò & illũ ac te beatos judico, quibus officioſior in talibus moderatio eſt. Legiſti, credo, ſententiã ejus in propoſitione apud *Petrum de Luna*, quomodo *communis error interdum facit jus*: quoniam prævalente errore multa ſapiens vel agere vel omittere tenetur, qualia ceſſante errore ſi faceret vel diſſimularet, ipſe graviter eſſet obnoxius. Puto igitur, prudentem illum virum, poſtquàm diligentibus lectoribus oculos per eas propoſitiones, quæ indubitatam veritatem continẽt, aperuit, conſultè remiſſiùs rigoroſã abditam veritatẽ, pro tardioribus, propter contentioſos tacuiße. Quomodo enim aliter tàm diſcrepãtes venerabilis illius viri ſentẽtias concordabimus? cùm ſint quædã earum tàm evidenter pro me, ut in eis meam ego intentionem fundare putẽ. Sed id interim apud te. quædam verò tàm remiſſè atq; quietè pro populari adſertione, quò tu in eis cõtra me. Neq; id ab re: quia pariter & illum ſtudio pietatis allegare puto, quo illum ſcripſiße: cùm utroſq; par procella jactaverit. Et ego conſilium tuum laudo, ſi ita facias, doceas, & prædices.

CAPVT X.

Nemo vivit per gratiam, niſi charitatem ſuſceperit.
Deus ſolus debitum æternæ mortis remittit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Quid ſacerdos in remiſſione peccatorum operetur?
In pœnitentiæ ſacramento Dominus in abſcondito operatur.
Quando peccata tecta, ſecundum Auguſtinum?
Solus Deus peccata remittit.
Charitas Eccleſiæ peccata dimittit.
Quos miniſtri Chriſti ligent & ſolvant?
Spiritus Sanctus peccata remittit.
Quomodo per Eccleſiam peccata dicantur remitti aut teneri?
Magiſter Sententiarum *vult poteſtatem ſacerdotum ſolùm eſſe in oſtendendo in facie Eccleſiæ.*
Hieronymus *reprehendit pompam & poteſtatem ſacerdotum,*

QVòd in ſacramentali confeſſione nonnunquàm ex adtrito contritum faciat pœnitentia, omnimodis adſentior; quando confitens pacto ſacramentali obicē non ponens promiſſam vitæ gratiam ſuſcipit. Neq; per gratiam viveret, niſi charitatem in aliquo gradu ſuſciperet: qua ſine neq; viveret, neq; aliquo modo contritus & humiliatus eſſet. Qui enim non aliquatenus inter illos duos molares paratus eſt conteri, non adhuc humiliatus & contritus eſt; ſed contumax duritia cordis ejus adhuc deſpicabilem Deo facit. Qui ſi perfectè contritus fuerit, non per Eccleſiam obligatus pœnam patietur. Meminiſti, ſcio, vulgatorum illorum verborum; *Alij verò dicunt ſolum Deum, non ſacerdotem, dimittere debitum æternæ mortis, ſicut & animam interiùs per ſeipſum vivificat.* Ipſe enim ſicut animam per ſemetipſum vivificat, ſic peccata pœnitentium per ſemetipſum tegit. Sicut enim retinuit ſibi poteſtatem baptiſmi, ita & pœnitentiæ. Sed & omnibus liquidò confeſſum eſt, quòd in remiſſione peccatorum nihil operatur ſacerdos, niſi ſacramenti tantùm adminiſtrationem. Sic in pœnitentiæ ſacramento Dominus in abſcondito per ſacramentum operatur, ſecundum diſpoſitionem accedentis. Ipſe enim per ſeipſum peccata tegit, quando propter infuſam charitatem ad pœnā non reſervat: & tunc debitū pœnæ ſolvit. *Charitas* n. *operit multitudinem peccatorum.* Sunt enim tunc, ſecundum *Auguſtinum*, tecta, quando per charitatem abolita. Vnde ſic inquit; *Si enim texit Deus peccata, noluit advertere. Et ſi noluit ad-*

Lib. 4. Sent. diſtinct. 18

1. Pet. 4. verſ. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

vertere, noluit animadvertere. Et ſi noluit animadvertere, noluit punire, ſed voluit ignoſcere. Et in fine capitis concludit ſic; *Et his apertè oſtenditur, quòd ipſe Deus apertè pœnitentem ſolvit à debito pœnæ: & tunc ſolvit, quando intùs illuminat, inſpirando veram cordis contritionem.* Et in Rubro dicit, *hanc eſſe ſententiam veriorem, quàm illam* de præcedenti capite, *ubi quidam volunt culpam divinitùs, ſed pœnam per ſacerdotem dimitti.* In octavo capite allegat verbum *Ambroſij*, in eandem ſententiam dicentis; *Sacerdos quidem ſuum officium exhibet; ſed nullius poteſtatis jura exercet.* Et idem; *Ille ſolus dimittit peccata, qui ſolus pro peccatis mortuus eſt.* Et item *Auguſtinus; Nemo tollit peccata, niſi ſolus Agnus Dei tollens peccata mundi.* Et quomodo tollit peccata, niſi dimittendo debita? Debita quomodo dimittit, niſi dando quò faciamus legem totam, ut nec jota nec apex deſit? Nam is dimittit præterita, qui præſervat à præſentibus, & ſalvat ab inſtantibus. Sed poſtrema duo, præſentia ſcilicet & futura, tàm quo ad pœnam, quàm quo ad culpam, à ſolo Agno Dei tolluntur. Et quòd hæc *Auguſtini* verba non contrarientur verbis Domini, illis videlicet, *Quodcunq; ligaveritis. &c.* conſequenter idem *Magiſter* ejuſdē *Auguſtini* verbis oſtendit, illa verba ſic intelligenda, quòd Eccleſiæ charitas per Spiritum Sanctum diffuſa in cordibus eorum, qui charitatis ac Spiritus Sancti participes ſunt, peccata dimittit: eorum verò, qui horum non ſunt participes, retinet. Et in eodem capite expreſſè, ſecundum *Auguſtinum*, diſtributiones illas eſſe adcommodas, ut ſit ſenſus; *non quoſcunq; volueritis ligare, aut quoſcunq; putatis ligare, ſed in quos verum juſtitiæ & miſericordiæ opus exercetis.* Aliter autem opera veſtra in peccatores non agnoſco. Vnde ſubdit; *Spiritus Sanctus, qui datus eſt omnibus ſanctis charitate cohærentibus, peccata dimittit, ſive corporaliter ſe ſè noverint, ſive non. Similiter cùm retinentur alicujus peccata, ab eiſdem ſanctis retinentur, à quibus ille ſui cordis pravitate ſejungitur, ſive corporaliter ignotis, ſive non.* Secundum hanc *Auguſtini* ſententiam, concorditer ad ſuperiorem, ſolvere & retinere peccata principaliter ſolius Dei eſt; Eccleſiæ tamen participativè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

ipativè, per Spiritum Sanctum Eccleſiæ datum principaliter dimittentem & retinentem. Et ſubdit; *Peccata igitur per Eccleſiam dimittuntur, quando aliquis Eccleſiæ juſtorum conjungitur: & per Eccleſiam peccata retinentur, quando à charitate Eccleſiæ excidit, ungente vel excludente Spiritu Dei Eccleſiæ donato, per quem ordo, & miniſterium, & regimē in Eccleſia.* Quia quantò participationi Spiritus coôperantur, tantò ligant & ſolvunt in terris, tantoq; ligatum & ſolutum in cœlis. Sicut & *frater Domini* grandi *Iacob. 5. verſ. 20.* verbo extollit, inquiens; *Si quis converterit aliquem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus à morte, & operit multitudinem peccatorum.* Et quomodo convertet ab errore viæ ſuæ prioris, niſi per ſapientiam rectitudinis viarum Dei? Sed hæc ſapientia, rectitudo, & ambulatio numquid principaliter à fratre convertente? Numquid igitur dicendum, eum ſalvatorem ſimpliciter ejus, quem ab errore revocavit? Aut numquid ipſi illi multam charitatem infudit, quæ ſic operiat multitudinem peccatorum? Poteſt autē ſic popularis quiſq;, nullam habens ordinis aut juriſdictionis adminiſtrationē, ſolo ſtudio & officio pietatis alium fratrē revocare ab errore; & poteſt ille revocatus ab errore tanta fervere charitate, quò valdè illi multa peccata remittantur, & multæ pœnæ remittantur. Numquid igitur pœnarū & peccatorū remiſſio auctoritati potiùs quàm charitati tribuenda? Et poteſt integerrimꝰ rectitudinem viarū Dei amplecti, quàm ille qui convertit ab errore prioris viæ: numqvid igitur major iſta converſio ab illa? Sed redeo ad *Magiſtrum*, qui *eadem diſtinctione, cap. ligant quoq;* expreſſè vult, *poteſtatē ſacerdotū eſſe in oſtendendo in facie Eccleſiæ: quemadmodū ſacerdos legalis in lepra, quam neq; adſpergere, neq; auferre valebat.* Vnde circa hoc inducit *Hieronymum* his verbis; *Hunc locum quidam non intelligentes aliquid ſuſcipiunt de ſupercilio Phariſæorum, ut vel innoxios damnare, vel ſolvere noxios poſſe putent: cùm apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita inquiratur.* Et ſubdit ibi *Magiſter* ſic; *Apertè hic oſtenditur, quod non ſequitur Deus judicium Eccleſiæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

CAPUT XI.

Utrum fructus Dominicæ paſſionis ſit in arbitrio Papæ.
De participatione theſaurorum Eccleſiæ.
Papa non poteſt gratiam conferre, nec alia dare quæ requiruntur ad deletionem peccati.
Decem urgent auctorem, cur non concedat, Papam plenarias aut aliquas poſſe Indulgentias dare.

QVo contra tua de Indulgentijs ſententia eſt, quòd quandocunq; per confeſſionem ſacramentalem ex adtrito fit contritus, æterna pœna in temporalẽ divinitùs cõmutatur. Et quãdiu per officium ſacerdotis non taxatur, manet fori divini tanta, quantùm Deus arbitratur. Nõ igitur charitatis incremẽto pœnæ minoramentũ: ſed poſtquàm ſacerdotis officio taxata fuerit, Eccleſiaſtici fori facta eſt, ut jam deinceps non ultra Deus eam protendat, quàm ſacerdos eam taxaverit. Non igitur charitatis incremento tribuendũ illud reſtantis pœnæ minoramentum: & propterea Papam habere ſuper eam poteſtatem. Formidoloſe tamẽ hanc ſententiam adſeris, quando ſubdis; *Non quòd ejus arbitriũ ſit apud Papam, & quidquid in talibus Papa decreverit, ideò in foro divino ſic ſubſiſtat, quia de illis Papa ſic voluit: neq; quòd Papa poſset illam pro arbitrio ſuæ voluntatis remittere.* Satis confiteri mihi videris, contrariam adſertionem valdè eſſe temerariam. Sed conſidera, ſi minùs periculoſum ſit adſerere quod ſubdis; *Sed quia pro illo Papa poteſt de theſauro Eccleſiæ ſatiſfacere, & in locum illarum pœnarum per ſacerdotẽ jam taxatarum, ac per hoc jã de foro Eccleſiæ factarũ, videlicet de paſſione Domini ordinare.* Hîc jam per tua propria verba quæro, utrum fructus Dominicæ paſſionis ita ſit in arbitrio Papæ, ut quidquid in merito paſſionis Chriſti Papa decreverit, ideò in foro divino ſic ſubſiſtat, ac tantùm valeat in foro divino pro illo cui Papa decreverit, ac tantùm illi menſurandum ſit ex acervo paſſionis Domini; & id ideò, quia Papa ſic voluit: ut Papa poſſit pro libito ſuæ voluntatis pœnam confeſſoris taxatione, ut adſeris, Eccleſiaſticam factam, æqua parte paſſionis Domini donata debitori remittere? Quòd ſi

dicas, poſſe non pro libito, ſed jure, quæro, quo jure, niſi miſericordiæ & juſtitiæ? quando Deus pœnitentem miſericorditer, & juſtè miſericorditer peccata præterita abolendo, ob juſtè præſentem charitatem acceptando, participem facit magni illius holocauſti, incenſi, & theſauri. Sed quomodo, niſi æſtimantem tanquàm theſaurum? Theſaurus enim nomen æſtimationis eſt, & condignæ æſtimationis. Nemo enim illi theſaurum dare poteſt qui non æſtimat, quacunq; vel Imperiali vel Papali poteſtate præditus Si quis autem Eccleſiæ theſauros dignè æſtimat, aut nõ dignè, Papa de nullo, neq; de ſeipſo, certus dijudicare poteſt. Et ſi quis illius theſauri dign⁹ æſtimator fuerit, conſequetur, & participabit, ſive Papa donet, ſive non. Manent igitur tales poenæ temporales finaliter divino foro taxandæ tantùm, licet pia ſubditorum obedientia humiliter propter Deum Eccleſiaſticæ taxationi ſeſe ſubdens accepta Deo ſit, & non infructuoſa in conſpectu Dei.

Hæc mea de participatione theſaurorũ Eccleſiæ ſentẽtia; Patrẽ, Filium, Spiritum Sanctũ, Deum trinum & unum, Verbũ incarnatum, unigenitum Dei, factum primogenitum in multis fratribus, Ieſum Nazarenum Regem Iudęorum, Ieſum Chriſtum Filium Dei vivi, morte interveniente teſtamentum factum, theſaurum Eccleſiæ judico. Theſaurum hunc unuſquiſq; quanti æſtimat, tanti cognoſcit & amat. Et quanti cognoſcit, æſtimat, & amat hunc theſaurum, tantò ad imaginem Dei reformatur, & formatur Chriſtus in eo. Solùm enim per hæc tria, cognoſcendo ſcilicet verum Deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum, & Spiritum Sanctum; cognoſcendo, inquam, & æſtimando, & amando theſauri illius participes efficimur. Hîc ego ſi theſauri nomine aliter utor, quàm omnes Eccleſiæ Doctores theſauri & participationis vocabulis uti debent, non video: te rogo, videre me facito. Ego meam ſententiam, quò clariùs potui, elucidavi; & non parùm gratulor tuum hoc de mea parvitate judicium, quo palàm adſeris, me non ad rem, ſed voce tantùm communibus Doctoribus contradicere. Deſideratiſſimum enim accipio, ſalvis

ubiq; Scripturis, cum reliquo Doctorum cœtu cõvenire. Concedunt omnes mecum, primò, quòd Papa non poſſit alicui gratiam conferre. Secundò, quod neq; ſi ipſemet ſit, aut alius quiſpiam in gratia ſit, dijudicare poſſit. Tertiò, quòd multò minùs præcipere poſſit, ut quis in gratia ſit. Permagna verò gratia eſſet, ſi egeno efficaciter theſaurum interiori homini donaret. Iam enim theſaurum ſapientialiter cognoſceret, glorioſè & ſublimiter æſtimaret, ardenter amaret. Et poſt hæc velut grande obijcis inconveniens, non te poſſe intueri, quomodo ex his mea intentio deduci poſſit? quaſi ego ſolùm ex his tribus deduxerim. An non ego primi & magni mandati perfectam impletionẽ & obſervationem neceſſariam, cum ſtabili perſeverantia uſq; in diem Domini, pro fundamento poſitionis poſui? An non ego, quæcunq; vel de ſacramenti uſu, vel de miniſtrorum Eccleſiæ poteſtate in Sacra Scriptura, vel de utrorumq; horum efficientia continẽtur, ex his duobus mandatis interpretanda & moderanda dixi pendere? Non ne perfectam cordis mundiciã ad ingreſſum Regni neceſſariam dixi? Non ne plenarias indulgentias in perfecta participatione cœleſtis Hieruſalem in idipſum, & perfectam participationem in perfecto deſiderio & amore? Non ne ego ingreſſũ nuptialis thalami in perfecta præparatione & adornatione ſponſarum conſtitui? Non ne ego perfectam impunitatem in perfecta peccatorum imunitate conſtitui? Non ne propter hæc ego dixi Papam de nemine meram impunitatem decernere poſſe, quia neminẽ poteſt à peccato reperire imunem in hac vita, etiã quãtumlibet verè contritum & confeſſum, quàmdiu non fuerit perfectè contritus? Quod neq; diſcipulus ille quem diligebat Ieſus

1. Ioan 1. verſ. 8. dicere præſũſit. *Si*, inquiens, *dixerimus quia peccatũ non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Ex iſtis, unà cũ trib⁹ illis tuis comuniter confeſſis & conceſſis, puto meã intẽtionẽ poſſe deduci, niſi fortè comunes Doctores etiam iſtis, uti ſuperioribus, integrè confeſſis, adhuc ſalvas manere dicant indulgentias. Quòd ſi ita ſentiant, gratulor illis, & meam confiteor non ſolùm, ſed & conqueror & plango imperitiam, qua non vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

co, quomodo ſtantibus iſtis decem, curſus iſte indulgentiarum n Eccleſia conſuetus tàm pleno ore, tàm audaci adſertione, ſalvus conſiſtere poſſit. Omnes iſtæ res, quas allegavi, neceße ſunt n tanta ſui perfectione, ut ad eam ſuſpicandam humanus caliget obtutus: & ad earum perfectionem Papa nihil poteſt; & cùm perfectæ fuerint abſq; ullo Papæ interventu, mox omnimodam impunitatem conſequantur.

CAPVT XII.

Cauſa conferendi Indulgentias.

CVm his quomodo oppoſitum intentionis meæ ſtet; rogo me doceas. Signum ſcientis eſt poſſe docere. Dicis plenariam poſſe conferre indulgentiam, ſi cauſa id exigat. Quæro, quæ ſit illa cauſa? Num extrinſeca ulla univerſalis Eccleſiæ, ut in bellicis infidelium eruptionibus, armis refellendorum? Non puto ſic ſentias, propter multa in talibus actibus neceſſariò ferè venialia intervenientia inquinamenta. An fortaſſis dirutarum ſacrarum ędium innovatio, aut reſtauratio? Neq; hoc puto ſentias. Neq; etiam ſi propter famatæ religionis monaſterium aliquod exſtruendum, omnes etiam facultates ſuas in horum ſuſtentationem tribuentibus, per hoc idoneam cauſam ſubeſſe puto, ut mox evolent. Et valdè attendendum verbum tuum, *ſi cauſa id exigat*: quia ſi cauſa id exigat, Papa ſi non donet, num proptereà pia illa cauſa id exigens exacto ſuo jure carebit? Intrinſeca fortaſſis igitur cauſa aliqua id exiget. Sed quæcunq; illa fuerit extra cardinem perfectæ charitatis, & non ex ea pendeat, & non perfectè cum ea cohęreat, fideliter credere, piè confiteri me dico nõ poße, per eam cuiq; plenariam indulgentiam conferre, etiam quantumcunque aut qualiſcunq; fuerit.

CAPUT XIII.

An verè contriti per indulgentias mox evolent.
De ligno, fœno, ſtipula, ſecundum Apoſtolum.
In carne ſolutis oportere creſcere charitatem.
De purgatione animarum poſt hanc vitam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Purgatio animarum qualis.
Mœror animarum, quòd non dignè ament.
Mœror ex charitate impetrat augmentum charitatis.
De ſtatu primorum parentum in paradiſo.
De augmento charitatis poſt hanc vitam.
Amor ſui, etiam minimus, malus eſt, & maculat animam.
Auguſtinus, & Guilielmus Pariſienſis *quid ſenſerint de purgatione poſt hanc vitam.*
Quæ peccata in futuro ſeculo remittantur.
Ignis purgatorius eſt charitas.
Ignis punitorius, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus.

DIcis de verè contritis carne ſolutis, quòd mox evolent, ſi fuerint Papalibus indulgentijs muniti. Miror ego, doctiſſimũ te virum non meminiſſe terribilem illũ ignem rationalem, quia igneam legem in manu Dei, inſcribendam cordibus noſtris, uniuſcujuſq; opus probaturũ. Rationabilẽ planè ignem ſecundum *Auguſtinum* in *de verbis Domini, Sermone* 112. rationabili diſciplina cujuſq; opus probantem; lignum, fœnum, ſtipulã exurẽtẽ: videlicet omnem malũ amorẽ. *26. cap. libro 21. de Civitate Dei.*
1. Cor. 3. Manifeſtè enim & confeſſè illud, de quo *Paulus* loquitur, ſpirituale fundamentum eſt; neq; legitimè ſuperædificata argentum, aurum, lapides pretioſi, corporalia ſunt. Igitur neq; quæ contra legem ſpiritualis ædificij ſuperædificata, lignum, fœnum, ſtipula, corporalia erunt, ſed ſpiritualia. Quòd ſi ſeptem hæc ſpiritualia ſunt, qua dementia tandem inſaniunt, ut octavum, videlicet ignem, unius cujuſq; hominis interioris probaturum opus corporale ſomnient? Numquid ignis corporalis dijudicare aut probare poteſt opera interioris hominis, unico illi fundamento ſuperædificata, quæ non cognoſcere poteſt? Malos illos amores imperfectam adhuc in à carne ſolutis charitatem puto: quam *S. Bernardus*, in libello ſuo *de diligendo Deum*, nondum ſeſe ad perfectum confitetur adſecutum, ut ſcilicet ſeſe non, niſi propter Deũ diligeret. Puto igitur in carne ſolutis oportere creſcere charitatẽ in eam diſtantiam, diſſimilitudinem, & perfectionem, qua diſtãt
Prov. 4. coeli à terra, & qua lumen lucernæ ad perfectam diem: juxta il-
verſ. 18. lud; *Juſtorũ ſemita quaſi lux creſcens in perfectum diẽ.* Et propter

hanc

hanc inæqualitatem puto, quòd Dominus Ieſus regnum̃ coelorũ
grano ſinapis, globo coeli com̃enſuravit. Id etiã conteſtatꝰ fuerit,
quando de *Ioanne* dixit, *qui minor eſt in regno cœlorum, illa major* Mat. 11.
ſit. Et quantò major? Certè, quantò meridies lumine lucernæ lu- verſ. 11.
centior. Confiteor ego tecum, carne ſolutos longè majore cha-
ritate flagrantes, quàm hîc Ioañes Baptiſta fervebat, quantò lucẽ-
tiore ſapientia illuſtrati ſub magno illo paſtore & epiſcopo ani-
marũ ſuarũ, quantò alacriore judicio in laudẽ & gloriã Dei ſub
evidenti tonitruo venientis & pulſantis, & confeſtim recepti; tã-
tò etiã ferventiore igne charitatis. Hîc Ioañes, licet præ multis
etiã ſanctiſſimis viris, lucerna tamen tantùm fuit. Oẽs in gratia
morientes, priuſquàm carne ſolvantur, in lumine lucernæ vigi-
lãtes, exſpectantes Dominũ, parati ſuſcipere cũ exſpectatione u-
bi pulſantem audiunt, & confeſtim aperientes ſuſcipiunt magno
deſiderio exſpectatũ, evacuant lumen lucernæ, in matutinũ ſidꝰ
orientis eis luciferi lumẽ com̃utantes. Et illiꝰ felici ducatu & be-
neficio, quò dignè creſcere poſſint, orant cum Simeone ut carne *Luc. 2.*
ſolvantur, & cũ latrone in gratiã recepto in paradiſum reſtituã- *& 23.*
tur. Illic ipſe, ut *Ezechielis* eulogio promittit; *Ipſe requirit oves* *Eze. 34.*
ſuas, & viſitat eas, ſicut paſtor viſitat gregẽ ſuum in die, quãdo fu- *verſ. 11.*
erit in medio ovium ſuarũ pridẽ diſſipatarũ, ſic viſitabit oves ſuas, *& ſeqq.*
*& liberabit eas de omnibus locis in quibus diſperſæ fuerant: in die
nubis & caliginis educet eas de populis, congregabit eas de terris, &
inducet eas in terrã ſuã, & paſcet eas in montibus Iſrael in rivis &
cũctis ſedibus terræ. In paſcuis uberrimis paſcet eas, & in montibus
excelſis Iſrael erunt paſcua earũ. Ibi requieſcent in herbis virenti-
bus, & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. Ipſe Do-
minus Ieſus paſtor eorũ paſcet oves ſuas, & accumbere faciet. Quod
ſanũ in eis fovebit, & quod minùs, curabit, requirens quod perierat,
reducens quod abiectum, alligans quod confractum, & quod infir-
mum conſolidans, quod pingue & forte cuſtodiens, paſcens eas in
judicio.* Idem ergo paſtor & judex, & David fidelis paſtor ſe-
cundum cor Domini, omnem Dei voluntatem faciens, in ovi-
bus gregis Dei paſcet eas, quouſq; aurorã evacuet adſpirans dies,
quem & adſpirantem diem ſol oriens evacuet. Et hic jam primò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

paſtor David regnum tradet Deo, poſtremò perfectiſſimè traditurus poſt judicium univerſum. Hanc ſeriem ducatus animarum à lumine lucernæ præſentis exſilij, quo puſilla ſapientia fidei noſtræ ſicut granum ſinapis eſt, & velut parvum centrũ, quod creſcere oportet in illam cœleſtis globi im̃enſitatem, univerſũ proceſſum, & felix animarum incrementum uſq; ad orientem ſolẽ, purgationem puto. Et in hac purgatione non pœnam, ſed ad omnia valentem pietatem; & illam pietatem per ſe purgatricem. Habet nihilominùs illa pietas, immò flagrans amor dilatus, languorem & pœnã ſuam; habet etiam felicem conſolationẽ. Conſolatur præſentia paſtoris & ſalvatoris. Verùm quia doctor & Evangeliſta eſt, miſſus à Patre, docens amorem quo ipſe Patrem amavit & amat, & illum ſuũ amorẽ imitari; inardeſcunt igitur illic amore. Sed quia nondùm dignè amant, adhuc differuntur, & adfligitur anima eorũ. Hæc adflictio non dolor eſt, ſed mœror eſt ſecundũ Deum. Et ſicut ex charitate Dei, ita efficax, ut charitatis augmentũ impetret: & quantò mœrẽtior, tantò ſanctior, tantoq; impetrantior. Neq; propterea paradiſi felicitatẽ puto minorem, quia loci illius felicem quendã à principio incolatũ, non beatã ſempiternè manſionẽ manſuram puto. Credo enim Adæ & Evæ primũ & magnum in lege mandatum fuiſſe, ſicut nobis & angelis, officioſũ, non otioſum. Legitimè igitur ſaltem contra ſeipſos certaturos: legitimũ ergo de ſe Deo pacificũ, ſacrificiũ, holocauſtum & incenſum oblaturos. quod niſi parati utrumq;, facere ſcilicet & pati, non integrè offerunt. Felix illic incolatus, nõ ſtatus beatus, progenitoribus noſtris promittebatur. Imò, quo ſi perſtitiſſent, ſecundo vento, proſpero curſu, magnis incrementis conſummandæ charitatis in permanentem civitatem habitationis contendiſſent. Semper etiam uti tunc, ita nunc, oportebit purgari per lumen ſurgentis auroræ & adſpirantis diei, donec perfecta lucentes Dei ſapientia, perfecta Dei laude fulgentes, & perfecta charitate Dei ardentes, digni Deo videndo judicẽtur, non ſuo vel cujuſq; hominis judicio, ſed adſumentis tantùm Dei arbitrio. Et ſic erit feſtivus ille dies nuptialis & beatus

thalami ingreſſus, ad quem nulla non perfecto amore flagrans, imatura adoleſcentula, menſtruata concubina digna admittitur. Faciliùs hæc, venerabiliſſime Magiſter, intelligunt, quibus non ignota ſententia *Nominalium*, de gradus ad gradum intenſione, quemadmodum partis ad partem compoſiti in extenſionē compoſiti. Ponunt enim compoſitionem gradus ad gradū in intenſione: unde volunt intenſius omne compoſitum eſſe, quemadmodum *Peripatetici* omnes componi continuum additione partis ad partem extenſione. Itaq; facile ſit intellectu quod neceſſarium eſt traditu; oportere videlicet nos creſcere in charitate non excidente, ſed manente, & hîc, & in futuro. Sed pergrande neceſſe eſt incrementum fieri, antequàm ex grano ſinapis illa cœleſtis globi im̄enſitas creſcat, antequàm ex parvulo lucernæ lumine clarum illud meridianum lumen erumpat. Sed quantumlibet creſcant, quàmdiu aliquis in eis eſt amor ſui, quo ſe propter Deum non amant, malus amor eſt, & non charitate perfectus: quia perfecta charitas non quęrit quæ ſua ſunt. Neq; oportet hūc ſui amorem carni tribuere. Talis enim amor ſui maximus reperitur in eo, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, qui tamē carnem & ſanguinem non habet. Hic amor ſui, quantumlibet minimus, malus tamen per *Auguſtinum, ubi ſuprà*, nominatur: quia maculam in veſte nuptiali conſtituit, & coronam ejus obnubilat, ſimilitudinem & magnitudinē Dei corrumpit. Quid enim Deo diſſimilius, quàm aliud à Deo non propter Deum amare, cùm Deus nihil niſi propter ſe amet? Per has maculas, per hos nævos, propter hanc diſſimilitudinem ego Regni illius decorem, thalami nitorem, templi ſanctitatem pollui dixi, quando paſſim quiſque cum ea vera confeſſione, ea vera contritione, qua hîc in gratiam recipimur, ita polluti & menſtruati, tranſmittente, vel magis intrudente Papa, thalamo vel templo importunus inijceretur. Neq; putat *Auguſtinus* mox depoſita carne omnes malos amores unà depoſitos, omnemq; ſimul charitatis imperfectionē tranſiſſe ad perfectum. Eſtq; in eandem ſententiam *Guilielmus Pariſienſis cap. 100. primæ partis*: & id multis argumentis ad lō-

gum.

gum. Vnde iſtos malos amores arbitror peccata illa, quæ in futuro ſeculo remittentur: ut etiam illic, donec perfectæ juſtitiæ ſol eis oriatur, dicere non poſſint, ſeſe peccatũ non habere. Cõtrariũ verò per quem locum regulæ fidei ſtabiliri poſſit, nondũ video.

Vnde valdè miror cõmunem Doctorum Scholæ noſtræ inadvertentiam, qui non veterũ primævæ Eccleſiæ auctoritate moventur, purgatorium ignem à punitorio diſtinguentium. *Gregorius Nazianzenus* purgatorium ignem dicit, quem Dominus Ie-
Luc. 12. ſus miſit in terram, volens ut arderet. Et iſtum, quia ſordes ratio-
verſ. 49. nales imperfectæ ſapientiæ, imperfecti de Deo judicij, & imper-
fectæ juſtitiæ purgare debet, rationabilem eſſe oportebit. Quod
1. Cor. 3. etiam *Paulus* iñuit, quando dicit, *ignem illum probaturum*: qui ſi
verſ. 13. probat, utiq; cognoſcit quale uniuſcujuſq; opus fuerit. Punitori-
Matt. 25 um verò ignem dicit illũ, qui præparatus diabolo & angelis ejus.
verſ. 41. Multùm enim inſolens & nova verborum licentia, ut purgare dicamus illum, qui nihil impurum aufert; niſi fortaſſis nova impoſitione ſanare dicamus, qui nullam præcedentem vel impendentem ægritudinem tollit. Violentiam hoc facere nominibus eſt, ubi activorum habituum nomina prohibentur oppoſitarum privationum cõmemoratione vel menſione diffiniri. Nõ apud Latinos tãtũ purgatorius dicitur; ſed & apud Græcos καθαρτικὸν πῦρ dicitur. Tropo utrumq; dicitur, ignis videlicet, & purgatorius. Tropus autem omnis in ſimilitudine fundatur. Similitudo autẽ rationabilem intelligentiam fundat; ut qui illam repellit, naturæ bellum inferat.

Caput XIV.

Nemo hominum implet primum mandatum.
Nemo dimittit peccata, niſi contrarias virtutes infundat.
Eugenius *voluit indulgentias in hora mortis valere.*
Confeſſio non tollit peccatum, ſed charitas.
Vulgaris contritio languida non delet omne peccatum.
Baptiſmus non delet omne peccatum.
Communis homo parvulus eſt in fide, lacte opus habens.
Quæ neceſſaria ſint ad perfectam deletionem omnium peccatorum?

ET ſubdis, *animã, quæ lucrata eſt plenariam indulgentiam, dũmodò in eo ſtatu moriatur, &c.* Quæro, in quo ſtatu? An in eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

tatu, quo verè contritus & confeſſus, verè in gratiam reſtitutus indulgentias lucratus eſt? Quæro, ſi inter lucrãdũ venialia ſimul habeat, utrum plenarias indulgentias lucratur? Si ſic, ergo cũ ligno, fœno, ſtipula ſuperædificatis abſq; probante igne tranſibit, contra legem *Apoſtoli*. Si dicas, quòd non: nullus ergo plenarias indulgentias lucrabitur in via, quia *in multis offendimus omnes*. Et *ſi dixerimus* etiam tunc, videlicet inter pœnitendũ, *quia peccatum non habemus, ſeducimus noſmetipſos, & veritas in nobis non eſt:* quia nemo noſtrûm implet perfectè mandatum primũ, quãtumlibet ſincerè confitens, aut quantũlibet ſeſe dijudicans communicet. Et ſẽper orare præcipimur, *dimitte nobis debita noſtra*. Semper ergo debitores manemus & ſumus, quæ nunquàm perfectè dimittentur, niſi quando perfectè diligemus.

Iacob 3. verſ. 2.
1 Ioan. 1. verſ. 8.
Matth. 6. verſ. 12.

Dicis, *dummodò in eo ſtatu moriatur*. Quæro iterum, in quo ſtatu? An in eo ſtatu imperfectæ charitatis, & multorum debitorũ, & venialium, quando plenariam indulgentiam lucrabatur? Imò magis, quando plenariam indulgentiam falſo errore ſeductus, quia in imperfecta charitate, lucrari credebat? Tu, & benè, de ſequẽtibus venialibus juſtũ ſcrupulũ facis, adeò ut præcedẽtes indulgẽtias ãnihilet. Quare de venialib⁹ inter lucrãdũ eas cõcomitantib⁹ non parilem ſcrupulum facis? Præſentia igitur irritã faciunt magis quã futura? Quis in cõfeſſione de omnibus venialib⁹ dignè cõfeſſ⁹ & cõtrit⁹ nõ dico, ſed & memor fuit? Et ſi memor, quid confert, quamdiu non perfecto zelo exſecratur? Et quomodo poteſt perfectè zelare, qui nondùm perfectè amat? Quomodò perfecta charitate fuit, qui poſteà recidivat? Quis medio illo tẽpore inter actum ſacramentalẽ & indulgentialẽ non offendit venialiter? Sed propter hũc ſcrupulũ quidã, quò ſtabilirent, & non irritas concedere cogerẽtur, dicebãt, Papã etiã culpã venialẽ poſſe remittere: quia verè, niſi hoc poſſit, cũ non poſſit quẽq; reperire mundũ à veniali, non poterit cuiquã plenariam donare indulgẽtiã. Sed quòd venialia dimittere non poſſit, ſatis patet: quia qualiacũq; peccata nemo dimittit, niſi contrarias virtutes efficaciter infundat, ſicut nemo cæcitatem & cæcitatis incommoda

Luc. 7. verſ. 47. tollit, niſi qui viſum & viſus perfectionem donat. *Non enim dimittuntur peccata multa, niſi multùm diligenti.* Vnde valdè hoc loco congruit quæſtio, qua quidam dubitant, utrum recta fuerit illa *Eugenij* IV. ſollicitudo & ſollicita pietas, volentis, oẽs tales plenarias indulgentias in extremo articulo mortis in gratia decedentium pro ultimo tantùm inſtanti, quò poſteà non venialiter peccarent, intelligendas ac judicandas: ut propter hanc ſequentium venialium obſtantiam non impediantur à fructu indulgentiarum. Tu quoq; propter eandem ſequentium obſtantiam venialium vix unam de centum millibus credas evolare. Sed cur igitur non hanc veritatem publicè prædicant?

Neq; etiam mihi placet, quòd per ſurreptionem incuriæ aut oblivionis inconfeſſa peccata punienda putes: quaſi inconfeſſa dimiſſa non ſint, quando contraria charitas contrario officio acceptum Deo facit. Nulla enim confeſſio tollit, quàmdiu nõ charitate officioſum reſtituit. Præterea ex hac tua poſitione ſequeretur, ea inconfeſſa eidẽ non ſolùm ad pœnam, ſed etiam ad culpam in futuro ſeculo imputandam remanere. Vnde liberaliter facis, confitendo, quòd manentia venialia nemo poteſt dimittere. Magis autem liberaliter facis, cùm ſubdis, *ſi ſit plenè contritus*, quaſi mecum ſentiens, poſſe aliquem verè contritum eſſe, qui nõ ſit plenè contritus. Et ſi plenè contritum Papa vel Schola dicat per plenariam remiſſionem confeſtim evolare, nihil ego miror. Mirabor, ſi Papa talem faciet evolare.

Probè plurimùm facis, cõmunem omnium ſententiam explicando, quòd, ſecũdũ omnes, tanta poſſit eſſe contritio, quòd culpam omnem & pœnam deleat. Sed hîc à te quæro tuam ſententiam, quanta erit illa contritio? An illa ſuperior *Gerſonis*, prorſus parata ad faciendũ omne bonum, & parata ad patiendum omne malum? Hanc ille contritionem dixit eſſe certiſſimum ſignũ indulgentiarum. An iſta vulgaris contritio, languida, infirma, imbecillis ad utrumq;, debilis ad currendum viam mandatorũ Dei, tenera, delicata, refuga pati pro nomine Ieſu? Parce mihi, ſi plurimos tales ego ſuſpicer, qualem ego meipſum in pœnitentia

reperio.

ꝑperio. Talibus ego ſcio multa opus eſſe remiſſione. Imò, non multa, ſed plenaria remiſſione. Verùm etiam ſcio, non eos plenariam remiſſionem conſequuturos, quàmdiu non plenariè amant, ut ad utrumq; *Gerſonis* perfectè parati ſint. Quicunq; igitur propter imperfectam talem contritionem opus habet indulgentijs, ille adhuc habet imperfectam contritionem. Imperfecta contritio nulla, niſi ex imperfecta charitate. De adulto etiam baptiſato, quòd perfectam remiſſionem conſequatur, & id regulariter, non tecum ſentio: qui licet regulariter, quando non ponit obicem gratiæ Dei, verè in Spiritu Sancto vivificatur, ut etiã criminoſo multùm dimittantur peccata multa, ſi diligat multũ. Sed ſi inter baptiſandum, & pòſt, parùm diligat, parvulum adhuc in Chriſto, & lactis opus habentem judico. Qui n. inter baptiſandum venialiter peccat, verè venialiter peccat, & verè baptiſatur: & cùm verè venialiter peccat, verè lignum, fœnum, ſtipulam ſuperædificat. Talis igitur non auro, argento, lapidib' pretioſis puris Regni ſoliũ ædificat. Quomodo ergo non quaſi per ignẽ tranſiturus, etiãſi à baptiſmo mox exſpiret? Quomodo itẽ imperfecta ſapiẽtia, imperfectũ judicium, imperfecta charitas, quæ regulariter imperfectè dantur in baptiſmo, non imperfectũ regnũ cõſtituant? Quomodo in his tribus imaginis partib' imperfectis perfectus Chriſtus perfectè formatus adparebit? Sanè, ſi non illic aliter diliget, quàm iſthic dilexit in baptiſmo, languidi amoris regnum erit, cæcutiente ſapientia, titubante judicio, ſordida juſtitia præparatum. *Paulus* eos lactis opus habere dicit, nondum capaces ſolidorum ciborũ. *Petrus* monet, velut modò genitos infãtes rationabile lac concupiſcere. *Paulus* heredem, quãto tempore parvulus eſt, nihil differre à ſervo, ſed oportere ſub tutoribus & actoribus eſſe uſq; ad tempus à patre diffinitum. Et quod illud tẽpus à patre diffinitum, niſi tempus perfectę conformitatis ad exemplar in monte monſtratum? Chriſtus enim paſſus pro nobis, nobis relinquẽs exemplũ, ut ſequamur veſtigia ejus. Quòd enim paſſ' pro nobis, non proveniet nobis, niſi relicto nobis exemplo inſtituamur, animemur, & incendamur ad ſequendũ, & perfectè

1. Cor. 3. verſ. 2.
Hebr. 5. verſ. 12.
1. Pet. 2. verſ. 2.
Gal. 4. verſ. 1. & 2.

ſequendum veſtigia ejus: quòd cùm perfectè expleverimus, veniet tempus diffinitum à Patre. Numquid igitur extra diffinitam legem Patris, ante tempus, contra teſtamentum, infantilis illa ſapientia mox regni illius civis aptus æſtimabitur? Indignum puto, ut in menſa illa, in regno Patris, parvulorum more & inſipientia, lacte quis opus habeat.

Video & ego in hac Epiſtolæ meæ fine mihi quoq; papyrum deficere. Quare & ego finem facio, non, uti tu, neceſſarijs amicorum occupationibus diſtractus; ſed quem ferè totum ignavia premit, niſi quantùm tui deſideriũ urget ſimul ac trahit. Vnde etiam, etſi non pro deſiderio, tamen pro ſoliti torporis metro, plꝰ quàm celeriter tuis juſſibus reſcripſi, meo captu ad punctũ contradictoris, deſignans quibus vel convenimus vel diſſentimus: rogans ego te & ſupplicans, ut velut ad ſignũ ſagittariorũ rationibus & auctoritatibꝰ cõcertes, quò ſic tandẽ veritas in hac adſertione difficillima faciliùs, uti poſtulas, inveniatur. Fateor, nõ ſunt otia tibi quæ mihi: ſed & conqueror, quòd etiã torpenti mihi nõ ea eſt acrimonia, quæ tibi; unde etiã nõ mihi fructuoſũ negotiũ, uti tibi. Vnũ hoc tantùm à te, venerandiſſime Domine Decane, Magiſter noſter, exigo, promiſſis tuis robur inſit, ut poſthac haud ſcribere poſtponas; utq; quàm primum ſcripta mea receperis, reſcribere non pigriteris. quin tertiò jam pollicitus meis ipſe ſcriptis vel parùm dictando reſpondeas. Fateor, importunus urgeo; ſi tamen tua tibi verba cenſeas importuna. Atq; utinam ſic, ô venerabiliſſime atq; dulciſſime Magiſter noſter, quam feliciſſimè valeas. Ex Groningen, XIII. Calendas Octob. per tuũ *Weſſelum*.

PETRVS PAPPVS à TRATZBERG, Lectori S.

IN *autographo hujus Epiſtolæ, ab ipſo* Weſſelo *minutiſſimis literis, ita ut vix legi poſſit, conſcripto, quod, tanquàm* κειμήλιον, *in bibliotheca Clariſſimi viri,* Dn. Ioachimi Altingii, *Reipub. Groningenſis Conſulis meritiſſimi, adſervatur, ſequẽtia hæc ipſiꝰ quoq;* Weſſeli *manu adſcripta ſunt, quæ à me exſcripta tecum, amice Lector, (tametſi ferè de verbo ad verbum ex Scripturis Sacris deſumta ſint,) communicare volui: etiam atq; etiam rogans & obſecrans, ſi quid Weſſeliani penes te abſconditum ſit, id nobis ne invideas, ſed ut & nos quoq; tecum eo frui poſſimus, evulges. Tu interim hiſce mecum utere, & vale.*

Oportet

Oportet confiteri, quòd in Eccleſia Dominūs aliquando ſuſcitat paſto-
m ſtultum, & idolum, derelicta non viſitantem, diſperſa non congregan-
m, & adtrita non ſanantem, ſed carnes pinguium comedentem, ungulas
rū diſſolventem. Et hic paſtor ſal infatuatum, eijciendum & conculcan-
um ab hominibus. Hoc ſal oculus dexter, manus dextera, pes dexter ſcan-
liſans populum Dei, & propterea eruendus à ducatu cœco, abſcindenda
anus dextera, abſcindendus pes dexter, & proiiciendus: hoc eſt, non ſequē-
s iſte ſervus conſtitutus ſuper familiam dare menſurā tritici in tempore,
eperitur inebriari, percutere ſervos & ancillas. Verè ſedet in cathedra pe-
lentiæ, horrendus & fugiendus magis quàm peſtis, fur eſt, & latro, ponen-
s cum hypocritis. Unde oportet oves attēdere ab eo, tanquàm à falſo pro-
eta, tanquàm à lupo rapace. Quòd ſi oportet attendere, eruere, abſcindere,
oiicere, conculcare, oportebit eum cognoſcere, indicare, & fugere talem:
gere, dico, in quibus talis eſt, ne communicemus operibus ejus malignis,
cęcum ducem ſequamur. Vult enim Dominus. Et propterea neceſſe eſt
ſcandala veniant. Sed væ illi qui ſcandaliſat. Neceſſe eſt fieri calumnias
enorum, violēta indicia ſubverſionis juſtitię in provincia, ut per patientiā
obati manifeſti fiāt. Sed nemo beatus, niſi qui finaliter in Principe paſtorū
omino Ieſu, veniente & pulſante non fuit ſcandaliſatus, & ſemita juſtorū
duratus, magis autem exſpectans confeſtim aperit vocanti ad nuptias.
Sunt igitur vaſa ſtulti paſtoris, paſtor, idolum, pſeudoprophetę, ſal infa-
tū, oculus caligans, brachiū aridum, dextera ſcandaliſans, paſtor ſeipſum
ſcens, lupus rapax, canis mutus, ſervus nequam, tamen à Domino conſti-
us dare conſervis & ancillis menſurā tritici in tempore, ebrioſus, percuſ-
, ponendus cum hypocritis, canes muti, non valentes latrare, neſcientes
ietatem, amantes ſomnia, ſpeculatores cæci & muti, non videntes gladiū
pendentē. Imò, crudeles in ſeipſos; primùm nō metuentes gladium, unde
ideles in eos quib⁹ conſtituti ſpeculatores; perfidi, ut nolint impendentē
diū denuntiare; calumniatores egenorū, judices violētię, ſubverſores iu-
tię, cathedra peſtilentię, ſcandalum animarum, nuntii diaboli cùm debe-
t eſſe Apoſtoli Chriſti, fontes ſine aqua, nebulę turbinibus agitatę, ſub-
tentes homines, olim conſcripti in hoc iudicium, impii, Domini noſtri
atiam circumferentes, Dominum Ieſum negantes factis quantumlibet
nfiteantur ſe noſſe Deum, angeli nō ſervantes ſuum principatū. Hi blaſ-
emant quęcunq; ignorant, quęcunq; autē tāquàm animalia muta norūt,
his corrūpuntur. Hi ſunt in epulis ſuis maculę, cōvivantes ſine timore, ſe-
etipſos paſcētes, nubes ſine aqua, quæ à vento circūferuntur, arbores autū
les, infructuoſæ, bis mortuę, fluctus feri maris, ſuas cōfuſiones deſpumā-
, ſidera errantia, quib⁹ procella tenebrarum ſervata in ęternum. Hi ſunt
urmuratores, queruloſi, ſecundum deſideria ſua ābulātes, & os eorum lo-

quitur ſuperbiā, quęſtꝰ causa mirātes perſonas. Vos autē, chariſſimi, memores eſtote verborū, quę prędicta ſunt vobis ab Apoſtolis Ieſu Chriſti, qui dicebāt vobis, quoniā in noviſſimis tēporibus veniēt illuſores, ſecundū deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum nō habentes. Vos autē, chariſſimi, ſuperædificātes vosmet ipſos ſāctiſſimę noſtræ fidei, in Spiritu Sācto orātes, voſmetipſos in dilectione Dei ſervate, exſpectantes miſericordiāDomini noſtri IeſuChriſti in vitā æternam. Et hos quidem arguite judicatos; illos verò ſalvate rapientes de igne; aliis autē miſeremini in timore, odientes eam, quę carnalis eſt, maculatam tunicam. Hæc *Iudas in ſua Canonica.* Sed *Petrus in ſua ſecunda, capitulo ſecundo*; Fuerunt verò & pſeudoprophetę in populo, ſicut & in vobis erūt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos Deū negant, ſuperducentes ſibi celerē perditionē. Et multi ſequentur eorū luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur. In avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, audaces, ſibiipſis placentes, ſectas non metuunt introducere blaſphemātes. Hi verò velut irrationabilia pecora naturaliter in captionē & in perniciem, his quę ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt; percipientes mercedem injuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes diei delicias, coinquinationes & maculæ deliciis adfluentes, in conviviis ſuis luxuriantes vobiſcum; oculos habentes plenos adulterii & inceſſabilis delicti; pellicientes animas inſtabiles, cor habentes in avaritia exercitatum, maledictionis filii, derelinquentes viam rectā, ſequuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amavit. Hi ſunt fontes ſine aqua, nebulæ turbinibus exagitatę, quibus caligo tenebrarum reſervatur. Superbia enim vanitatis loquentes pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos qui paululùm effugiunt, qui in errore converſātur, libertatem illis promittentes, cùm ipſi ſint ſervi corruptionis: à quo enim quis ſuperatus eſt, ejus & ſervus eſt. Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri Ieſu Chriſti, his rurſùm implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius n. erat eis nō cognoſcere viā juſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum converti ab eo ſancto mandato, quod illis traditum eſt. Contigit n. illis illud veri proverbii, *Canis reverſus ad vomitum*: et, *Sus lota in volutabro luti.*

VVESSELVS GRONINGENSIS
honorabili & religioſæ ſorori, virgini

GERTRVDI REYNERI,
ſanctimoniali in Claris aquis,
Salutem in Ieſu, vero ſalvatore.

IN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

INquiris de ſpiritu illo, quo de multa in populo fabula eſt. Ejuſ-
ſcemodi adſertiones non magnoperè gravibus auditoribus ac-
ceptandæ. Plurima ſcribuntur & referuntur de talibus, Evange-
lio & Sacro Canoni aliena: quare neq; ſi angelus de cœlo veniret,
&renuntiaret, acceptanda contra id quod fixè traditum eſt. Le-
giſti, puto, de Doctore illo, Pariſienſi Theologo, reverſo ab in-
feris, qui cùm interrogaretur de magnifica ſua quondã ſcientia,
quid illi nunc de illa reſtaret? reſpondit, nihil ſe ſcire, niſi pœnã.
Hæc, & hujuſmodi ſimilia ſcripta licet per illũ illic, etiã Sacri Ca-
nonis adducto verbo, videantur cõfirmari: allegavit n. verbum
Salomonis, videlicet, *non eſt ratio, non ſcientia, non opes apud infe-
ros. &c.* ut ſic videatur cõcludere, nullã illic eſſe rationaliter cer-
tã cognitionem. quod manifeſtè contra Theologicã veritatẽ de
ſanctiſſima, clariſſima eorũ cognitione dinoſcitur. Crebrò enim
Scriptura dicit, *viſuros & ſcituros impios, quoniam ipſe Deus eſt.*
Itẽ, Dominus Ieſus ad judicium veniens omniũ verborum oti-
ſorum coràm oĩb. ut clarũ judicium in meridie, rationem acce-
pturus eſt. Nec minùs Apoſtolus, *datum Domino Ieſu nomen ſu-
per omne nomen, ut etiam genu infernorũ flectatur in nomine Ieſu
ſuper omne nomen.* Habent igitur in inferno nomen omne de re-
liquis omnibus, & ſuper oĩa reliqua, nomen Ieſu, &, quod illis a-
cerbiſſimũ eſt, adeò exaltatũ nomen Ieſu, ut velut meridiana lu-
ce clarius ſciant, & confiteri cogantur, Dominum Ieſum, quem
omnes illic acerrimè odiunt & invident, confiteri, quia in gloria
Dei Patris eſt. Niſi igitur grandi grano ſalis temperentur &
gloſſentur pleræq; tales revelationes & viſiones, pleraſq; taliũ pe-
riculoſas & illuſorias æſtimo. Quid n. abditæ ſapientiæ, quo fixè
apertã pietatẽ ac charitatẽ ædificaret, uſq; detexit? Popularẽ pie-
tatem, eleemoſynas, peregrinationes, jejunia, orationes laudat,
Laudat etiã hæc Sacer Canon. Sed adeò nobis inveteravit Evan-
gelium, ut magis credamus alicui ex mortuis regreſſo & nuntiã-
ti, quàm Prophetis & Moſi; imò, magis quàm Apoſtolis & Evan-
geliſtis. Hæc fuit ſententia & prudentia divitis epulonis ſepulti a-
pud inferos, volentis credituros vivo potiùs ſi quis ex mortuis

Eccleſ. 9. verſ. 10.

Philip. 2. verſ. 9. & 10.

Luc. 16. verſ. 30. & 31.

ierit ac teſtificetur. quo cõtrà manifeſtè dicit Abrahã; *quòd ſi Moſi & Prophetis non credant, neq; ſi quis ex mortuis ierit credēt.* Habes igitur non meam, ſed Abrahæ, ſed Domini Ieſu de talibus expreſſam ſententiã. Plerumq; leves, curioſæ, prurientes aures hujuſcemodi novitatibus magis incitantur, quàm excitentur Evangelica veritat; evagæ, otioſæ, garrulæ magis, quàm operoſæ aut fructuoſæ. Non propter hæc pias revelationes ac viſiones reſpuo, quæ veritati conſonæ pietatem ędificant: ſic tamen, ut non in eis cardo vel anchora credendi conſtituatur; ſed ſicut alia extra Canonē ſcripta legantur ad ædificationē. In pleriſq; n. talibus oportet non ignorare aſtutias angeli Sathanæ, ſeſe in angelū lucis trãſfigurantis. Vnde valdè ſuſpectus gravibus viris eſſe debet; quia ſæpè multa vera complectitur, quò falſum unū ſubintexat. Hoc mihi nunc apud vos ejus fuiſſe negotiū videtur, quando pro redemtione animarū pretioſa in Domino morte à corpore peccati ſolutarum, quæ jam in die venienti Filio hominis, velut ſponſo, aperuerunt, receperunt amanter, deſponſarunt fideliter, adhærent ardenter, adhuc circa noſtræ vilitatis infirma languere ac detineri adſtruunt.

De ſtudio Logicæ non inficeor, quin ad ſcholaſticam exercitationē conferat; ſed ad monaſticæ ſolitudinis ac celſitudinis cõſolationem quid adferat, non video, præſertim virginibus tui ſimilibus. Datum ferè toti ſexui veſtro magis deſiderio flagrare, quàm arbitrio ac judicio ferri. Vnde ſum̃am vobis Logicam puto in oratione conſtitutam. Non enim vana vobis pollicitatione promiſſum, *petite, & accipietis.* Priuſquàm tu Logicam diſcas, impetrabis à Magiſtro veritatis, ut omnem tibi ſuggeret neceſſariam veritatem. Simplicē columbæ oculum non expedit turbari erga plurima. Segniùs in finem properant, qui curioſiùs eam quę viam circumſtant conſiderant. Orandò amorē impetra, & omnē Logicæ, omnē intelligentię, omnem ſapientiæ fructū adprehenſti. Domino Ieſu, ſum̃o & inæſtimabili amatori, deſponſatas virgines caſtas, maculam ac rugã non habentes, aliquando exhibēdas, nullam Logicam aliam quærere oportet, quàm fidelem amo-

Ioan. 16. verſ. 24.

rem:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

m: qui,quia paucis in hac vita datur, imò pauciſſimis,nullam
iliorẽ omnibus illas veras nuptias anhelãtibus Logicam puto,
quàm in foraminibus petrę gemere cum colũba crebris ſingul-
bus;pias illas magni amatoris aures pulſare,quò per ſacrificium
i amoris amore ſuo dignas faciat,quas non amantes, cùm ve-
erit,velut anathema excludet. Amor Ieſu añulus eſt nuptialis,
o ſine thalamo indigna cẽſebitur omnis deſponſata. Hoc me-
tari,hoc æſtimare,hoc ãhelare,eſurire, ſitire,intimis deſiderijs
tere,putò ſumãm nobis ad lumen lucernæ poſſibilẽ Logicam
pientiam fore. Et ſatis tropus alludit: quia ſicut Scholaſtici per
ogicam accedunt ad Philoſophiam; ſic per orationes,& gemi-
s,& pia ſuſpiria deſponſatis omnibus recta, prona,certa via in
mam ſapientiam gloriæ nuptialis. Valdè placent mihi literaliũ
udiorum tuorum profectus:propterea tantùm,quòd expediti-
es video ſanctis nuptijs tuis. quarum ſingula nunc ſuſpiria,vel
: ſcintillæ, poſteà in latitudine mentis in ſphæras igniti amoris
ingentes globos convertentur. Nemo vivere cenſendus qui
on amat:quia tepor,quaſi ſopor,mortis imago eſt; & ſolùm in-
griter vivit qui integriter amat,ſoluſq; beatus qui voti compos
gnè amat. Feſtinus portitor epiſtolam breviare cogit. Cordia-
ſſimè,quæſo,ſanctæ matri *Elithiæ* me facias comendatũ. Vale.

Ex epiſtola Domini

OANNIS AMSTELREDAMMENSIS

AD

ERNARDVM MEPPIS, Procuratorem Ziloë,
*e Suffragijs pro vivis & defunctis. Et de celebrationibus Miſ-
ſarum, ſecundum M. WESSELVM.*

Iteræ tuæ,mi *Bernarde* amantiſſime,non minimũ mihi gau-
dium pepererunt. Ad ea verò quæ nunc ſcribis breviter re-
ſpondeo. Quæris, quid ſentiam de ſuffragijs quæ pro mor-
tis fiunt? Scias,me indubitatò tenere & credere,ſalubre eſſe pro
s orare,non ſolùm oranti,ſed & ei pro quo oratur: ſi tamen in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

1. Cor. 15 verſ. 29. gratia deceſſit. Vnde & Apoſtoli baptiſabantur pro mortuis. Quo baptiſmate, niſi precum & inenarrabiliũ gemituum? Et mirum valdè, ſi *Magiſter noſter Weſſelus* tibi contrarium dixerit: mihi enim hæc ita interpretatus eſt. Scripſi ei ante obitum ſuum cumulatiſſimè de his. Deniq; ut plenius ſcias, quid ſuper hac re nos docuerit, ſubjectas propoſitiones iterum atq; iterum legas, quas & ego prima lectione non intellexi.

1. *Suffragium eſt egeſtatis, indigentiæ, & infirmitatis auxilium, interceſſione divinitus impetratum.*
2. *Omnium ſuffragiorum potiſſimum eſt paſſio Domini Jeſu.*
3. *Suffragium eſt primordium ab impetrante, licet principaliter à concedente, effectualiter in ſuſcipiente & ſuffragato.*
4. *Suffragia ſunt in arbitrio concedentis.*
5. *In arbitrio interceßoris eſt, pro quo velit intercedere.*
6. *Non eſt in arbitrio interceſſoris quantum velit impetrare.*
7. *Vt interceſſio ſuffragium fiat parvum aut grande, non eſt in arbitrio intercedentis.*
8. *Non eſt in opere operato intercedentis, ut opus ejus cuiquam ſuffragetur.*
9. *Opus operatum per opus operantis poteſt fieri ſuffragium; ſed id extrinſeca tantùm denominatione.*
10. *Nullum ſuffragium fit ſuffragium intrinſeca denominatione, abſq; interioris hominis mutatione, incremento & profectu.*
11. *Nullum ſuffragium confert abſq; opere operantis ipſius ſuffragati per dilectionem proficientis.*
12. *Opera operata abſq; operibus operantium non ſuffragantur cuiquam.*

Hæc, mi *Bernarde*, ſi quadrant his quæ tibi ſcripſit, ſanum mihi videntur habere intellectum. Nam cùm dicat *Magiſter Weſſelus* non velle pro ſe fieri orationes, niſi duntaxat ut claro lumine illuceſcentis diei, primæ ſcilicet veritatis, irradietur: quid dicit, niſi ut tua ſuffragia eò tédant, quò Spiritus veritatis interiorem ejus hominem ſpiritualis luminis incremento ſublimet, ut tandem mundus corde ſanos oculos in fontem æterni ſplendoris adtollere poſſit? Et quia operæ pretium judico his conſiderationibus animum dare, pergam latiùs eas ponere.

13. *Mißa ſine opere operantis nulli fit ſuffragium.*
14. *Miſſa ſine omni opere debito celebrantis fit ſuffragium audienti per opus ſuum.*
15. *Poteſt Miſſa uni eſſe ſuffragium, quæ alteri eſt in judicium.*
16. *Mißa ad judicium eſt omni non debito adfectu circa eam; ſive audiat, ſive non audiat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Cuiq; Miſſa pro tanto ſuffragium eſt, quantò dignè adficitur.

Miſſa ſuffragatur per paſſionem, ſed ſolùm compatientibus pro menſura compaſſionis.

Miſſa nihil prodeſt nihil compatienti.

Perfectè compatientibus in purgatorio Miſſarum celebratio non eſt neceſſaria. Patet, quia perfectè compati eſt perfectè amare: perfectè autem amans ſolio dignior eſt quàm purgatorio.

1. *Sive celebretur, ſive non celebretur, animæ in purgatorio quantò compatiendo profecerint, tantò conregnabunt.*

2. *Miſſa nihil, niſi Chriſtus paſſus, & commemorantis compaſſio.*

3. *Aliena compaſſio, puta celebrantis, non pro menſura hoſtiæ, non pro menſura compaſſionis, non pro menſura devotæ interceſſionis arbitrariæ ſuffragatur exſiſtentibus in purgatorio.*

4. *Solùm pro menſura exauditionis eſt arbitraria menſura impetrationis; & mēſura impetrationis eſt pro menſura participationis, & menſura participationis eſt pro menſura acceptæ compaſſionis.*

5. *Menſura gradualis piorum ſuffragiorum in manu ſolius Dei eſt, & mediatoris Domini Jeſu.*

Ex omnibus iſtis concluditur, quòd oratio tàm pro vivis quàm lefunctis pro concluſione habebit, *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra.* Dictum eſt *ſuperiùs*, quòd Miſſa perfectè compatiētibus non eſt neceſſaria. Hoc, ſi benè intelligo, non de omni neceſſitate dicitur, ſed de neceſſitate quæ eſt per modum ſuffragij: d eſt, quantùm per ſuffragia egeſtas & indigentia de medio tolitur. Nam niſi celebraretur, hoc eſt, niſi caro Agni manducaretur in cœlo, non viveretur in cœlo ea vita qua Deo vivunt. *Ego,* nquit, *diſpono vobis menſam, ut edatis ſuper menſam meam.* Matth. 6. verſ. 10. Luc. 22. verſ. 29. & 30.

Videtur mihi decima propoſitio ex his, quæ ex ea colliguntur, conſuetudine Eccleſiæ valdè reſpondere: quotidie enim dicimus; *Requiem æternam dona eis, Domine, & lux perpetua luceat eis.* Quæ eſt lux perpetua, niſi Spiritus veritatis, aut ſeptem oculi Agni, qui ſunt ſeptē ſpiritus miſſi in omnem hominem? quæ lux quantùm creſcit in eis, tantùm in eis Ieſum clarificat: addo, & Patrem. Quòd ſi hæc lux Patrem clarificat, planum eſt, quod & fructu divites facit, juxta illud; *In hoc clarificatus eſt Pater meus, ut fructum plurimum adferatis.* Lux ergo perpetua cùm ad ora- Ioan. 15. verſ. 8.

tiones ſuffragātis ſuffragato confertur, profectò decima propoſitio impletur. Et quia puto chiaſmū eſſe inter æternam requiem & perpetuam lucem, ita ut impoſſibile ſit lucem perpetuam illis conferri (de potentia dico ordinata,) ſine requie æterna, non ab re perſuadeo mihi, *Magiſtrum noſtrum Weſſelum* dixiſſe, *non velle pro ſe orationes fieri, niſi duntaxat ut Sole juſtitiæ illuminaretur.* Sine illuminatione enim veri luminis requies, quæcunq; ſit, non illi in pretio erat. &c.

Epiſtola M. VVESSELI *ad honorabilem Dominum Magiſtrum* LVDOLPHVM DE VENO, *inclytæ Trajectenſis Eccleſiæ Decanum digniſſimum, & utriuſq; juris Doctorem.*

NON jam ex quod inter nos pacto, ſed urente ferè incendio, non ſcribere, ſed interpellare & conſulere urgeor non modò Iuriſconſultum & fidum amicum, verùm etiam, quòd in conſilijs ſingulariter ſapere facit, ſimilibus quibus agitari vereor, immò veriùs, eiſdem ineunte juventute caſibus & conflictationibus agitatum. Audiſti periculum venerabilis illius viri, *Magiſtri Ioannis de Weſalia*: cujus tametſi, ut crebrò ex me audiſti, exorbitantes illæ & populo ſcandaloſæ abſurditates diſpliceant, eruditio tamen & peracre ingenium ejuſmodi eſt, ut virum illum nequeam non amare, aut caſibus ejus non condolere. O quantùm profuiſſet illi, noſtro more, ut ſæpè inter nos Pariſijs recenſui, ante tùm *Realium*, tùm *Formalium* exercitatum ſtudia tranſegiſſe, & ita demùm non incautum, non inopinum, ſed velut ex arce & ſpecula futuros inſultus providiſſe. Accipio ex fidiſſimis meis, illum convictum ad ignem. quod tametſi ab re dictum ſit, quoniam qui diſputatione convincitur, errorem recognoſcit: quò fit, ut vel pertinax non fuerit; aut ſi fuerit, eſſe deſiſtat. Et ita quomodo ad ignem convictus ſit, non tàm demiror, quàm ſubſannandum æſtimem, niſi fortè convictum dicant, quem etiam non fatentem, & fortaſſis protervè & pertinaciter, aut fortaſſis, ut peccatum amiciſſimi viri attenuē, errore aliquo

defen-

attendentem, judices Sacrorum Canonum regulis condemnarunt. Eſto utcunq;; doleo tamen caſum viri, & talis viri. Sæpè eq; veritus in eo inconſideratam & temerariam ejus loquutionem, quæ licet Scholaſticæ ſubtilitatis, & fortaſſis nonnunquã aliquid Catholicæ veritatis haberet, ea tamen in vulgus indoctum, & non capacem plebem proferri cum gravi ſimplicium ſcandalo, prorſùs odioſum. Accipio prætereà ex eiſdem, Inquiſitorem, mox ut cauſam dicti viri abſolverit, ad me uſq; deſcenſurum ad inquirendum. In qua re, tametſi cauſæ nihil verear, inquietudinem tamen, ſuſpicionem, impenſas, labores ſuſtinere oportebit, & calumniam: præſertim *Abbatis de Veteri monte, Paſtorum nonnullorum Colonienſium*, quorum, experto loquor, ex tuis caſibus facilè odia, quin & invidiam conjectas. Horum itaq; vexationes, ſi quando intentent, quò ſicciore vado & tutiore pede tranſire detur, tuum in exſpectando & ſubeundo conſilium exſpecto. Et tamen ut quàm celerrimè tuos in ſimili negotio eventus & conſilia reſcribas exſpecto, ne inermem & nſium conſiliorum inſcium ſubitus caſus conturbet. Age, cito reſcribas, ut abundè reficias ſitientem, non minùs tuorum conſiliorum prudentia, quàm cauſæ meæ juſtitia confidentem. Nihilq; pro fidei puritate ſubeundum vereor, tantùm abſit calumnia. Hæc ut fidenter tibi detexi, ita ceteris celato, quæſo. Ex Zwollis, ſexto Aprilis.

FINIS.

AVGVSTINVS.

Amara eſt veritas, & qui eam amant vel prædicant, ſæpè replentur amaritudine & dolore.

INDEX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

INDEX.

EPiſtolā D. Weſſeli de profectu animarum poſt hanc vitam: quid, & quomodo pro ipſis, & pro angelis orandum: & quomodo orent pro nobis. 855.
Epiſtola ejuſdem de imperfectione Apoſtolorum & martyrum; & quòd non mox poſt mortem coronati ſint, ſed creſcere & proficere opus habuerint in purgatorio, hoc eſt, in paradiſo. 857.
De ſtatu animarum: & quid ſit amare Dominum Jeſum: & de digno amore fratris primogeniti. 860.
Epiſtola ejuſdem de ſtudio quærendæ veritatis. 863.
Epiſtola ad D. Iacobum Hoeck, de ſtudio requirendæ veritatis ſine pertinacia voluntatis. Quòd in multis Univerſitatibus certamina quærens illuſtraverit. 864.
Epiſtola ad M. Engelbertum Leidenſem, de Jndulgentijs & Paſtoribus. 865.
Epiſtola M. Iacobi Hoeck, Decani Naeldvvicenſis ad M. Weſſelum. 871.
Epiſtola doctiſſima de indulgentijs & Purgatorio. &c. ad M. Iacobū Hoeck. 876.
Epiſtola ad Monialem quandam, quid de ſpirituum & mortuorum adparitionibus ſit tenendum. 914.
De ſuffragijs pro vivis & mortuis: & de celebrationibus Miſſarum. 917.
Epiſtola, in qua quendam conſulit, quomodo gerere ſe debeat ab inquiſitoribus ad tribunal raptus. 920.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
517 E 2